D. IOANNIS DEL CASTILLO SOTOMAYOR

I.C. NOBILISSIMI; OLIM COMPLVTENSIS ACADEMIÆ ANTECESSORIS PRIMARII; Postmodùm in Gallæciano, Hispalensi, & Granatensi Auditoriis, Regiisque Curiis, successiuè Senatoris Amplissimi; Demum in Supremo Dominicæ Rei, siue Patrimonij Regij Senatu Consiliarij præstantissimi;

QVOTIDIANARVM CONTROVERSIARVM IVRIS LIBER VI. ET TOMVS VII.

SIVE

Tractatus Nobilissimus De Tertiis Debitis Regibvs Hispaniæ, ex fructibus, & rebus omnibus quæ decimantur.

In quo, non solùm omnia quæ ad institutum pertinent; sed & alia plura in foro quotidiana noue, notabiliterq́ declarantur; & resoluuntur.

Opus reuera Pragmaticis Forensibus vtilissimum, cum Summariis, & Indicibus, ad subleuandum Lectoris laborem, opportunis.

Nunc recèns Typis Lugdunensibus editum, ab innumeris veteris prœli mendis expurgatum, & Characterum varietate distinctis allegationibus non mediocri labore adornatum.

LVGDVNI,
Sumptib. Lavr. Anisson, & Io. Bapt. Devenet.
M. DC. LVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

APPROBATIO

Libri D. D. IOANNIS DEL CASTILLO SOTOMAYOR, *in summo Dominicæ rei, patrimonijq; Regij, Senatu Consiliarij præstantissimi, de Tertiis; debitis Catholicis & inuictissimis Regibus Hispaniæ, ex fructibus, & rebus omnibus, quæ decimantur, iussu Domini Licentiati Laurentij de Tiurrizarra, Mantuæ Carpentanæ Vicarij Generalis, à Doctore Blasio Gundisaluo à Ribero, Consultore Sancti Officij, Regalibus in Consilijs Aduocato pauperum, carceratorumq; sanctæ Generalis Inquisitionis, facta.*

FLORES æquè, natura mirabili quasi pictura illustrati, vltimáque perfectione vniti, cuiuslibet ad laudandum aditum intercludunt, electionem, & profectionem tardant, ne vnius gloria alter defraudetur; ita in approbatione huius libri, & Panegyrico Authoris miris virtutibus & literis imbuti, condecoratíque, mihi accidit; vereórque ne dum vnius laudi incumbo, iniuriosum de cæteris silentium videatur: quò igitur me vertam nescio, nec inter tot amœnitates facilis ingressus mihi patefit, vt Ouidius cecinit in Fast.

Vt stat in incerto quà sit sibi nescit eundum,
Cum videt ex omni parte viator iter.
Sic quia posse datur diuersas reddere causas:
Quò ferar ignoro, copiaq; ipsa nocet.

Opus omni laude dignissimum, Auctoris nobilissimi, & doctissimi peculiare, qui antiqua vtriusque Imperij iura reficit, collapsa instaurat, pristinum vultum, & formam Iurisperitorum reddit, præsentibus vtilissimum, posteritati ornamentum, patriæ gloria, nostræ fidei, & integris moribus consentaneum, vt in vtilitatem omnium eniteat, typis mandati posse existimo.

El Doct. Gonçalo de Ribero.

Licencia del Ordinario.

NOs el Licenciado Lorenço de Yturrizarra, Vicario General de la villa de Madrid, y su partido por su Alteza; por la presente por quanto a nos toca, auiendo visto la aprouacion destotra parte, damos licencia para que se pueda imprimir, è imprima el Tomo Septimo de las Tercias Reales, compuesto por el Señor Don Iuan del Castillo Sotomayor, del Consejo de Su Magestad en su Real de Hazienda. Dado en Madrid, a treze de Iunio de mil y seiscientos y treinta y tres años.

Licenciado Lorenço de Yturrizada.

Por su Mandado

Iuan Francisco de Haro Notario.

Muy Poderoso Señor,

POr commission de V. Magestad he visto vn libro del Doctor Don Iuan del Castillo Sotomayor, que es el Tomo Septimo de sus escritos, y obras, y contiene vn tratado, *De Tertijs debitis Regibus Hispaniæ, ex fructibus, & rebus omnibus, quæ Decimantur*; materia non escrita por otro Autor alguno, ni del Reyno, ni estrangero: muy importante, vtil, y necessaria, y practicable continuamente; y me parece que es muy conforme a los demas, que tan doctamente, con tanto estudio, y trabajo ha escrito, y sacado a luz, con beneficio grande de la Republica, y aprouacion general de todos; y assi se le puede dar la licencia que pide por la vtilidad grande del libro, y porque contiene cosas muy selectas, muy doctas, y de mucha ponderacion, y estimacion, y de grande pronecho para muchas materias que resueluc con toda erudicion. En Madrid a 16. de Iulio de 1633.

El Licenciado D. Francisco de Alarcon.

ARGV

ARGVMENTA OMNIVM CAPITVM, QVÆ continentur in hoc Tractatu de TERTIIS, debitis Regibus Hispaniæ, ex fructibus & Rebus omnibus quæ decimantur.

Tam accurata methodo digesta, vt tota cuiuslibet Capitis materia facili negotio possit dignosci.

CAP. I. CONTINET huiusce Tractatus præfationem, & qua potissimùm ratione Author excitatus, adductúsque fuerit, vt de Tertiis, vulgò, *los dos nouenos*, quæ inuictissimis & Catholicis Regibus Hispaniæ præstantur, ex omnibus fructibus & rebus quæ decimantur, explicationem atque interpretationem ex proposito assumeret (quam cæteti omnes omiserunt) & ibidem *leg. 1. tit. 21. lib. 9. coll. Reg.* verba ad literam commemorantur. pag. 1.

CAP. II. De Tertiis qui Authores sermonem instituerint, siue nonnulla (breuissimè tamen) tradiderint. Tertiæ quæ dicantur, siue qua in quantitate consistant, tam ex lege, quàm ex communi Interpretum traditione & obseruantia. Tertiæ vtrum ex consuetudine contraria minui possint, ita quod duo Noueni non integrè soluantur. In decimis soluendis consuetudo multùm valet, & potest; ex quo ad nonnulla infertur. Et quæ, aut qualis, siue quanti temporis consuetudo requiratur. Tertiæ integræ vt non soluantur, an immemorialis præscriptio necessaria sit præcisè, nec alia sufficiat.

Decima est onus reale, & sequitur possessionem, & fructuum possessorem seu detentatorem ita vt possit Ecclesia eligere nouum, aut antiquum possessorem, pro Decimis præteritis non solutis. Prout in fundo emphyteutico, & in census possessore, & in beneficij possessore, qui pro præteritis pensionibus, aut redditibus conueniuntur.

Decimæ quota præscribitur. Quæ requirantur vt consuetudo soluendi decimas non integras, & non de omnibus fructibus dicatur legitimè præscripta, legitiméque probata. Et an in quota Tertiarum in minori quantitate, *que en los dos nouenos*, æqualiter procedant. pag. 2.

CAP. III. Circa Tertias ex fructibus, & rebus omnibus quæ decimantur, vsque adeo Reges Hispaniæ iura sua fundare, omnémque allegationem atque dubitandi rationem in contrarium excludere, vt contra ipsos, nihil, quod vrgeat, siue aliquam vim habeat, opponi possit.

Nec de tenore Bullarum, aut literarum Apostolicarum aliter quàm ex re ipsa & veritate, & sola relatione *legis primæ, tit. 21. lib. 9 nou. collect. Reg.* constare, siue literas ipsas produci, aut exhiberi necessarium sit: nec titulum aliquem producendi necessitas vlla Regis fiscalibus incumbat.

Chronicis, & Historiis, Authoribúsque grauibus, de dictis literis Apostolicis testificantibus, plenam fidem adhibendam esse, quando alia multa, quæ simul concurrunt, deficerent. Est enim Historiarum magna authoritas.

Possessio releuat possessorem ab onere demonstrandi titulum, etiamsi res sit talis, quod sine titulo possideri non possit; vel quæ ad alium spectat; vel si possidendi incapacitas datur, quando possessorem tuetur antiquitas temporis immemorialis; & etiamsi lex præscriptioni resistat, aut præsumptio contra præscribentem adsit, dummodo titulus allegetur, atque eo principaliter quis se fundet, & iuuet: vbi quorun-

dam Authorum contrarietas, & à Craueta & Menochio dubia nouè excitata, nouè etiam & singulariter diluuntur per Authorem, & Antiquorum quorundam placitum in tuto relinqui videtur satis vtiliter, & aliter quàm antea factum esset.

Et concluditur, laicum nulla præscriptione etiam immemoriali acquirere posse ius percipiendi decimas; idque quocumque titulo etiam temporali: cùm spiritualia laicus possidere non possit; eorùmque sit incapax.

Titulo tamen legitimo à Rom. Pontifice habito, vel à Prælatis, ante Concilium Lateranense, Decimas acquirit laicus. Vnde si titulum alleget, & in eius comprobationem, Immemorialem cum suis requisitis verificet, obtinebit quidem in vim tituli, non autem Immemorialis, quæ tamen efficit vt titulus validissimus & efficacissimus præsumatur.

Et tunc inquiritur, an præter immemorialem quasi possessionem sit necessaria probatio famæ priuilegij habiti à Rom. Pontifice, vel ab inferioribus Prælatis ante Concilium Lateranense; & noua Authoris consideratio proponitur.

Laicus contra Laicum decimas præscribere potest; sic etiam à solutione decimarum, præscriptione se eximere: Et tunc quæ præscriptio necessaria sit; quæ etiam in Tertiis.

Immemorialis, cū qua concurrit fama priuilegij, habet vim concessionis & priuilegij Papalis. Idque maximè quando concurrit scientia tacita aut expressa Pontificis; & tolerantia ipsius quæ confirmat titulum aliàs inualidum. Et quando est generaliter inducta ab omnibus, tam Clericis, quàm laicis. Et quando adest solutio atque recognitio facta à multis.

Titulus validus & legitimus præsumitur ex cursu triginta, vel quadraginta annorum.

Et an præsumatur ex cursu, sine possessione decem annorum.

Et de materia *leg. cùm de in rem verso, ff. de vsur. & leg. si certis annis, Cod. de pact.*

Regalia dici omnia, quæ Reges percipiunt ex concessionibus & gratiis Apostolicis Romanorum Pontificum.

Et verè Regalia quæ dicantur, & quæ Regalium appellatione contineantur & veniant. pag. 7.

CAP. IV. Decimas, quod attinet ad ius fabricarum, diuersum statum diuersis temporibus habuisse. Et quæ pars fabricis ipsis in Hispania assignata fuerit, quæ etiam Regibus Hispaniæ applicata sit, tam ex intentione quorundam, quàm ex vera & cōmuni omnium Interpretum traditione.

Verbum, *integrè*, aut, *plenè*, aut, *omne*, aut similes dictiones quid importent sui naturà.

Que la gracia y concession de los dos nouenos enteramente, de todos los frutos, y rentas, y cosas que se diezmarē en todos estos Reynos, fue simple, y absoluta, sin relacion, contemplacion, ni menos consideracion, o restriccion a la parte que de los diezmos percebian, y lleuauan, o percibieren, y lleuaren las fabricas de las dichas Iglesias: Y de tal manera, que no se pueda dezir, que los Señores Reyes de Castilla entraron, o se subrogaron, o entrā y se subrogan en las dos partes de la tercera parte de los diezmos, que tocasse a las fabricas, o que esta parte solamente se les diesse; porque fue absolata, y plena la dicha concession, sin dependencia de el derecho, o parte de las dicas fabricas.

El effecto de esta differencia, es de mucha consideracion, porque si fuera subrogacion los Señores Reyes de Castilla entraran solamente en el derecho, y parte de la parte de las fabricas, y en los casos que no tuuieran parte ninguna de diezmos, las fabricas mismas, pareciera que no podian pedir los dos nouenos.

Cum autem fuerit absoluta & indistincta concessio, *sin contemplacion a las partes de las fabricas; ni si las tuuieren, o no; ni menos subrogacion, deuense les de rigor de iusticia, y han de lleuar los dos nouenos enteramente de todos los frutos, y las cosas que se diezmaren, tengan la parte que tuuieren las diehas fabricas, o sean mas, o menos todos los diezmos que lleuan, y aunque no tengan parte ninguna, como en alganas partes, y Iglesias no la tienen.*

Y aquesto es notable, y singular, y no explicado assi, ni con esta distincion por otro alguno andel Autor.

Subrogatio fit cum eisdem qualitatibus, natura, & potestate, & in eisdem casibus: & cum eodem, non maiori iure: & sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, res subrogata. Quod exornatur nonnullis.

Maioratus res, si vendatur, & de pretio ematur alia, res empta ad maioratum spectabit. Et dicitur possideri, ac si res vendita possideretur. Et cum eisdem vinculis, conditionibus, & qualitatibus: nedum in vniuersalibus, sed etiam in particularibus. Vbi subrogationis articulus exornatur satis vtiliter. pag. 22.

CAP. V. Ex decisione *leg. prima, tit. 13. lib. 9. nou. coll. Reg.* deduci nonnulla notatu digna, & quæ regulis iuris communis ordinariis repugnare videntur, & ad quatuor

tuor principaliter rediguntur.

Referentis, & Relati, doctrinæ & resolutiones communes: Relatum, inquam, esse in Referente cum omnibus qualitatibus suis, dummodò Relatum appareat: & alijs modis, prout *hoc cap.* proponuntur: an & qualiter legi ipsi primæ applica possint, qua Tertiarum gratiæ & concessiones à Rom. Pontificibus factæ Regibus Hispaniæ enunciantur atque referuntur: si de ipsis aliter quàm ex relatione legis eiusdem primæ non constet, siue an sola relatio sufficiat.

Instrumentum an possit exequi, si aliud, ad quod fit relatio, non sit exhibitum.

Positioni si quis respondeat, confitendo eam, addit tamen, *prout in tali instrumento continetur*, an simpliciter confiteri dicatur. pag. 27.

CAP. VI Adducitur secundum obstaculum, aut motiuū, siue secunda dubitandi ratio, qua frequenter vti, excitarique solent hi, qui Tertiarum solutioni contradicunt: scilicet Regibus Hispaniæ de concessionibus & gratijs Apostolicis testificantibus & asserentibus ita extare, prout *in d. l. 1. tit. 21. lib. 9. nou. coll. Reg.* enuntiatur atque refertur, plenam fidem adhibendam non esse, imo gratias ipsas seu concessiones produci & præsentari debere; & eidem satisfacit, responsūmque præbet Author.

Et Articulus ille, an, & quando Papæ, Imperatoris, Regis, & alterius Principis assertioni standum sit, nécne; dilucidè & distinctè explanatur. pag. 31.

CAP. VII. Aliud obstaculum, siue motiuum proponitur, atque consideratur, quod decisioni *d. legis 1. tit. 21. lib. 9. noua coll. Reg.* obstare videtur, & concludenter diluitur.

Regula etiam, quod Actore non probante, reus, etsi nihil præstiterit, absolui debet; exornatur, atque in terminis *eiusd. leg. primæ* limitatur; prout etiam quando præsumptio, aut possessio, siue antiquissima præstatio, aut temporis obseruantia, & maximè immemorialis præscriptio adest in contrarium, prout hic adnotatur. pag. 34.

CAP. VIII. Obstaculum aliud, siue motiuum expenditur ex decis. *eiusd. leg. 1. tit. 21. lib. 9. non coll. Reg.* deductum: quod etiam iuris communis regulis ordinarijs obstare & repugnare videbatur prima facie, legem scilicet ipsam primam *tit. 21.* (quæ à Principe sæculari edita est) ligare & comprehendere Clericos, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, quoad solutionem atque exactionem Tertiarum, sicut seculares, & laicos: quod notabiliter diluitur atque explicatur: & redditur ratio limitationis in terminis *eiusdem leg. 1.* memorabilisque & noua resolutio proponitur.

Facere censetur is, cuius authoritate & dispositione seu voluntate res fit: quod exornatur.

Concesso vnó, concessa intelliguntur omnia, quæ veniunt consecutiuè & accessoriè ad illud, & sine quibus concessio effectum plenum non haberet: quod exornatur.

Clerici non tam absolutè exempti sunt à iurisdictione Regia Principum sæcularium, quin ratione subiectionis & vicinitatis, in sæcularibus subsint Principi sæculari in ordine ad bonum publicum & rectum regimen. Inde lex temporalis ratione directiua obligat etiam Clericos, quatenus vniuersaliter tangit bonum publicum Clericorum & Laicorum: quod exornatur; & *cap. seq.* latiùs explicatur. p.36

CAP. IX. Statuta, leges, aut edicta Principum sæcularium regulariter non comprehendunt, nec ligant, nec ligare possunt Clericos, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, nec eorum bona; idque tam ex defectu potestatis, quàm iurisdictionis: quod ex proposito exornatur atque declaratur.

Clericos, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, & eorum bona, immunes esse à tributis, collectis, & contributionibus quibuscunque, & ab omnibus oneribus, quæ à Principibus sæcularibus imponuntur, nec ligari illis regulariter.

Teneri tamen contribuere in illis tributis & oneribus, quæ indicuntur omnibus in bonum commune & publicam vtilitatem, & ob necessitatem Reipublicæ.

Cuius rei exempla plura traduntur.

Exemptio Clericorum, Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum à tributis, oneribus, & contributionibus quibuscunque, quo iure procedat, introductáque sit, an diuino, an humano tantùm positiuo, quod dilucidè & breuiter declaratur.

Ex causa publicæ & communis vtilitatis, eiusque fauore, sæpè recedi ab ordinarijs iuris communis regulis, multáque permitti quæ aliàs non licerent: quod exornatur.

Princeps supremus in casu vrgentis necessitatis, atque ex iusta causa boni publici, & implementi obligationum Regiarum, quamplurima facere potest, & onera vassallis imponere, ex quibus ipsi conqueri non possunt, cum tempore necessitatis omnia dicantur esse Principis.

Quando ay necessitad apretada, grande, y vrgente, el Regyno se llarma à Cortes para la concession de tributos y nueuos seruicios, para

para mayor satisfacion de todos, y iustificacion de sa Magestad; siue ex benignitate Regum Castellæ, non ex necessitate iustitiæ, prout latiùs notatur, & comprobatur.

Pro publica, communique & mixta omnium vtilitate & necessitate, Ecclesiasticos ligari legibus & edictis Principum secularium, & à tributis & contributionibus non esse exemptos, quod enuntiari communiter solet, an, & qualiter procedat.

Et an vrgente necessitate & causa communi & mixta Clericorum & laïcorum, Romani Pontificis licentia necessaria sit, atque præcedere debeat? Quo in dubio opiniones contrariæ referuntur & commemorantur. Et pro ipsarum conciliatione, absolutáque eius controuersiæ explicatione septem obseruationes principales proponuntur, quibus accuratè & memorabiliter, & alter quidem quàm hactenus factum esset, quæstio ipsa explanata relinquitur.

Pauli etiam Castrensis *consilium* 423. *lib.* 2. expenditur; quod in hac ipsa materia notabile admodum & singulare reputari debet.

Et vulgatum illud Interpretum assumptum, quod si gratia, quæ est solita concedi, non concedatur, iniuria videtur fieri petenti illam; nonnullis exornatur, atque illustratur. pag.40

CAP. X. *La concession y gracia de las Tercias, que a los Señores Reyes de Castilla, de Aragon, de Nauarra, y de otras partes, en los tiempos passados hizieron los Romanos Pontifices, procedio con toda iustificacion, y en consideration de la causa publica, y de los grandes gastos que en las guerras hazian.*

Y assi en aquellos, y en su principio valio, y tuuo toda firmeza de derecho, la dicha gracia, y concession de Tercias, y oy se conserua, y deue conseruarse, y ha de durar perpetuamente, y para siempre, porque corre, dura, y milita la misma razon de la consideracion de la causa publica, y de las guerras que entonces mouio principalmente a los Romanos Pontifices.

Los quales pueden conceder, y dar los diezmos a los Principes, Señores seglares, y a otros particulares, o temporal, o perpetuamente, auiendo, y concurriendo iusta y legitima causa.

Y assi pudieron, y pueden dar las Tercias mas facilmente, pues los diezmos se conseruan en la Iglesia, y dellos se sacan las Tercias, que son los dos nouenos.

Et tunc sola commoditas & perceptio fructuum censetur concessa, quia ius decimandi tanquam spirituale non potest laïcis competere, nec concedi.

Romanus Pontifex non potest tollere omnino & vniuersaliter præceptum de Decimis soluendis, siue ius Decimarum, aut omnes Decimas in vniuerso Orbe alicui concedere; quibusdam tamen personis & locis dare & remittere potest, & eas in Octauam, Duodecimam, aut aliam partem reducere.

Decimæ quo iure institutæ, debitæque sint. Et de variis & cõtrariis opinionibus in proposito: communique illa Interpretum distinctione, quæ per manus circumfertur quotidie, Decimas quoad quotam, siue quantitatem, iure humano, Pontificio, positiuo institutas & indictas fuisse; Iure tamen naturali & diuino Clericis debitam esse à laïcis eam partem fructuum, quæ ad eorum alimenta & congruam sustentationem necessaria sit. p.72

CAP. XI. Tertiæ Regibus Hispaniæ à Romanis Pontificibus concessæ, an omnino mutauerint qualitatem bonorum Ecclesiasticorum, & ab eo tempore factæ fuerint ius Regale, & desierint esse spirituales & considerentur tanquam quid temporale & profanum, & inter bona temporalia computari debeant, ita vt in commercio laïcorum esse dicantur, & possint liberè alienari, cedi, & permutari, & benemeritis concedi.

An etiam ij, qui à Regibus causam habent, securi sint, & liberè possint illas alienare, & in alios quouis titulo transferre.

Decimæ in feudum datæ ante, vel post Concilium Lateranense, an possint in alios transferri, nécne? Et de intellectu *cap. prohibemus* 19. *de decim.* & *cap.* 2. *§. sanè, eod. tit. lib.* 6. & *cap. cum Apostolica, de his qua fiant à Prælat.*

Vbi & de Concilio ipso Lateranensi nonnulla adnotantur. pag.78.

CAP. XII. Iudices sæculares, Regiaque Tribunalia vtrùm cognoscere possint & debeant, etiam priuatiuè ad Iudices Ecclesiasticos, de causis Decimarum quæ ex gratia & concessione Romanorum Pontificum ad Principes seculares, aliosque priuatos pertinent, & in eorum patrimonio incorporatæ sunt. Idque siue ab ipsis, siue ab aliis possideantur. Et siue agatur de quæstione iuris, siue facti. Et non modò inter laïcos, sed etiam inter personas Ecclesiasticas. An verò cognitio ad Ecclesiasticos Iudices pertineat, quemadmodum si Decimæ, aut Tertiæ in Ecclesiis ipsis permansissent, & Regibus concessæ non fuissent? Vbi articulus hic ingenti studio & diligentia, aliter etiam quàm hactenus

nus ab alio factum fuisset, discutitur.

Clerici non supponuntur iurisdictioni & potestati laicorum, nec coram Iudicibus laicis conueniri possunt: quod exornatur: & Caroli de Grassis locus copiosissimus expenditur.

Decimarum causa est Spiritualis & Ecclesiastica, & eius cognitio ad Ecclesiasticum Iudicem pertinet priuatiuè.

De iuribus, valore, & interpretatione priuilegiorum cùm contenditur, atque dubitatur, recurrendum est directò ad Principem, qui priuilegium concessit, pro declaratione illius: quod exornatur.

Lites quæ super feudo, aut causa feudali agitantur, coram Domino feudi tractari debent.

Possessio vnius partis & præsumptio iuris contra alteram partem, efficit, vt is qui possidet, & de iure fundat suam intentionem, rei, & non actoris loco habeatur.

Opinio probabilis dicitur non solùm ea quæ multorum Authorum testimonio comprobatur, sed ea quoque quæ vel vnius vel alterius docti & grauis Viri authoritate munitur: & in vtroque foro excusat: & probari atque recipi valet, quamuis aliorum opinio extet in contrarium.

Clericus in causis possessoriis, an possit conueniri coram iudice sæculari. pagina 82.

CAP. XIII. *Su Magestad, y todos los Reyes de Castilla fundan de derecho, y tienen fundada su intencion para pedir, percebir, y cobrar las Tercias de todos los frutos, y cosas que se diezman.*

Dummodò *de las cosas que se piden Tercias, se pague diezmo*, non alias: Vnde *de las cosas y frutos que no se diezmaren, no se deuerán, ni pagarán Tercias.*

Y las Iglesias, y personas Ecclesiasticas y otras personas que posseyeren tierras, viñas, oliuares, heredamientos, y otras qualesquier cosas que no se diezman, y nunca se han diezmado, esto es de cuyos frutos no se han pagado diezmos, no deuen pagar Tercias. De que se infiere à algunos casos extraordinarios que el Author ha considerada, y son practicos y necessarios

Et cui in hoc onus probandi incumbat?

Qualitas à lege requisita, & quæ est fundamentum aliquid petendi, siue intentionis agentis, præcisè verificari debet, siue de ea constare. Et vbi lex actum qualificatum requirit, non sufficit probare actum sine qualitate, sed qualitas verificanda est.

Actor & reus debent probare illud quod est fundamentum suæ intentionis.

Agnatio, vnde, vel ex quo aliquid soluatur, an faciat conditionem, vel demonstrationem: *ad leg. quidam testamento*, cum aliis, *ff. de leg.* 1.

Decima soluenda est ex omnibus terræ fructibus, & de aliis prouentibus, & de multis aliis quæ referuntur. Et decimas soluere omnes tenentur regulariter. Præsumptio iuris transfert onus probandi in aduersarium. Intentio fundata in iure communi, transfert onus probandi in alium. Idem si fundatur in Regula iuris.

Negatiua probanda est ab eo qui in ea se fundat: Et negatiua oratio quæ dicatur.

Exornatur sententia Glossæ iunctæ suo textui *in l. cum de lege, ff. de probat.* & infertur ad nonnulla in praxi quotidiana tam in hæredibus, quàm in legatariis, & in promissione dotis & arrharum.

Præscriptio nulla currit impedito de iure agete: quod exornatur vtiliter. p. 97

CAP. XIV *La decision de la ley primera* titul. 21. libr. 9. nouæ collect. Reg. *y la gracia, y la concession de las Tercias*, non restringitur ad tempus factæ concessionis, seu conditæ eius legis, *ni a los frutos, rentas, y cosas que entonces se dezmauan.*

Sed indistinctè & generaliter comprehendit, *todo lo que entonces, y adelante, y en qualquier tiempo se diezmare. Para que todo se deuan, y puedan cobrar las Tercias, y de los nouales, y todo lo que de nueuo se empeçare a diezmar, y antiguamente no se dezmaua, como si siempre se huiera dezmado. Porque en verificandose la calidad de diezmar, se deuen indistintamente Tercias: sin attender, ni tener consideracion al tiempo en que se empieça à diezmar, y si se solia dezmar, o no; sino tan solamente si de presente se diezma.*

Vna pars dispositionis aliam declarat: & ex contextu verborum totius scripturæ, legis, aut dispositionis, colligitur & declaratur disponentis voluntas: atque ex vicinis scripturis: & ex inferioribus verbis: & ex præcedentibus, & subsequentibus: & ab vtroque extremo. Et vnum verbum in vna parte legis aut dispositionis positum, quod sit ambiguum, interpretari & intelligi debet secundum quod in alia parte repetitur clarius dispositum.

Verba præsentis temporis regulariter non trahuntur ad tempus futurum: idque in omni actu, materia, & dispositione: in testamentis, in contractibus, & in aliis actibus: Et quando secus? Quid in donationibus, & in gratiis & priuilegiis Principum?

Et donatio, aut concessio Principis, per quam conceditur facultas prouidendi seu conferendi officia, an extendatur ad officia postmodùm creata: Et de interpretatione atque explicatione iurium quorundam, & maximè text. *in cap quia circa, & cap. cum capella, de priuileg. & Clement. vlt. de rescript. & leg si seruitus, ff. de seruit. vrban. præd & leg. non modus, Cod. de seruit. & aqua.*

Decimæ noualium an, & qualiter debeantur Parocho, & de nonnullis conclusionibus in proposito noualium, quæ ad Tertias nouè applicantur. p. 104.

Cap. XV. Episcopus si præscriptione immemoriali, vel alio legitimo modo acquisierit ius percipiendi decimas integrè, & absque vlla diminutione ex rebus omnibus aut fructibus, qui percipiebantur in certis agris, fundis, vel terris, ita quod Tertias Regibus Hispaniæ nunquam soluerit: an idem ius non soluendi Tertias conseruare debeat, si in eisdem agris, aut terris seminentur & colligantur alij fructus diuersi generis

In eisdem etiam terminis, quod vniuersaliter scilicet & integrè percepit semper Episcopus fructus certi generis, nec de eis vnquam Tertias soluit (idque immemorialis præscriptionis, aut alterius tituli legitimi virtute & intuitu) vtrùm Tertias soluere debeat ex eisdem fructibus, qui tamen de noualibus percipiantur, idest de terris, aut agris de nouo ad culturam redactis, siue de nouo seminatis?

Vbi vtrumque dubium singulariter & notabiliter declaratur.

Textus etiam *in cap. cum contingat* 29. & in *cap. ex parte* 27. *de decim.* egregiè explicatur.

Explicantur etiam & alia iura, & maximè text. *in cap. commissum* 4. & in *cap. cum in tua* 30. & in *cap. in aliquibus* 32. *de decim.* & in *cap. vlt. de priuileg.*

Decimas percipiendi ex certo genere fructuum, atque ex certis agris, vel terris, ius competens ex priuilegio, vel immemoriali præscriptione integrè conseruari & retineri, etiamsi diuersi fructus colligantur & seminentur, siue varietur modus seminis & fructuum.

Mutatio superueniens de qualitate fructuum, vel de modo percipiendi, non præiudicat iuri priùs in decimis quæsito. Et licèt qualitas mutetur, adhuc res eadem iudicatur. Idque vtiliter exornatur. p. 114.

Cap XVI. A solutione & præstatione Tertiarum (in quibus Reges Hispaniæ de iure fundant, & fundatam habent suam intentionem) liberari, immunésque esse eos, qui titulo valido & legitimo, seu immemoriali præscriptione se tueantur; quod *capitib. seqq.* latiùs explicatur. Et an in proposito, causatiuè saltem, titulus statim produci atque exhiberi debeat.

Titulum suæ possessionis, siue rei quam possidet, regulariter nullus tenetur ostendere.

Quod procedit in omni actu, materia & dispositione: Et etiam respectu fisci, aut Principis supremi, ex generali regula *l. cogi, Cod. de petit. hæred.* quæ exornatur, & octo modis principaliter limitatur.

Tertiæ si vendantur, an decima, seu gabella ex venditione debeatur? Et an Ecclesiasticum subsidium?

Reges nostri, an iure possint Tertias, gabellas, & alia iura Regalia distrahere & donare? An etiam concessionem seu priuilegium semel concessum reuocare? Et vtrumque ex professo & longa serie explicatur *capitib. seqq.*

Cap. XVII. Reges Hispaniæ, aliósque supremos Principes, superiorem non recognoscentes, iure posse alienare & distrahere, & quocunque modo concedere Tertias, vectigalia, gabellas, & alia iura Regalia; quod resolutum fuit *cap. præced.* nunc exornari & latiùs comprobari. Restringi etiam, vt non procedat quando alienatio seu concessio magnum Regno damnum afferret; quia tunc reuocari posset.

Reges & Principes supremi vtrùm possint vendere, alienare, & quocunque modo distrahere, ac etiam donare res, & bona Coronæ, & patrimonij Regij; ciuitates quoque, oppida, & castra, & iurisdictiones?

Vbi contrariæ sententiæ, variàque & multa Interpretum nostrorum placita in medium proferuntur: & affirmatiua opinio etiam in terminis iuris communis magis probatur; dummodò alienatio, aut donatio, in magnum Regni, seu Principatus detrimentum non redundet.

Fundamenta contraria diluuntur: & explicatur text. *in cap. intellecto* 33. *de iureiurand.*

Constituitur etiam differentia inter Regnum, Regésque Hispaniæ, & alia Regna, eorúmque Principes, quoad facultatem alienandi, & donandi bona Principatus & ditionis suæ. Et leges Regiæ ponderantur, quibus Regibus ipsis alienationes & donationes permissæ sunt; si quidem non Administratores, sed Domini bonorum Regni dicuntur: quanquam obseruanda quoque erit præfata distinctio, quæ in terminis iuris communis obtinuit; an scilicet alienatio magnum afferat damnum, nécne; vt dilucidè & notanter obseruatur.

An

An etiam vassalli inuiti alienari possint? Et de vera resolutione huius articuli.

Regum, & Principum obligationem, vt ob benemerita & seruitia donent, magnam esse, & velut nasci & creari cum Dignitate Regia, atque ex ipsa originem trahere, semperque exceptam censeri.

Et prædictorum omnium memorabilis atque insignis traditur resolutio & explanatio. pag.126

CAP. XVIII. Author qua ratione adductus atque excitatus fuerit, vt huiusce capitis tractatum & disputationem susciperet; & de fine atque intentione eiusdem, quæ eò tendit, vt breuem & distinctam tradat resolutionem, & ad summam, certasque obseruationes & conclusiones reducat indagationem, atque disceptationem adeo latam, & diffusam dubiorum plurium, quæ excitantur & proponuntur, eisdemque placita communia circumscribat quæ per manus circumferuntur quotidie, & in ore Aduocatorum & Iudicum assiduè versantur.

Principes legibus esse solutos, quod aliquando scribitur; aliquando verò legibus alligatos, & eisdem viuere debere & decens & conueniens esse quemadmodum intelligi atque explicari debeat; vbi nonnulla singulariter adnotantur *num.2.& 3.*

Reges & Principes ex pacto & conuentione sua, & regulariter ex contractibus cum subditis celebratis an efficaciter obligentur, prout obligantur si cum extraneis contraxerint; & an naturaliter tantum, an etiam ciuiliter? *ex num. 4. vsque ad numer. 10.*

Reges & Principes qui cum subditis contraxerunt, vtrum pacta seruare, & contractus implere debeant, nec ad instar priuati possint illis contrauenire, etiam de plenitudine potestatis: *num.10.&11.*

Rationes plures assignantur & egregia Baldi, aliorumque Authorum placita commemorantur, ex quibus euincitur, Principes cum subditis contrahentes debere conuentiones seruare, nec posse contractus semel initos reuocare, etiam de potestate absoluta; idq; adeo latè, vt nullus Recentiorum ita diligenter omnia cumulauerit quæ ad obseruantiam contractuum Principes adstringunt, *ex numero 12. vsque ad 45.*

Principes & Reges ligari suis promissionibus & pactis indubitanter magis procedere, quando transierunt in contractum; siue quando ex causa onerosa, vel remunerationis quid fuerit promissum aut concessum: quia concessioni remuneratoriæ contrauenire nequeunt etiam de plenitudine potestatis: quod enim aliàs esset reuocabile, fit irreuocabile si factum sit ob benemerita; quæ plenè probantur per solam Principis assertionem: & donatio remuneratoria magis continet titulum onerosum quàm lucratiuum: *ex num. 45. vsque ad num. 62.*

Vasallus Regi inseruiens in bello, an ita videatur de eo benemeritus, vt dignus censeatur remuneratione, & donatio ei facta ob seruitia reuocari non possit: *num. 56. 57. & 61.*

Donatio remuneratoria à Principe facta, vt in vim contractus irreuocabilis transeat, an debeant merita æquiualere rei concessæ, ita vt ad minus attingant dimidium valorem illius, & quomodo cognoscatur æquiualere: Et an in consideratione habenda sit persona donantis ob benemerita, & eius cui donatur, quamuis merita non respondeant tantæ donationi: *ex num. 63. vsque ad num. 74.*

Principes decet esse liberales: *ex num. 66. ad 73.*

In donatione merè gratuita, in remuneratoria etiam, an sit locus legi 2. *C. de rescind. vendit.*

Donationes remuneratoriæ Principum an possint ob læsionem enormissimam rescindi: *ex num. 37 vsque ad num 78.*

Læsio probanda est ab eo qui illam allegat, nec præsumitur in dubio: *num 78.* Et de computatione & exemplo enormis læsionis: *num.8..*

Pro enormi, & enormissima læsione actio competens quanto tempore duret: *numero 81.*

Enormissima læsio quæ dicatur? vbi variæ Interpretum sententiæ referuntur: *ex numer 83. ad 92.*

Ex læsione enormissima dolus aduersarij reipsa arguitur; & an æquiparetur dolo ex proposito: *num.92. & duob. seqq.*

Et de tribus effectibus qui inde resultant; quod scilicet agi possit, vel non, rei vendicatione contra tertium possessorem: Quod fructus omnes restituendi sint à die contractus, vel litis contestatæ: Et quod non detur, aut dari debeat electio supplendi iusti pretij, *ex num 95 ad 112.*

Scienti valorem rei tempore contractus, an detur actio competens ex remedio *d. leg. 2. Cod de resc. vend. num 105.*

Læsioni enormi, & enormissimæ vtrum renunciari possit: *ex num 112. ad 120.*

Quid si in venditione adiciatur, *Et quod pluris res est, dono*: an cesset hoc remedium: *ex num. 120. ad 123.*

Reges & Principes an possint reuocare cõtractus cum subditis initos ex causa publicæ

necessitatis superuenientis? & de contrariis opinionibus in proposito: *ex num.* 23. *ad* 126.

Et an generalem legem condendo: *numero* 130.

Et an causa iusta præsumatur in Principe: *num.* 137.

Et an teneantur eo casu integram satisfactionem subditis præstare, aut acceptum reddere; Et qualis necessitas requiratur: *numero* 134. *&* 135.

Contractus qui ab initio continet læsionem, si tractu temporis, quia successiuus est, illam contineret, an posset rescindi: *numero* 132. *&* 133.

Priuilegium subdito concessum an possit etiam absque causa pro libito voluntatis à Principe reuocari? Et de contrariis sententiis in proposito: Et distinctione quorundam inter ordinariam & absolutam potestatem? Quid etiam, quando transiuit in contractum? aut ex causa remunerationis concessum est? An denique sit differentia inter donationes & concessiones gratuitas, & priuilegia, quoad effectum reuocandi? *ex numero* 138. *vsque ad numer.* 151.

Iurisdictio per viam priuilegij concessa, an sine causa reuocari possit: & de *consilio* 43. Ludouici Casanate, quod est memorabile in hac materia, & notabiliter explicatur *ex num.* 151. *vsque ad* 155.

Iurisdictiones omnes à Principe veluti à fonte manasse, & in eo radicatas esse originaliter. Sic Reges & Principes in suis regnis quoad iurisdictionalia fundatam habere suam intentionem. Et qui in aliquo loco iurisdictionem prætendit, apertissimè id probare debet; & titulum possessionis ostendere tenetur.

Reges & Principes an, & qualiter iurisdictiones dismembrare, diuidere, & supprimere valeant: Aldeas etiam erigere, & creare villas cum iurisdictione, & villas facere ciuitates *ex num.* 155. *ad* 163.

Successores in Regno & Principatu an teneantur seruare pacta & contractus suorum prædecessorum, nec possint etiam de plenitudine potestatis reuocare. Et quid si in magnum & enorme regni damnum redundent. Aut Regalia reseruata concessa sint. Et quando enormis læsio resultat, an Princeps ipse qui contraxit, vel concessit, reuocare & infringere valeat: *ex numero* 163. *ad* 172.

Ius impugnandi & reuocandi contractus, alienationes, & concessiones in magnum Regni detrimentum factas, Successoribus in Regno competens, vtrum præscribi possit, vel immemoriali, vel minori tempore: Et an tempore ipso, defectus cuiliber concessionis, aut alienationis suppleatur. Et de materia *leg. fin.* §. *fin. Cod. de fund. patrim. lib.* 11.

Quando etiam quis contra iura mercatur, an tempore immemoriali præscribere possit: *ex num.* 172. *ad* 183.

Et horum omnium diligens & notanda explanatio & resolutio. p. 139.

CAP. XIX. Tertiæ alicui concessæ, siue ex priuilegio & gratia competentes per non vsum, & tempore à lege præfinito non vtendo an & qualiter amittantur. Vbi quinque casus principales nouè excogitantur, atque considerantur, quibus dubia omnia circumscribuntur quæ in proposito occurrere possunt; & notabiliter res hæc explanatur.

Generaliter etiam, an, & quando priuilegia per non vsum amittantur; Quando etiam per contrarium vsum, vel factum; An quoque expirent per mortem concedentis, si ad voluntatem & beneplacitum eius concessa sint, singulariter & distinctè explicatur.

Et excitatur dubium illud, vtrum Regia facultas ad maioratum instituendum, amittatur ex non vsu per lapsum decennij. pag. 207.

CAP. XX. Titulus, qui necessarius est, & *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. *nou. coll. Reg.* requiritur, vt exemptio à solutione Tertiarum caueatur, & ab earum præstatione quis se eximere & liberare valeat; vtrùm præcisè in libris Saluatorum debeat esse positus atque scriptus. An sufficiat quod habeatur, ostendatur, & probetur.

Lex quæ generaliter loquitur, & quæ non distinguit, aut cùm aliquid omittit, generaliter est intelligenda, nec supplenda; & quod non expressit, censetur noluisse.

Magna & notabilia quæ sunt, in specie declarari atque exprimi debent; aliàs videntur quasi neglecta, & non requisita: quod exornatur.

Por la ley primera, tit. 18. lib. 9. nou. coll. Regiæ, *ninguno se escusa de pagar alcauala, aunque allegue y pruene costumbre, o prascripcion immemorial: sino tuuiere titulo, o priuilegio Real, y este estuuiere puesto y assentado en los libros de lo Saluado.*

Y lo mismo se dispone, y determina en el seruicio y montazgo, por la ley 9. tit. 27. lib. 9. recopil.

Yes duda singular, si esta ley se corrije, y altera por la ley 16. *del mismo titulo: y tratase de su verdadero entendimiento: y ponderanse otras leyes Reales en este proposito.*

En los casos, en que por decision de las leyes destos Reynos, los privilegios de exemptiones, y franquezas, y otros derechos Reales, como alcaualas, no se guardan, sino estuuieren assentados, y puestos en los libros de lo Saluado, si la immemorial con ciencia y paciencia de los Señores Reyes, o de sus officiales, puede obrar algo.

Que serà, si los priuilegios, o mercedes, no son meramente gratuitos, si no proceden ex causa onerosa, pecunia data, vel pretio interueniente, aut aliquo dato, vel facto, vel etiam ex causa remunerationis, & ob benemerita, aut seruitia.

Si toda via procedera la decision de las leyes que piden la calidad de estar puestos en los libros de lo Saluado: y de la ley 9. tit. 10. lib. 5. nou. recop. *en que se obseruan algunas cosas singulares, y que no estauan assi escritas.*

Forma non seruata, actus corruit: & tradita à lege, in omnibus censetur esse substantialis: quod exornatur.

Legum correctio vitanda est, nec præsumendum quod vna lex aliam corrigere voluerit: quod exornatur. p. 215

Cap. XXI. Regalia, an, & qualiter acquiri possint titulo, & concessione; præscriptione etiam, aut consuetudine immemoriali.

Ius exigendi, & percipiendi Tertias ex rebus omnibus quæ decimantur, à Summis Pontificibus, Regibus Hispaniæ concessum, contra Reges ipsos, tempore, seu consuetudine, aut præscriptione immemoriali acquiri.

Ius exigendi & percipiendi gabellas, contra Reges nostros Hispaniæ, nullo vnquam tempore, etiam immemoriali, acquiritur iure nostro Regio. Nec etiam exemptio eas soluendi.

Paria sunt, titulum non extare, & inualidum illum esse: & nullum, aut imperfectum quod est, effectum validum producere non potest: quod exornatur. Nec præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.

Immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi & habendi gabellas, aut non soluendi eas, impleta, antequam condita fuisset lex 2. *tit.* 15. *lib.* 14. *non. collect. Reg.* & l. 1. *tit.* 18 *lib.* 9 an censeatur sublata. Quod notabiliter declaratur.

Ius semel acquisitum & radicatum ex casu superuenienti, non infirmatur. Et ea, quæ legitimè constituta sunt, durant, etsi res deueniat ad casum, à quo non posset incipere: quod exornatur. p. 224

Cap. XXII. Immemorialis præscriptionis virtus, vis & efficacia, qualis, & quanta sit, vt ius Tertiarum contra Reges nostros, & etiam exemptio à solutione earum, aliaque iura Regalia, quæ in patrimonio Regis sunt, acquiri, & præscribi valeant tempore immemoriali: an etiam ea, quæ in signum supremæ potestatis & vniuersalis dominij reseruata sunt Regibus ipsis.

Immemorialis præscriptionis effectus omnes illi qui in foro circumferuntur quotidie, ingenti studio cumulantur: & vulgata allegatio *leg. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. & æstiu. & cap super quibusdam, §. præterea, de verb. signif.* quod immemorialis præscriptio habeat vim tituli legitimi, Constituti, mandati, pacti expressi, & concessionis Regiæ; & mirabiles, maximique momenti effectus producat; exornatur & comprobatur permultis.

Et *hoc cap. & nonnullis seqq.* de Immemoriali ipsa præscriptione, quamplurima vtilissima traduntur & explicantur. p. 231

Cap. XXIII. Immemorialis præscriptio, aut consuetudo, ex qua titulus iustus & legitimus, atque ex iustissima causa procedens præsumitur, ita vt probandus non sit, sed probata immemoriali, probetur: vtrùm efficiat, vt nec etiam titulus debeat allegari, quemadmodum probari non debet: singularis & notanda explanatio & resolutio, quæ tribus casibus distinctis & nouè consideratis perficitur.

Immemorialis ipsa præscriptio, seu consuetudo, quibus iuribus tam Canonicis, quàm Ciuilibus, fundamentum & initium acceperit. Et an iusta, politica, & publicæ vtilitatis ratione, introducta, fundataque sit, pag. 238.

Cap. XXIV. Immemorialis præscriptio, aut consuetudo vtrùm verbis amplissimis & generalibus, aut etiam vniuersalibus prohibitiuis, aut si decretum irritans interueniat, prohibita & exclusa censeatur, cùm præscriptio, aut consuetudo generaliter excluditur, aut prohibetur in actione reali, aut mixta, aut cum materia indifferens est, an per illa verba, *nulla obstante præscriptione*, præscriptio 30. vel 40. annorum prohibita aut exclusa censeri debeat, necne: & de materia *leg. omnes, 4. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor.* breuis & distincta resolutio atque explanatio pag. 242.

Cap. XXV. Præscriptionis immemorialis effectus alij, virtus, & excellentia; quòd contra eam non admittitur, nec datur restitutio in integrum ex capite aut causa iustæ & probabilis ignorantiæ: nec etiam nullitas aliqua, aut simulatio opponi valet.

Quod etiam contra Ecclesiam, & contra

Reges & Principes, & contra omnes indiſtinctè procedit: idque ex communi & vera Interpretum ſententia, quidquid nonnulli aliter arbitrentur, ſed malè quidem.

De errore etiam eorum, qui arbitrantur, etiam poſt quadriennium in integrum reſtitutionem competere.

Procedit denique in materia Tertiarum, & in terminis *leg. 1. titul. 21. lib. 9. nouæ collectionis Regiæ*, vt ſcilicet immemorialis obtineat, vt quis à ſolutione Tertiarum ſe eximere & liberare valear, etiamſi prætextu ignorantiæ, Regius Fiſcalis eam elidere quouis modo contenderet.

Præſcriptione ſemel completa, vtrùm aduerſus eam maioribus vigintiquinque annis competat in integrum reſtitutio, ſi iuſta cauſa abſentiæ, vel ignorantiæ allegetur; ſiue non competat? idque tam in præſcriptione longi temporis, decem, vel viginti annorum, quàm in præſcriptione 30. & etiam 40. annorum. Et de iudicio ac ſententia Authoris, aliorúmque quamplurimorum iuris Interpretum traditionibus; ſingularis, breuis, & notanda reſolutio. p.245.

CAP. XXVI. In præſcriptionibus quod regulariter requiratur bona fides, titulus, poſſeſſio, & quod decurſum ſit tempus à lege præfinitum, quemadmodum intelligi atque explicari debeat, tam Cæſareo, quàm Pontificio iure attento: Et bona fides qualiter hic accipiatur.

Iure Pontificio, in omni præſcriptione bona fides exigitur, quod ius etiam in foro ciuili ſeruandum eſt.

Mala fides authoris an, & quando noceat ſucceſſori ad præſcribendum; & an hæres poſſit continuare, ſiue inchoare præſcriptionem quando defunctus rem poſſidebat cum mala fide.

Bonam fidem non habens, nec etiam malam, ſed in medio exiſtens, vtrum præſcribat tempore triginta annorum, non obſtante deciſione iuris Canonici: & de interpretatione *cap. finalis, de præſcriptionibus.*

Bona fides regulariter præſumitur in omni præſcriptione; & quid in præſcriptione ſeruitutum? & explicatur *lex finalis, C. vnde vi*, & *l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruit. vindic.*

In præſcriptione temporis immemorialis an bona fides neceſſaria ſit? & de opinionibus contrariis in propoſito: Sed quod bona fides in dubio præſumatur, ſecundùm vnam, vel alteram opinionem, receptum eſſe; niſi de mala fide clarè conſtaret, aut fortior præſumptio malæ fidei vrgeret.

Præſumptio enim bonæ fidei in dubio, quæ ex immemoriali oritur, in contrarium probationes admittit, etiam per coniecturas & præſumptiones.

Is qui penes ſe habet inſtrumentum, præſumitur ſcire in eo contenta, vt in vera mala fide conſtituatur, ſi contra tenorem ipſarum præſcribere intendat.

Immemorialem præſcriptionem allegans, ſi producat titulum vitioſum & iniuſtum, in mala fide verſari videtur. Et vtrum inſpiciendum ſit an titulus ſit qui iuſtam præſcribendi cauſam præſtare poſſit, vel non.

Quid ſi conſtet de titulo contrario; Vel oſtendatur, eiuſdem præſcriptionis initium vitioſum eſſe ſeu illegitimum; Aut per ſcripturam, vel teſtes conſtet, memoriam extare, actúmque fuiſſe contrarium eius, quod præſcriptum eſſe prætenditur: Siue an vincetur præſcriptio immemorialis ex actu contrario vltra centum annos: Et quid ſi actus contrarius eius qualitatis eſt, vt cum ipſa immemoriali præſcriptione compatiatur.

De titulo vitioſo, aut iniuſto, vel illegitimo ſi appareat, an adhuc immemorialis præſcriptio operetur, vt præſumatur quod quamuis titulus vitioſus productus fuerit, alius validus & ſolemnis poſtmodùm potuerit interuenire.

Ex deciſione *leg. 1. tit. 21. lib 9. nouæ collectionis Regiæ*, ex qua ius percipiendi Tertias, ex rebus omnibus quæ decimantur, Regibus Hiſpaniæ competens declaratur, vtrùm inducatur & probetur mala fides, vt immemorialis præſcriptio impediatur, cùm omnes ſcire debeant ſe ad ſolutionem Tertiarum teneri.

Quod eſt inquirere, an libertas præſcribatur ab eo qui ſcit ſe ad aliquod onus teneri.

Regula, *Qui contra iura mercatur: de regul. iur in 6.* exornatur.

Titulus quando in præſcriptione ſit neceſſarius? quod quinque concluſionibus expeditur.

Quid ſi ius reſiſtat præſcriptioni, aut præſumptio ſit contra præſcribentem; & præſcriptio ſit immemorialis; & explicatur *cap. 1. de præſcript in 6.*

Ad præſcriptionem rerum omnium tam contra priuatos, quàm contra Eccleſias, aut loca pia, & etiam contra Rom. Eccleſiam, & contra Principes, quod tempus requiratur?

Præſcriptio centenaria, an in effectu ſit immemorialis, vel non?

Immemorialis præscriptio quæ dicatur, & quod tempus requirat?

Quorum omnium distincta & notabilis traditur explanatio & resolutio. p.251

Cap. XXVII. Immemorialis præscriptio quemadmodum, quibúsque testibus & qualitatibus probari debeat tam in terminis iuris communis, quam de iure huius Regni, post editam nouam constitutionem *l. 41. Tauri*, quæ est hodie *l. 1. tit. 7. lib. 5. nou. coll. Reg.*

Et in summa, an testes bonæ famæ & opinionis requirantur: idque articulandum & probandũ sit? An de publica voce & fama, & communi opinione deponere debeant, idque facto articulo principali? An etiam de visu 40. annorum? & cuius ætatis esse debeant? An de visu & auditu à maioribus & senioribus? An secundi auditus præcisi & necessarij sint, ita vt leges secundi auditus quæ in primogenij ac iurisdictionis præscriptione tantum loquuntur, in cæteris negotiis in quibus Immemorialis probanda est, procedant, ac locum habeant, nécne? Et de contrariis opinionibus in proposito.

Testis etiam qui deposuit se vidisse aliquid fieri publice, vtrùm videatur deponere de publica voce & fama.

Ac denique vtrùm testes qui de Immemoriali deponunt, necessàrio exprimere debeant, à quibus personis audierint? Breuis & distincta resolutio. pag.274

Cap. XXVIII. In præscribendis iuribus incorporalibus, vtrùm requiratur scientia & patientia illius, contra quem præscribitur: Et de contrariis opinionibus in proposito, & de *l. g. 2. C. de seruit. & aqua*, interpretatione: vbi communis opinio constanter defenditur, & Iacobi Cuiacij cogitatio quædam, nouè & verè confutatur. Explicatur etiam *l. 15. tit. 31. part. 3.*

Scientia & patientia illius, contra quem præscribitur, vtrum sit necessaria in præscriptione temporis immemorialis? Vbi etiam communis sententia probatur, & contraria confutatur. Et leges huius Regni quæ de Tertiis & iurisdictione loquuntur, singulariter expenduntur, & explanantur. pag. 280.

Cap. XXIX. Præscriptio immemorialis vt inducatur, & perficiatur in actibus & iuribus incorporalibus negatiuis non soluendi, vt in Tertiis, tributis, & indictionibus, & alio quocunque simili iure, vtrum requiratur, vel non, interpellatio; & negatio debentis soluere; & sic, quod præscribens interpellatus ad præstationem, eam negauerit, ac deinde tempus legitimum ab hac negatione transierit.

Quid etiam in præscriptione quadraginta annorum, & alia minoris temporis? Et de Glossa, iuncta suo textui *in l. qui luminibus, ff. de seruit. urban. prædior.*

De veritate etiam *consilij 135. lib. 2* Alexandri, & eorum quæ longa serie tradidit Hippolyt. Riminaldus *in consil. 10. lib. 1. & in consil. 589. lib 5. & l. 1. tit. 21. lib. 9. nou. coll. Reg.* quæ de Tertiis loquitur, interpretatione, singularis & notanda resolutio atque explanatio. p. 286.

Cap. XXX. Præscriptio immemorialis, quæ vt titulus admittitur *in l. 1. tit. 21. lib. 9. non coll. Reg* vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere & liberare valeat; an à tempore concessionum & gratiarum Apostolicarum, & inde pòst; an à die conditæ & promulgatæ legis ipsius currere incipiat? Et de intellectu atque interpretatione legis eiusdem.

Decisiones & sententiæ Senatuum & Tribunalium supremorum quantam vim & authoritatem habeant ad similes causas in aliis casibus decidendas: quod exornatur. Et an eis præcisè standum sit, dum casus similes occurrunt.

Iura Regalia, tributa, Terræ, & alia, quæ contra Reges & Principes non nisi tempore immemoriali præscribuntur, quo tempore contra priuatum præscribi possint.

Immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi gabellas, completa ante conditam decisionem *l. 2. tit. 15. lib. 4. nou. coll. Reg.* an censeatur sublata ab eadem lege, & iure tolli potuerit, nécne.

Quæ omnia breuiter & notabiliter explicantur; & *d. leg. 2.* decisio singulariter illustratur. pag. 291.

Cap. XXXI. Ecclesiæ, Ecclesiastici, & alij qui decimas percipiunt, an immemoriali præscriptione se tueri valeant, vt exemptionem & liberationem à solutione & præstatione Tertiarum consequantur, tametsi decimas integras perceperint, & ab eis Tertias non separauerint; an verò Tertiarum ipsarum à decimis separatio adeò præcisa & necessaria sit, vt aliàs nec possideri Tertiæ dicantur, vt immemorialis præscriptio perfici valeat, nec habere locũ possit decisio *d. l. 1. tit. 21. lib. 9. nou. coll. Reg.* vbi articulus hic admodùm subtilis & difficilis, ac nouè excitatus, nouè etiam & memorabiliter explicatur, & nonnulla adnotantur, quæ nullibi erant antea sic considerata. p. 296.

Cap. XXXII. Tertiarum ius Regibus Hispaniæ ex concessionibus Apostolicis competens, an merè facultatiuum, siue ex mera voluntate & facultate ita consistere dicatur, vt nulla præscriptione, etiam immemoriali,

memoriali, earum exemptio contra Reges ipsos acquiri valeat.

Facultatis quæ sint, quomodo intelligatur?

Facultatis meræ, & voluntatis quæ sunt, etiam tempore immemoriali non acquiruntur.

Præscriptio non inducitur in actibus voluntariis: quod multis exemplis illustratur.

Quid si ex facultate ad exercitium deducta oriatur ius in iudicium deducibile; vel si facultas competat ratione iuris quæsiti, vel ex contractu: aut si post prohibitionem in actibus etiam merè voluntariis, prohibitioni quis acquieuerit. p. 308.

Cap. XXXIII. Per vsum & exercitium ac possessionem in parte, hoc est, multis in locis & prouinciis Hispaniç, exigendi scilicet, & percipiendi Tertias à multis, vtrùm ius Tertiarum ipsarum in vniuersum, atque ita conseruatum fuerit ab eisdem Regibus in aliis partibus & prouinciis, vbi exactę non sunt, atque vniuersaliter in omnibus, vt in eis pręscriptio vlla, etiam immemoralis, contra ipsos procedere non potuerit: an verò vniuersalis siue in vnoquoque loco, parte, & prouincia, & contra vnamquamq; Ecclesiam, aut aliam personam, à quibus Tertiæ solui debebant, ita particularis possessio ex parte Regum ipsorum necessaria fuerit, vt exactione deficiente, & per tempus immemoriale Tertiis non solutis, pręscriptio ipsa immemorialis locum habuerit, & à solutione earum exemptio acquiri potuerit; tametsi aliis in partibus & prouinciis semper solutę fuissent: & de vera interpretatione atque intelligentia *d. l. tit. 21. lib. 9. noua coll. Reg.*

Et ibidem singulariter explanatum, an, & qualiter per vsum partis in incorporalibus, in iurisdictione, priuilegiis, & pręscriptionibus retineatur, & conseruetur ius vniuersum: & vtrùm ratio subiectę materię, vel annexi, aut connexi, vel vnitatis indiuidui, id tantum efficiat; & quampluri-mis exornatur *leg. 3. ff. de adquir. possess.* decisio. Ioannis quoque Andreæ Georgij, & Andreæ Tiraquelli, Petri etiam Surdi memorabiles & notandæ resolutiones ponderatę in eo dubio, Vtrùm possessione vnius rei feudalis, vel retractus capta, cęterarum etiam rerum capta intelligatur. pag. 213.

Cap. XXXIV. Quadraginta annorum præscriptio cum titulo, an æquiualeat Immemoriali; siue eundem, quem Immemorialis, operetur effectum, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere & liberare valeat.

Quid etiam in aliis casibus & materiis?

Et tunc, an sufficiat titulus coloratus, licet inualidus & illegitimus quacunque ratione, dummodò talis sit, quod iustam præstet præscribendi causam.

In Hispanorum primogeniis an etiam præscriptio 40. annorum cum titulo sufficiat, vt bona maioratus in pręiudicium sequentium vocatorum & successorum præscribi valeant ii. perpetuum? Vbi & decisio atq; materia *l. final §. fin C de fund. patrimon. lib. 11.* exornatur nonnullis. p. 322

Cap. XXXV. Immemorialis præscriptio, quæ in tractatu & materia Tertiarum admittitur, & *in d. l. 1 tit 21. lib. 9.* exprimitur, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere & liberare valeat, an interruptione curruat; & quemadmodum id intelligi atque explicari queat.

De interruptione quoq; præscriptionis quædam hic breui compendio traduntur, quæ in actu prattico necessaria sunt, & per manus circumferuntur quotidie.

Ac denique inquiritur, an iuris exequendi pręscriptio per solam petitionem executionis interrumpatur pag. 326

Cap. XXXVI. Exemptio, & priuilegium de non soluendis decimis alicui Religioni, Communitati, aut personæ à Sede Apostolica concessum, vtrum effectum sortiri atque operari possit in præiudicium iuris Tertiarum, multis antea temporibus Regibus Hispaniæ acquisiti & concessi.

Et quid si apposita fuerit clausula, *Non obstantibus constitutionibus & priuilegiis, &c.* non tamen facta specifica mentio & derogatio priuilegiorum & concessionum Tertiarum ipsarum.

Et consequenter an debeantur, néc ne, Tertiæ; quamuis ex priuilegio decimæ non soluantur. Quæ tamen deberentur præcisè, si decimarum non soluendarum exemptio non superuenisset.

Priuilegium nouum, siue secundum, an & quando reuocet primum, aut antiquum, siue in aliquo ei detrahere valeat, néc ne.

Priuilegia & rescripta Principum an ita accipi atque interpretari debeant, vt Tertio non inferāt præiudicium, & iuri communi atque æquitati conueniant, & potius restringantur quàm noceant possessioni Tertij: quod exornatur, atque illustratur permultis.

Et quàm verum sit, siue etiam indistinctè accipiendum, quod secundum priuilegium non faciens mentionem de primo, alteri concesso, non reuocat primum. Et quid si apposita fuerit clausula, *Non obstantibus constitutionibus & priuilegiis.*

Et Rotæ Rom. ad definitionem quæstionis princi

principalis & disceptationis huius capitis decisio in terminis ponderata noue per Authorem.

Ad decisionem quoque eiusdem altercationis, *se consideran por el Autor tres conclusiones, y tres casos nueuamente, y se fundan, y comprueuan singularmente.*

Y se explica el axioma vulgar, quod mutatione personæ mutatur qualitas & natura rei.

Ecclesia vtrùm teneatur soluere tributum de bonis, quæ antea erant tributaria, siue aliquo onere reali affecta, & postea fuerunt in Ecclesiam translata, quod difficile & controuersum semper dubium fuit, & contrariis opinionibus diuisum.

Ius semel acquisitum faciliùs retineri, quàm de nouo acquiratur: & multa quæ nouam acquisitionem impedirent, retentionem non impedire. Quod exornatur: Et horum omnium memorabilis & notanda traditur resolutio. pagina 333.

CAP. XXXVII. Vna Ecclesia contra aliam, aut vnus Clericus contra alium, si in aliena Diœcesi aut Parochia decimas præscripserit, vtrùm etiam Tertias præscripsisse videatur; siue an vnius iuris præscriptio extendatur ad aliud, in præiudicium Regis? Et quid si tempore immemoriali Tertiæ solutæ non fuerint?

Vna Ecclesia an præscribere possit decimas in alterius Diœcesi, aut aliena Parochia? An etiam consuetudine id effici possit.

Et consuetudo in soluendis decimis quantum valeat & possit; breuis & distincta resolutio. p.357.

CAP. XXXVIII. Ecclesiæ, Ecclesiastici, & alij quicunque qui decimas iure deferunt, atque percipiunt, si constiterit & probatum fuerit à decimis ipsis Tertias separasse, illásque tenuisse & administrasse nomine Regio, & tanquam administratores, siue etiam tanquam socios & participes; vtrùm immemoriali præscriptione se eximere & liberare valeant à solutione Tertiarum earundem, vel non, si tempore immemoriali eas non soluerint: breuis, vera, & dilucida resolutio. p.358.

CAP. XXXIX. Tertiæ quo tempore soluendæ sint, & debeantur; & an via executiua peti possint? An denique integrè & sine diminutione, nullisque deductis expensis, tributis, debitis, aut alio onere, soluantur; prout in decimis iure statutum reperitur. p.361.

CAP. XXXX. Tertiarum commoditas, & ius incorporeum quod in earum exactione & perceptione consistit, vtrùm inter bona immobilia, an inter mobilia computari debeat.

Quid etiam de annuis reditibus redimibilibus, perpetuò tamen constitutis dicendum sit? & de effectibus pluribus huiusce indagationis.

Quoad alienationes, inquam, rerum Minorum.

Quoad statuta & leges de rebus immobilibus disponentes.

Quoad satisdationem *iudicio sisti*.

Quoad quæstionem vsusfructus omnium bonorum tam mobilium, quàm immobilium; de qua Author metipse egit *in commentarijs de vsufructu, cap. 41.*

Quoad interpretationem vltimæ voluntatis; qua testator immobilia, aut mobilia legauerit; aut immobilia sua maioratus iure reliquerit.

Aut si inter viuos quis bona sua immobilia obligauerit: aut alio modo de eis disposuerit.

Quoad interdicta *vti possidetis*, & *recuperandæ possessionis*, quæ non dantur pro rebus mobilibus.

Quoad quæstionem retractus; Vtrùm scilicet in venditione Tertiarum, aut annuorum redituum, sit locus retractui iure sanguinis.

Quoad restitutionem denique bonorum dotalium; restitutio scilicet dotis consistentis in iuribus Regiis, & aliis reditibus annuis, soluto matrimonio, quando, & quomodo fieri debeat. p.363.

CAP. XLI. Regalia, siue specialia, & in signum Maioriæ & supremæ potestatis, Regibus & Principibus supremis, & nullis aliis competentia permulta esse; & à nonnullis iuris Interpretibus in vnum congesta; hoc autem loco per Authorem illustrata, atque exornata ea, quæ in vsu forensi, & apud Pragmaticos frequentiora sunt, & ita assiduè occurrunt vt per manus circumferantur quotidie.

Tertias, quæ ex fructibus & rebus omnibus quæ decimantur, ad Reges Hispaniæ ex concessionibus & gratiis Apostolicis pertinent, ad Regalia referri; quod scriptum est *supra cap. 3. num. 30.* & hic *ad initium cap.*

Absolutæ potestatis attributum, ex qua Tertio cuilibet, in iure etiam quæsito, aut in spe quærendo, præiudicari potest variis in casibus, & in diuersis materiis, & rei suę dominiū alteri auferri; Regum dumtaxat & Principum supremorum proprium esse, ex sententia multorum: sed ex vera & tenēda sententia, nullam esse in Principe supremo, maximè

maximè Christiano & Religioso absolutam potestatem, nec ius quæsitum, aut rei dominium auferri posse nisi ex causa publicæ vtilitatis, cui aliter prospici non possit, & tunc integram satisfactionem illi præstandam: quod multis exornatur, *ex num. 2. vsque ad num. 11.*

Et absolutæ, & ordinariæ potestatis distinctio improbatur. Noua etiam Calixti Ramirez concordia siue consideratio, nouè etiam confutatur.

Suprema & plenaria omnis iurisdictio radicata est originaliter in Principe, & ad Regalia refertur, & in concessione quantumcunque generali, reseruata semper intelligitur.

Iurisdictio omnis penes Principem residet, & ab eo, ad omnes, pro iustitiæ administratione communicatur.

Iurisdictionem aliquam ad se pertinere qui contendit, tenetur id euidentissimè probare, cùm iura omnia assistant pro Principe, qui fundatam habet intentionem suam. Et alia de iurisdictione *ex numer. 11. ad num. 17.* & supr. *cap. 18. ex num. 155. cum sequentibus*, vbi videndum est.

Magistratuum, Senatorum, & Officialium creatio est de Regalibus, & de his quæ ad Maioriam & supremam potestatem pertinent. Vnde Reges soli, seu Principes supremi, creandi Magistratus potestatem habent; & quod sint optimi & præstantiores; & quales, quantaque cura creari & eligi debeant; & an digniores? an verò sufficiat quod digni eligantur: & dignior in proposito quis dicatur?

Consiliarios denique, indignos officiis, Regibus prononentes, an mortaliter peccent, & ad restitutionem damnorum teneantur? *num. 17. 18. & 19.*

Reges & Principes supremi vtrùm officia sæcularia & temporalia, ex iure Regaliæ & supremæ potestatis vendere possint? Et an id Reipublicæ expediat? Et quid in casu magnæ necessitatis, cui aliter succurri non valeat: *numero 20. & 21.*

Magistratus & Officiales à Regibus creati, siue gratis, siue aliquo accepto, vtrùm reuocari, suísque officiis priuari possint? Et an iusta & necessaria causa requiratur? Quid si creatio, aut concessio facta fuerit ad beneplacitum? Quid in Officialibus nominatis ab inferioribus à Regibus simpliciter? Quid si ad nutum, & beneplacitum? Vbi infertur ad Locum tenentem, ad Vicarium Episcopi, ad Capellanum, & alios; & ad beneficium ad nutum amouibile: *ex num. 22. ad num. 27.*

Magistratuum præcedentiæ inter Regalia quoque numerantur, cùm à voluntate & decretis Regum principaliter dependeant.

Præcedentiæ materia illustrata atque exornata permultis, & quibus regulis siue doctrinis ipsa circunscribi valeat. Vbi articulus ille inter Magistratus & Senatores, Regiósque Officiales in officiis & dignitatibus quibus administratio est annexa, an ille præcedat qui prius possessionem adeptus est, licèt alius primò nominatus aut electus fuerit, accuratè & dilucidè magis quam hactenus factum fuisset, explicatus relinquitur. Nonnulla etiam adnotantur, quæ vtilia erunt, & seruari debent, cùm de recipiendis Senatoribus qui simul concurrunt, & de præcedentia eorum contenditur. Et casus aliqui nouè excogitantur, atque distinguuntur.

In rescriptis gratiosis, literísque Apostolicis, an datæ tempus, an præsentationis attendatur; & de explicatione iurium quorundam canonicorum; De materia etiam *l. quoties, Cod. de rei venditatione.*

Consuetudinis denique & obseruantiæ quanta sit vis, & virtus, & effectus tam in materia præcedentiæ, quàm in aliis. Et de omnibus quæ ad præcedentiam attinent, *ex numero 27. ad numerum 69.*

Legis condendæ potestas, est de reseruatis Regibus & Principibus supremis, & de maioribus Regalibus; ac primus (vt alij dicunt) Maioriæ effectus. Et eis priuatiuè quoad alios omnes competit.

Leges vt obligent, quas habere debeant qualitates. Et de legibus nonnulla alia: & de vniuersa materia, remissiuè.

Leges quando proferuntur, sunt bene & maxima cum deliberatione considerandæ: cùm verò receptæ fuerint, semper erunt custodiendæ: nec de facili alterandæ, aut mutandæ, nisi propter maximam & euidentem vtilitatem. Vbi *l. 2. ff. de constitut. Principum*, decisio, nouitates scilicet vitandas esse; & in rebus nouis statuendis euidentem vtilitatem esse debere, vt recedatur à iure antiquo, exornatur permultis.

Leges humanæ, tam Ciuiles, quàm Pontificiæ, si non sint vsu receptæ, an subditos & vasallos adstringant? An requiratur consensus & acceptatio populi? An verò præcisè ligent subditos, etiamsi eas recipere recusent? Quod singulariter

riter & vtiliter explicatur. Et de legibus, & materia, ex *num. 69. ad numerum.78.*

Reges & Principes supremi iure Regaliæ & Maioriæ supremæ, ex iusta & necessaria causa boni publici, & implemento obligationum Regiarum, honorísque conseruandi, & cùm imminent bella, necessitates, & causæ publicæ, quibus ex Regio patrimonio, Regiísque redditibus prouideri, & succurri non potest; gabellas, exactiones, vectigalia, noua tributa, & alias contributiones imponere possunt. Angarias etiam, & parangarias. Item donatiua, seruitia ordinaria, & extraordinaria. Et in Hispania, *los millones, y sisas*: Aliáque similia à subditis exigere.

Et tempore necessitatis vrgentis, omnes vassalli seruire, succurrere, & contribuere debent: cùm omnia bona subditorum dicantur esse Principis tempore necessitatis: cum temperamento tamen & iusto moderamine, & vt Regna, vassallique conseruentur. Et his concurrentibus quæ ad iustificationem prædictorum, ex communi Theologorum, & vtriusque iuris Interpretum sententia requiri, & notari solent communiter.

Ex quibus concluditur, tributa, contributiones, & alia, quæ huic Regno imponuntur, propter bella, & sumptus quos Rex ipse aliis in Regnis sustinet, esse iusta, & de iure procedere: cùm necessitas sit vrgens, & præcisa, & ex causa boni publici. Quod P. Gabr. Vasquez notanter & specificè probauit.

Et his comprobari atque illustrari possunt quæ Rol. à Valle in fauorem Regum & Principum supremorum, cùm necessitas vrget, & bella instant, egregiè cumulauit, *in consil. 1. & consil. 13. volum. 2.* Et de his *ex numero 78. vsque ad numerum 85.* notanda resolutio & explanatio.

Ius concedendi immunitatem à vectigalibus, collectis, & aliis contributionibus, & tributis, inter Regalia refertur, & solis Principibus supremis competit. Et de materia breuiter annotantur nonnulla, *numero 83.*

Ius hospitij & cogendi subditos & vassallos hospitare familiares, seruitores, & domesticos Principis, ad Regalia quoque refertur, & solis Regibus competit. Et de materia breuiter agitur *num. 84.*

Belli indicendi facultas, & licentia belli gerendi, ad Regalia refertur; provt & pacem post bellum inite; & subditos cogere vt ad bellum pergant: quod solis Principibus supremis competit.

Bella quæ iustè & legitimè inferuntur, omninò probari, & ius acquisitionis Victoribus præbere. Iniusta autem, & per solam violentiam illata, nullo iure probari, neque legitimum dominium præstare.

Bellum vt iustum sit, ex quibus causis & qua intentione inferri debeat. Ex quibus etiam dicatur iniustum.

In belli conflictu quæ capiuntur, qualiter diuidantur. Ad ius Regale refertur, quintam habere partem mobilium, & se mouentium, bello captorum. Et de materia belli, *ex num. 85. ad num. 94.*

Ius faciendi oppignerationes, quæ *Represalia* vulgo vocantur, ad maiora pertinet Regalia. Et de materia, *num. 94.*

Provt etiam potestas prohibendi & impediendi subditos ne exstruant castra fortia, turres & propugnacula, aut vallo, fossave suas ædes circundent, & muniant; de quo *num. 95.*

Nundinas & mercata concedere, effectus Maioriæ supremæ & Regaliæ est. Et materia breuiter *num. 96.*

Legitimandi filios illegitimos, naturales scilicet, spurios etiam, cuiuscunque generis illi sint, facultas & potestas Maioriæ supremæ est, & ius Regale; solísque Principibus supremis competit.

Et quoad successiones tam ex testamento, quam ab intestato, & contra testamentum, & quoad alios plures effectus, quid, & qualiter legitimatio Principis operetur? & de vniuersa materia remissiuè *num. 97.* Ac inter alios plures videatur latissimè Ioan. Bapt. Lup. *de illegit. & de natal. restit. comment. 3. per tot.* Explicauit etiam Author noster *in comment. tomi 4. cap. 22. ex numer. 40. & tom. 5. cap. 106. per totum.*

Ad ius Regale & supremum referri Nobilitates quæ à Regibus procedunt; ipsi namque nobilitant quos volunt; ita quod dicantur verè Nobiles; & an gaudeant iisdem priuilegiis quibus gaudent Nobiles sanguine? Et in rescriptis comprehendantur, quæ de Nobilibus loquuntur? In legibus etiam, ne torqueantur, ne incarcerentur pro debito ciuili, ne suspendantur resti ex delicto, & ne remiges fiant; Vt cum Nobilibus sedeant, & Nobilium gerant officia, & insignia militaria Ordinum militarium deferre possint; reliquísque prærogatiuis gaudeant, quibus gaudent Nobiles nobilitate sanguinis: & de his optimè agitur *numero 98. per totum.*

Veniam ætatis minoribus concedere, ad ius Regale & supremam potestatem pertinet. Et de materia. An etiam minor qui veniam ætatis impetrauit, in integrum restitutionis beneficium amittat? *num. 99. & 100.*

Moratorias, aut temporales dilationes ad soluendum, debitoribus concedere, ad ius Regale & supremam Principum potestatem pertinet, non ad alios inferiores.

Et summa cum æquitate, summáque cum ratione, ac de iustitiæ honestate, moratorias literas pauperibus debitoribus per Reges concedi posse, quando vera paupertas apparet; & etiamsi plura bona debitores habeant, si tamen secundum præsentem statum graue detrimentum eis immineret, aut sine magno damno soluere non possent, & iusta semper causa interueniat.

Et nouem ampliationibus, nouémque limitationibus materia hæc circunscribitur, breuiter nimis; sed latiùs *in commentarijs* seu *tract. de alimentis, nunc primùm Lugduni edito, cap. 12. per tot.* vbi ex proposito articulus hic est absolutus: interim tamen summâ quadam, res hæc explicatur hic. Et Gabr. Aluarez de Velasco *in tractat. de priuileg. pauperum, & miserabilium personarum, 1. parte, capite 44.* locus singularis expenditur.

Ac denique inquiritur an moratoria dilatione concessa currant vsuræ seu interesse. Et de his, *num. 101. per tot.*

Cudendi monetam facultas ad Regalia refertur: & priuatiuè pertinet ad Reges, seu Principes supremos; non ad alios, nisi de eorum gratia & concessione.

Sic sanè Reges possunt nouam monetam facere, & antiquam mutare, sed non de facili id fiat, maximè in damnum populi, nisi euidens vtilitas speretur.

Possunt etiam iustum monetarum valorem constituere, illúmque augere, & minuere: Et si magna vrget necessitas, monetæ nouæ aliqua liga imponi. Et de materia monetæ, *num. 102. & 103.*

Vbi etiam monetam falsam fabricans qua pœna puniatur? Quid si totonderit, vel raserit, vel diminuerit? Quid si eam expendat, sed non fabricauerit?

Thesauri inuenti tractatum & materiam tam attento iure communi, quam ex consuetudine aliquarum prouinciarum seu Regionum, quàm etiam ex legibus huius Regni; & maximè ex *l. 45. tit. 28. part. 3. & l. 1. tit. 13. lib. 6. nou. coll. Reg* & de quæstionibus omnibus ad rem hanc attinentibus suscepisse Authores permultos, qui ingenti studio cumulantur per Authorem *hoc loco.*

Vbi *ex num. 104. vsque ad num. 115.* materia ipsa octo principalibus conclusionibus illustratur atque exornatur, & accuratè discutitur; Thesaurus inuentus ad quem pertineat? siue an, & qualiter diuidatur? & an ad Reges ex consuetudine vniuersali integrè pertinere obtinuerit? Et an indistinctè dici possit (prout quamplures dixerunt) thesauri inuenti ius ad Regalia referri.

Mineralia, & venæ auri, argenti, & cuiuscunque metalli ad quem pertineant, iure communi attento.

Ad quem etiam, iure Regio Hispano.

Et an inter Regalia enumerari debeant, *numero 115.*

Salinæ, quæ in locis publicis sunt, & ex aquis salsis perficiuntur, ad Regalia referuntur, & in patrimonio Regum esse dicuntur, ad eósque pertinent.

Portus etiam, & ius riparicum, & mare, & portalia; & ius plaustrorum, & nauium; & piscandi ius: de quibus *numero 116. & 117.*

Venationem prohibere est de Regalibus. Et ideo Principes Supremi venationes & aucupationes prohibere iure possunt. Principes inferiores non possunt, *numero 118.*

Viæ publicæ inter Regalia referuntur. Et ita soli Principes supremi in via publica iurisdictionem habent; ipsique tantùm possunt in ea ædificare, vel aliquid facere: priuati non possunt; nec illam claudere, vel obturare, vel quidquam ibi aliud facere, *num. 119.*

Vniuersitatem & publicum studium erigere, ad Regalia refertur. Estque ius regale supremum. Et ideo soli Principes supremi facultatem erigendi concedunt. Sed requiritur Romani Pontificis licentia, *numero 120.*

Auocandi causas omnes ab ordinariis Iudicibus & in Regiis tribunalibus existentes, & aliis committere ac delegare, Principus supremis competit potestas ratione Regaliæ. Estque ius Regale supremum, quo Principes vti non debent, nisi ex iusta & magna causa. Et quibus ex causis hæc euocatio iustificetur. Et an ab alio quàm à Principe fieri possit.

Quid ob denegatam, vel retardatam iustitiam, aut propter negligentiam, aut propter potentiam aduersarij.

Quid in Auditoribus Regiis Senatuum inferiorum à supremo Castellæ Consilio.

Quid etiam, si aliqua pars Iudicem ordinarium, appellatione interposita ab aliquo articulo, recusauerit.

Aut si iurauerit se non sperare iustitiam ab eo consequi. Et de opinione D. Præsidis Did. Couarr. De his etiam quæ Sigism. Scaccia in proposito scripta reliquit.

Et de aliis quæ ad euocationis causarum materiam pertinent, *ex numero* 121. *ad numerum* 145. Vbi etiam an causa semel ad Curiam delata, exire possit à Curia, nisi ex Principis iussu aut decreto.

Ibidem etiam *ex num.* 126. *vsque ad numerum* 131. explicatum atque exornatum dubium illud, Vtrum Reges & Principes supremi reuisionem sententiæ in iudicatum transactæ concedere possint; idque ratione Regaliæ & supremæ potestatis.

An etiam tollere rei iudicatæ impedimentum, vt iterum litigetur: & restituere ad appellandum aduersus rem iudicatam?

Et concluditur nisi ex magna causa, aut notoria iniustitia, id fieri non posse.

Et Iacobi Menochij consilia quædam expenduntur, nempe 818. *lib.* 9. 1038. & 1044. *lib.* 11. in terminis prædictis.

Cæsaris etiam Manentij decisio 27. in indiuiduo hac de re agens adducitur.

Hortensij deniq; Caualcani *fragmentum* 122. ponderatur.

Delictorum indulgentia & remissio ad Regalia, & supremam Regum potestatem refertur. Ideirco soli Principes supremi illam concedere possunt. Et sic remittere tam pœnas pecuniarias, quàm corporales. Quod aliis inferioribus non licet. Et Regibus ipsis ita concessum est, vt non nisi ex iusta & rationabili causa remissionem faciant pœnæ delictorum. Et pax, aut remissio partis offensæ præcedat. Nec condemnatio parti applicata remittatur. Et adhuc iusta causa remittendi requiritur. *ex num* 145. *ad n.* 150.

Bona vacantia ad iura Regalia referri, & ad Reges, supremósque Principes ratione maioriæ & supremæ potestatis pertinere.

Reges hodie, seu Fiscus, an vltra decimum gradum admittantur, an vltra quartum.

An etiam hodie vir & vxor fiscum excludant, & de hac materia *ex num.* 150. *ad num.* 156.

Confiscationes bonorum ad ius Regale & ad supremos Principes pertinent. Et non nisi in grauissimis delictis fiunt. Et de materia, *num* 156. & 157.

Ab indignis bona auferre ad ius Regale refertur. Et Fisco regulariter applicatur omne id quod ab aliquo tanquam ab indigno aufertur. Et quibus ex causis indignum quem effici contingere possit. De quo, & de materia taciti fideicommissi, & multæ necis defuncti: *num.* 158. & 159.

Vassalli inuiti quod alienentur à Regibus & Principibus supremis, ad ius Regale refertur. Et de consuetudine generali alienantur in his Regnis, & maximè tempore necessitatis licitè & de iure fit alienatio.

Oblato tamen pretio reclamare possunt.

Si nouum Dominum sine contradictione reclamare non possunt.

Iurisdictiones etiam, villas, & ciuitates alienare, aut locis, vulgò *las aldeas*, iurisdictionem concedere, & villas facere Ciuitates, iuris Regalis maximum attributum: & de his, *num.* 160. & latiùs *sup. cap.* 17. *numer.* 21. De vassallis, & de alienatione villarum, ciuitatum, & iurisdictionum, *cap.* 18. longa serie, vbi explicatur qualiter, & quando id liceat.

Regale ius esse quod tempore penuriæ & necessitatis publicæ, Reges possint iustum pretium frumento constituere, & illius dominos cogere ad vendendum.

Cogere quoque diuites ad mutuandum, vt frumentum ematur: idque gratis, & absque vllo interesse: *num.* 161. & 162.

Potestas cognoscendi per viam violentiæ, & Regia protectio vi oppressorum appellantium à causis & iudicibus Ecclesiasticis, est de Regalibus supremis. Et de materia cognoscendi per viam violentiæ, & pro iustificatione ipsius, & recursus vi oppressorum ad Regia Tribunalia, obseruantur nonnulla ex quibus deducitur hanc potestatem ex principiis iuris naturalis esse inductam, ex quibus proprium Regum officium est vi oppressos liberare, & subditos à violentiis defendere: Iure etiam diuino, Canonico, & positiuo approbatam; frequenti & vniuersali vsu receptam; immemoriali consuetudine corroboratam: scientia quoque & patientia seu tolerantia Pontificum, & aliquando expressa approbatione confirmatam: item publica & communi omnium vtilitate, & vi directiua rationis in bonum commune, & pluribus Rotæ Romanæ decisionibus.

Et hæc Author, vt satisfaciat ac respondeat concludenter Augustini Barbosæ opinioni contra communem; cui nullus adhuc responderat. Et hoc loco euidentissimè confutantur ea, quibus ipse adductus fuit; cùm tamen alio in loco contrarium voluisset.

Ibidem etiam Antonini Dianæ noua, quæ est eadem Barbosæ resolutio, nouè etiam & verè reiecta.

Noua quoque eiusdem Dianæ distinctio aut concordia in hoc proposito, nouè & verissimè improbata; & ius Regale recursus subditorum ad Regia Tribunalia; Ecclesiasticorum etiam, sicut laicorum vt propulsentur violentiæ, & tollantur oppressiones à iudicibus Ecclesiasticis illatæ, dum appellationibus iustis non deferunt, ita concludenter probatum, vt de eo quouis modo dubitare, non solùm iuris rationi contrarium, sed velut temerarium videatur. Et de his *ex numer.* 163. *ad numer.* 182.

Regia Hispaniæ prætoria. & Senatus Regij vtrum ad instantiam Fiscalis, aut partis grauatæ, iure possint retinere Bullas & literas Apostolicas, ante ipsarum executionem, vt Rom. Pontifici rescribatur, & voluntas certa eiusdem expectetur, cùm contenditur, ipsas aliquid sacris Canonibus, legibus Regis huius Regni, & iure patronatus laicorum contrarium continere, vel sine vitio subreptionis, aut obreptionis expediri non potuisse.

Et de opinione communi, & praxi huius regni, quæ non sine magno Reipubl. Christianæ damno omitti, aut vitari posset. Vbi etiam ius Regale dictæ retentionis defenditur, & comprobatur. Et Antonini Dianæ opinio nouissima in contrarium improbatur, & conuincitur euidentissimè, non solum ratione, sed etiam sacrorum Canonum constitutionibus. Et latiùs non insistit Author, quoniam plenus ea de re speratur tractatus. Et de his *ex n.* 182. *ad n.* 186.

Vbi etiam, mandatis Principum aliquando non esse obtemperandum, si aliquid insolitum, durum, aut legibus siue rationi contrarium contineant; sed secundam iussionem esse expectandam.

Et de vitio subreptionis, & obreptionis, & clausula, *si preces veritate nitantur.*

Episcopi, & Ecclesiastici iudices, si inobedientes sint mandatis Regum & supremi Consilij Castellæ, aliorúmque Senatuum, in cognitionibus per viam violentiæ, aut in aliis causis, vtrùm à Regno expelli possint, & temporalitatibus priuari.

Et de iustificatione praxis huius Regni, iuxta quam interdum Ecclesiastici propter inobedientiam expellantur, & temporalitatibus priuantur.

Vbi Antonini Dianæ nouissima resolutio in contrarium, nouè etiam & concludenti ratione confutatur.

Et Didaci Couar. & aliorum plurium opinio, iúsque Regale Hispaniæ defenditur: Dummodò cautè & magna cum deliberatione procedatur; & tunc demum cum qualitas & grauitas causæ, magnáque Ecclesiastici Iudicis contumacia, publicæque honestatis & authoritatis Senatus causa & iustificatio id exposcere videatur. Er de his, *ex numer.* 186. *ad num.* 191.

Dignitatem Ducatus, Marchionatus, & Comitatus concedere, ad ius Regale refertur: de quo hic *numer.* 191. & latè per Mastrill. *de magistrat. libr.* 4. *cap.* 5. 6. *&* 7. vbi videndum est.

Quod ea quæ priuilegium aut beneficium Principis supremi tangunt, non possint per alium quàm per ipsum Principem dirimi, aut explicari, ad ius Regale referatur, vel non.

Vbi distinctio Baldi probatur, quæ apud Pragmaticos obtinuit.

Quod si contenditur principaliter, & per se, de valore priuilegij, seu de interpretatione verborum ipsius, de eius mente & potestate, tunc causa pertinet ad Regia Tribunalia, Regiósque Auditores qui Regem repræsentant. Sed si non contenditur de iure priuilegij, nec Principis mente, sed de facto partium sit quæstio, Iudicum inferiorum cognitio sit. Et ita explicari debent iura nonnulla in proposito loquentia: de quo hic, *numero* 192.

Facultas Regia ad alienandum bona maioratus, vel hypothecæ subiiciendum, aut annuos reditus super illis constituendum, ad ius Regale supremum refertur. Atque ex sententia quorundam, concedi non posse licitè & de iure facultates prædictas. Sed ex vera & communiori sententia, iustè & de iure dari, dummodò causa publica, vel ipsius maioratus euidens vtilitas aut necessitas interueniat. Et tunc ius Regale defenditur, & sine scrupulo procedere videri dictas facultates, quæ communi vsu, inueteratâque consuetudine & tempore immemoriali dari consueuerunt.

Dummodò id seruetur quod Author hic adnotauit. Et Velasquez Auendañ. considerationes nonnullæ in proposito probantur & laudantur.

Quid si maioratus institutor alienationem prohibens, expressè quoque disposuit ne facultas Regia peteretur in contrarium?

Quid si pœnam priuationis imposuit petenti facultatem? Aut si simul etiam adsint clausulæ derogatoriæ facultatis prædictæ;

prædictæ: vel exclusa sit omnis & quæcumque causa? etiam publica, & vtilissima quoque maioratui? Aut ita expressum in facultate, cuius virtute maioratus institutus fuit.

An denique dictarum prohibitionum, pœnarum, & clausularum mentio facienda sit Principi? vbi Auendañi obseruationes nouæ, nouè etiam ad examen reducuntur.

Facultas Regia ad alienandum, semper intelligitur, deficientibus bonis liberis, etiamsi in ea non exprimatur: & requiritur quod bona maioratus non sufficiant ad debita soluenda: & de his *ex numer.* 193. *vsque ad fin. cap.*

Regalia *o derecho Regal, es, que los Reyes puedan llamar Palacio a sus casas, y Concejo a sus audiencias, y los Señores no lo pueden hazer, ni vsar de las Regalias, ni traher coches de seis cauallos, ni estar en las Iglesias con cortina, que es gran Regalia*: num. vlt. pag. 367. & seqq.

DE TERTIIS

DE TERTIIS DEBITIS REGIBVS HISPANIÆ, EX FRVCTIBVS & Rebus omnibus quæ Decimantur.

CAPVT I.

CAPVT Primum continet huiusce tractatus præfationem, & qua potissimùm ratione, Author excitatus, adductúsque fuerit vt de Tertiis, vulgo, *los dos nouenos*, quæ inuictissimis, & Catholicis Regibus Hispaniæ præstantur, ex omnibus fructibus, & rebus, quæ decimantur, explicationem, atque interpretationem ex proposito assumeret (quam cæteri omnes omiserunt) & *ibidem leg. prima, titulo 21. lib. 9. collect. Regiæ*, verba ad litteram commemorantur.

SVMMARIVM.

1 *Author reddit rationem, qua potissimum adductus, atque excitatus fuit, vt huiusce materia tractatum, & disputationem susciperet.*

2 Leg. primæ, titul. 21. lib. 9. nouæ collect. Regiæ, *verba ad literam commemorantur, siue transcribuntur.*

3 *Dicta* leg. primæ *constitutionem, tam in modo, & ordinatione, quàm in decisione notabilem, & singularem esse, & huiusce tractatus basim ac fundamentum.*

4 *Et nonnulla continere, qua dura aliquibus videri possent prima facie, recta tamen, & iuridica iuris ratione subsistunt, prout cap. sequent. adnotabitur.*

DE Tertiis (vulgari sermone loquendique vsu commooi, *los dos nouenos*) quæ indoltis Sedis Apostolicæ, gratiisque, priuilegiis Romaoorum Pontificom teiteratis. Hispaniæ Regibus inuictissimis, & Catholicis, fideique, Ecclesiæ, & Religionis tutissimis protectoribus & defensoribus debentur, atque ex omnibos fructibus, & rebos, quæ hisce in Regnis decimaotur, præstari solitæ sunt, & ab omnibus præstari debent, in Regio rei Dominicæ, siue patrimonij Regij, & ærarij grauissimo Senatu, cui ego nunc præsum, assiduè adeo, & frequenter, lites magnæ, & intricatæ coottouersiæ occurunt, vt quæ ad institutum hoc pertinent, quæstiones, & dubia, per maous circumferaotur quotidie: nec vllus hactenus earondem explicandarum, siue huiusce tractatus conficiendi munus susceperit, imò in obscuro, & ambiguo, destituta penitùs, atque inexplicata hæc materia permaoserit: tametsi Scriptorum huius Regni, exterorum etiam nonnulli, aliqua in proposito annorauerint, breuissimè tameo: idcirco postquam ingenti stodio, & diligentia, looga etiam consideratione, qoæ ad hæc pertineot, attigeram, & insudaueram, non modò vtile, & oecessarium, sed etiam velut præcisum mihi visum est, & in futurum Reipublicæ admodũ fructuosum, si rem ipsam, ita assumerem atque perficerẽ, vt nihil, quod in proposito occorrere & considerari valeat, intactũ relinquerem, & certam, & distinctam resolutionem atque explicationem ita proponerem, vt cùm casus, se offerent (qoi frequentissimè occurront) alsbi quæreodi, & de oouo cogitandi, atqoe summum stodium interponendi, labor excusetur omnino.

Hæc aotem, vt suo ordioe, atqoe dictinctione & summa claritate incipiant, & procedant, ante alia meminisse oportebit, basim, ac fuodamentom totius huius tractatus, & materiæ originem, & initium sumere ex decisione *leg prima, tit. 21. lib. 9. noue collect. Regia*, vbi sic cautum, atque scriptum reperitur.

Por quanto las Tercias, que son los dos nouenos de todos los frutos, reatas, y otras cosas que ea estos nuestros Reynos se diezman, son nuestras, y de la nuestra Corona, y patrimonio Real, y pertenecea a Nos por concessiones, y gracias Apostolicas, justos, legitimos, y derechos titulos: y cerca de las dichas Tercias, y dos nouenos, Nos fundamos, y teaemos fundada nuestra intencion, contra qualesquier personas, assi Ecclesiasticas, como Seglares, que no tengan, muestren, ni prueuen teaer legitimo titulo, ò prescripcioa immemorial, y agora somos informados, que no embargante lo susodicho, y lo que por leyes destos nuestros Reyaos, y especialmeate por la que el Señor Rey Don Iuan Segundo hizo el año de quatrocientos y treinta y ocho, està estatuido, y ordenado, contra los que toman, y ocupaa las dichas Tertias, ansi Perlados y Cauildos, y otras personas Ecclesiasticas, como Seglares, a titulo y color de Coronados, ò Escusados, Mayordomias, Sacristias, Arciprestazgos, y por otras pretensas cosas y razones, las entran toman, y ocupan, tienen entradas, tomadas, y ocupadas, y aun dizque sieadoles por nuestra parte pedidas; y demandas, dizen, y alegan, que Nos no tenemos el tal titulo, ò derecho a las dichas tercias, y que si alguno Nos teaemos, no serà, ni es general en todas las partes, y lugares de estos Reynos, ni en todos frutos, ni rentas, y cosas que se diezman, ni en tanta parte, ni cantidad, y que assi mismo no fundamos, ni tenemos fundada nuestra intencion: y que a Nos toca, y Nos auemos de moustrar, y prouar el titulo, y derecho que tenemos, y aun el vso, y possession de el: y que no lo mostrando, y prouando, aunque por su parte siendo reos, y demandados no se prueue legitimo titulo, ni prescripcion immemorial, 1

deuen de ser absueltos, y que por estos titulos, y colores, y por estas vias y medios se ha pretendido, y presende poner duda, y dificultad en nuestro titulo, y derecho cerca de las dichas tercias, y nouenos, siendo tan claro, y notorio, y en tan graue perjuyzio, y daño de nuestro patrimonio Real, en que estan metidas, y incorporadas las dichas tercias, cuya conseruacion tanto importa para el sustenimiento, defensa, y seguridad de estos Reynos, y causa publica dellas: y auiendo sobre esto mandado platicar a algunos de el nuestro Consejo, juntamente con los nuestros Contadores mayores, y otras personas de letras, y experiencia, y auiendose tratado, y conferido, y con Nòs consultado fue acordado, que deuiemos mandar dar esta nuestra carta, la qual queremos que aya fuerça de ley, pragmatica sancion, bien assi, como si fuesse hecha, y publicada en Cortes, por la qual mandamos, que ninguna, ni algunas personas de qualquier estado, condicion, y calidad que sean, Ecclesiasticas y Seglares, ni a titulo de Corouados, Escusados, Mayordomias, Sacristanias, ni Arciprestazgos, ni otra razon, y qualquier causa que sea, non entren, tomen, ni ocupen las dichas nuestras tercias, y las dexen libremente cobrar y beneficiar a nuestros Contadores mayores, y a nuestros recaudadores fieles, y executores, y cogedores: demanera que nos ayamos, y lleuamos enteramente los dos nouenos de todas las cosas y frutos que se diezmaren en estos nuestros Reynos y Senñorios, y que los que los tienen entradas, tomadas y ocupadas, no teniēdo, ni mostrādo, ni prouando tener legitimo titulo, ò prascripcion immemorial, las dexen, dessembarguen, y bueluan y restituyan. pues como dicho es, es claro y notorio nuestro derecho, y nos fundamos y tenemos fundada nuestra intencion: y mandamos que en los negocios causas, y pleytos que sobre las dichas tercias, y nouenos que adelante se mouieren, ò al presente esten pendientes, y no estuuieren fenecidos, assi se declare, y sentencie y determine.

3 Hactenus *dicta leg.* 1. verba omnia, & verè ipsa, tam in modo, & ordinatione, quam in decisione notabilis. & singularis est, & huiusce tractatus basis, ac fundamentum, vt *supra* dixi.

4 Et quamuis nonnulla contineat, quæ dura aliquibos videri possent prima facie, recta tamen, & iuridica iuris ratione subsistunt, atque iuris ipsius principiis, & documentis, communibusque & veris Interpretum nostrorum placitis conueniunt, sicuti capitibus sequentibus demonstrabitur, & decisio ipsa, consideratis quamplurimis rationibus, & fundamentis, in tuto, & efficacissimè comprobata manebit.

CAPVT II.

De Tertiis qui Authores sermonem instituerint, siue nonnulla (breuissimè tamen) tradiderint. Tertiæ quæ dicantur, siue qua in quantitate consistant, tam ex lege, quam ex communi Interpretum traditione, & obseruantia. Tertiæ, verum ex consuetudine contraria minui possint, ita quod duo noueni, non integrè soluantur. In decimis soluendis, consuetudo multum valet, & potest, ex quo ad nonnulla infertur. Et quę aut qualis, siue quanti temporis consuetudo requiratur. Tertiæ integræ, vt non soluantur, an immemorialis præscriptio necessaria sit præcisè, nec alia sufficiat.

Decima est onus reale, & sequitur possessionem, & fructuum possessorem, seu detentatorem; ita vt possit Ecclesia eligere nouum, aut antiquū possessorem, pro Decimis pręteritis non solutis. Prout in feudo Emphytheutico: & in census possessore; & in beneficij possessore. qui pro præteritis pensionibus, aut redditibus conueniuntur.

Decimæ quota præscribitur. Quæ requirantur, vt consuetudo soluendi decimas non integras, & non de omnibus fructibus, dicatur legitimè præscripta, legitiméque probata. Et an in quota Tertiarum, in minori quantitate, *que en los dos nouenos*, æqualiter procedant.

SVMMARIVM.

1 *De Tertiis* (que son los nouenos de todo lo qoe en estos Reynos se diezma) *qui Authores sermonē instituerint, siue nonnulla scripta reliquerint, quamuis maiorem explicationem omiserint.*

Vbi suo ordine commemorantur quamplures ab Authore originaliter prælecti.

Et nonnulla adnotantur circa ipsorum placita, quæ alij intacta reliquerunt.

Aliquorum etiam nota adiicitur, prout hîc videbitur.

2 *Tertiæ, quæ dicantur, siue quæ in quantitate consistant, tam ex lege, quam ex cōmuni Interpretū traditione.*

3 *Deductionis Tertiarum exemplum, Hispano sermone proponitur.*

Quod regulariter obseruari debet.

Aliquando tamen ex vi contrariæ consuetudinis immemorialis, aliter statuendū, & duos nouenos non integrè deducendo.

Vt in Tertiis obseruetur id ipsum, quod in Decimis.

4 *In quibus soluendis, attenditur, & multum valet consuetudo.*

5 *Consuetudine effici potest, vt Decima, aliàs vni Ecclesiæ debita, alteri soluatur.*

6 *Consuetudo plurimùm potest circa portionem, & quantitatem, aut quotam Decimæ.*

7 *Consuetudo valet, quod de eodem prædio, vna Ecclesia, Decimas maiores percipiat, & alia minores.*

8 *Item, vt de minutis etiam Decimæ mixtæ, vel ex certis fructibus non soluantur.*

9 *Item, vt de prædiis Ecclesiasticis, Decimæ non soluantur à Clericis.*

10 *Et vt Clerici eximantur à solutione Decimarum omnium, tam prædialium, quam personaliū, & etiam ratione bonorum patrimonialium.*

11 *Consuetudo magnæ potentiæ est, & attendi debet, vbi de iure dubiū est, ad quā Ecclesiā Decima spectēt.*

12 *Et an hoc casu sufficiat consuetudo decem annorum.*

13 *Quādo etiā requiratur quod sit quadraginta annorū.*

14 *Quando denique immemorialis necessaria sit.*

15 *Tertiæ integræ, vt non soluantur, quæ præscriptio necessaria sit.*

Et an immemorialis, cum suis requisitis, præcisè requiratur, quoad remissionem partis, sicut quoad integras Tertias non soluendas.

16 *Decimæ soluuntur de omnibus terræ fructibus, & aliis prouentibus.*

Et de quibus soluantur remissiuè.

17 *Decima est onus reale, & sequitur possessionem & fructuum possessorem, seu detentatorem.*

Et potest Ecclesia, nouum emptorem, eundemque possessorē, ad Decimas præteritas non solutas conuenire.

Et eligere nouum, aut antiquum possessorem prædij, Cū pro Decimis fundus censeatur tacitè hypothecatus.

Et tributum, ex certo feudo, debitum, transit in quemlibet possessorem, prout in feudo, Emphyteutico

Et in census possessore, qui pro præteritis redditibus conuenitur, non excusso principali venditore.

Et beneficij possessore, qui etiam pro præteritis pensionibus conueniri potest.

18 *Et id ipsum in tertiis debitis ex ipsis Decimis (cum sit ius reale) obseruandum esse.*

19 *Tertiæ,*

19 *Tertia, licet non integra soluatur sed in minori quantitate, aut quota, ex vi tituli, aut immemorialis consuetudinis, non ideo verè & propriè, Tertia nō dicentur, siue Tertiarum nomen non retinebunt.*

20 *Decimam, cum integritate dicitur soluere qui soluit partem, seu quotam, qua attenta consuetudine, solita est dari, & num. seqq.*

21 *Quamuis Decima cùm integritate solui debeant.*

22 *Quicquid Camillus Borellus aliter statuerit.*

23 *Decima tota, licet regulariter præscribi non possit, quota tamen Decima præscribitur.*

14 *Quæ requiruntur, vt consuetudo soluendi Decimas non integras, & non de omnibus fructibus, dicatur legitimè præscripta, legitiméque probata.*

Eadem requiri, necessariáque esse præcisè, vt quota Tertiarum in minori quantitate, que in los dos nouenos enteramente, *aut non de omnibus fructibus soluatur.*

Et quæ requirantur.

DE Tertiis, ex omnibus rebus, & fructibus qui decimantur, Regibus Hispaniæ debitis, & præstandis, quamplures Authores sermonem instituerunt, siue nonnulla (breuissimè tamen) adnotarunt, aut scripta reliquerunt; maioré autem explicationem omiserunt; vt *capite præcedenti* dicebam. Hos quidem ego diligentia, & studio euolui, atque prælegi, & suo ordine nunc commemorabo, circa ipsorum quoque placita, nonnulla adnotabo, quæ intacta aliqui reliquerunt, aliquorum etiam notam adiiciam, prout statim videbitur. Sequentes itaque iuris Interpretes, materiæ præsentis specificam faciunt mentionem, & in proposito expendi, atque ponderari debuerunt.

Gregorius Lopez, *in l. 22. tit. 20. de los diezmos, part. 1.* verbo *no le deuen auer,* ibi: *Sed quid si Rex Hispaniæ, cui ex priuilegio Papæ competunt decimæ (dictæ* Tertiæ*) det illas alij Laico, an talis Laicus erit capax ad tenendum illas.*

Vbi tamen doctissimus, & præstantissimus adeo vir deficit in eo, in quo dubium proponit, an scilicèt talis Laicus sit capax ad tenendum illas? & primò inquit videri, quod non, per tex. *in cap. peruenit 7. q. 1. & cap. sanè, de priuileg.* Attamen, consuetudinem in his Regnis extare in contrarium: Verè namque, non modò ex consuetudine, sed iure ipso id procedere, atque statui debere *alio capite, inferius* dicetur, & comprobabitur.

Idem Gregorius, *in l. 23. tit. eod. & part. fol. 14. glossa 2. verbo, tamen,* vbi singulariter adnotauit, eos, qui decimas aliquas in feudum tenebant, amittere eas, si quid enorme commiserunt contra Ecclesiam, à qua feudum tenebatur, occidendo, vel mutilando Rectorem, vel Clericum suum, per text. *in cap. in quibusdam, de pœnis,* & infert statim notabiliter in hæc verba. *Quæ tū nota ad Tertias decimarum concessas ab Apostolico. Regibus Hispaniæ:* quæ est vera, & notabilis consideratio: Felinus etiam, Abbas, Cardinalis, & Guillelm. Benedictus, ab eodem Gregorio Lopez, *in d. l. 22.* commemorati, nonnulla tradiderunt, quæ huic tractatui, & materiæ admodum conducibilia, & necessaria sunt, & rectè ab eo ponderantur.

Montaluus etiam, *in repertorio legum Partitarum, littera R.* post verbum, *promisit Rex Henricus Quartus,* in *additione magna,* quæ incipit, *Rex Ioannes Secundus* ad finem, *vers. An autem Tertia decimarum.*

Palacius Rubios, *in repetitione rubricæ, de donat. inter virum & vxorem, §. 37. n. 13. fol. mihi 85. in noua editione,* qui non deberet cogitandum relinquere, an Tertiæ decimarum, quas Princeps, vel Rex alicui concessit, possint ab eo sine licentia Principis alteri concedi, vel dari, vel in alium transferri. Item an Rex ipse possit illas alteri Laico cōcedere, cum Laici non sint capaces: ductus, atque excitatus duntaxat Montalui errore (quem *ibi* citat) vepote, cum vnum, & alterum, de iure fieri possit, nec Laici incapaces dicantur; ex quo Tertiæ ipsæ in patrimonio Regum Hispaniæ incorporatæ, & temporalizatæ sunt, vt inferiùs *alio cap.* comprobabitur.

Ex quo etiam Princeps eas alicui concessit, dubiū non est, quin possit ipse illas in alium transferre, nisi in concessione, aut priuilegio, aliter cautum fuerit, nec Firmianus, *in tractatu Gabellarum, par. 1. q. 14.* repugnat, prout *ibi* videri potest, imo contrarium probat text. *in l. hi quibus, C. de muner. patri. l. 11.* iuxta intellectum Bartoli, & Plateæ *ibidem.*

D. Ioann. Baraona, *in addit. ad ipsum Palac. Rubi. ibi, lit. G. fol. 87.* qui etiam nihil certum in proposito resoluit, sed ad nonnullos Authores se remisit.

Balbus, *de præscr. 5. p. princ. p. 1. q. 7. column. final.*

Rodericus Suarez, *alleg. 28.* vbi in materia Decimarum tradit nonnulla, quæ huic tractatui, & dicendis infrà, admodum conueniunt & necessaria sunt, & expresè annotauit, quòd dictæ Tertiæ fuerunt concessæ Regi Ferdinando, & Elisabethę, prout eum commemorat Ceuallos, *in locis referendis infrà.*

legitimi tituli, & tituli dari à lege, & vim iustitiæ, & veritatis, & immemoriali probata, præsumimus præcessisse titulum legitimum, & Iudex credere debet; quod immemorialis processit ex legitimo titulo, & immemorialis acquirit ius possidenti ex fortiori causa quæ cogitari possit, & illà adeò tutus est quis, ac si haberet priuilegium ab eo, qui concedere posset, & immemorialis est titulus, causa, & priuilegium: vnde habens immemorialem, habet instrumentum vndequaque perfectum, & tantum potest immemorialis, quantum Rex, vel Imperator cum causa; prout hæc omnia, latiùs comprobat *ibi.*

Tanti inquam temporis cursus, cum habeat vim priuilegij, & concessionis Papalis omnino releuat Reges nostros Hispaniæ, ab onere probandi, aut producendi, siue exhibendi titulum aliquem; sicuti in his, quæ sui natura præscribi non possunt regulariter, & quæ ad Romanum Pontificem spectant; cum contrarias opiniones adduxisset; resoluit Peregrinus, *de iure fisci, libro primo, titulo* 2. *numer.* 61. *fol.* 8. vbi sic scribit: *Prior opinio verior videtur in præscriptione immemoriali, quia immemorialis præscriptio*

æquiparatur

æquiparatur veritati, l. 1. C. de seruitut. l. si pupillus, ad finem, ff. de administ. tut. Bald. in consil. 23. & subtiliter, in 4. item æquiualet pacto, l. 2. & quod ibi notat Glos. C. de dotis promissione, Bald. dicto consilio 23. Socinus Sen. consil. 86 In causa n. 12. in principio, & cons. 166. n. 22. Immo fortius operatur præscriptio, quàm pactum, sicuti ex pluribus docuit Felinus in cap. cum accessissent n. 48. ext. de const. & præterea habet vim priuilegij, à superiore concessi, vt latius dicam infrà, ita vt omnia quæsibilia priuilegio, quærantur etiam consuetudine, & præscriptione immemoriali, sic eleganter Abb. & D. in cap cum contingat, extra de foro compet. Cardin. in Clem. 20. de Religios. dom. in fin & ante hos Cald. in Rep. l. 1. n. 10. C. de emanc. l. & in suo cons. 419. col. 4. versicul. 3. probatur, l. 3. Albanus in consil. 64 nu. 48. & infra, & hæc opinio pro præscriptione, ex communi obseruantia, est recepta; & inferiùs, eodem tit. 2. num. 64. sic scribit Peregrinus ipse: Quidquid autem sit circa punctum Supremæ Superioritatis concedunt Scriptores, alia Regalia, & quæ competunt Papæ, & Imperatori, in signum singularis priuilegij, & prærogatiuæ, præscribi posse, vt merum, & mixtum Imperium in aliquo loco, cum omnimoda iurisdictione, Bartol. consilio 189. Primo quæritur, latissimè Iason. post Oldrad. Alber. Bald. Paul. & Alexand. in dict. l. Imperium. Addo Bald. in suo elegantissimo consilio, edito aduersus Reginam Neapolitanam 439. per totum, in 3. quod habetur, ad litteram in repet. l. 1. Cod. de emanc. liber. & addo, Ias. d. l. Imperium, sub 9. column. Alex. in disputat. sua, Sigismundus, in 2. dubio, Balb. loco præcitato, num. 13. Restaur. de Imperator quæst. 59. Paris. cons. 16. col. vlt. lib. 4.

Intelligendo tamen de præscriptione immemoriali, quia per eam Regalia perscribuntur, cap. super quibusdam, §. præterea, extra de verbor. significat. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, habet enim huiusmodi præscriptio, vim priuilegij, constituti, & concessi à Supremo Principe, & inducit præsumptionem iuris & de iure, pro titulo, & concessione priuilegij, quæ non admittit probationem in contrarium, Bart. in l. 1. column. vltim. Cod. de sum. Trinit. Butrius, in cap. peruenit, extra de censib. text. optimus, in cap. 1. de præscript. in 6. cum gloss. Oldradus consilio 172. Bald. consilio 439. Amplius, column. 4. in 3. Alexand. consilio 6. in principio, Socin. consilio 297. Viso in 2. Decius consilio 85. col. 2. & consilio 152. In causa, Crauetta, consilio 10. numero 11. Bossius in tit. de Regal. num. 21. Roland. à Valle, consilio 59. numero 17. in 4. & plura de vi huius præscriptionis scripsit, D. Cephal. in re hac videndus, consilio 468. num. 61. & infra, & consil. seq. Menoch. 90 num. 65. 66. 67.

Hactenus Peregrinus, qui eadem repetit, & aliis confirmat, *lib. 6. tit. 8 n. 14. & 15 fol. 146.* & meliùs *n. 22. fol. 147. & lib. 7. d. tit. 3. num. 22. fol. 155.* vbi ita specificè, & expressè declarat, & limitat dictum *suprà, hoc c. n. 5.* vt non procedat, quando possessorem tuetur antiquitas temporis immemorialis; ita quoq; explicauit Fuluius Pacianus, *de probat. lib. 1. c. 7. n. 98.*

Hæc etiam notanter comprobat Mascardus, *de probat. tom. 3. conclus.* 1372. nam cum ex *n. 16. cum sequentibus*, latè comprobasset, & quamplurimorum Authorum allegatione exornasset, titulum sine dubio præsumi validissimum ex temporis immemorialis cursu, & tempus immemoriale tribuere titulum pro suo, & bonam fidem causari ex cursu temporis immemorialis, & titulum pascendi pecora probari ex tempore immemoriali, etiamsi titulus specialis non allegetur, & quod possessio antiquissima præsumitur habere iustitiam permanentem, & quod titulus exigendi taxas annuarim probatur per consuetudinem temporis immemorialem; & quod consuetudo temporis immemorialis habet vim tituli: & quod salidaria, & pedagia, Principi reseruata, tempore immemoriali præscribuntur per inferiorem: & quod tempore immemoriali præstitum, potest in futurum peti, nulla causa expressa: & quod homagium probatur per vsum temporis immemorialis sicut vnio beneficij: & quod tituli præsumptio insurgens ex cursu temporis immemorialis, est iuris & de iure, & contrariam probationem non admittit, ex sententia multorum; tametsi alij contra teneant, quos tamen *ibi* conciliat ipse Mascardus, videndus *ex n. 16 vsque ad n. 51.* Tandem refert *ex n.* 28. sententias contrarias in eo articulo, vtrum titulus acquisitus ex cursu temporis immemorialis, sit allegandus, nécne; nonnulli namque existimant, vsque adeò tempus immemoriale operari, vt nec allegare necessarium sit, titulum ex cursu immemoriali resultasse; alij verò, quod debeat allegari titulus hic, arbitrantur: idem verò Mascardus, diuersimodè dictas opiniones conciliat, & tandem existimat sic conciliandas, vt cùm ius, siue iuris præsumptio non repugnat præscriptioni, siue de re agitur, quæ sit præscriptibilis, tunc non sit necessarium allegare titulum, cùm tempus immemoriale habeat vim tituli, & priuilegij à Principe concessi: quòd si ius resistat, aut agatur de re, quæ non sit præscriptibilis, tunc sit necesse allegare titulum, qui ex cursu temporis immemorialis præsumitur. Ecce vbi pro certo tradit, quod vsque adeò immemorialis operatur, quod titulus absque dubio præsumitur ex temporis immemorialis cursu, & quod sit iustissimus, & cum omnibus requisitis necessariis, & quod habeat iustitiam permanentem, etiamsi lex resistat præscriptioni, aut res non sit præscriptibilis, vel alius defectus obsit, dummodo titulus allegetur: atque ita, quòd sola tituli allegatio sufficit, & tempus immemoriale releuat ab onere demonstrandi titulum, etiamsi res talis sit, quòd sine titulo possideri non possit, vt in Decimis, in quibus specificè loquitur *d. n. 32. fol. 247.* & in hunc modum scribit: *Limitatur secundò eadem subampliatio, vt non procedat in his, quæ non sunt præscriptibilia, etiam per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, vt data incapacitate præscribentis, circa decimas, vel circa collationem beneficiorum, iuxta text. in c. quanto, de consuet. & not. in c. 2. de præb. in 6. vel quando lex expressè resistit præscriptioni, vt in casu d. c. accedentes: in materia procurationis, quo casu solus cursus temporis nihil potest operari, vt reddat capacem eum, qui incapax sit, tunc opus est quòd allegetur titulus priuilegij, aut exemptionis; & ad probationem talis tituli, sufficiet probare lapsum temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium; secus vbi essemus in materia præscriptibili, etiam sine titulo, quia tunc necessaria non est tituli allegatio, & multo minus isto casu necesse erit probare, quid factum esse tanquam ex causa alicuius tituli non necessarij; ita hanc limitationem colligo ex Crauetta in dict. sect. absolutis differentiis, p. 4. sub n. 50. vers. Non obstat authoritas: dum ibi respondet ad Alexandri, & Felini authoritatem, suprà à nobis in contraria ad subampliationem opinione relatam, allegat ad id Felinum in d. c. causam, col. 4. sub n. 7 vers. Puto sustentabilem, de præscr.* Hactenus Mascard. cui ego quoque metipse conuenire videor *in comment. tom. 5. siue p. 2. lib. 4. c. 93. § 8. n. 37.* vbi cum aliis pluribus Authoribus resolui, quod quæ præscriptione acquiri non possunt, siue non sunt præscriptibilia, aut in quibus ius commune resistit, præscriptione immemoriali acquiruntur. Et tenuit quoque, sententia permultorum adductus, Valenzuela Velasquez, *in consilio 33. numero* 206. *& in consilio 93. n.* 104 in eodem quoque placito permanet Peregrinus, *de iure fisci, libr. 6 tit. 8. num 21 & 22. fol. 147. & 148.* Vbi etiam in his, quæ præscriptione acquiri non possunt, siue præscriptibilia non sunt, In quibus ius resistit, securè resoluit, temporis immemorialis cursum vsque adeò operari, vt titulum aliquum producere, aut exhibere, necessa-

rium non ſit, ſed ſufficiat allegare titulũ, & aſſerere titulum extare; ille namque ex tẽporis curſu præſumetur omnino. Peregrini autem placitum, vt meliùs, & radicitùs magis percipiatur (quamuis lõga ſerie, ſic habuit) non grauabor ad litterã trãſcribere, & hoc loco Lectori proponere; *dict. erge n. 21. & 22.* in hunc modum ſcribit: *Secundo aduertendum eſſe, conſeo, quod laicus, ex ſui perſona, omnino incapax eſt ſpiritualium. dict. cap. Sacreſancta, dict. cap. Meſſana, ext. de electione, & dict. cap. cauſam, quæ: ext. de præſcript. & in illis iuribus pleniſſimè notatur. & 16. quæſt. 7. cap. primo, adeò vt neque conſuetudine induci poſſit, vt laici ſpiritualia tractent, ſicuti poſt. Ioan. And. concludit Abb. dict. cap. fin. numer. 15. extra de conſuetud. & eſt caſus, in dict. cap. Meſſana. Nihil mirum ergo ſi quoad hæc præſcriptio immemorialis laicis non proſit, priuilegium vero Papæ ſic; nam ex priuilegio Papæ laicus ſpiritualia, & iuriſdictionem in ſpiritualibus exercere poteſt: Gloſ. communiter recepta in capit. præter. 31. diſtinct. notatur in capit. 2. de iudic. Nauarrus in capit. nouit, ſub num. 143. eodem titulo. Priuatus autem in his quæ Regalia ſunt, quia hæc pro ſui natura ad laicos pertinent, non omnino eſt horum incapax, ſed tantum prohibetur reſpectu ſtatus priuati; idcirco immemorialis præſcriptio ſibi prodeſt, ad hoc text. in capit. 1. de præſcript. vbi licet Epiſcopus decimas alterius Diœceſis ſine titulo poſſidere nequeat: & ſimiliter, vna Parochialis, alterius Parrochialis, quoniam ius reſiſtit: quia tamen Epiſcopus, & Eccleſia, capaces ſunt poſſidere, & habere decimas, & ſpiritualia iſta, idcirco data capacitate poſſidenti, ſi non longiſſimo tempore abſque titulo præſcribere non poſſint; præſcribunt tamen per ſpatium temporis immemorialis, de qua re habetur apud Didac. dicto capit. 17. ſub numer. 7. & tanta eſt vis præſcriptio iſta, vt procedat etiam contra Clericos, & libertatem Eccleſiaſticam, Bald. in cap. 1. numer. 8. de his, qui feud. dar. poſſ. poſt. Caſtrenſem, conſil. 423. column. 2. in 2. Pariſium, 27. num. 32. lib. 1. Menoch. conſ. 90. num. 68.*

Rurſus notandum eſt, quia ſcriptores, variis modis declinant dictum illud Ioan. Monach. & Ioan. Andr. nam pleriquo volunt, quod probato vſu temporis immemorialis, & præterea probata fama, de conceſſione priuilegij à ſummo Pontifice, ſeu de conceſſione, Authoribus illis, ante Concilium Lateranenſe, in materia decimarum, id obtinere debeat: Felin. in dict. cap. cauſam quæ, col. 1. in 1. limitatione, poſt plures per eum relatos, ſequutus eſt Sigiſm. Loſ. conſil. 40. num. 42. cuius ſententiæ fuit Abbas, in dicto cap. cum Apoſtolica, num. 12. poſt Ioan. Andr. ibi. Si tamen addit, quod probare debet ſe, vel vaſſallum Eccleſiæ poſſediſſe decimas, nonnulli verè ſentiunt, ſatis eſſe probare poſſeſſionem immemorialem, & allegare priuilegium conceſſum maioribus ſuis à Summo Pontifice, ſeu conceſſionem factam ante Concilium Lateranenſe, & hoc ſufficiat; nam maxima eſt vis tam vetuſtiſſimi vſus, per ſic longiſſima temporum curricula tolerati, nil mirũ habet vim priuilegij, legis, & pacti, & producit pro poſſeſſore præſumptionem iuris, ſimile eſt in iure Patronatus Eccleſiaſtico, nam ſufficit laico antiqua poſſeſſio præſentandi, cum allegatione tituli; Felinus, dict. cap. cauſam quæ, col. 3. & attenta hac reſolutione, obiectum facile euadi poteſt, vt ſcilicet procedat, cum poſſeſſor fundat ſe ſolum in præſcriptione, & vſu temporis immemorialis, ſecus autem cum vlterius allegat priuilegium ſibi conceſſum, & adducit pro præſumptione conceſſionis priuilegij, tẽporis diuturnitatẽ: & iſta reſolutio aptimè deducitur ex ſcriptis in l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. & in l. ſi certis annis C. de pact. nempè titulus allegatus: ob curſum tanti temporis præſumitur. Hactenus Peregrinus.

50 Menochius vero, *de præſumptionib. lib. 3. præſumpt. 131. ex numero 48. vſque ad num. 51.* latè comprobat, quod titulus ad inducendam obligationem, & aquiſitionem iuris cuiuslibet, probatur curſu tanti temporis, cuius initij memoria non eſt in contrarium: & reddit rationem, quia vetuſtas vicem legis obtinet, & tempus immemoriale habet vim priuilegij conceſſi à Principe ex certa ſcientia, & vim pacti, & operatur vt id, quod vitioſum præſumi poterat, validetur, & de aliquo vitio, aut defectu eius non ſit amplius quærendum; & quod præſumptio ex curſu temporis immemorialis inſurgens, iuris eſt, & de iure, nec probationem in contrarium admittit; & quod contra Eccleſiam ipſam, tempus immemoriale operatur.

Hæc cum ita ſtatuiſſet Menochius, attigit ſtatim id, de quo agimus, quando ſcilicet lex reſiſtit præſcriptioni, aut res non eſt præſcriptibilis, aut quando preſumptio eſt contra præſcribentem. Et tria principaliter obſeruat, ſiue tribus obſeruationibus rem explicat. *Primò* namque ſtatuit, tituli allegationem neceſſariam eſſe, quando agitur de his, quibus lex. expreſsè reſiſtit, & quæ quidẽ impræſcriptibilia ſunt. *Secundo*, dubitandi rationẽ proponit aduerſus Felini, & ſequacium traditionem. Tertiò agnoſcit, tituli allegationem neceſſariam non eſſe in præſcriptione, in qua interuenit actus poſitiuus; ſecus verò in præſcriptione cauſata ſolà patientià, & negligentià partis, quod mirè conuenit caſui, & dubio præſenti, in quo certum eſt, Reges Hiſpaniæ exegiſſe, atque cum effectu habuiſſe Tertias, hoc eſt, *los dos nouenos enteros, de todo que ſe diezma*, & multis in locis, à multiſque perſonis, & Eccleſiis, abſque vlla lite, & controuerſia, eas percepiſſe, ſicque actum poſitiuum, & plures poſitiuos actus ex parte Regum ipſorum interueniſſe, & interuenire quotidie. Menochius ergo, *dicta præſumptione 131 num. 46. 47. & 48. fol.* 207. in hunc modum ſcriptum reliquit.

Cæterum dubitari hic contingit, an neceſſaria ſit ſaltem tituli allegatio? Et neceſſariam non eſſe, ſcripſerunt Gloſ. Federicus Senen. Abb. Calderin. Ioan. Faber, Guido Papa, Socin. ſenior, Iaſ. & Gozadinus, quos recenſet, & probans Craneta præcitato in loco, nu. 49. qui hanc eſſe communem opinionem affirmat. eandem probauit Didac. in l. 1. variar. reſolut. c. 7. n. 10. & in c. poſſeſſ. part. 2. §. 3. n. 7. de reg. iur. in 6. qui alios recenſet. Idem ego ipſe reſpondi in conſ. 90. n. 66. lib. 1. & accedit Beroius in conſ. 115. num. 25. lib. 1.

Hæc tamen recepta opinio, locum non habet, quando agitur de his, quibus lex expreſſè reſiſtit, & quæ quidem ſolo temporis curſu, etiam immemorialis, præſcribi non poſſunt, vt puta data incapacitate præſcribentis, ſicuti in laico, qui decimas Eccleſiaſticas, vel collationes beneficiorum obtinere non poteſt, cap. 5. de conſuetudine, & cap. 2. de præb. in 6. hoc ſane caſu non ſufficit ſolus temporis, etiam immemorialis, curſus: ſed allegari debet titulus; qui deinde probatur, tam longæui temporis curſu: ita ſcripſerunt Alex. in conſil. 74. n. 20. verſ. Accedat, quod voluit, lib. 4. Felin. in c. accedent. 5. col. 5. verſ. Sed re vera potius eligerem, de præſcr. Curt. Iun. in conſ. 158. n. 18.

Rurſus prædicta traditio communiſque Doctorum concluſio, quod tituli allegatio neceſſaria minimè ſit in præſcriptione tẽporis immemorialis, locũ habet in præſcriptione, in qua interuenit actus poſitiuus; ſecus vero in præſcriptione cauſata, ſolâ patientiâ, & negligentiâ partis, nullo interueniente actu poſitiuo; nam tunc neceſſaria eſt tituli allegatio, maximè quando res eſt magni præiudicij, ita Felin. in dict. cap. ex officij, col. 5. in 4. limitatione de præſcriptionibus, qua de re dicimus infra in 4. cap. in 3. caſu, & hoc tituli allegatio ſufficit, ſi virtualiter ex deductis colligatur, vt reſpondit Cephalus in conſ. 342. num. 83. vbi nu. 93. ſcribit ſufficere, etiam ſi deducatur in allegationibus iuris.

Et antea Menochius ipſe, *nu. 47. in fine*, ſic ſcripſerat, *verum hanc Alexan. Felini, & Curtij declarationem,*

dubiam

dubiam admodum ostendit Craueta, in d. tract. de antiquis temporum, in 2. particul. 4. part. princip. num. 52. & rectè quidem, nam si hac allegatio tituli admitteretur, illusoria redderetur (vt inquit Craueta) dispositio legis, qua prohibet præscribi, etiam cursu immemoriali, ea, qua possideri non possunt, sicut laicus obtinere non potest decimas Ecclesiasticas. Et rursus per indirectum admitteretur, quod directò permissum non est. Præterea (inquit Craueta) causa, ob quam quis tandiu percepit decimas illas, allegari non potest, quia nulla est.

11 Hactenus verba Menochij, qui (vt vides) in ea est opiuione, vt existimet Crauetam, rectè credidisse, dubiam esse Alexandri, Felini, & Curtij traditionem, seu in materia decimatum declarationem (quæ tamen, & aliorum plorium fuit, vltra tres prædictos, qoos Menochius commemorat, sicoti constat ex Peregrino, *lib. 6. tit.* 8. *num.* 21. & 22. vt cetuli *suprà.*) Verè tameu, Crauetæ rationes facili negotio dilui possunt, si consideres, eas tantum peocedere, siue vim habere videri vno dumtaxat caso, quando scilicet is, qui ius acquisiuisset rei noo præscriptibilis, aot cuius præscriptioni ius resistit, fundat se solum io præscriptione, & vsu temporis immemorialis, tonc namque ius resistit, & præscriptiooem impedit, etiam immemorialem, secux autem, cùm prioilegio se fundat, atque ita vlteriùs progreditur, & allegat titulum, dicens, priuilegiom sibi concessum, & adducit pro præsumptione concessionis priuilegij temporis immemorialis cursum; qui (vt sæpè tepetitum est) tituli veri, & prioilegij loco habetur, & veritatem, atque omnem iostificationem indocit: tunc enim aliter dicendum esse, ea omnia suadent, quæ ex vi, virtute, & effectibus immemorialis, toties reperita sunt, & repetenda iufra, & optimè considerauit Peregrinus *lib. 6. dict. tit.* 8. *num.* 22. *in finalibus verbis*, vt dilueret, atque dissolueret ea, quæ anteà considerauerat *num.* 21. proot *supra* retuli: & *num.* 18. adduxit plurimorum sententiam, dicentium, laicum per tempus immemoriale præscribere non posse spiritualia, & eix anoexa, quia illorū est incapax, quamuis ex priuilegio Papæ, illa habere possit, quia nulla temporis præscriptio potest facere capacem eum, qoi ex conditione suæ personæ incapax est, quamuis priuilegium sit; vnde concludunt, quod laici possidentes per se, & suos Authores decimas prædialex, aot ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, etiam per tempus immemoriale, non sunt tuti aduersos Diœcesanum, aut Parochialem, qui ius decimandi vendicet, nisi doceant de priuilegio Papæ, aut de concessione sibi facta ante Concilium Lateranense. Conclodunt etiam (vt *eodem tit.* 8. *num.* 19. recenset Peregrinux) data incapacitate personæ, plus posse priuilegium, quam præscriptionem immemoialem, & quæsibile per priuileginm, non esse quæsibile per præscriptionem, data iocapacitate possidendi, ex parte præscribere voleotis.

Huic itaque fundamento satisfacit, responsúmque præbet Peregrinus, *ibidem num.* 21. *in fine*, prout nunc retuli, & *eodem num.* 22. aliter respondit, prout *suprà* quoque, verba eius recensui.

Addiderim ergo, & vltra Peregrinum, quod in terminis prædictis, quando scilicet, res est impræscriptibilix, aut personæ incapacitas datur, ex quo per priuilegiom Papale, incapacitas suppleri potest (quod omoes vnanimiter profitentur) videri quod præcisè etiam supplenda sit ex immemoriali, quando non ea solum quis se iuuat, & fuodat, sed priuilegium vbi concessum asserit, eóque principaliter innititur, si enim priuilegium iuuat, & titulus, atque prioilegium ex immemoriali resultanx, iouare debet, cùm veritatis, & tituli, & priuilegij loco habeator, vt iora expressissima enunciant; nec plus vnum, quam alterum priuilegium operabitur, vbi iure ipso id expressum, atque statutum non fuerit. Vnde allegatio tituli admitti debet, nec illusoria redditur dispositio legis, quæ prohibet præscribi ea, decimas scilicet, & alia, quæ sine Apostolica concessione possideri non possunt; cum prohibitio ta non procedat simpliciter, nec contra eos, qui titulo iuridico, & legitimo se iuuant, & asserunt antecessores suos priuilegium Sedis Apostolicæ habuisse, cum titulus, ex immemoriali resultans, melior, ac efficacior de iure reputetur: atque ita sola immemorialix præscriptionis allegatio inefficax esset, nec sufficeret, tituli tamen, & priuilegij, lege ipsa iodncti, & præsumpti allegatio, & defensio admittenda est; nec videtur qood excludi possit; siquidem certum est, quod si titulus extaret, hic admitti deberet; hic autem, qui ex immemoriali præsumitur, allegatur.

Nec per indirectum admittitur, qood directò permissum non est; quia imo directò permittitur, vt aliàs impræscriptibilia, titulo habili, & priuilegio, à Papa, seu à Principe concesso, acquiri possint; cum ergo titulus, qui specificè allegetur, ex immemoriali resultet, atque præsumatur, non per indirectum admittitur, quod directò permissum non est, directò namque acquiri videtur permissum, quod mediante titulo, qui ex immemoriali deducitur, acquisitum est.

Nec etiam vrget alterum Crauetæ fundamentum (quod Menochius ipse expendit) quod scilicet causa illa, ob quam, quis tandiu percepit decimas, allegari non possit, quia nulla est.

Quia imo caosa ipsa, iuridicè allegari potest, nec est nulla, sed validissima, & iure ipso probata, ex quo contenditur, titulum, seu priuilegium Papale causasse acquisitionem iuris, quod prætenditur, in perpetuum, atque ita causa ea, quam quis, tandiu percepit Decimas, rectè allegari videtur, cum sit titulus habilis, & legitimus, & à Romano Pontifice procedenx, qui ex tempore immemoriali præsumitur, & tantum potest, quantum Princeps, si iuribus ipsis, & tot Authoribus credendum est; & vltra relatox suprà, latè comprobauit, Mieres *de maioratu, quarta parte, quæst.* 20. *ex num.* 243. *fol.* 218. & quamuis *num.* 249. & 250. generaliter statuerit quod præscriptio immemorialis procedit, data capacitate in possidente, & quod data incapacitate non procedit, (quod & infiniti alij enuntiarunt frequentissimè) non tamen Pelaez ipse, nec iidem articulum disputantes, aut aliter attiogunt, quid dici atque obseruari debeat, quando non sola immemoriali quis subsistit, atque iura sua fundat, sed adducitur, atque excitatur præcipuè tituli, & priuilegij ratione, atque allegatione, & concludit, ex immemoriali illud præsumi, veréque interuenisse aliter autem Pelaez *ibidem, num.* 251. statuit, & iuridicè quidem quando apparet de titulo vitioso, ille namque immemorialis virtutem, & effectum elidit, prout cæteri quoque Interpretes conueniunt, & Menochius *ibidem, num.* 49. ex immemoriali autem titulus resultans, nullum quidem vitium, nullum deffectum paritur, quando de vitio aliàs noo apparet dilucidè, & manifestè.

Nec contradicit Ioannes Garcia, *de nobilitate, glossa decima secunda, ex num.* 80. *vsque ad num.* 86. *fol.* 272. & 273. dum ex sententia aliorum probauit, quod vbi lex afficit rem, adeò efficitur inalienabilis, vt nec immemoriali, nec vllo tempore possit præscribi, & quod resistente lege, non sit locus præscriptioni, nec immemoriali: semper namque intelligit, quando ex possessione immemoriali, per rerum oaturam, & in rei veritate, titulos præsum- 12

B 3 ptus

ptus contingere non potuit; & tunc inquit, etiam mille annorum possessionem non sufficere, secus autem statuit, quando reuera, titulus contingere potuit, vt sæpissimè in materia Decimarum titulus concessus est à Romanis Pontificibus, & quotidie contingit, titulum extare; quia tunc, iure ipso præsumi potest, & debet.

13 Idcircò eruditissimus Pet. Barbosa, dum de immemoriali præscriptione sermonem instituit, & nonnulla nouiter, & doctè annotauit *in rubrica. C. de præscriptione, 30. vel 40. annorum, ex num. 322. fol. 42. vsque ad numer.* 378. pro certo tradidit, quod etiam is, qui possedit cum titulo nullo, & iniusto, & cui ius resistebat, & quando præsumptio vrgens erat contra præscribentem, & res ipsa impræscriptibilis; adhuc tempore immemoriali, iure præscribere potuit, ita namque expressè decisum est *in cap. 1. de præscriptionibus, lib. 6.* & quod concurrente tanto tempore; magis præsumendum est, priuilegium præcessisse, illúdque validissimum, & Romanum Pontificem concessisse, vt Ioannes Garcia, Menochius, Mascardus, *in locis relatis suprà*, probarunt, atque exornarunt: vult itaque securè Barbosa, *ex num. 361. vsque ad numerum 370.* quod etiam, quando lex resistit præscriptioni, aut est præsumptio contra præscribentem, siue res est talis, quæ sine titulo possideri non potest, adhuc immemorialis sortiatur effectum, quando dumtaxat allegatur, sed non producitur, aut præsentatur titulus; quia tunc præsumendus est, & iure præsumitur titulus validissimus, & efficacissimus, & sola allegatio, & præsumptio operatur efficacissimè: secus autem, quando producitur titulus nullus, vitiosus, vel iniustus, quia tunc immemorialis non procedit, si titulus sit nullus, aut vitiosus, nullitate, aut vitio manifestè apparenti: & hoc casu secluso, indistinctè intelligit Barbosa, procedere decisionem textus, *in dicto cap. 1. præscript. lib. 6.*

Et hæc quidem, ita vt scripta reliqui, ego olim ingenti studio, & diligentia adnotaueram; postmodùm verò, eiusdem Petri Barbosæ commentariis ex proposito magis euolutis, atque ad literam, integrísque prælectis, inueni, virum adeò doctum & præstantem, & iuris principiis, solidissimísque fundamentis, ita monitum, alio in loco, in eadem, quam sustineo, remansisse sententia, eámque firmiter, & securè probasse, Grauetæ etiam fundamento vnico, non cæteris, responsum præbuisse, cui cum & cæteris, ego metipse responderim suprà, & tunc congratulabar ingenio, & cogitationi meæ, quod tanti viri ingenio, cogitationi, & resolutioni correspondisset. Is namque Author, etiam data incapacitate possidentis, immemorialis præscriptionis effectum admittit, quando titulus principaliter allegetur; eóque quis se iuuat, atque defendit; & adeò eleganter & eruditè loquitur, vt locum eiusdem ad literam recensere, admodum necessarium mihi visum fuerit.

Pet. itaque Barbosa, *in dicto tit. C. de præscriptione 30. vel 40. annorum ad l. omnes 4. ex num.* 39 *fol.* 205. *vsque ad numer.* 59 in hunc modum scripsit: *Secunda principalis limitatio ad dictam l. secundam, ff. de via publica, illa est, vt procedat quando durante forma viæ publicæ, quis allegat eam præscripsisse: huiusmodi enim allegatio, non admittetur; cæterum, si non alleget, se præscripsisse, sed ex concessione Principis, vel etiam ipsius ciuitatis, illam possedisse, iuxta legem 2. §. viam publicam, & ibi Glossa, verbo, habebit, & Bartol. ff. ne quid in loco publico. Bologninus, cons. 55 num. 3. vbi quæ audiretur, si possessio sit immemorialis, quia huiusmodi possessio habet vim tituli & concessionis, etiam si aliter de hoc non constet: l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, cupite, super quibusdam, §. præterea, de verborum signification. cap. 1. in fin. de præscriptionibus, in sexto, tradit Bartol. leg. quo minus, n. 4. ff. de fluminibus: vnde in hac materia cauere debet possessor, ne alleget pro se præscriptionem, quod ius prohibet; potius concessionem, & priuilegium, & id probari per tempus immemoriale, Felin. capit. accedentes, de præscriptionib. 4. part. 5. princip. quæst. 6. num. 9.*

Curtius Iun. cons. 158. num. 18. Purpuratus, l. Imperium, num. 193. ff. de iurisdict. omn. iudic. Ripa, l. quo minus, num. 102 ff. de fluminibus: Gregorius, l. 7. tit. 29. part. 3. in glossa 1. collection. 2. Ruinus, l. nemo potest num. 89. ff. de legat. 1. quibus adde Alexand. cons. 74. num. 21. lib. 4. Afflictus, lib. 3. constitu. rub. 31. § quadraginalem, num. 7. concludentem quod in casibus, in quibus, non admittitur præscriptio etiam immemorialis, cautela est, vt quis non alleget, se præscripsisse, sed potius priuilegium habitum a superiore, & illud præsumptiuè probare per tempus immemoriale: sequitur, & commendat Modern. in consuetud. Paris. §. 7. num. 16. Nam quamuis res est imprascriptibilis, nec etiam admittatur præscriptio, immemorialis, Bald. hic in fine, latè Felin. in cap. accedentes, num. 6. vers. 3. de præscriptionib. Menchac. illustrium quæstion. cap. 86. num. 7. ac proinde, publica, quia sunt imprascriptibilia, etiam tempore immemoriali non præscribantur, Bald. hic in fine, Felin. in cap. cum ex officio, num. 6. ante finem, de præscriptionib. tamen in his si non allegat se præscripsisse, sed potius priuilegium, siue concessionem factam sibi per Superiorem, & id probauerit per tempus immemoriale, vtique obtinebit, quia aliud est præscriptio, aliud tituli allegati probatio per tempus immemoriale: vnde quamuis in aliquibus casibus, tollatur præscriptio etiam immemorialis, non tamen videtur sublata allegatio tituli & illius probatio, per possessionem immemorialem, tanquam quid diuersum à præscriptione, Aret. cons. 15. num. 11. Felin. cap. accedentes, num. 6. versic. fallit, 3. ad fin. de præscript. Greg. l. 7. tit. 29. part. 3. in glos. 2. in l. limit. & l. 15. tit. 31. glos. fin. ad finem, eadem 3. part. Auend. lib. 1. de exequendis mandatis, cap. 12. num. 7. & 8. & Messias ad l. Toleti, 2. fundamento 9 part. n. 38. vnde licet destinata ad publicos vsus, non vsucapiantur etiam tempore immemoriali, vt dictum est; tamen potest allegari priuilegium Principis, & probari per tempus immemoriale in terminis Ripa, l. quo minus, num. 102. ff. de fluminibus, & procedit, etiam data incapacitate præscribentis: nam admittitur prædicta tituli allegatio per tempus immemoriale, dummodo simul concurrat fama priuilegij, vt resoluit Felin. in cap. causam quæ, num. 3. de præscriptionib. & cap. cum contingat, num. 4. de foro compet. Claudius, l. more, num. 24. & 27. ff. de iurisdictione omni. iudic. & in casu valde quotidiano tradit Puteus decis. 365. in 1. part. & in alio etiam valde notabili, idem Puteus decis. 466. à num. 7. lib. 2. idque approbari per Rotam asserit, decis. Rotæ 215. ad finem, 2. part. nouissimarum, & probans etiam Valascus, consult. 99. num. 5. Anton. Peregrinus de iure fisci, lib. 6. tit. 8. num. 22. si autem possessor sit capax quantumcunque non possit præscribere nisi tempore immemoriali, sufficit allegare titulum & probare tempus 40. annorum absque alia fama priuilegij, vt tradit Aymon de antiquitate temporis, part. §. absolutis, num. 59. ad finem.

Infertur secundò non esse tutum dictum Aymon. tractat. de antiquitat. temporis, 4. parte, §. absolutis, n. 57. pag. 187. quod in prohibitis præscribi, non admittitur allegatio tituli, & probatio per tempus immemoriale; subscribit Caualcanus decis. 11. num. 83. in tertia parte: nam id apertè ex suprà traditis confunditur & eadem ratione confunditur dictum Felin. cap. cum ex officio, n. 13. ante finem, de præscription. quod vbi Princeps non solet concedere titulum allegatum, vt ita non est verisimile, quod illum concesserit, tunc non sufficit allegatio tituli & probatio per tempus immemoriale: quod

probat

probat Ruinus, lege, nemo potest, num. 91. ad finem ff. de leg. 1. & Claudius leg. mere, num. 24. ff. de iurisdict. omnium iudicum, qui ex hoc infert in isto casu necessariam esse famam priuilegij: sequitur Antonius Gabriel. lib. 5. communium, tit. de præscriptionib. conclusion. prima, n. 19. & facit pro illis quod lex nunquam præsumit id, quod non est verisimile, neque iuridicum. Bald. leg. nulla, num. 3. C. de iure dotium, Aymon. consil. 75. num. 4. vnde neque præsumitur licentia Principis, quod extraheretur aliqua res à maioratu, quia non est verisimile, quod id Princeps concessisset Menchaca illustrium quæst. cap. 64. numer. 15. subscribit Mieres de maioratu quarta parte, quæ est vltima, num. 8. nam etiam contrarium sentiunt supra allegati, pro illis videtur textus in capit. 1. de præscript. in 6. vbi præsumptio malæ fidei vrgentissima purgantur per tempus immemoriale, notat Bart. l. cum de in rem verso, num. 7 ff. de vsuris, & ita in terminis contrarium tenet Bald. de præscript. quæst. 7. 1. part. 5. princip. num. 58. & num. 60. & conserunt tradita per Rolandum cons. 5. à num. 58. lib. 1. & per Cassador. decis. 7. num. 7. de causa posses. & proprietat. vnde dictum Menchac. & Mieres quod non præsumatur licentia Principis, non procedet data possessione immemoriali, in terminis Molina, lib. 4. de primogen. cap. 10. n. 10. faciunt quæ tradit Ripa responso 68. num. 11.

Infertur 3. comprobatio ad dictum Fraccia' de subfeudis lib. 2. quæst. 28. num. 5. p. 202. quod etiam si lex in donationibus factis per Regem, & in Cancellaria approbatum, vt in Regno Napolitano requirit; l. 1. Rub. 8. lib. 3. constitut. & ibi Afflictis, num. 20. & tradit Auendañ. lib. 1. de exequend mandatis, capite 1. num. 10. & ideo non sufficiat titulum allegare & probare per possessionem. 39. vel 40. annorum, tamen sufficiet, illum probare per possessionem centenariam, vel immemorialem quæ censetur esse alterius natura, Modern. in consuetudin. Parisiens. §. 7. num. 12 & latius probat Ioannes Garcia, vnde cauendum est, à Thoma Grammatico decision. 5. num. 15. dum tenet, quod Regalia, quæ possideri non possunt absque donatione Regis, in illis non cadit probatio præsumpta ex tempore.

Id enim ex prædictis confunditur, & in specie ex dicto Bald. recepto l. 1 num. 18. C. de fideicommis. & tradit notab. Afflictis, lib 3. constitutio. Rubrica 7. num. 6. Garcia tract. nobilit. glos. 12. num. 63. vnde pariter cauendum est à Bald. l. legem, post principium, C. de locato, quod vbi requiritur probatio per scripturam, non præsumitur titulus ex tempore, nisi scriptura ostendatur subscribit Auendañ. lib. 2. de exequend. mandat. capite 4 column. penultim. Id enim verum non est, si possessio fuerit immemorialis, ex suprà traditis: item & pariter corruit quod tradit Boer. decis. 150. num. 10.

Non est tamen omittendum ad perfectionem articuli: quod prædictam differentiam inter præscriptionem, vel allegationem tituli præsumti impugnat Ruinus. l. nemo potest, n. 91. ff. de legat. 1. Aymon. tractat. de antiquitat. tempor. quarta parte, §. absolutis, num. 52. pagin. 185. Rota decis. 215. ad fin. secunda parte nouissimarum; ea præsertim ratione, quia admissa prædicta differentia facile fraudarentur leges prohibentes præscriptiones, etiam immemoriales: sed defendendo communem, facilè respondetur, iuris rationes non admittere, vt impræscriptibilis fiat manente eadem forma, & natura, vt tradit Ripa dict. leg. quo minus, num. 40. ff. de fluminibus: quando vero allegatur titulus, in effectu, allegatur formam fuisse mutatam per eum qui poterat, & rem tanquam priuatam in se fuisse translatam, sic cessat difficultas, nec propterea inutilia redduntur iura prohibentia præscriptionem: quia allegatio tituli præsumpti, longe debilior est, quam remedium præscriptionis, vt tradit Molina, lib. 2. de primogen. cap. 2. num. 20. & constat ex eo quod ille, cui constat nullum vnquam titulum se, & prædecesseres suos habuisse, vel etiam titulum esse nullum: cum bona conscientia non poterit vti hoc remedio præsumpti tituli: & tamen licite vti poterit remedio præscriptionis Auendañ. lib. 1. de exequend. mandatis, cap. 22. num. 32. & Molina, lib. secundo, de primogen. cap. 6. num. 73. declarando vt ibi per eum, num. 76.

Hactenus Petri Barbosæ resolutiones, atque 14
annotationes, quibus etiam conuenit Don Garcia Mastrillus, *in commentariis, de Magistratibus, lib. 1. cap. 19. ex num. 6. vsque ad num. 19. fol. 74.* vbi in his, quæ sui natura præscriptibilia non sunt, & vbi lex præscriptioni resistit specificè, asserit, quod interueniente præscriptione immemoriali, præscripti procedit, nec alius titulus producendus est, nec requiritur, quam qui ex immemoriali resultat, ita vt sufficiat allegare titulum, illúmque validissimum ex immemoriali præsumi: & reddit rationem, nam immemorialis præscriptio æquiparatur veritati, & æquiualet pacto, imò plus operatur quam pactum, & æquiparatur habentibus titulum, expressam concessionem, & præscriptio immemorialis. & priuilegium, pari passu ambulatit, ita vt quod acquiri potest per priuilegium, hoc & immemoriali acquiratur, quia immemorialis habet vim priuilegij. constituti, & concessi à summo Principe, & inducit præsumptionem iuris, & de iure, pro titulo, & concessione priuilegij, quæ non admittit probationem in contrarium, prout hæc, & alia latius comprobat *ibi.*

Per. etiam Gillenius, *de præscriptionibus, parte tertia, cap. 8. ex num. 16. fol. mihi* 717. cum in dubium excitasset, & disputasset, an laicus contra Ecclesiam se præscriptionis iure munire possit, in materia decimarum; quod contendat se per tempus immemoriale possedisse eas; atque fundamenta vnius, & alterius partis expendisset, quæ consultò omitto, quia *ibi* videri possunt. cum aliis pluribus existimat, vt si possessor inquireretur, probando quasi possessionem temporis, cuius initij memoria obliterata sit, satis causam instruxisse videatur, vt hoc oneris in aduersarium reiiciatur, nec ostendere, aut producere titulum aliquem teneatur, licet illum principaliter allegare, necessarium sit (prout *num. sequentibus.* aduertit) quemadmodum satis est, ad repellendum aduersarium, si quisdum in possessione esset, docuerit, se bonorum possessionem agnouisse, si enim aduersarius neget illud intra tempus legitimum factum esse, ipsi eius rei incumbet probatio, argumento *l. si minorem C. de in integrum restitut.* & repetit, multorúmque allegatione comprobat ex *num. 27. cum sequentibus.*

Fontanella etiam, *de pactis nuptialibus, clausula quarta, glossa nona, num. 50. & 51. & sequentibus,* eidem resolutioni conuenit, prout apparet ex his, quæ *ibidem* scribit, & opinione illa, cum qua remanet in eo dubio, an decimæ de iure naturali, & diuino sint, an de iure positiuo, & humano?

Idem quoque concludit Camillus, Bottellus, *in summa decision. tit. 19. de decimis,* videndus ex *num. 49. fol. 43.* Primò namque, *ipso num. 49.* statuit, quod laici Ecclesiasticas decimas percipere nequeunt: postmodum limitat ex *num. 53.* vt quota præscribi possit, tandem *num. 55. eodem fol. 43.* sic scribit: *Declara quarto non procedere in casu præscriptionis immemorialis, & excedentis hominum memoriam quia per illam potest Laicus præscribere, allegando titulum ab Ecclesia, ante Lateranense Concilium.* Et allegat decem & quatuor Authores, ita tenentes, quos ideo non refero. Et idem concludit; & comprobat Burgos de Paz, *in consilio 50. num. 3. 4. & 5.*

Et conuenit Anton. Gabriel, *communi. lib. 5. tit. de præscript. conclusione prima,* videndus ex *num. 16. vsque ad num. 27.* nam cum annotasset *num. 1.* quod

præscriptio

præscriptio immemorialis habet vim priuilegij, à Principe legitimè obtenti, etiam in reseruatis Principi: inquit *dicto num.* 16. id limitandum, vt non procedat, quando possidens est omnino incapax, ita quod ius commune præscriptioni resistit, etiam immemoriali; vel quando lex resistit præscriptioni ipsi, prout *ibidem, ex num.* 27. Cùm autem in vno, & altero contrarias retulisset opiniones, vt eas concordaret, concludit, quod etiam in his duobus casibus, immemorialis habet vim priuilegij, quando cum ea concurreret fama priuilegij, ita quod in priuilegio ipso se fundaret, aut quando allegaret titulum, & sic causam, & priuilegium, ita vt priuilegio magis, quàm immemoriali se fundaret, prout latiùs *ibi* videri poterit.

15 In eadem denique resolutione, & sententia firmiter remanent & alij Authores, qui etiam (prout *supra* retuli) conueniunt, quod Laici sunt incapaces iuris spiritualis percipiendi decimas, ac proinde eas, siue ius decimandi, vllo tempore præscribere non possunt, vt *in cap. dudum. cap. causam quæ. de præscript.* sicque deficit titulus, qui in tali præscriptione est necessariùs, vt *in cap.* 1. *de præscript. lib.* 6. deficit etiam bona fides, cum Laicus agnoscere debeat, se incapacem possidendi, aut percipiendi decimas, à Summo Pontifice non concessas, ex *dicto cap. dudum, & cap. à nobis. & cap. tua. de decimis.* Cum mala autem fide, præscriptio non procedit, etiam immemorialis, vt *in capit. finali, de præscriptionibus.* Deficit quoque possessio, qua potissimum præscriptio subsistit, fundamentúmque capit, cùm sine possessione præscriptio non detur, *cap. sine possessione, de reg. iur. lib.* 6. in Laicis autem possessio dari non potest, cùm lex Canonica expressè resistat, Laicósque incapaces fecerit iuris possidendi, & percipiendi decimas, vt in eisdem iuribus antea relatis, nisi ex titulo, & possessione, quæ reuera à Romano Pontifice processerint, vt *in dicto cap. à nobis.* Idcirco Laicus nulla præscriptione, etiam immemoriali; acquirere potest ius percipiendi decimas; idque procedit in omnibus decimis generaliter, quocunque titulo, etiam temporali à Laico percipiendis.

16 Statim tamen ijdem Authores temperant, atque intelligunt, prout superiùs relati explicarunt, quando scilicèt, sola præscriptio immemorialis allegaretur principaliter, eáque Laicus se iuuaret potissimum; secus autem, si priuilegium Summi Pontificis, eiúsque gratia & concessio, atque ita titulus validus, & legitimus principaliter allegetur, atque adducatur, & ad tituli præsumptionem concludentem, seu probationem, possessio immemorialis percipiendi decimas verificetur; tunc namque ex solidissima iuris præsumptione, probata immemoriali possessione, probatur immemoriali possessione, probatur titulus priuilegij allegatus. Cùm enim Laicus, decimas ex concessione Pontificis acquirere possit (vt dictum est) iuridicè, & instè præsumendum est; quòd si tempore immemoriali, nullus Laico ipsi quæstionem, nec litem mouit, ipséque pacificè decimas percepit, iustum initium, atque Sedis Apostolicæ priuilegio munitum, possessio habuerit, iuxta ea, quæ notaui *suprà, ex n.* 8. *atque ex n.* 11. & tex. *in l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff de aqua quotid. & æstiu. cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. significat.* Itaque succumbet Laicus, si tempore immemoriali, vim præscriptionis principaliter se fundet, & iuuet, vt ius decimandi acquisierit. Obtinebit tamen, atque in sua possessione tuendus erit, si priuilegium Romani Pontificis, & legitimam concessionem principaliter, & specificè allegauerit, & in probationem, temporis immemorialis possessionem, cum suis requisitis verificauerit.

Sic sanè asseuerarunt, & prædicto in placito fuerunt Ioan. And. Anton. Cardinal. & Imola, *in capit. cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælat.* Abbas, Cardinal. Ancharan. Felinus, & omnes *in dict. cap. causam quæ, de præscript.* Ioannes Monachus, & Philip. Probus, *in cap.* 2. *de præbend. lib.* 6. Alexand. *in conf.* 6. *num.* 5. *ad finem libr.* 1. Iaso. *in consil.* 156. *ex num.* 1. *volum.* 2. Barbati. *in conf.* 35. *Sapienter scribitur. volum.* 2. vbi latissimè, & alios plures commemorat Mascardus, *alio in loco*, vltra relatum *suprà num.* 8. *tom.* inquam, *de probat. conclus.* 483. *ex num.* 6. Capella Tolos. *quæst.* 440. Rebuffus, *de decimis quæst.* 13. *ex num* 66. Franciscus Balbus, *in tractatu de præscript. prima parte quinta principalis, fere per totam,* & maximè *ex num.* 14. *vsque ad numer.* 22. *ex fol.* 347. Gregorius Lopez, *in l.* 23. *tit.* 20. *partita* 1. in verbo, *Tomen diezmo,* vbi asserit, quod hæc opinio videtur magis, communis: Menchaca, *controuer. illust. lib.* 2. *cap.* 89. *num.* 7. Couarruuias, *variarum lib.* 1. *cap.* 17. *sub. num.* 6. *in vers. sed si dubitetur, iuncto vers. Quarto ab eadem radice.* vbi in effectu superioribus conclusionibus conuenit: Gilenius *de præscript. partis* 3. *capit.* 8. *ex num.* 17. *fol. mihi* 717. *vsque ad num.* 30. Ioannes Petrus Moneta, *in tractatu de decimis. capit.* 5. *quæst.* 3. *num.* 74. *fol.* 51. vbi citat quamplurimos & asserit non esse necessarium, extare, aut probare famam, ex qua deducatur, has decimas ante Concilium Lateranense in feudum concessas fuisse, vel à Romano Pontifice, priuilegio acquisitas; sed sufficere titulum allegare, ab eodem Romano Pontifice concessum, aut ante Concilium ipsum Lateranense, in feudum fuisse concessas decimas; & in probationem, temporis immemorialis possessionem, & præscriptionem adducere; & ita frequentiùs receptum est; licèt alij opinentur, præter immemorialem quasi possessionem, fore necessarium probationem famæ, vt Couarruuias ipse, *dicto cap.* 17. *dicto vers. sed si dubitetur,* affirmat Ioannes Gutierrez, *pract. lib.* 1. *quæst.* 16. *in fine.* Eisdem quoque conclusionibus, & resolutionibus, à me *suprà* propositis, conueniunt Menochius, Peregrinus, Mascardus, Anton. Gabriel, Pater Suarez, Rota Romana Chassaneus, Ioseph. Ludouicus, Anastasius, Germonius, Azor. Cardinalis Thuschus, Valascus, Camillus Borrellus, & alij, quos recenset, & ita resoluit Augustinus Barbosa, *in collectan. ad decretales, ad dict. caput causam quæ, de præscript. fol.* 594. *&* 595. vbi est videndus *ex n.* 2. *vsque ad num.* 5 Fontanella etiam *de pactis nuptialibus, tom.* 1. *clausula* 4 *glossa* 17. *num.* 43. 44. *&* 45. *fol.* 251. Nicolaus Garcia, *de beneficiis, parte prima, cap.* 2. *num.* 38. *cum sequent.* Ioannes Gutierrez, *Canonicarum lib.* 2. *cap* 21. *num.* 71. *fol.* 811. latius *practicarum lib.* 1. *quæst.* 16. *per totam,* vbi etiam citat pro hac ipsa sententia Didacum Perez, Auendañum, Burgos de Paz, Molinam, Ioannem Garciam, & alios; & concludit, quod si dubitetur, an decimæ titulo feudi à Laicis possessæ, concessæ fuerint ante Concilium Lateranense, vel postsi antiquitas possessionis immemorialis fuerit, maximam præsumptionem inducat, ad sufficientem tituli probationem, ante Concilium acquisiti, si quidem non sit censendum, Ecclesias ipsas, decimas tanto tempore percipere Laicos assentire, sine titulo legitimo; attamen quòd semper est allegandus prædictus titulus habitus ante Concilium Lateranense, vltra antiquitatem possessionis immemorialis, quia ipse titulus probatur, & præsumitur, *& in fine eiusdem quæstionis* 16. Ioannes Gutierrez, in hunc modum scriptum reliquit: *Non obstant suprà adducta pro prima opinione, quia ipsa non sunt contraria huic receptæ opinioni, & tenenda, sed diuersa omnino; quia loquuntur, & procedunt, quando non*

allegatur

allegatur titulus legitimus habilis ante Concilium, sed solum niterentur Laici præscriptione immemoriali, quæ quidem minimè sufficeret: si tamen allegetur titulus, habitus ante Concilium, & dubitetur de eo, probata immemoriali possessione, præsumatur, & probabitur sufficienter acquisitus titulus ante Concilium, &c. & idem tenoit ipse Gutierrez *practic. lib. 3. q. 14. num. 49. & 52.*

17 Denique & vltimò D. D. Ioannes de Balboa, *in lectura & scriptis ad titulum de præscript. ad cap. causam quæ*, io ipsa quæstione primò præmittit, *numero primo ex decisione illius textus*, Laicos ius decimandi præscriptione acquirere non posse, cum nec possint spiritualia possidere; idque latiùs comprobat: & rationem decimandi adducit *ex numero* 4. duplicem etiam dubitandi rationem in contrarium proponit *numero* 2. & 3. & *diluit num.* 48. & *trib. sequentib. fol.* 84. & 85. & vt explicet, constituit, vulgatum illud Interpretum axioma, quòd *omne id, quod potest Laicus priuilegio acquirere, potest & præscriptione* procedere quidem valere argumentum de priuilegio ad præscriptionem, data personarum capacitate; quo in sensu, æquiparatio ea procedit, & ita Laicus, præscriptione decimas acquirere non potest, quia incapax est possidendi eas: at priuilegio Pontificis, decimas & acquirere & retinere potest Laicus, nam potuit Pontifex eam tollere incapacitatem, prout *ibi* comprobat. Et hoc iuridicè & rectè dictum, prout etiam & alterum ab ipso adnotatum, *numero* 50. videlicet, consuetudinem, seu præscriptionem immemorialem oon sufficere in vim solius præscriptionis, ad possidendas, exigendasve decimas, posse tamen sufficere in vim cuiusdam probationis priuilegij sufficientis, cuius virtute, possessio, & præscriptio decimatum incæpta, & continuata censetur, quamuis tale priuilegium non inueniatur, sed solum probari possit per diuturnam opinionem, & famam: & repetit, *numero* 51. dicens talem possessionem immemorialem posse

18 sufficere saltem, in vim probationis. Quando immemorialis introducta esset cum opinione, & fama, quod ex aliqua legitima concessione, Laicus & eius antecessores decimas obtinuissent, & possedissent, tunc enim præsumeretur probatum priuilegium, vel feudi inuestitura, facta authoritate Summi Pontificis, vel Episcopi ante Concilium Lateranense, vndè concludit *ad finem dicti num.* 51. in hunc modum: *Collige ergo, quod si cum tali immemoriali præscriptione non coniungeretur fama constans, quod in virtute alicuius priuilegij talis decima acciperentur, præsumptio priuilegij cessaret, & non sufficeret præscriptio, & in hoc sensu dicere possumus, Laicos posse præscriptione immemoriali decimas retinere, cùm adminiculo fama alicuius iusti tituli.*

Hactenus Azeuedus, qui solum Decium refert (vt vides) potuisset tamen allegare Baldum, *in l. 2. colum. prima, versic. Vlterius nota. C. de errore aduocat.* qui per illum textum dicit, quod quando quis respondet, confitendo positionem relatiuè ad instrumentum, quod si instrumento illo non continetur ita, vt confitetur, talis positio habetur pro non confessata, & Baldum refert Romanus *in cons. 294. hac confessio.* Decius etiam, qui plura ad id cumulat, *in consilio 66. Pro tenui, colum. 3. num. 6. idem tradidit Alexand. in consilio tertio post. principium, libro 2.* tradunt etiam Parisius, Iason, Felinus, Mandosios, & alij, cum quibus Mascardus, *de probat. tom. 1. conclusion. 385.* vbi aliter non explicat, sed dumtaxat concludit, quod confessio relatiua non probat, nisi quatenus est in relato, & idipsum tenent permulti alij, quos refert Antonin. de Amato, *variar. dicta resolutione 42. num. 5.* Hippolyt. Riminaldus, *in cons. 126. Viso puncto, num. 16. lib. 1.* & Cardinalis Thuscus, *tom. 5. littera P. conclusione 390.* vbi sæpè repetit, quod responsio facta positioni, per modum relationis, etiam per modum relationis, etiam per modum confessionis, veluti *Confiteor*, vel *credo positionem, prout in tali instrumento*, si in instrumento non ita continetur, confessio est inefficax, & nihil reuelat.

Ego sanè resolutioni huic non ita simpliciter assentirem, nec vnquam assentire potui, tametsi Interpretes omnes, ita indistinctè acceperint assumptum prædictum; sed distinguendum potiùs putarem, prout dubio præcedenti distinctum fuit, an scilicet, dicta verba apposita sint per modum dispositionis, vel per modum relationis, & an in responsione contineatur confessio determinata, & certa, & non conditionalis, vt primo caso, responsio relatiua sufficiat, quamuis instrumentum relatum non appareat, siue non præsentetur, idque iuxta ea, quæ resoluta remanent *suprà, hoc eodem capit. num. 5.* & scripta *suprà, num. 15.* In secundo verò casu, præcisè instrumentum producendum sit, aliàs confessio, siue responsio nihil releuat, vt potè quia est incerta, & indeterminata, nec aliter negatio, aut confessio colligi potest, quàm si relatum instrumentum appareat; idque iuxta, ea, quæ resoluimus *suprà, n. 7.* & in terminis illis, in quibus Decius, & Azeuedus quæstionem proponunt, indubitanter id procedit, vtpotè cùm confessio, nihil certum & determinatum contineat, & in eisdem terminis Baldus loquitur, quando scilicet confessio fuit facta, *prout instrumento, de quo in actis:* Tunc autem, compelli posset respondens, vt de pleno responderet, nec ad instrumentum se referret, aut quod instrumentum ipsum, statim produceret, aut præsentaret: vbi autem responsio certum quid contineret, relatio ad instrumentum non attenderetur, siue responsio præiudicaret, quamuis instrumentum ipsum non appareret, iuxta easdem resolutiones traditas *suprà*; & de his hactenus.

CAPVT VI.

Adducitur secundum obstaculum, aut motiuum, siue secunda dubitandi ratio, qua frequenter vti, excitarique, & adduci solent hi, qui Tertiarum solutioni contradicunt, atque repugnant, scilicet Regibus Hispaniæ, de concessionibus, & gratiis Apostolicis testificantibus, & asserentibus, ita extare prout *in dicta l. prima, titulo 21, lib. 9. noua collect. Regia* enuntiatur, atque refertur, plenam fidem adhibendam non esse, imò gratias ipsas, seu concessiones produci, & præsentari debere; & eidem satisfacit, responsúmque præbet Author.

Et Articulus ille, an, & quando, Papæ, Imperatoris, Regis & alterius Principis assertioni standum sit, necne; dilucidè & distinctè explanatur.

SVMMARIVM.

1 *Papæ assertioni regulariter standum esse, & plenariam fidem adhiberi debere. Siue assertio fiat in scriptis, & per litteras, siue etiam solo verbo.*
2 *Imperatoris, Regis, & alterius Principis secularis assertioni standum esse.*
3 *Principis assertioni plenè credi, non solum Papæ, Imperatoris, & Regis, sed etiam cuiuslibet alterius, superiorem non recognoscentis.*
4 *Papæ aut principis assertioni multo magis creditur quando attestatur de facto proprio.*
5 *Secus autem, si de facto alieno attestetur, nam tunc Principi non plenè creditur.*
6 *Principis assertio, quando respicit factum alienum, licet non faciat plenam probationem, inducit tamen semiplenam probationem, & præsumptionem vrgentem.*
7 *Principis assertio in facto alieno, an transferat onus probandi in aduersarium.*
8 *Principis assertio, facta motu proprio, & ex certa scientia, an plenè probet, etiam quod de facto alieno agatur, & quid, si toto tenore inspecto.*
9 *Quid etiam, si Princeps asserit se vidisse, & informatum fuisse.*
10 *Quid etiam, si Princeps aliquid asserendo, fundat super tali assertione intentionem suam.*
11 *Principis assertioni vtrùm plenè credendum sit, vbi de magno tertij præiudicio agitur, vel in his, in quibus liberè disponere non potest.*
12 *Aut quando agitur de causa propria ipsius Principis, vel de eius commodo, aut interesse.*
13 *Principis assertioni omnino standum est in antiquis etiam in tertij præiudicium, & etiam quod alienum factum contineat.*
14 *Principis assertioni an omnino standum sit, quando legem generalem condendo, aliquid securè, & specificè asserit.*
15 *Aut de facto suorum antecessorum attestatur.*
16 *Et propter Religionem, & sanctitatem vitæ,*

inte

integrámque fidem, & opinionem Principis aliquid asserentis.

SEcundum, quod decisione *dictæ leg. primæ, titul. 21. lib. nono, nouæ collect. Regiæ* deducitur, idque memorabile, & notatu dignum, & quod in contrarium, pro dubitandi ratione excitari potest ab his, qui Tertiarum solutioni contradicunt, atque repugnant; siue qui litterarum, & concessionum Apostolicarum productionem, & exhibitionem desiderant, & aliquando eas produci atque exhiberi postulant; in eo quidem consistit, quod Principi, Domino inquam Regi Philippo II. *in dicta. l. prima*, asserenti Tertias illas ex concessione Summorum Pontificum, sibi & Regibus Hispaniæ, multis retro temporibus competere; plenam fidem adhibendam esse, constanter contendatur, quamuis in præiudicium eorum omnium, qui Tertias In futurum atque in perpetuum soluturi sunt, assertio ipsa redundet, & de graui ipsorum præiudicio tractetur. Et hoc iuris rationi, & principiis, admodum repugnans, & contrarium esse, non dubitant nonnulli asserere, ex eo etiam, quod de facto alieno Rex ipse deponat, siue attestetur.

Nihilominus tamen, legis ipsius decisionem in viridi obseruantia mansuram, & in futurum seruandam, seruarique debere, nec obstaculum prædictum, impedimentum aliquod præstiturum, vt fidei, & Religioni Principis, de dictis gratiis, & concessionibus Apostolicis asserentis, plena fides adhiberi debeat, tametsi gratiæ ipse originaliter non producantur, nec de eis aliter constet, quàm ex relatione *ibi* facta; ex his constabit, atque deduci poterit, quæ ad ornatum, & explicationem *Clementinæ primæ, de probationibus*: statim, satis distinctè, & dilucidè adnotabuntur.

1 Et in primis meminisse oportebit, ex recepta omnium sententia, pro regola statutum fuisse, Papæ assertioni regulariter standum esse, & plenariam fidem adhiberi debere: siue assertio fiat in scriptis, & per litteras; siue etiam solo verbo, iuxta *dictam Clementinam primam, de probat.* textum etiam, qui ita probat, *in cap. cum à nobis, de testibus*, vbi Abbas, *in principio, versicul. Fallit hoc in Papa*, dicens, quod ita communiter summatur ille textus: & *num.* 1. & 2. Anton. de Buttio, *num.* 3. Aretinus *num.* 6. Felinus, *num.* 1. Anchar. *in dicta Clementina prima, de probat.* vbi Pontifex mandat, sibi aliquid asserenti plenariam fidem adhibendam esse, quod etiam elicitur ex *capite, nobilissimus, 95. distinctione.*

2 Et id ipsum in cæteris Principibus obseruandum esse, & locum habere; vt Imperatoris, Regis, & alterius Principis sæcularis assertioni standum sit; tenent Bartol. *in l. ambitiosa, num. 28. ff. de decret. ab ordi. faciend.* vbi quod dicitur de Summo Pontifice, ad alios Principes extendit: Castrensis etiam, *in consil. 300. col. 2. versic. Dices aliquis*, vbi extendendo iura, quæ loquuntur de Papa, dicit, Regibus, propter eorum maximam excellentiam, solo verbo credendum esse: Natta, *in consil. 438. num. 39. volum. 3.* dicens, per hanc conclusionem, credendum esse Principi, qui dicat se imponere collectam propter publicam vtilitatem: Baldus, per illum text. *in l. prima, ff. de officio Præfec. Prætor. & in cap. cæterum, colum. 3. de iudiciis*, vbi scribit, quod Princeps asserit, & nos credere debere, & Principis verbum pro lege habendum: Socinus iunior, *in consil. 4. n. 21. volum. 1.* vbi dixit, quamcunque Principis assertionem sufficere, ad iustificandum id quod verbo profert: Sequuntur infiniti Authores relati per Mascardum, *de probat. tom. 1. conclusione 139. per totam, & tom. 3. conclusione 1228. ex num. 1. vsque ad num. 29.* vbi latè comprobat propositam conclusionem *dicta Clementina prima, de probation.* non solum locum habere in Summo Pontifice, sed in quocunque alio Principe: quod etiam adnotarunt, & *Clementinæ eiusdem* decisionem exornarunt ex proposito, Anton Gabriel, *commun. conclus. lib. 3. tit. de probat. conclus. 2. per totam*, Andr. Tiraquel. *de vtroque retractatu, §. 1. Glossa 14. num. 49.* Iacob. Philip. Portius, *regularum lib. 1. regula 27.* Menochius, *lib. 2. præsumptione 11.* Aldobrandinus, *in consil. 1. ex num. 280 cum sequentibus*, Caualcanus, *decisione 35. ex num. 136 parte 2.* Flaminius Parisius, *de resignat. beneficior. tom. 2. lib. 8. quæstione 1.* Alexand. Trentacinquius, *variar. lib. 1. tit. de verbor. significat. conclusione 2. num. 18 & tribus sequentibus*, Sesse, *decisione 113. ex num. 10. vsque ad numer. 34.* Petra, *de potestate Principis, cap. 30. conclus. 2. principali, num 42. & 47.* Farinacius, *de oppositionibus contra personas testium, lib. 2. titul. 6. quæst. 63. cap. 2. ex num. 79. ad num. 106.* vbi constanter defendit, & cum aliis multis Authoribus, quod disposita in Papa, per *Clementinam primam, de probationibus*, habent locum in Principe seculari, & esse opinionem magis communiter receptam, Principis secularis assertioni plenè credendum: Mastrillus, *de magistrat. lib. 3. cap. 4. ex num. 51.* nam Princeps præsumitur iustitiæ plenus, & omnia deliberatè, & cum conscientia facere; & ideo non est credendum, nec etiam excogitandum, quod falsum aliquid dicat, etiam minimum; sed quod veritatem semper præ oculis, habeat, sicuti Bald. Calderinus, Socin. sen. Alciatus, Craoeta, Bartazolus, & Menochius notarunt, cum quibus ita specificè tradidit Mascardus, *dicta conclusione 1228. num. 22.* & refert Farinacius, *dict. cap. 2. num. 86*, vbi alias rationes adducit, ex quibus, Principis assertioni plenè credendum sit: Mastrillus *dicto cap. 4. num. 53. & 54.* vbi addit, quod aliàs esset arguere Principem de mendacio; quod non licet: & latiùs comprobat Menochius, *in consilio. 100. num. 23. lib. 1.* Fontanella, *de pact. nupt. tom 1. clausula 4. glos. 10. numer. 28. parte 2.* vbi refert, ita de consuetudine totius mundi receptum esse, quod Principis assertioni credendum, & standum sit, & non solum Papæ, Imperatoris, & 3
Regis, sed etiam cuiuslibet alterius, superiorem non recognoscentis; prout Mascardus, cum aliis multis resoluit, *dicta conclusione 139. num. 19. & dicta conclusione 1228. numero 23. & sequentibus*, Farinacius, *dicta quæstione 63. cap. 2. numero 87.*

Et multo magis creditur assertioni Papæ, ac 4
Principis, super facto proprio; sicuti relatis infinitis ferè Authoribus, obseruat Farinacius, *eodem capite 2. numero 91.* & repetit *num. 136.* Secus autem, 5
si de facto alieno attestetur. nam tunc Principi non plenè creditur, sed talis assertio solum præsumptionem inducit; prout latius explicant Mascardus, *dicta conclusione 1228. num. 35.* & latius *ex num. 31. cum sequentibus, & num. 74.* Farinacius, *dicto capite 2. num. 98. & num. 157. vsque ad numerum 163.* vbi videri potest. Et *ibidem* notarunt, quòd Princi- 6
pis assertio, quando respicit factum alienum, licet non faciat plenam probationem, inducit tamen semiplenam probationem, & præsumptionem vrgentem.

Et Principis assertio in facto alieno, an transfe- 7
rat onus probandi in aduersarium; explicat Mascardus, *eadem conclusione 1228 num. 29. & 30.* vbi ex sententia quamplurimorum asserit vsque adeo prædictam conclusionem procedere, vt contra Principis assertionem non admittatur probatio in contrarium. Idque maximè procedere inquit, quando

verba

verba Principis sunt dispositiua, id est; aliquam dispositionem inducunt, quia tunc indistinctè probant, vt cum Oldraldo, & aliis annotauit *ibidem, num.* 50. *&* 51. Farinacius autem *ipsomet cap.* 2. *ex n.* 163. *vsque ad n.* 175. contrarias sententias, in proposito commemorat, eásque distinctionibus nonnullis conciliare contendit: Tandem *num.* 169. in hunc modum concludit: *Ideo & melius crederem dicendum, quod prima opinio, & sic proposita limitatio procedat, vel vbi non agitur de alicuius praeiudicio; vel si agitur de praeiudicio alicuius, illud leue sit. Secunda autem opinio procedat, vbi de graui agitur praeiud.cio, iuxta ea quae latè posui supra, num.* 148. *& sequentibus: & sic primo casu, assertio Principis super facto alieno, transferat in aduersarium onus probandi contrarium: secundo autem casu non, sic enim in specie reperio distinguentem Cephalum in consil.* 302. *num.* 80. *lib.* 3. *ante eum de magis communi sententia testatur Cianeta, &c.* Et idem in effectu resoluit Menochius *lib.* 2. *dicta praesumptione* 11. & latius *praesumptione* 50. *ex num.* 48. *cum sequent.*

Hæc autem resolutio non destruit intentum nostrum; nec assertioni Principis *in dicta l. prima. tit.* 21. *lib. nono*, contentæ aliquid detrahit. ex quo cum assertione ipsa, tot, & tanta simul concurrunt, quod eam omnino iustificant, & comprobant; & maximè ea, quæ *capitibus praecedentibus* adnotata, atque scripta reliquimus; videlicet tot, tantísque temporibus, de veritate dictarum gratiarum, & concessionum Apostolicarum, dubitatum non fuisse, imo tenorem *legis eiusdem primae*, pro vero & indubitato semper habitum, & iuxta eum sæpissimè definitum, atque pronuntiatum, & Tertias multis in locis, & ab infinitis ferè vnanimiter exactas; atque solutas, nec aliqnam contradictionem factam, & communi placito, atque obseruantia vniformi ita seruatum, & obtentum fuisse: in his autem terminis, & quando assertio Principis, etiam super facto alieno, aut in præiudicium tertij graue, aliis, adeóque vrgentibus adminiculis, coniecturis, & præsumptionibus coadiuuatur, & munitur, & maximè obseruantiam, & spontaneam solutionem, aut recognitionem, simul pro se habet: creditur indistinctè Principis assertioni, eiq; e plena fides adhibetur, quia aliis simul coadiuuatur, hisque validissimis coniecturis, & præsumptionibus; vt pro certo supponunt Authores omnes relati *suprà, num.* 2. vt per Decium *in cons.* 606. *num.* 13. *&* 14. Menochium *in consil.* 100. *ex num.* 23. *lib.* 1. Anton. Gabriel *lib.* 2. *tit. de probat. conclusione secunda num.* 60. *&* 61. Item licet regulariter Principi non credatur circa factum alienum, creditur tamen, eique plena fides adhibetur, quando Principis assertio facta sit motu proprio. & ex certa scientia; aut toto tenore dispositionis inspecto; sicuti visis, & diligenter prælectis literis, & gratiis omnibus Apostolicis, atque ex certa, & certissima scientia, eiusdem legis primæ relationem, & assertionem Principis processisse, planum, & compertum est: nec in dubium excitari vllo pacto potest. Sic sane in terminis, quòd Principis assertio plenissimè probet etiam factum alienum, quando relatio, aut narratio motu proprio, atque ex certa scientia; & toto tenore inspecto facta est; tenuerunt Lapus *allegatione prima*, & *ibi* Quintilianus Mandosius, *in addition. versicul. limita secundo*, Alexander, *in consilio* 112. *num.* 5. *lib.* 7. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, in qua omnes concordant: Curtius iunior, *in consil.* 61. *num.* 13. Menochius, *dicto consil.* 100. *num.* 24 *libro primo*, Farinacius, *de opposition. contra personas testium, dicta quaestione* 63 *capite secundo. numero* 102. *& duobus sequent.* vbi relatis quamplurimis Autoribus obseruat, quod assertio Principis facta motu proprio, & ex certa scientia, plenam fidem facit, etiam quod de facto alieno agatur, ac simul de præiudicio tertij graui, dummodo factum alienum gestum fuerit coram se: aliàs autem, si gestum non fuerit coram se, quòd semiplenam probationem, & vrgentem præsumptionem inducit; sicuti tenent permulti illi Authores, *dicto numer.* 102. *& tribus sequentibus* relati per Farinacium.

In terminis autem *dictae legis primae titulo* 21. *libro* 9. perinde haberi, atque diiudicari res debet, ac si coram Principe actus gestus fuisset, sine factum processisset. ex quo verbis adeò enixis, & multiplicatis asserit, & repetit tenorem dictarum gratiarum, & concessionum Apostolicæ Sedis, ex quo arguitur, bene instructum, atque informatum fuisse Principem ipsum de his omnibus, quæ narrat, & refert. Quando autem Princeps bene informatus aliquid narrat, & asserit, 9
plenissima ei fides adhibetur, & omnino creditur; vt per Farinacium eundem, *dicto capite* 2. *num* 110. *& sequentibus*, vbi refert quamplurimos: & repetit *num.* 70. notanter etiam dixit Angelus, *in consil.* 368. *columna* 2. quod licet aliàs assertio Principis de facto alieno, non faciat plenam probationem, sed semiplenam probationem, & vrgentem præsumptionem, quæ admittit probationem in contrarium; tamen secus est, quando Princeps asserit se informatum esse: Decius etiam, *in consil.* 606. *num.* 14.

Quando etiam Princeps aliquid asserendo, fundat super tali assertione intentionem suam, quod ei 10
credatur omninò, & plena fides adhiberi debeat, etiam super facto alieno. post Imolam, Ruinum. And. de Isernia, Milis resoluit, & contrariam opinionem improbat Mascardus, *dicta conclus.* 1228. *n.* 60. *&* 61. & latius comprobat, pluresque alios refert, *num.* 40. *& sequentibus*, & cum aliis multis Farinacius, *dicto cap.* 2. *num.* 199. *&* 200 & tenuit Afflict. *decisione* 315. *num* 15. Princeps autem, in relatione, atque enarratione Bullarum, gratiarum, & concessionum Apostolicarum, & assertione eius tei, fundat omnino intentionem suam: vnde ei plenissima fides adhiberi debet, pro vt ipse Farinacius, post Mascardum, & alios comprobat *numero* 102.

Quamuis etiam, Principis assertioni plene credendum non sit, vbi de magno tertij præiudicio 11
agitur, vt *supra* dicebam, vel in his in quibus liberè disponere non potest, sed assertio ipsa præsumptionem duntaxat inducat; prout latius explicat Mascardus, *dicta conclusione* 1228. *ex num.* 101. *vsque ad numer.* 111. aut transferat onus probandi, contrarium, in aduersarium, vt *ibidem* comprobat Mascardus post Menochium, quem citat & latè prosequitur Farinacius, *dicto cap.* 2. *quaest.* 63. *ex n.* 148. vsque ad *n.* 157. vbi in effectu resoluit, quòd assertio Principis plenam probationem inducit, vel in præiudicium ipsius Principis asserentis, vel vbi de nullius præiudicio agitur, & sic in his quæ à Principis voluntate, & potestate omnino dependent; vel etiam vbi de modico agitur præiudicio Secus autem, quando agitur de graui alicuius præiudicio, & sic in his, quæ non dependent à Principis voluntate, & potestate; tunc enim, non est standum assertioni illius, siue respiciat factum alienum, siue etiam proprium & affirmat quod hæc opinio videtur magis communiter recepta, reiecta contrariâ quod imo Principis assertioni stetur, quãdo præsertim agit factum propriũ, etiãquod agatur de præiudicio tertij, alij tenuerunt, quos *ibidem* refert *n.* 153 improbat, vt nec

respectu transferendi onus probandi in contrarium, stari debeat assertioni Principis, vbi agitur de præiudicio tertij. Sese etiam, *decisione* 11. *ex num.* 23. Et id ipsum statuit idem Farinacius, quando agitur
12 de causa propria ipsius Principis, vel de eius commodo, aut interesse, tunc enim illius assertioni minimè standum est; prout latius comprobat *n.* 171. 172. *&* 173. Quamuis, inquam, Principis assertioni, minimè stetur, vbi de graui tertij præiudicio agitur, vel in his, in quibus Princeps liberè disponere non potest, aut quando agitur de eius commodo, aut interesse; hæc tamen non obtinent, nec procedunt in antiquis.

13 Et in assertione facta motu proprio, & ex certa scientia, & quando Princeps bene informatus aliquid asserit; sicuti ex sententia aliorum, tradit Farinacius ipse, *dicto cap.* 2. *num.* 106. *&* 156 *&* 170. *& dicto num.* 106. in hunc modum scribit, *Amplia vndecimo propositam huius tertij capitis regulam multo magis procedere in antiquis, in quibus indistinctè, & quod contineat factum alienum, ac etiam quod de tertij præiudicio agatur, Principis assertioni omninò standum, scripserunt*, &c. Et vltra relatos *ibi*, idem tenuerunt Dominicus, *in cap. si Papa, column.* 2. *de priuilegiis, lib.* 6. Decius. *consil.* 146. *column. quinta. versicul. Quintò prædicta conclusio.* Iason. *in consil.* 34. *num.* 9. *lib.* 1. Menochius, *lib.* 2. *dicta præsumptione* 10. *numero* 64. Mascardus *dicta conclusione* 228. *num.* 18. vbi sic scribit: *Sublimitanda sunt omnes supradictæ limitationes, vt non procedant in antiquis, in quibus verba Principis, in quibus fundat intentionem suam, probant in omnibus casibus etiam in præiudicium tertij.* Sese *decisione* 113. *num.* 30. & antea *num.* 27. Idque magis indubitatum est, quando cum antiquitate temporis, alia simul concurrunt, prout in exactione Tertiarum concurrere, ad comprobationem & iustificationem narrationis, seu relationis *dictæ legis primæ*, suprà adnotaui.

Ex his etiam, quæ ego metipse adnotata reliqui *in commentariis libri tertij, capite* 28 vbi scripsi *num.* 15. *& tribus sequentibus*; quòd Principis assertioni, seu dispositioni standum sit, & quod causa ab eo enunciata, aut relata in omnibus, & per omnia præsumatur vera, etiam in præiudicium tertij, idque ex sententia multorum? quos *ibidem* recensui; & quamuis nonnulli contradicant, vt *ibidem* quoque tradidi *dicto numero* 17. *&* 18. & dicant id maximè procedere in his, in quibus Princeps, commodum sentit, & subditi damnum patiuntur, vt per relatos *ibi*. Attamen in eodem placito, quòd Principi sit credendum etiam in causa propria, & in præiudicium tertij constanter asserunt Baldus, *in consil.* 328. *lib.* 1. Socinus *in consil.* 4. *&* 87. *lib.* 3. Romanus, *in consil.* 369. *dubio quinto.* Iaso *in l. quominus, num.* 3. *ff. de Fluminibus.* Alexander *in consil.* 203. *volumin.* 6. Panormitanus, *in consil.* 84. *ad finem, lib. primo*, & multos alios retuli, *dicto cap.* 28. *numero* 17. *&* 18. & licet articulus controuersus sit, & difficilis, in eo magis communiter conuenire videntur Interpretes, quod vbi causa exprimitur, eáque ex proposito, atque deliberatè, & cum assertione Principis, prout in terminis *dicta leg. primæ, tit.* 21. *lib.* 9. expressa est. Et alia simul concurrunt, & assertio ipsa ab obseruantia subsecuta, robur, & firmitatem capit, quòd tunc Principi asserenti plena fides adhiberi debeat; sicuti ex eisdem Authoribus *ibidem* à me relatis, dilucidè deprehenditur, & comprobari potest.

14 Et facilius hoc admittunt, quando assertio Principis, non in dispositione aliqua priuata, sed in legis generalis dispositione, seu legem generalem condendo, interuenit; cum ad eius editionem, atque promulgationem, præsumi debeat. Principem ipsum ex proposito de omnibus informatum, & vltra veritatem ipsam nihil scribere; vt per Socinum *in consil.* 266. *in versiculo, sed tamen ad præmissa, lib. secundo.* Alexand. *in consilio* 112. *in versiculo accedit ad confirmationem. libro* 6. & cum de facto suorum antecessorum arrestatur, prout *in dicta l. prima, titulo* 21. *lib.* 9. vbi asserit Rex noster Philippus 15
II. gratiam, & concessionem Tertiarum factam fuisse Regibus Hispaniæ, à Romanis Pontificibus; plenam fidem adhiberi debere Principi aliquid asserenti; scripserunt Angelus *in consil.* 368 *in principio*; Cardinalis, *in Clementina prima, de probat. quæstione nona.* Iason, *in consil.* 65. *lib.* 5. & cum multis tradidit, Farinacius, *de oppositionibus contra personas testium, quæstione* 63. *dict. cap.* 2. *n.* 97.

Et id ipsum dicendum est, propter Religionem, 16
& sanctitatem vitæ, integrámque fidem, & opinionem Principis, aliquid asserentis, vt in simili casu, & in enarratione, seu relatione Regum Hispaniæ, annotauit Salgadus, *de Regia protectione; parte prima, capite* 1. *præludio tertio, num.* 157. in hæc verba: *Nec est credendum, Reges Christianissimos, fidei Zelotos iustissimos, & Sanctissimos Catholicæ Religionis Conseruatores, si eam consuetudinem iniustam, & in Ecclesiæ præiudicium existimassent, nunquam tolerasse, nec peccato, & censuris se inuoluisse, si iusta ratione moti non fuissent, cum Sanctissimi sint, & fuerint, laudabilitérque vixerint. Præsumendum igitur est, eos, tali consuetudine vtentes, suísque relicta posteris, non caruisse fundamento: & de his hactenus.*

CAPVT VII.

Aliud obstaculum, siue motiuum proponitur, atque consideratur, quod decisioni *dictæ legis primæ, titulo* 21. *lib. nono, nouæ collect. Regiæ*, obstare videtur, & concludenter diluitur.

Regula etiam, quòd actore non probante, reus, etsi nihil præstiterit, absolui debet; exornatur, atque in terminis eiusdem leg. primæ limitatur; prout etiam, quando præsumptio, aut possessio, siue antiquissima præstatio, aut temporis obseruantia, & maximè immemorialis præscriptio adest in contrarium, prout hîc adnotatur.

SVMMARIVM.

1 *Ex decisione* leg. primæ, tit. 21. lib. 9. nouæ collect. Regiæ, *vnum deducitur, quod iuris communis regulis ordinariis repugnat.*

2 *Actore non probante, reus, etsi nihil præstiterit, absolui debet.*

Et hæc regula procedit in ciuilibus, sicut in criminalibus. Et remissiuè exornatur.

3 *Et ius metimur ex persona actoris.*

4 *Non enim curamus de iure possessorio, sed de iure petitorio.*

5 *Et intentio actoris fundari debet in iure residente in actore, non in exclusione rei.*

6 *Et reo sat est, si dubiam reddat actoris intentionem.*

7 *Quæ regula fallit, & doctrina præfata non procedunt, in terminis* dictæ leg. primæ, tit. 21. lib. 9.

Reges namque Hispaniæ, etsi actores sint, vt in Tertiarum petitione, atque exactione obtineant, nihil probare tenentur.

8 *Rei potiùs conuenti fundamentum suæ exceptionis probare debent.*

Ex quo in fauorem Regum ipsorum, tot tantáque simul concurrunt, & assistunt, vt onus probandi in aduersarium transferant.

9 *Præsumptio namque transfert onus probandi in aduersarium.*

10 *Scriptura cùm fuerint antiqua, & secundùm earum tenorem obseruatum, non potest tractari an fuerint solemnes, vel non.*

11 *Contractus præsumitur præcessisse, prout partes contendunt: ex antiquissima præstatione.*

12 *Omnia præsumuntur precessisse, prout contenditur, & contractus etiam solemnitas ex temporis antiquitate.*

13 *Præscriptione immemoriali probata, præsumitur titulus, & bona fidee, & omnia necessaria præsumuntur, & qualibet præsumptio contraria purgatur.*

Et nulla causa probanda est.

14 *Ex possessione antiquissima præsumptio resultans, onus probandi in aduersarium transfert.*

1 EX his, quæ *capitibus præcedentibus* diximus, adeò plenè, & concludenter comprobatur, & iustificatur assumptum metipsum, quod ex decisione *dictæ legis primæ, tit. 21. lib. nono, noua collect. Regiæ* deduximus, *capitibus præcedentibus: Que las Iglesias, y personas Ecclesiasticas, y otras qualesquier personas a quien se pusieren demandas, y pleytos, y se pidieren las Tercias, han de ser condenadas, y las deuen pagar,* si titulum legitimum non ostenderint, aut immemorialem, cum suis requisitis non probauerint, quamuis actor litis, *que es su Magestad,* ni-
2 hil probauerit, *que viene a ser falencia de la regla vulgar,* quod actore non probante, reus, & si nihil præstiterit, absolui debet: *l. qui accusare, C. de edendo, l. frustra, l. actor, C. de prob l. ei qui dicit, ff. eod. tit.*

Quæ regula procedit in ciuilibus; sicut in criminalibus, & notabiliter ampliatur, declaratur, atque exornatur post ordinarios multis in locis, per Herculanum, *in tractatu de Negatiua, num. 70. & sequentib.* Mascardum, *de probationibus lib 1. conclusione 36.* Fuluium Pacianum, *in eodem tractatu, lib. 1. cap. 67 per totum,* Alexand. Trentacinq. *variarum lib. secundo. titulo de probat. resolutione secunda;* Surdum, *in cons. primo numer. 71. & in consil. 12. num. 3. & in consil. 129. num. 15.* & ius metimur ex perso-
3 na actoris, cum ipse probare teneatur, Bartol *in authent. hoc locum. num. 12. C. de secundis nuptiis.* Non enim curamus de iure possessoris, sed de iure petitoris, qui onere probationis adstringitur: *l. finali,*
4 vbi Glossa, & Bald. *C. de rei vendicat.* Felinus, *in capite primo, column. 4. versic. quod autem, de accusat.* Decius, *in dicta l. qui accusare. num. 14.* & intentio actoris fundari debet in iure residente in actore,
5 non in exclusione rei, secundum Baldum, *in l. cum mulier. column. 11. versiculo, Tertio dubito. ff. soluta*
6 *matrimonio.* Ruinum; *in consil. 48 num. 12. volumin. 4.* & reo sat est, si dubiam reddat actoris intentionem, vt scripsit Baldus, *in consil. 79. num. 7. volumin. 2.* Crauetta; *in consil. 6. numer. 127.* refert Surdus, *dicto consilio 1. numero 72. & sequentibus.*

Assumptum inquam prædictum, quod Rex noster Philippus, dum petit Tertias, (*que son los dos nouenos*) intentionem suam concludenter fundet, atque fundatam habeat ex decisione *eiusdem legis primæ*, vt onus probandi immemorialem, aut ostendendi titulum legitimum, in aduersarium transferat, in eum scilicet, qui Tertiarum solutioni quouis modo repugnet; vt maiori comprobatione rea non indigeat; sed ex his, quæ *capite tertio, & quarto, supra* adnotaui, ex scriptis etiam *capite præcedenti* dilucidè & verè comprobetur, atque iustificetur. Vnde regula prædicta, quod actore non probante, reus, etsi nihil præstiterit ab- 7
soluitur, fallit, & doctrinæ præfatæ non procedunt in terminis *eiusdem leg. primæ. tit. 21. lib. 9.* Reges namque Hispaniæ, etsi actores sint, vt in Tertiarum petitione, atque executione obtineant, nihil probare tenentur. Rei potius conuenti fundamentum suæ exceptionis probare debent. Ex quo in fauorem 8
Regum ipsorum, tot, tantáque simul concurrunt, & assistunt, vt onus probandi in aduersarium transferant; omnes scilicet considerationes illæ, *eisdem capitibus præcedentibus,* singulariter factæ, & scriptæ, & principaliter, ob maximam vim, virtutem, & præstantiam immemorialis possessionis; à tempore namque immemoriali in pacifica possessione exigendi, percipiendi, & alienandi Tertias ipsas existunt. Ob antiquam etiam, & vniformem obseruantiam decisionis *eiusdem legis primæ*, & eorum quæ in ipsa continentur: scientiam quoque, patientiam, & tolerantiam Romanorum Pontificum, quæ firmissimum robur, Regum Hispaniæ intentioni præbet Ob recognitionem etiam iuris huius Regalis, & Tertiarum solutionem multis, infinitisque ferè in locis. & Ecclesiis spontaneè, & sine vlla contradictione factam, & cætera alia, quæ *dicto capite 3. & 4.* ponderaui *suprà*: ex quibus equidem satis fundata remanet Regum Hispaniæ intentio, vt nulla alia probatione indigeant, quod dictæ Tertiæ, ad se pertineant, sed rei potius conuenti fundamentum suæ exceptionis probare adstringantur, per legitimum titulum, aut immemorialem, aliàs condemnari debeant; & præsumptiones roe transferant onus probandi in aduersarium, vt in *l. finali, in principio, ff. quod metus causa, l. sine possideris,* 9
C de probat. l. sine nuptura. in fine, ff. de iure dotium. Crotus, *in cons 110. num. 5.* Surdus, *dicto consilio primo, numer. 63.* vbi generaliter, atque ex communi sententia tradit, quod præsumptio transfert onus probandi in aduersarium; & notauit Glossa *in l. 1. ff. de probat. & in l. nec codicillos, C. de codicillis, & in capite finali, §. Sane. in verbo, probatione. ff. de iureiurando,* Castrensis, *in leg. sine possideris, numero nono, C. de probationibus,* per illum text. Bald. & Albericus, *in leg. qui accusare, C. de edendo,* Innocentius, *in capite bona. el primero. de electione, numero quarto,* & *ibidem* Panormitan. *numero 14.* Gratus, *in consil. 24. num, 5. & in consil. 14. num. 13.* Marsilius, *in cons. 23. num. 35.* Decius, *in consil. 340. num. 11. & in consil. 595. num. 4.* Crauetta, *in consil. 60. num 7.* Cephalus *in consil. 138. num. 16. volumine 1.* Rolandus, *in consil. 49. num. 55. volumine 1.* Couarruuias, *variar. lib. 1. cap. 6. in principio:* & confirmatur ex traditis à Burgos de paz, *in cons. 15. num. 3.* vbi multum ad propositum nostrum, atque in 10
hæc verba scripsit: *Verum etiam dicta fortificantur, quia à tempore, & initio dictarum scripturarum, solutio dicti annui panis hucusque vniformis facta est; quare non est tractandum, an tales scriptura fuerint solemnes, vel non, cùm secundum earum tenorem fuerit obseruatum, vt probatur, in l. scripturas, C. qui potiores in pign. habeant, & id consuluit Cinus, inter consilia Baldi, in consil. 400. colum. 1. lib 4. eandem opinionem tenuit idem Baldus, in aliis consiliis, de quibus meminit Aymon Crauetta, in consilio 158. Visis actis, num. 1. cum sequentib. vbi plura refert ad hoc nostrum negotium videnda, & Aretinus, in cons. 11 procedendum, colum. finali, & Socinus, in consilio 25. num. 25. lib. 1. & idem Aymon in cons. 101. Nobilis Guigo, num. 4. & in cons. 277. In hac causa, num. 2.*

Et in eodem proposito, plura ego, ipse cumulaui, & permultos in vnum resensui, qui de vi, virtute, & efficacia obseruantiæ egeruot latissimè: Valençuela etiam Velazquex, *in conf. 63. n. 193. & in conf. 97. num.* 204. *& in conf.* 88. *n.* 52. vbi post Craoetam, & Rotam Romanam inquit, quod obseruantia est talis efficaciæ, quòd sopplet solemoitatis defectum, vnde de obseruantia sobsequota, operatur, quod instrumentum minus solemne, fidem faciat, & ad saluandas oullitates, & præsumendum, omnia ritè, & rectè facta fuisse, multùm consideratur: Ramooius quoque *in consilio* 38. *num.* 69. *& in conf.* 62. *num.* 5. *E in consilio* 65. *ex num.* 14. & declarat, imo certum reddit dubium quodcomqoe, quod ex relatione, atque enarratione gratiarum, atque concessionum Sedis Apostolicæ, *in dicta leg. prima titulo* 21. facta, posset oriri; & velot coocludit, ita, vt enarrantur, atque referuntur, factas fuisse; cum dubium ex ipsa relatiooe resultans nullo melius modo declaretur, quàm ex obseruantia, sicuti cum aliis Authoribus, resoluit idem Ramonius, *in consilio* 37. *numero* 50. vbi refert Baldum duobos in locis dicentem, quod vsi, & obseruantia confirmata destruere, est difficillimum, imo inuertere mundum; prout mundus inuerteretor, si super relatiooe dictarum gratiarum; & quod Tertiæ, id est, *los dos nouenos enteramente*, ad Reges Hispaniæ pertineant, ex rebus omnibus qoæ decimantur, dubium nunc oriretur, aut excitaretur.

Et confirmantor etiam ex traditis ab eodem Burgos de Paz, *dict. conf.* 15. *n.* 4. vbi cum aliis multis Authoribus scribit, quoad actus, vel contractus
11 præsumitur præcessisse, provt partes cootendunt, ex antiqoissima præstatione; prout antiqua adeo est Tertiarum exactio, solorio, & præstatio: quod iure, & Aothorum allegatione comprobant, & exornant Rodriguez, *de annuis reddit ibus lib.* 1. *quæst.* 11. *ex num.* 5. *cum seqq.* Florez Diaz de Mena, *variar. lib.* 1. *quæst.* 2. Mastrillus, *decis.* 227. Tbuscus, *tom.* 7. *litera S. conclusion.* 339. & repetit idem Burgos de Paz, *n.* 7. vbi singualtiter ad propositum, atque in hunc modum scribit: *Nec nunc post tot, & longæua*
12 *tempora, dici potest, dictum permutationis contractum informem, neque solemnem, siquidem vltra tam antiquissimam solutionem, ipsa temporis antiquitas solemnem præsumi efficit. ex traditis in leg. si filius, vbi probatur, C. de petit. hereditat.* &c. Et id ipsum contendit *n.* 9. in hæc verba Burgos, ipse de Paz, *proinde, etsi ipse contractus citra solemnitatem factus esset, ex tanti temporis lapsu, aduersarij contra illum venire nequissent, ex his, quæ habentur in cap. cum personæ. § quod si tales, de priuilegiis, l.* 6. *& ibidem Doctores, & in l. final. C. de fundis patrimon. l.* 12. *& in cap. cum olim. de præscript. & per Angel. Corneum, & Balbum, ibi relatos.*

13 Confirmatur denique, ex traditis per eundem Burgos de Paz, *ipsomet conf.* 15. *num.* 10. *&* 17. vbi adnotauit, & comprobaoit, qood præscriptione immemoriali probata (prout exigendi, & ferendi Tertias probata est) præsumitur titulos, & bona fides, & omnia necessaria præsomontur, & quælibet præsumptio contraria purgatur, & nulla causa probaoda est: Et exornat *n.* 12. *& seq.* & egomet ipse exornaui *in commentariis lib.* 1. *cap.* 93. 5. 8. & suprà *hoc eodem tractatu, cap.* 3. *n.* 8. *&* 9. *&* 10. *&* 14.

14 Vltimo tandem confirmatur, quia, (vt sæpè repetitum est) Reges Hispaniæ sunt in antiquissima possessione dictarum Tertiarum, eásque exigunt, & habuerunt semper ex fructibus, & rebus omnibus, quæ decimantur, vnde in earum possessione tuendi sunt, nec vlla probatione, siue tituli productiooe adstriogendi, imo in reos conoentos, onus probandi transferunt, tam ex possessione, quàm ex præsumptione, quæ pro eis vrget; Alexander, *in consil.* 78. *num.* 7. *& sequent. volumin. septimo.* Parisius, *in consil.* 10. *num.* 61. 64. 70. 100. *&* 110. *volumine primo,* Craueta, *in conf.* 294. *num.* 2. Albao. *in conf.* 83. *num.* 22. Cephalus, *in consil.* 137. *num.* 44. *& in conf.* 435. *num.* 51. *& sequent.* Rolandus, *in conf.* 22. *num.* 28. *volumine* 3. Petrus Surdos, *in conf.* 1. *num.* 62. *&* 63. *volumine* 1. Ex his itaqoe omnibus, quæ simul concurrunt, & assertione Principis, *in dicta lege prima, titulo* 21. *lib. nono,* cum qua temporis antiquitas, & obseruantia, & immemorialis præscriptio, & tot anootum præstationes interueniunt, & ioguotur, recta & iuridica ratione limitatur vulgata regula, quòd actore noo probaote, reus absoluitur: & rei coodemnaotur, si ipsi immemorialem non probauerint, aut titulum legitimum oon ostenderint.

CAPVT VIII.

Obstaculum aliud, siue motiuum expenditur, ex decisione *eiusdem legis primæ, titulo* 21. *lib. nono. nonæ collect. Regiæ,* deductum; quòd etiam iuris communis regulis ordinariis obstare, & repugnare videbatur prima facie, legem scilicet ipsam primam, *titulo* 21. (quæ à Principe Sæculari edita est) ligare, & comprehendere Clericos, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, quoad solutionem, atque exactionem Tertiarum, sicut Sæculares, & Laicos; quod notabiliter diluitur, atque explicatur, & redditur ratio limitationis, in terminis *eiusdem legis primæ,* memorabilisque, & noua resolutio proponitur.

Facere censetur is, cuius authoritate, & dispositione, seu voluntate, res fit. Quod exornatur.

Concesso vno concessa intelliguntur omnia, quæ veniunt consecutiuè, & accessoriè ad illud, & sine quibus concessio effectum plenum non haberet. Quod exornatur.

Clerici, non tam absolutè exempti sunt a iurisdictione Regia Principum Sæcularium, quin ratione subiectionis, & viciniratis, in sæcularibus subsint Principi Sæculari, in ordine ad bonum publicum, & rectum Regimen. Inde, lex temporalis, ratione directiua, obligat etiam Clericos, quatenus vniuersaliter tangit bonum publicum Clericorum, & Laicorum. Quod exornatur, & capite sequenti latius explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Obstaculum aliud, siue motiuum expenditur, quod ex decisione* eiusdem leg. primæ, titulo 21. lib. nono, *denuciatur & numeris sequentibus diluitur.*

2 *Leges, & statuta Principum sæcularium non comprehendunt, nec ligant Ecclesias, Clericos, &*

omnes

omnes Ecclesiasticas personas.

Idque tam ex defectu potestatis, quam iurisdictionis.

Et latius exornatur, atque explicatur capite sequenti.

3 *Et id limitatur, vt non procedat in terminis* dict. leg. prim titulo 21. *& quoad articulum exactionis, & solutionis Tertiarum, ex Romanorum Pontificum concessione, placito, & voluntate.*

Ex qua ipsimet Authores, & conditores eius legis videntur.

Et quasi ab eis condita ea lex fuisset, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas ligat, & comprehendit.

4 *Papa, si vellet, posset confirmare statuta contra libertatem Ecclesiæ.*

Quod tamen absque interuentu iustæ causæ, & publicæ vtilitatis non faceret.

5 *Facere censetur is, cuius authoritate, & dispositione, seu voluntate res fit.*

6 *Actus attribuitur mandanti, & concedenti; non exequenti, seu concessione vtenti.*

7 *Actus sequens, veniens ad executionem alterius, non alterat eius naturam, sed intelligitur, prout ille.*

8 *Actum quid præsumitur ex causa, magis principali.*

9 *Actus censetur fieri ex causa, & titulo præcedenti.*

10 *Actus præsumitur factus nomine eius, qui mandauit fieri.*

11 *Faciens actum pertinentem ad rei Dominum, nomine ipsius Domini fecisse præsumitur.*

12 *Apostolica Sedis authoritatem habens, licet non exprimat, censetur eius vigore & virtute concessionis facere.*

13 *Actus, qui ex vno capite gestus, esset nullus, ex alio autem validus, sustinetur ex capite habili.*

14 *Actus, qui potest fieri ex duplici capite, censetur gestus ex vtiliori.*

15 *Finis, cui conceditur, concessa intelliguntur omnia, per quæ deuenitur ad finem.*

16 *Concessio extenditur ad ea, quæ consequutiuè veniunt ad dispositionem.*

17 *Iurisdictione concessa, concessa censentur omnia, sine quibus exerceri non potest.*

18 *Regnum cui conceditur, necessariò conceduntur omnia, sine quibus gubernari non potest.*

19 *Principali concesso, concessum intelligitur, quod venit ex natura actus, de quo dispositio loquitur.*

20 *Principali concesso, concessum intelligitur quod venit consecutiuè, & accessoriè ad illud.*

21 *Principi concessa facultate leuandi violentias, de vento seruiret, si debitum non haberet exitum, & careret effectu.*

22 *Formam, qui dat; & ea dat, quæ consequitur ad formam, secundum Philosophum.*

23 *Clerici non tam absolutè exempti sunt à iurisdictione Regia Principum Sacularium quin ratione subiectionis & viciniatis, in temporalibus subsint Principi Saculari, in ordine ad bonum publicum, & rectum Regimen.*

24 *Sunt enim ciues, pars populi, & membra Reipublicæ.*

Et ciuium appellatione, in statutis, & ordinationibus comprehenduntur, & veniunt.

Et in his maximè ex quibus commodum, & vtilitatem reportant.

25 *Clerici tenentur ad obseruantiam legis Politicæ tangentis bonum vniuersum, & publicum communitatis Laicorum & Clericorum.*

26 *Lex temporalis, ratione directiua obligat etiam Clericos, quatenus vniuersaliter tangit bonum publicum Clericorum, & Laicorum.*

27 *Leges Regias tangentes bonum totius communitatis, tenentur obseruare Clerici, cùm non tendant in præiudicium libertatis Ecclesiasticæ.*

28 *Clerici tenentur ad obseruantiam pragmaticæ taxæ panis, sub pœna peccati, & restitutionis.*

Tamen quoad punitionem, & pœnæ exactionem solus Ecclesiasticus est Iudex competens, non sæcularis.

QVARTVM, & vltimum motiuum, seu obstaculum, quod ex decisione *præfatæ legis primæ, titulo 21. lib. 9. nouæ collect. Regiæ.* deducitur, & regulis
etiam ordinariis iuris communis obstare, & repu- 1
gnare videtur prima facie, in eo consistit. quòd
legis eiusdem constitutio, Ecclesias, Clericos, &
Ecclesiasticas personas, sicut sæculares seu Laicos
comprehendit, omnésque indistinctè ad solutionem Tertiarum, ex rebus omnibus, quæ decimantur, adstringit; Et tamen leges, seu constitutiones Principum Sæcularium, aut eorum edicta, vel statuta, non comprehendunt, nec ligant Ecclesias,
Clericos, & Ecclesiasticas personas, idque tam 2
ex defectu potestatis, quam iurisdictionis: sicuti probatur *in cap. quæ in Ecclesiarum cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* & latissimè comprobant, atque exornant Surdus, *in consilio 2. libro 1* Menochius, *in cons. 291. num. 25. & seqq. lib. 3.* Valençuela Velasquez, *aduer. sus statuta Venetorum, prima parte, per totam, ex pagina 8. vsque ad 19* & infiniti alij, referendi *infrà cap. sequenti,* vbi latius disputatio atque explicatio suscipitur. Vndè, qualitercumque Ecclesiam, aut Clericos lædunt, aut ipsorum libertatem infringunt, sunt ipso iure nulla, cassa, & irrita, vt etiam *capite sequenti* latius comprobabitur, & iidem Authores nunc relati probarunt, probatur etiam *in authent. cassa & irrita. C. de SS. Ecclesiis,* vbi Decius, *numero 9.*

Cæterum id limitatur, vt non procedat in ter- 3
minis *dictæ legis primæ*, & quoad articulum exactionis, & solutionis Tertiarum, ex Romanorum Pontificum concessione, placito, & voluntate. Ex qua ipsimet, authores & conditores eiusdem legis primæ videntur, & quasi ab eis condita ea lex fuisset, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas ligat, & comprehendit. Cum enim, ex Sedis Apostolicæ authoritate, atque ex gratiis, & concessionibus ipsius potissimum subsistat, viresque & fundamentum capiat lex ipsa, perinde haberi debet, ac si Romani Pontifices, Sanctissimique Patres qui literas, & gratias, diuersis temporibus concesserunt, ita statuissent, & legem ipsam primam condidissent; cum in consequentiam, legis eiusdem condendæ & ligandi Clericos, & Ecclesias licentiam, & facultatem concessisse videantur, vt inferiùs probatur. Laici etiam Iudices, & suprema Regia Tribunalia, cum de causis, & controuersiis, ad Tertias ipsas attinentibus cognoscunt, iure, ex gratiis ipsis. & concessionibus competenti, atque ex commissione, & voluntate Romanorum Pontificum, procedere videntur, actúsque iurisdictionis contentiosos exercere: argumento textus *in cap. sane el. 2. de officio delegati.* & eorum, quæ tradiderunt. Nauarrus, *in cap. primo, de pœnitentia, distinct 6. n. 86.* Rufretus *de potestate sæculari, regul. 4. fallentia 30* & *regul. 1 fallentia 1.* Lancelotus Conrad. *de templo iudicum, lib. 2. cap. 1.*

Lex itaque ipsa prima, quæ sola Principum sæ-

cularium dispositione, authoritate, & voluntate procedere,& subsistere non valeret aduersus Ecclesias,& Ecclesiasticas personas, nec eas adstringere, aut etiam seculari iurisdictioni subiicere;ex eorundem Romanorum Pontificum concessione, & authoritate(iustissimisque de causis,gratiis procedentibus,vt *alio capite* dicetur *infra*)vsqueadeo obtinere, & seruari debet, vt de ipsius valore, obseruantia, & iustificatione dubitari nullo pacto in futurum valeat: aliàs autem sequeretur maximum, & non ferendum absurdum, de potestate ioquam eorundem Romanorum Pontificum dubitare eos,qui de valore, & effectu legis ipsius aliquo modo dubitarent; quod esset temerarium, & iori ipsi contrarium, manifestéque repugnans. Cùm ergo omnia nostra faciamus, quibus authoritatem nostram impartimur, & attendi debeat origo dictarum gratiarum, & concessionum, quòd ab ipsis gratiis, & concessionibus initium,& fundamentum sumpserit eiusdem legis constitutio,& ius Regibus Hispaniæ competens, vt notanter cùm aliis Authoribus ad propositum nostrum percipit, & scribit Iason, *in l. more maiorum,numero 21.& 22.ff.de iurisdictione omnium iudic.*Et quod Reges ipsi Hispaniæ,absque expressa Sedis Apostolicæ gratia, & concessione, ita disponere & statuere non possent: prout *ibi* statuerunt(sicuti lex ipsa prima apertissimè insinuat,dum gratias ipsas refert)quoniam res hæc, dictarúmque Tertiarum exactio, ex potestate Romanorum Pontificum, integrè dependebat, non ex Principum Sæcularium dispositione; lex illa ita seruari, & plenum effectum contra omnes, tam Ecclesiasticos, quàm Sæculares sortiri debet, ac si ab ipsis Romanis Pontificibus edita fuisset, vt antea dicebam; & probatur argumento textus *in leg. adoptio, 3.* & *ibi* notat,Angelus,*ff.de adoptionibus*,& in §.*finali*,vbi Glossa, & Baldus, *Institut. de tutelis.* & in *leg. quæ. b.uur, ff. de militari testamento.* Quamuis lex propriè, & verè dicatur Principis Sæcularis, hoc est, Regis nostri Hispaniæ, qui eius conditor, & Author fuit; prout hæc omnia notabiliter,& nouè in hoc puncto à me considerata deducuntur, ex theoricis & doctrinis Bartoli,*in dicta leg. More maiorum* vbi assumit,explicat, atque exornat Iason, *ex num 25.vsque ad num.43.*vbi videri potest: *& n.39.*
4 in indiuiduo tradidit, quòd Papa,si vellet, posset confirmare statuta contra libertatem Ecclesiæ;quod tamen absque interuentu iustæ causæ non faceret. nec in dubio credendum est,quòd facere voluisset. Et in concessione Tertiarum ipsarum,iustissimis de causis adducti,atque excitati fuerunt Romani Pontifices,vt Regibus Hispaniæ eas conferrent plenissimè,sicuti *alio capite* dicetur *infra*, & colligitur ex contextu eiusdem legis primæ.

Et comprobantur etiam superiora, vltra doctri-
5 nam & resolutiones Bartoli, & Iasonis, *vbi suprà*, quòd facere censetur is cuius authoritate & dispositione seu voluntate res fit, vt specificè annotauit, & singulariter in proposito nostro,Valençuela Velasquez, *in consilio 93.num.12.13.& 14.*in hunc modum scripsit: *Et ita non potuit dictus nobilis vir petere gratiam dicti officij tabellionatus maioris, nec ipsam obtinere, nec dictum concilium impedire; aut auferre suam facultatem consumendi illud; nam idem est, ac si sua maiestas (cuius a seniori authoritate fuit factum) consumpsisset, argum. d.l.1.versiculo,omnia,Cod.de veteri iure enucleando.* ibi: *Omnia enim nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impertitur authoritas. cap. vt fama. de sentent.excommunicat.Ludouic.Gomesi.in cap. Mulieres.numero 7.de iudic.Rolandus à Valle,in consilio 86.n.26.lib.1.& in consilio 12. num.53.libr.4. qui propterea impugnare non valet, argum.leg. prima Cod.* *ne fiscus, rem,quam vendidit, euincat. l.2. eiusdem tituli,&c.* Et notanter Rolandus, *dicto consilio 86. num.25.& 26.* vbi sic scripsit: *Vel & secundo respondetur, quòd decretum, de quo agitur, potius est censendum lex Imperialis quam comitis, cum fuerit super eo interposita authoritas nomine Imperij, per eius Vicarium generalem, per regulam tritam, quòd omnia nostra facimus, quibus nostram impartimur authoritatem,&c.* & dict.cons.12.num.32.33. ibi: *Adeo,quòd legitimatus à Comite Palatino,habente auctoritatem,dicitur legitimatus à Supremo Principe dante potestatem, cum Comes id faciat auctoritate Imperiali, vel Pontificis, nam omnia nostra facimus, quibus auctoritas nostra impartitur,&c.*Et idem quoque notauit Curtius senior, *in cons. 16. col.9.in fine vers. fortiùs.* Parisius, *in cons.1. num.3. vol. 2.* Socinus iunior, *in cons.121. num.3.vol.2.* vbi sic scribit: *Et propterea ista legitimationes, quæ fiunt ab istis Comitibus, habentibus authoritatem a Principe, perinde sunt, ac si essent factæ ab ipso Principe; argumento text.in l. prohibere. §.planè. ibi, quòd Princeps. ff.quòd vi, aut clam.vbi Albert.* Et facit textus *in l. Sacra.* ibi: *Vel dedicandi dederit potestatem.ff.de rer.diuision.*

Actus quoque attribuitur mandanti, & conce- 6
denti, non exequenti,seu concessione vtenti, *l.item eorum. §. si Discutiones,ff. quod cuiusque vniuers.nom. cap.cum aliquibus,de rescript.lib.6.* cum aliis iuribus, quæ expendit Crauetta *in cons.144. num. 3.* & à primordio tituli, posterior formatur euentus. *l.1.circa finem,Cod. de imponen. lucrat. descript. lib. 10.* refert Petr.Sur *in cons.19.num.3.& seq.* vbi exornat nonnullis, & refert, quòd quando testator aliquid ordinat exequendum per hæredem, si hæres id faciat, tribuitur actus testatori,non hæredi, *l.si hæres testamento, ff. de action.empti:* vbi si hæres fundum mandato testatoris vendat, dicitur emptor habere à testatore, non ab hærede. Similiter, si hæres grauatus restituere certa bona Sempronio, post mortem instituat Sempronium hæredem, certè Sempronius bona illa subiecta restitutioni dicitur habere à grauante, non ab hærede grauato, qui eum instituit, vt est textus *in l. vnum ex familia. §.si de falcida, & §.sed si duos,*vbi Glossa. *in verbo, hæreditario.ff.de legat.2.*Castrensis,*in consilio 144. n.1.& sequent.* vbi infert, quod si fideicommissarius instituatur à grauato, & grauetur onere restituendi hæreditatem tertio, poterit, eueniente casu restitutionis,detrahere aduersus substitutum, fidei commissum sibi relictum à primo testatore, quia illud habuit,non ab hærede grauato, sed à testatore,qui hæredem grauauit: & alia similia idem Petrus Surdus adducit *ibi*, vbi videri poterit; & *de alimentis,tit.8. priuilegio 56. num. 88.* & id ipsum, quod scilicet actus attribuitur mandanti, & concedenti, non exequenti, seu concessione vtenti, notarunt Flaminius Parisius,*de confidentia benefic.quæst.33.n 41. & quæst.40. num.44.* Marcus Antonius Eugenius *in consilio 50.num.31.& sequentibus, libr. 1.* Valençuela Velasquez, *in cons.33.num.107.*qui *n.108.*sic scribit: *Et importat idem, ac si dictus Ioannes Episcopus fecisset illico, dum Pontificis commissionem habuit: nam actus sequens, veniens ad alterius executio- 7
nem,non alterat eius naturam, sed debet intelligi eo modo, quo ille: vt resoluit Crauetta consil. 135. num 13. Morotius,responso 62. num.11.ex l.si hæres.ff de actionibus empti.* & anteà annotauerat ipse Valençuela *num.103* quod cum in aliquo negotio præcessit facultas, seu licentia, aut authoritas Papæ, actus subsequens videtur factus virtute authoritatis & licentiæ; nam actum quid præsumitur ex causa ma- 8
gis principali, Glossa, & Baldus, *in l. non vero, ff. ex quibus causis maiores.* idem Bald.Decios,& Crauet.

in

in locis ibi relatis. per textum *in dict. cap. cur aliqui-*
9 *bus, de rescript. lib. 6.* & ex caosa, & titulo præce-
denti, *l. quadam mulier. ff. de rei vendicat. l. 2. Cod. de*
acquirend. possess. Craoeta, Menochius, & Ludou. Mo-
sorius, *ibidem* commemorati, & *numer.* 105. idem
Valençuela sic scribit; *Nam quando dubium est, an*
actus factus, sit proprio nomine, vel alieno, si quis man-
10 *dauerit suo nomine fieri, censetur ex casu illius nomine*
factus, secundum Bartol. in l. Titium, §. altere, num. 2.
versic. Tertio casu. & in l. qui negotiatienem, in prin-
cip. ff. de administr. tutor. Menoch. consil. 81. num. 38.
11 *lib. 1.* & addit. *num.* 506. Quod qui facit actum per-
tinentem ad rei Dominum, nomine ipsius Domi-
ni fecisse præsumitur, vt scribit Bartolus, *in l. pri-*
ma. §. nunciatio, numero 15. vbi Iason. *num. 3. ff. de*
noui oper. nunciat. Beroius, *consilio* 135. *numero* 2.
lib. 1. Menochius, *conf.* 145. *num.* 42. *lib.* 1.

Multum etiam ad propositum nostrum, idem
Valençuela Velasquez, *dicto conf.* 33. *n.* 96. in hunc
modum scriptum reliquit: *Nec obstat dicere, quod*
12 *dictus Episcopus Ioannes, in erectione dignitatum, &*
dotatione illarum, non declarat id facere virtute Apo-
stolica authoritatis, quam habebat à dicto Papa Lucio:
Quia satis euidenter apparet, id fecisse vigere ipsius au-
ctoritatis Apostolicæ, & non auctoritate sua propria,
etiam si id non expresserit, argumento text. in l. 3. ff. de
militari testamento per quem textum Doctores ibi re-
soluunt, quod si actus, qui potest videri factus ex du-
plici potestate, simpliciter fiat, adhuc intelligitur fa-
ctus ex ea, qua magis sustineri possit. & citat Baldum,
Abbatem. Felinum, Hippolytum, Alciatum, &
Molin. ita tenentes. & id comprobat *tribus numeris*
13 *sequentibus.* Et *num.* 100. vbi scribit, quod quando
actus, si ex vno capite gereretur, redderetur nul-
lus, ex alio validus; sustinetor ex capite habili,
14 provt *ibi* comprobat: & addit *num.* 114 quod actus
qui ex duplici capite potest fieri, censetur ex vti-
liori factus, secundùm Bartol. *in l. gerit. ff. de acquir.*
hered. num. 21. quem sequuntur Tiraquellus, cum
aliis multis, Socinus iunior, Brunos, Menoch. &
alij *ibidem* relati.

Remanet ergo, singularis, & notabilis resolutio,
& doctrina, Clericos inquam, Ecclesias, & Eccle-
siasticas omnes personas, ex decisione *dicta leg.* 1.
ita adstringi, atque obligari, ac si à Romanis ipsis
Pontificibus, ea lex condita fuisset, cum virtute
Apostolicæ auctoritatis, & concessionum, & gra-
tiarum eius processerit, etiam si id non exprima-
tur, sicuti in casu illius consilij, singulariter &
vtiliter adnotauit, atque comprobauit Valençuela
metipse.

Eo etiam ipso, quòd Tertiarum gratiæ, & con-
cessiones factæ fuerunt, intelligitur etiam concessa
facultas dictæ legis condendæ, & omnia necessa-
ria concessa censentur ad meliorem & faciliorem
expeditionem gratiæ & quæ consequutiuè ad ipsam
concessionem veniunt, & sine quibus concessio
non haberet effectum, aut difficilior illa reddere-
tur; ita sanè in simili casu legis Regiæ conditæ,
quæ ad Regiam protectionem vi oppressorum per-
tinet; annotauit, & fundauit ius ipsum Regium
Salgadus, *de Regia protectione, parte prima, capite*
secundo, num. 289. dicens, quòd Regibus Hispaniæ
intelliguntur permissa, & concessa ea omnia, quæ
necessaria sunt ad ipsam violentiam propulsandam
15 effectiuè. Et reddit rationem, quia cui concedi-
tur finis, concessa censentur ea per quæ deue-
nitur ad finem; & cui conceditur antecedens
conceditur etiam consequens, *l. prima §. primo*
ff. si vsusfructus petatur. l. 3. §. qui habet, & *ibi*
Castrensis *ff. de seruitut. rustic. prædict. leg. refe-*
ctionis gratia, & *ibi* Glossa, *ff. communia prædior.*
libr. 5. & *ibi* omnes, *ff. de iurisdiction. omn. indic.*
cum aliis, quæ ipse Salgadus adducit, *nu-*
mero 290.

Et addit *numero* 291. Quòd concessio extendi- 16
tur ad ea, quæ consequutiuè veniunt ad dispositio-
nem; & refert Authores ita tenentes, & qui in-
ferunt ad plures casus particulares: inter quos hi
sunt, quòd concessa iurisdictione, videntur om- 17
nia concessa, sine quibus iurisdictio exerceri non
potest. Et cui conceditur Regnum, necessariò 18
omnia censentur concessa, sine quibus Regnum
gubernari non potest, vt per Authores *ibi* relatos,
num. 293. Et cui conceditur principale, censetur 19
etiam concessum id, quod venit ex natura actus,
de quo dispositio loquitur, provt *ibidem, num.* 294.
Et cui conceditur principale, intelligitur concedi 20
id, quod consequutiuè, & accessoriè venit ad illud
principale; *cap. prudentiam, §. si verò*, & *ibi* commu-
niter Doctores, *de officio delegati*, & exornant Au-
thores, quos ipse Salgadus refert, *num.* 295. &
num. 296. sic scribit: *Igitur dicendum erit, quòd cum*
Principi sit concessa facultas, omni iure, præcipuè na- 21
turali, liberandi vi oppressos, & tollendi violentias ex-
traiudiciales, debet illi concedi & permitti omne, quod
ad illius expeditionem, exequutionem, & perfectionem
est necessarium, iuxta naturam principalis concessionis,
quia aliàs superuacanea, & frustratoria esset, & de
vento seruiret cognitionis extraiudicialis per viam vio-
lentiæ cognitio, si debitum non haberet exitum, & ne-
cessario careret effectu, nam (vt inquit Philoso-
phus) qui dat formam, dat ea, quæ consequuntur ad 22
ipsam. &c.

Denique quis cùm dictarum Tertiarum gratia,
& concessio, ex causa publicæ vtilitatis, & necessi-
tatis processerit, atque originem, & initium sum-
pserit, iustisque & necessariis de causis facta sit,
ita quidem Clericos, & Ecclesiasticas personas,
sicut Laicos; lex ipsa prima, *titulo* 21. comprehen-
dere, & ligare potuit, provt *cap. sequenti*, latiùs de-
monstratur.

Et iustis de causis concessionem ipsam factam
fuisse, *also* etiam *cap.* ostenditur, & comprobatur
infrà. Clerici etiam, & Ecclesiastici, non tam ab-
solutè exempti sunt à iurisdictione Regia Princi-
pum Sæcularium quin ratione subiectionis, & vi- 23
cinitatis, in temporalibus subsint Principi Sæcu-
lari, in ordine ad bonum publicum, & rectum re-
gimen; sunt enim ciues, pars populi & membra
Reipublicæ temporalis, Clerici ipsi sicut Laici; &
ciuium appellatione etiam in statutis, & ordina-
tionibus comprehenduntur, & veniunt. Et in his
maximè ex quibus commodum, & vtilitatem re-
portant: vnde Parochus dicitur de populo, & vni-
uersitate, & potest vti & frui pascuis, & nemoribus
ciuitatis, sicut quilibet de populo, & vniuersitate,
& priuilegium concessum terræ, patriæ, aut ciui-
bus, vel Reipublicæ, non solum Laicos, sed etiam
Clericos complectitur. Et inde Clerici tenentur ad 25
obseruantiam legis politicæ, tangentis bonum,
vniuersum & publicum communitatis Laicorum
& Clericorum. Et lex temporalis, ratione directiua, 26
obligat etiam Clericos, quatenus vniuersaliter
tangit bonum publicum Clericorum, & Laicorum.
Et leges Regias, tangentes bonum totius commu- 27
nitatis, tenentur obseruare Clerici, cùm non ten-
dant in præiudicium libertatis Ecclesiasticæ. Inde 28
& Clerici tenentur ad obseruantiam pragmaticæ
taxæ panis, sub pœna peccati, & restitutionis; ta-
men quo ad punitionem, & pœnæ exactionem, so-
lus Ecclesiasticus est Iudex competens, non Sæ-
cularis, vt per Carolum de Grassis, *effectu* 2. *Cle-*
ricatus, num. 262.

Et

Et hæc quidem omnia latiùs ego comprobarem, & Authorum permultorum allegatione exornarem, si transcribendi vitium ab instituto & conditione mea non ita abhorreret, & nisi inuenissem moderni cuiusdam, de eisdem conclusionibus, & annotationibus, locum copiosum, vbi omnia supериora tradit & comprobat; & concludit, Clericos teneri, tanquam ciues, & vassallos, legem politicam, in bonum publicum latam, seruare; Salgadum, inquam, *in dicto tractatu de Regia protectione, prima parte, cap. 1 præludio 2. ex num. 57. vsque ad num. 70.* vbi videri potest: & penes Heron. Ceuall. *tom. 5 de cognitione per viam violentiæ in proœmio, ex num. 1 3 vsque ad num. 23. & in prologo, n. 30. & 31. & 37* & his longe Cenedum, *Canonicar. q. 33. ex fol. 304. & 305.* & tradita *capite sequenti, num 30. in fine, & num. 28. per totum, & num. 42.*

Ex his ergo limitantur quoque iura dicentia Clericos, & Ecclesiasticas personas non ligari legibus, edictis, & constitutionibus Principum Sæcularium; & decisio textus *in dicto cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. Ecclesia Sancta Mariæ, de constitut.* ligantur namque Ecclesiastici, edictis, & legibus iustis, à Principibus Sæcularibus pro bono publico, & ad commune omnium vtilitatem, promulgatis. Id tamen, quia maiorem, & latiorem disputationem, atque explicationem requirit, & per manus hæc materia circumfertur quotidie, ex proposito magis *cap. sequenti* declarabitur.

CAPVT IX.

Statuta, leges, aut edicta Principum, & Regum sæcularium, regulariter non comprehendunt, nec ligant, nec ligare possunt Clericos, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, nec eorum bona; idque tam ex defectu potestatis, quam iurisdictionis; quod ex proposito exornatur, atque declaratur.

Clericos, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, & eorum bona, immunes esse à tributis, collectis, & contributionibus quibuscumque, & ab omnibus oneribus, quæ à Principibus sæcularibus imponuntur, nec ligari illis, regulariter.

Teneri tamen contribuere in illis tributis, oneribus, & contributionibus, quæ indicuntur omnibus in bonum commune, & publicam vtilitatem, & ob necessitatem Reipublicæ.

Cuius rei exempla plura traduntur.

Exemptio Clericorum, Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum, à tributis, oneribus, & contributionibus quibuscunque, quo iure procedat, introductáque sit, an diuino, an humano tantum positiuo, quod dilucide, & breuiter declaratur.

Ex causa publicæ, & communis vtilitatis, eiusque fauore, sæpè recedi ab ordinariis iuris communis regulis, multáque permitti, quæ aliàs non licerent. Quod exornatur.

Princeps supremus, in casu vrgentis necessitatis, atque ex iuxta causa boni publici, & implementi obligationum Regiarum, quamplurima facere potest, & onera vassallis imponere, ex quibus, ipsi conqueri non possunt, eum tempore necessitatis, omnia dicantur esse Principis.

Quando ay necessidad apretada, grande, y vrgente, el Reyno se llama a Cortes para la concession de tributos, y nueuos seruicios, para mayor satisfacion de todos, y iustificacion de su Magestad, siue ex benignitate Regum Castellæ, non ex necessitate iustitiæ, prout latiùs notatur, & comprobatur.

Pro publica, communique, & mixta omnium vtilitate, & necessitate, Ecclesiasticos ligari legibus, & edictis Principum sæcularium, & à tributis, & contributionibus non esse exemptos, quod enuntiari communiter solet, an, & qualiter procedat.

Et an etiam vrgente necessitate, & causa communi, & mixta Clericorum, & laicorum, Romani Pontificis licentia necessaria sit, atque præcedere debeat. Quo in dubio, opiniones contrariæ referuntur, & commemorantur. Et pro ipsarum conciliatione, absolutaque eius controuersiæ explicatione, septem obseruationes principales proponuntur, quibus accuratè, & memorabiliter, & aliter quidem, quam hactenus factum esset, quæstio ipsa explanata relinquitur.

Pauli etiam Castrensis, consilium 413. libr. 2. expenditur, quod in hac ipsa materia, notabile admodum, & singulare reputari debet.

Et vulgatum illud Interpretum assumptum, quod si gratia, quæ est solita concedi, non concedatur, iniuria videtur fieri petenti illam; nonnullis exornatur, atque illustratur.

SVMMARIVM.

1 *Statuta, edicta, aut leges Principum, & Regum Sæcularium non ligant, nec comprehendunt, nec ligare possunt Clericos, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, nec eorum bona: & numero sequenti.*

2 *Idque tam ex defectu potestatis, quàm iurisdictionis.*

3 *Laici nullam habent iurisdictionem in Clericos.*

4 *Clerici non sunt de foro Laicorum, nec subditi ipsorum dominio. Et sic eorum statutis non afficiuntur.*

5 *Quòd procedit generaliter in omnibus statutis, aut legibus, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*

6 *Et quando dicantur esse contra libertatem Ecclesiasticam.*

7 *Statuta, aut edicta Principum Sæcularium non ligare*

ligare Clericos, nec eorum bona, siue in personas, siue in bona, aut res eorum dirigantur.

8 Etiam quando nocerent Clericis, aut Ecclesiis indirectè, siue secundariò.

Nec tacitè, nec expressè.

9 Et quamuis non faciant expressam mentionem de Clericis, aut Ecclesiis.

Et versentur circa ea, quæ honesta sunt, & nõ tollunt quidquam, quod Ecclesiasticis personis, vel Ecclesiis, in priuilegium concessum sit.

Prout hîc adnotatur, & Bartoli opinio refertur, quæ confutari solet communiter.

10 Statuta, & edicta Laicorum & Principum Sæcularium, quamuis fauorabilia, non ligant Clericos, nisi sint confirmata à Romano Pontifice.

11 Clericos, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, & eorum bona, immunes esse à tributis, collectis, & contributionibus quibuscumque.

Et ab omnibus oneribus, quæ à Principibus Sæcularibus imponuntur; nec ligari illos.

Et latiùs numeris sequentibus, & maximè ex numero 18.

12 Et exemptionem prædictam, originem trahere à iure diuino: ex sententia quamplurimorum.

13 Et de fundamentis eorum.

14 Exemptionem Clericorũ, atq; status Ecclesiastici, in his, quæ temporalia respiciunt, & sic quoad tributa, & contributiones, procedere de iure humano positiuo, non autem de iure diuino, ex sententia grauissimorum virorum.

15 Et de fundamentis ipsorum.

16 Et hæc vltima opinio magis probatur.

17 Et noua consideratio adiicitur.

18 Exemptionem Clericorum, Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, à tributis, & contributionibus quibuscumque; omni iure introductam fuisse, Canonico, inquam, ciuili, & legibus Partitarum, Ordinamenti, & nouæ collectionis Regiæ.

19 Et de pœnis, quas incurrunt, Ecclesiis, & Ecclesiasticis tributa imponentes, ab eis recipientes, & exigentes, aut ad id cooperantes.

Idque tum iure communi quàm ex Canon. 18. Bullæ in Cœna Domini: & vide infra, n. 44.

20 Quod tamen aliquando limitatur, & non procedit, Ecclesiastici, sicut Sæculares contribuere tenentur.

21 Item Clerici, & Ecclesiasticæ personæ tenentur contribuere in illis tributis, & contributionibus, quæ indicuntur omnibus in bonum commune & publicam vtilitatem, & ob necessitatem Reipublicæ.

Como en el reparo de muros, ò calçada, ò de carrera, ò de puente, ò fuente, y en la costa que que se haze para velar, y guardar la villa, y su termino, en tiempo de necessidad. Y en otros casos semejantes que se refieren.

22 Regulæ duæ generales, quarum vna traditur supra, numero 11. & 18. cum sequentibus, limitantur, vt non procedant quando leges, & statuta edita sunt pro publica, communique omnium vtilitate.

Et infra latiùs ex num. 28.

23 Ex causa publica, & communis vtilitatis, eiusque fauore, recedi solet ab ordinariis iuris communis regulis.

Multáque permittuntur, quæ aliàs non licerent.

Et licitum est, leges transgredi.

Et quando publicæ vtilitatis ratio vrget, ordinem non seruare, ordo est.

Et etiam iuri naturali derogatur, & contra naturalem æquitatem statuitur.

Et nullus impedire debet, ne causa publica iuuetur, & defendatur.

Et causa publicæ vtilitatis, & boni communis, in omni dispositione censetur semper reseruata, & excepta.

Ita vt neque exemptio, neque priuilegium, in contrarium attendatur.

Sed semper causa publicæ vtilitatis, cuicumque priuatæ vtilitati præferatur.

24 Et idem quoque statuitur ex causa vrgentis necessitatis, quæ commune, & publicum bonum respiciat.

Causa namque publicæ necessitatis semper censetur excepta.

Et necessitas facit licitum, quod aliàs illicitum foret.

Et non subiicitur legi, sed ipsa facit legem, & derogat omnibus legibus, & dispositioni cuicunque.

Et illud, quod fit necessitate cogente, non est culpabile.

Et in casu necessitatis cessant legis præcepta, quia lex debet esse possibilis, & necessitas præsupponit impossibile quoddam.

Et habet secum dispensationem annexam.

Et impossibile dicitur, quod sine periculo, non modò vitæ, sed etiam dignitatis, aut honoris commodè fieri non potest.

25 Princeps Supremus, in casu vrgentis necessitatis, atque ex iusta causa boni publici, & implementi obligationum Regiarum, quamplurima facere posse; quæ hic referuntur, & congeruntur.

Ex quibus vassalli conqueri non possunt: cùm tempore necessitatis, omnia dicantur esse Principis.

26 Quando ay necessidad apretada, grande, vrgente, el Reyno se llama a Cortes, para la concession de tributos, y nueuos seruicios, para mayor satisfacion de todos, y iustificacion de su Magestad, siue ex benignitate Regum Castellæ, non ex necessitate iustitiæ prout hic adnotatur.

Vndè no està en arbitrio, o voluntad de los Procuradores de Cortes, suum consensum non præstare; quia si necessitas nota sit, tenentur consentire, alias, sin so consentimiento se impondra el tributo, o seruicio de que se trata.

27 Principes sunt tutores Reipublicæ, & Iudices conseruatores suorum vassallorum, & omni iure, naturali, diuino, & positiuo, tam Canonico quam Ciuili, tenentur eos, & regna sua in pace conseruare, & tueri.

Ita vt vassallorum & Regni defensio, proprium dicatur Regis officium.

Et subditorum protectio, & defensio, cum ipso sit simul Regno ab origine orta.

28 Pro publica, communique omnium vtilitate, & necessitate Ecclesiasticos ligari legibus, & edictis Principum Sæcularium, & à tributis, & contributionibus non esse exemptos.

Quod latè comprobatur, & declaratur.

Et dictum fuit suprà num. 22. & vide num. 30.

Ac inter alios, commendatur Menoch. in cons. 800. ex num. 1. vsque ad n. 29. Et in cons. 1000. num 29. vsque ad num. 44.

Hieronymi etiam Ceuallos locus copiosus expenditur.

Et Caroli de Grassis annotationes referuntur.

29 Et tandem Ioannis And. Georgij. in ipso proposito notabiles

notabiles resolutiones, atque obseruationes, in medium proferuntur.

30 *Expeditur etiam dubitandi ratio quadam contra pradictam resolutionem, & instanter, & verè diluitur.*

Et concluditur, Clericos ligari legibus, & edictis Principum Laicorum, obligatione directiua, ex vi, & efficacia rationis naturalis, qua dictat, vt legibus Principis iustis, & pro bono latis pareamus.

31 *Vtilitatis, & necessitatis publica causa, vt Clerici, cum Laicis simul contribuere debeant, vtrùm consideretur etiam, licet bellum de præsenti non detur, siue periculum non statim immineat, si tamen in futurum timeatur, ita quod iusta suspicionis causa interueniat.*

32 *Clerici, & Ecclesiastica persona, vt contribuere debeant vnà cum Laicis concurrente causa publica, & communi, mixtáque omnium vtilitate, tam Clericorum ipsorum, quàm Laicorum, & vrgente necessitate, vtrum Romani Pontificis licentia necessaria sit, atque pracedere debeat.*

Et refertur quamplurimorum pars affirmatiua, quod licentia pracisè requiratur.

33 *Et quibus principaliter hac pars subsistat, atque excitetur fundamentis.*

34 *Adducitur etiam contraria opinio, quod in casu vrgentis necessitatis, & publica, communisque, & mixta vtilitatis, licentia necessaria non sit.*

35 *Ei Luca de Penna locus memorabilis & notandus expenditur.*

36 *Alius etiam Octauiani Cacherani refertur.*

37 *Et Blasij Flores Dias de Mena resolutio explicatur.*

Vbi & aliorum placitum recensetur.

38 *Et quid in proposito Castillo de Bobadilla voluerit, atque Hispano sermone annotauerit.*

39 *Doctoris Marta, in ipsomet dubio iudicium, & finalis resolutio proponitur.*

40 *Et alio in loco Marta metipse ponderatur.*

41 *Refertur etiam Augustini Barbosa resolutio.*

42 *Et Hieronymi Ceuallos, placita quadam commemorantur.*

43 *Explicatur textus* in cap. non minus. & in c. aduersus: de immunitate Ecclesiarum.

44 *Canon* 18. *Bulla* in Cœna Domini *explicatur.*

45 El Author para explicar la contrariedad de los Authores en el articulo propuesto *supra, num.* 32. *cum seq.*

Si en los casos que los Clerigos deuen contribuir, es necessaria la licencia Apostolica, ò no, haze algunas obseruaciones notables y singulares.

46 Obseruacion primera, del reconocimiento grande que se deue tener al Summo Pontifice, y acudir a su Santidad en los casos dudosos, sin detraer cosa ninguna de lo que le toca, y de suprema potestad, y autoridad.

Et quod nemini licet de iudicio Summi Pontificis disputare.

Ad quid potest, vel non, in disputationem adducere.

Et plura alia, circa potestatem Papa.

47 Obseruacion segunda, que la Sede Apostolica, y los Romanos Pontifices deuen ayudar, amparar y fauorecer las causas, y cosas de los Señores Reyes de Castilla, quando estan constituidos; y puestos en necessidad, por los gastos muchos de las guerras, y para defensa de sus Reynos, y Monarchia, y de la Santa Iglesia, y Fè Catholica.

Como aqui se prueuan, y se ponderan algunos lugares curiosos de diferentes Authores.

48 Obseruacion tercera, que antiguamente, y de tiempo immemorial hasta el año de mil y quinientos y nouenta y seis, no se pedia Breue, ni licencia a la Sede Apostolica para la contribucion del estado Ecclesiastico en tiempo de guerras, y de necessidad apretada, y vrgente, y Ecclesiasticos, y Seglares todos contribuian juntamente.

Como mas largamente se dize aqui.

Y se da la razon porque esto se hazia sin licencia de la Sede Apostolica, y sin pedirla, ni sacar Breue.

Y que desde el año de nouenta y seis se dio principio a pedir Breues, y licencias para estas contribuciones.

Y siempre se han concedido desde entonces.

49 Obseruacion quarta, que si su Magestad del Rey Don Felipe el Quarto nuestro Señor, y los Señores Reyes sus antecessores, desde el año de nouenta y seis, han cobrado algunas vezes sissas, millones, y repartimientos del Estado Eclesiastico, sin aguardar a que veniesse, y que se concediesse el Breue, y licencia que auian pedido, que tuuieron justas causas, y necessarias, y precisas para hazerlo y hizieron quanto en si fue para alcançarlos Breues, y que assi estàn por derecho y justamente escusados.

Como mas largamente se funda, y muestra.

50 Obseruacion quinta, que el juyzio, parecer, y resolucion del Autor, es que regularmente se guarde la opinion primera, y se acuda por Breue y Licencia a la Sede Apostolica, de manera, que con su autoridad contribuya el Estado Eclesiastico, para la causa publica, y comun, y socorro de la instante, y vrgente necessidad.

Y que assi justa y juridicamente se ha pedido, y pide estos años, y los passados desde el de 96. la dicha licencia, y es lo mas seguro, y probable que se pida.

Y que la segunda opinion ni es tan segura, ni provable, ni regularmente se deue guardar.

51 *Caterum*, que procederà, y tendria lugar y se podra practicar en caso de apretada y vrgente necessidad, y que aya conocido, y manifiesto riesgo, y peligro en la tardança.

Y lo que entonces se deue hazer de derecho.

52 Y como, y porque personas se han decobrar los tributos de los Eclesiasticos, y quien los puede apremiar.

53 Obseruacion sexta, que la Sede Apostolica, conocida la verdad, y la causa de vtilidad publica, y comun, y mixta de Clerigos, y Seglares, y Estado Eclesiastico, y la vrgente necessidad, concederà sin duda la dicha licencia, y Breues necessarios para la contribucion.

Como la ha concedido tantas vezes.

Y bien informado de la verdad se tiene por cierto, que siempre la ha de conceder.

Y que si alguna vez ha reparado en la concession ò dilatadola, ha sido por la siniestra relacion que ha tenido.

No por falta del buen afecto que se deue tener a los Señores Reyes de Castilla, por ser el amparo, y defensa, y protecion de la Iglesia y de la Santa Fè Catolica.

Y que

Y que negarla, o oo la conceder breuemente eo tiempo de vrgente necessidad, y por la causa publica comun, seria como injuria, y agrauio, que consiste en no conceder lo que se ha concedido otras vèzes.

Cosa qoe en la Sede Apostolica no cabe, ni se puede presumir, ni aun imaginar, pues alli se halla, y est à la verdad, la justicia, y la razon, y la piedad juntamente para el socorro de laa causas publicas, y necessidades iostantes, y vrgentes.

54 Obseruacion septima, qne es singular en esta materia vn lugar del Señor Presideote Couartuoias, qne aqoi se poodera.

55 I memorable el consejo de Paulo de Castro 423. *lib.* 2. para si el Estado Ecclesiastico deue contriboyr con los seglares, y pagar sisas, y millones, en tiempo de necessidad, y por lo causa publica. y comun.

56 Y en el mismo proposito se pondera vn lugar de Mario Alterio, y se refiere su resolucioo.

1 LEGES, & edicta Principum sæcularium, regulariter non comprehendere, oec ligare Clericos, nec personas Ecclesiasticas, *cap. præcedenti* annotaui, & scripsi. Cæterum, Clericos ipsos ligari edictis, & legibus iustis, à Principibus sæcularibua, pro bono publico, & ad commonem omnium vtilitatem promulgatis, *ibidem* tradidi, & maiorem atqoe pleniorem eius rei disputationem *huic capiti* reseruaui. Idcirco, vt distincta & certa resolutio tradatur, & certis regulis & doctrinis, quæ ad propositum pertinent, explicentur primo loco obseruandum, atque constituendum erit, ex communi Interpretum omnium sententia, illud certissimum esse, videlicet, quod statuta, edita, aut leges Principum, & Regom sæcularium non ligant nec comprehendunt, nec ligare possunt Clericos, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, nec eorum bona: sicuti expressè probatur *in c. quæ in Ecclesiarum, & c. Ecclesia sancta Maria, de constit.* vbi Glossa, Felinus, & Decius, concordantes allegant, & *ibi* notarunt Abbas, Cardinal. Zabarel. Ancharan. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innocentius, Anania, Hostiens Butrius, Beroius, Barbatia, *in c. perpendimus, de sentent. excomm. in repetit. rubrica, de rebus Ecclesiæ non alienandis.* Neniz. *in cons.* 39. *n.* 3. *& seqq* Mathesilan. *notabili* 112. Rolandus, *in cons.* 57. *per totum, volum.* 1. Grammaticus, *in cons.* 1. *n.* 33. Cotta, *in memorabilibus*, memorabili incipienti, *Clerici ligantur.* Dueñas, *regula* 292. Albertus Brunus, *in tractatu de statutis, artic.* 6. *n.* 32. Maranta. *disputat.* 8. Menochius, *de interdictis, remedio* 14. *recuperanda, ex n.* 54 *cum sequentib.* Lelius Iordan. Lancellot. Corad. Didac. Perez, Nauarrus, Decianus, Sfortia, & Azeuedus, in locis à me relatis, *in commentariis libri* 2. *cap.* 5. *n.* 26. Ripa, *lib* 2. *responsorum, cap.* 20. Ioannes Mauricius, *in repetit. leg. vnica. C. de mulieribus, & in quo loco, colum.* 65. *& sequentib.* Ioannes Gutierres, *practicarum lib.* 1. *quæst.* 3. *& lib.* 7 *quæst.* 92. *de Gabellis.* Singulariter, atque ex professo Petr. Surdus, *in cons.* 2 *per totum, & in consilio* 211. *& de alimentis, titul.* 2. *quæst.* 15. *n.* 61. Festasius, *de collectis, quæst* 12. *p.* 4. Remigius, *de charitatiuo subsidio, quæst.* 57. Octauianus Volpellus, *de libertate Ecclesiastica, secunda parte, ex n.* 30. *& n.* 48. Riccius *collectaneo* 175. Bellarminus, *de Clericis, c.* 28. *vers. Tertia propositio.* Marta, *de iurisdictione,* 4. *parte, casu primo, & sequent.* Pat. Ludouic Molina, *tomo primo, de iustitia & iure, disput.* 31. Pat. Azor. *Institution. moral parte prima, libro* 5. *cap.* 2. *quæstione* 3. Canalcanus, *decisione* 9. *ex numero* 79. *parte* 2. Cenedus, *collectaneo* 2. *ad decretales,* Ceuallos, *commun. contra commun. quæstione* 899. *numero* 144. *&* 145 *& numero* 175. *cum sequent. vsque ad num.* 186. Sese, *decisione* 113. *ex numero* 40. *& numero* 65. *& sequentibus, &* 80. 81. *&* 82. Valençuela Velasquez, *contra Venetos, prima parte, ex numero primo, cum sequentibus, & numero* 59. *& sequentibus,* Morla, *emporij prima parte, titulo primo, quæstione* 16. Cardinalis Thuschus, *tomo* 7. *littera S. conclusione* 581. *&* 582. *& tomo* 3. *conclusione* 12. *&* 13. D. Anguiaous, *in tractatu de legibus, lib.* 2. *controuersia* 14. *&* 15. *&* 16. Antonius Diana, *resolutione moral. tractat.* 1. *de immunitat. Eccles. resolutione* 7. Leonardus Duardua, *in commentariis in Bullam cœnæ Domini, in Canone* 15. *quæstione* 17. *ex folio* 531. *& quæstione* 19. *ex folio* 551. Pater Suarez, *de libro* 3. *cap.* 34. *ex numero* 12. *folio* 230 & latius *in tractatu*, qui noncupatur *Defensio fidei, libro* 4. *de immunitate Ecclesiarum, cap.* 16. *& sequentibus, ex folio* 255. *cum sequentibus,* Paulus Christinæus, *decis.* 203. Horatius Carpaous, *in præludiis ad statuta Mediolani, ex numero* 579. *cum sequentibus, & secunda parte, capite* 280. *numero* 18. *& sequentibus,* Ambrosius Opizonus, *in repetione l. filius familias.* §. *Diui, ex numero* 85. *ff. de legatis primo.* Bonacosa, *in quæstione criminali. verbo, statuta laicorum.* Medices, *de legibus & statutis,* 4. *parte, quæstione* 6. Iacob. Cancerius, *variar. resolut. secunda parte, capite primo, numero* 122. Ramirez, *de lege Regia,* §. 4. *numero* 27, *folio* 55. Mexia, *in tractatu taxæ panis, conclusione* 5. *num.* 13. Aluarus Valascus, *de iure emphyteut. quæstione* 20. *numero* 6. Marienzus, *in l. prima, numero primo.* Barbosa, *in l. Titia, numero* 32. *ff. soluto matrimonio.* Olibanus, *de iure fisci, cap.* 14. *numero* 138. Caldas Pereira, *de renouat. emphyt. quæstione* 17. *numero* 11. *& de nominatione, quæstione* 7. *numero* 5. latissimè Carolus de Grassis, *de effectibus Clericatus, effectu* 2. *per totum,* Augustinus Barbosa, *in collectanea ad ius Canonicum, in dicto cap. quæ in Ecclesiarum, numero* 2. *& in cap. Ecclesia sancta Maria, numero* 2. Armendar. *in proœmio additionum ad recopilationem legum Nauarræ, numero* 94. Rebuffus, *in proœmio ad leges Galliæ, in proœmio, Glossa prima, numero* 55. *& numero* 65. *& sequentibus.* Alderan. Mascardus, *de statutis, conlusione prima, per totam.*

2 Et ij omnes conueniunt, statuta, leges & edicta laicorum non ligare Ecclesiasticas personas, nec eorum bona, tam ex defectu potestatis, quàm Iurisdictionis; & quod dato potestatis defectu in statuente, aut legem condente, nihil potest operari rationabilitas, vel iustitia statuti, siue iusta causa statuendi, aut legem condente, nihil potest operari rationabilitas, vel iustitia statuenti, siue iusta causa statoendi; cum statuere, sit iurisdictionis; laici autem nullam habeant iurisdictionem in Clericos, *cap. si Imperator,* 96. *distinctione, cap. at si Cleric. de iudiciis.* Item quia Clerici non sunt de foro laicorum, *leg. decernimus, Codice de Episcopali audientia.* Nec subditi ipsorum dominio, & sic statoris laicorum non afficiuntur; sicuti ex communi omnium sententia tradidit Petrus Surdus, *dicto consilio* 2. *numero* 54. *per totum, & dicto consilio* 301. *ex numero* 11. vbi latiùs comprobat Marta, *de iurisdictione* 4. *parte, casu primo, numero* 23. *&* 43. Carolos de Grassis, *dicto effectu secundo, numero* 4. 5. *&* 6. Valençuela Velasquez, *contra Venetos, prima parte, ex numer.* 2. *vsque ad numerum* 8. *& numero* 11. *&* 12. Et ego quoqoe notaoi *in commentariis libri* 2. *dicto capite* 5. *numero* 26. Morla, *emporij prima parte, titulo primo, dicta quæstione* 16. *n.* 2. *&* 3. & nouissimè omoium Augustinus Barbosa,

3 (margin, beside "risdictionem in Clericos")
4 (margin, beside "Clerici non sunt de foro")

in collectanea ad Decretales, ad cap. Ecclesia sancta Maria, numero primo, & sequentibus: vbi inquit *numero* 5. quod statuta laicorum, ciuilesque leges, tacitè, vel expressè Clericorum mentionem facientes, eos ligare non valent, quia Reges sæculares in Clericos, & Ecclesias iurisdictionem non habent, nec super rebus eorum disponere possint: & citat Pat. Azor. Cald. Pereir. Pat. Thom. Sanchez, Pat. Soarez Honded. Gratianum, Surdum, & Cardinalem Cæsar. Baroni. ita obseruantes. Idem Barbosa, *in cap. quæ in Ecclesiarum, numero* 2. vbi primò annotauit, quod Clerici, & Ecclesiæ non ligantur statutis laicorum. Secundò tradidit *numero* 3. quod nec ex vi consuetudinis, ius, & potestatem in Clericos laici habere possunt; nam cùm sint incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ laici ipsi, illis non proficit consuetudo, nec præscriptio etiam immemorialis, quæ non æquiualet priuilegio. vbi adest incapacitas præscribentis, prout latius *ibi* comprobat Idem etiam, quod statuta laicorum non ligent Clericos, nec Ecclesias, tam ex defectu potestatis, quam iurisdictionis; latè comprobat Alderanus Mascardus, *de statutis, conclusione prima, numero* 7. *& sequentibus.*

5 Ex regula quoque generali prædicta, generaliter inferunt omnes Authores relati *supra*, omnes leges, statuta, aut edicta Principum sæcularium, quæ sint contra libertatem Ecclesiasticam concessam Ecclesiis, Clericis, & personis Ecclesiasticis, non comprehendere, nec ligare eos; & afferunt exempla quamplurima, quorum multa congessit Alderanus Mascardus, *de statutis, dicta conclusione prima, ex numero primo, vsque ad numerum* 73. vbi ex regula metipsa, quadraginta, & quatuor illationes fecit, & exemplis quamplorimis rem exornauit, prout *ibi* videri potest: Carolus etiam de Grassis, *dicto effectu* 2. *per totum.*

6 Et dicuntur esse contra libertatem Ecclesiasticam; quando auferunt ea, quæ iure communi competebant Ecclesiasticis ipsis, & Ecclesiis, iuxta text. *in cap. cum terra, de electione.* Aut quando edictum, vel statutum, deteriorem facit conditionem Clericorum, quam sit iure communi, per textum *in authentic. cassa, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, vbi dicitur, esse contra libertatem Ecclesiasticam, quod fit contra libertatem Ecclesiasticam, quod fit contra Canonicas, & temporales sanctiones. Aut quando impediuntur Clerici facere ea, quæ sunt sibi concessa à iure communi. Dicuntur etiam esse contra libertatem Ecclesiasticam, edicta, aut statuta illa, ex quibus tolluntur, vel minuuntur priuilegia concessa Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis, à Romano Pontifice, vel à Principe. Illa etiam, ex quibus Clerici efficiuntur timidiores ad faciendum id, quod cessante lege, statuto, vel edicto, & iure communi inspecto, facerent liberè. Et in his, omnes Authores conueniunt communiter, sicuti obseruatunt Decius, *in dicto cap. Ecclesia sancta Maria, numero* 3. *& sequentibus.* & Felinus, *numero* 69. Ambrosius de Opiçon, *in repetitione leg. filius familias, §. Diui, numero* 92. *&* 93. *de legatis primo.* Petr. Surdus, cum aliis, *dicto consilio* 2. *numero* 20. *& quatuor sequentibus*, Ceuallos, *commun. contra commun. quæstione* 899. *numero* 180. *& duobus sequentibus*, Leonardus Duardus, *in commentariis in Bullam cœnæ Domini, lib.* 2. *Canone* 15. *quæstione* 19. *numero* 11. *folio* 552. vbi sic scribit: *Ex dictis tradita sunt nonnulla regula generales, quibus facile cognosci potest, quomodo, & quando statuta dicantur edi contra libertatem Ecclesiasticam. Nam prima regula est, vt illud statutum dicatur contra libertatem Ecclesiasticam, per quod Clerici redduntur timidiores, & laici audaciores. Secunda regula est, vt si per statutum aliquod prohibetur Ecclesiasticis, quod diuino, & humano iure eis non prohibetur, illud procul dubio nuncupatur contra libertatem Ecclesiasticam. Tertia regula est, vt statutum contra libertatem Ecclesiasticam appelletur, quo persona Ecclesiastica, & earum Ecclesia, & bona subduntur potestati sæculari, eo modo, quo sæculares, & eorum bona subduntur. Quarta regula est, vt ea statuta dicantur contra libertatem Ecclesiasticam, quibus Ecclesiastica persona, & earum Ecclesiæ impediuntur, quominus vtantur priuilegiis, tam à Deo, quam ab hominibus, eis concessis. Quinta regula est, vt illud statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam, quo Ecclesiastici impediuntur agere quod communiter alij facere possunt, dummodo eorum statui non repugnet.*

Statutum etiam contra libertatem Ecclesiasticam, quod dicatur septem modis, annotauit Carolus de Grassis, *de effectibus Clericatus, effectu* 2. *ex n.* 66. *vsque ad n.* 79. Primò, quando venit, & disponit contra priuilegia, immunitates, & iura Ecclesiis, & Clericis concessa à Deo, à Summo Pontifice, vel ab aliquo Principe sæculari: quod infinitis Authoribus relatis, comprobat *ibi, n.* 67. *fol.* 226.

Secundo modo dicitur statutum contra libertatem Ecclesiasticam, quando disponit, & statuit circa ea, quæ concessa sunt Clericis, & Ecclesiasticis rebus, & personis à iure ciuili, vel Canonico, & eorum conditionem facit deteriorem, quam sit iure Canonico; *authent. Cassa. C. de sacrosanctis Ecclesiis*, vbi dicitur esse contra libertatem Ecclesiasticam, quod fit contra Canonicas, & temporales sanctiones, & multis relatis comprobat ipse Carol de Grassis, *num.* 68. & addit. *num.* 69. quod magis dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, statutum, quod tollit Clericis beneficium ipsis attributum de iure communi, quàm aliud quod habent ex priuilegio, & alio modo quæsitum. Et *num.* 70. ampliat, vt procedat, tam si directè, quàm si indirectè tollantur Clericis ea, quæ sibi competunt de iure communi, quia semper dicitur contra libertatē Ecclesiasticam. 6

Tertio modo dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, statutum, si per illud fieret iniuria vni Ecclesiæ tantum; quia, qui facit iniuriam vni Ecclesiæ tantùm, totam Dei Ecclesiam offendit, prout *ibidem, num.* 71. *&* 72.

Quarto modo statutum dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, quando tollit Clericis, & Ecclesiis id, quod ex consuetudine sibi fuit acquisitum; prout latius *ibi, n.* 73. *&* 74.

Quinto modo reputatur contra libertatem Ecclesiasticam, statutum, quod reddit Clericos timidiores ad faciendum, id quod liberè facerent, statuto cessante Et explicat id procedere, quando Clerici, rationabili causa efficiuntur timidiores, & laici audaciores ad nocendum.

Sexto modo dicitur statutum contra libertatem Ecclesiasticam, quod non loquerentur de ipsis Clericis, & personis Ecclesiasticis, sed de illis tantum, qui cum Ecclesiasticis contrahunt. Et tam si procedit verbis expressis, quàm sermone relato, vt per Albens. *ibi* relatum, & vtrumque Grassis ipse comprobat ex text. *in c. final. de immun. Ecclesiar. lib.* 6. *& in c. Cleric. § finali, & §. nos igitur, eod. tit. in. decretal.*

Septimo modo statutum dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, vbi loquitur de auferendis, vel tollendis, vel non libere vtendis rebus Ecclesiæ, vt per Authores relatos *ibi*, ab eodem Carolo de Grassis, *n.* 78. qui *ipso effectu* 2. *n.* 61, 62. generaliter statuit, quod statutum disponens contra libertatem Ecclesiasticam, vltra quod non comprehendit personas Ecclesiasticas, est nullum ipso iure, & ipso facto, ex defectu potestatis statuentis, ac si minime factum

factus fuisset. Et addit *num.* 62. quod non modo sunt nulla statuta contra libertatem Ecclesiasticam, verum etiam ita statuentes, & scribentes talia statuta, incurrunt pœnam excommunicationis. Et *n.* 63. quod idem procedit in mandantibus, & facientibus obseruari talia statuta, namque & ipsi sunt excommunicati, prout *ibi* comprobat, & citat text. *in cap. nouerint, de sententia excommunicat* Et *num.* 64. quod Potestates, Consules, Rectores, & Consiliarij locorum, vbi vigent talia statuta, si dum fuerint requisiti; illa non amouent, excommunicati remanent, & per text. *in cap. nouerint, de sentent. excommunicat.* & antè statuerat Carolus ipse de Grassis, *dicto effectu secundo, num.* 33. *vsque ad num.* 39. dictum statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam, tam si disponit circa personas Clericorum, quam circa bona Ecclesiastica, vel Patrimonialia à Clericis acquisita, quia etiam bona non possunt ligari statutis laicorum, *cap. finali, de vita, & honestat. Clericor. cap.* 1. *de immunit. Ecclesiar. lib.* 6. & latius id explicat *vsque ad dictum num.* 39. vbi inquit, quod hæc multo magis procedunt in Ecclesiis, quæ etiam nullo modo subiiciuntur statutis laicorum, Et his iunge Alderanum Mascardum, *de statut. interpretat. conclusione prima, ex num.* 88. *fol.* 27. *vsque ad num.* 96. vbi omnibus, ex Carolo de Grassis, nunc relatis conuenit, & plenè explicat, quando statuta dicantur contra libertatem Ecclesiasticam.

Et idem, & cæteri relati *suprà, ex num.* 1. vnani-
7 miter conueniunt, statuta, aut edicta Principum sæcularium, non ligare Clericos, nec eorum bona, aut res eorum ditigaotur; quod latè comprobat Surdus, *dicto consil.* 2. *ex num.* 26. *vsque ad num.* 30. *& dicto consilio* 301. *ex num.* 12. *atque ex num.* 62. & cum infinitis Authoribus Ceuallos, *dicta quæst.* 899. *num* 175. *& tribus sequentibus*, & antea *num.* 182. *vsque ad num.* 186. vbi generaliter adnotarunt, quod statuta, aut edicta laicorum arctatiua aut cuiuslibet grauaminis inductiua, non ligant Clericos ipsos, nec Ecclesias, aut eorum bona. Et ampliant etiam, quando statutum, aut edictum no-
8 ceret Ecclesiæ indirectè, siue secundariò aut per indirectum generaret præiudicium Ecclesiasticis personis; & ita post ordinarios, *in dicto cap. Ecclesia sancta Maria*, obseruarunt Gratus, *responso* 96. *num.* 26. *lib.* 3. Menochius, *in cons.* 191. *num.* 25. *& sequentibus. lib.* 3. Lapus, *allegatione* 100. *num.* 3. *&* 4. *& allegatione* 101. *num.* 3. 14. *&* 15. D. Valençuela Velasques *contra Venetos, prima parte, n.* 59. *&* 60. 61. *fol.* 18. *in fine. &* 19. *in principio, & parte* 3. *n.* 123. 124 *&* 125. & reddit rationem, quia paria sunt, directè, aut indirectè; principaliter, aut secundariò facere contra prohibitionem, prout *in cap. quanto, de priuileg.* & concludit *num.* 132. *fol.* 92. quod laici, nec expressè, nec tacitè possunt aliquid statuere in præiudicium Ecclesiarum, aut personarum Ecclesiasticarum, per text. *in cap. sacrosancta. & in cap. Messana, de electione, cap. contingit, de arbitris. cap. cum laicis, de rebus Ecclesiæ non alienandis. & cap. benè quidem,* 96. *distinctione*, & notabiliter obseruauit Surdus, *dicto cons.* 301. *num.* 77. *lib.* 3. vbi sic scribit: *Et non est curandum, quod Ecclesiæ libertas tollatur, & restringatur indirectè, potiusquàm directè: quia modò lædatur, sat est; quod nullo casu, laicorum statutum sustinetur, cap. quanto. de priuilegiis. cap. statutum, de hæreticis, in* 6. *siue enim id fiat expressis, siue velatis verbis, semper idem est, cap. clerici. §. finali & §. nos igitur. de immun. Ecclesiar. lib.* 6. *ponunt Doctores, in dicto cap. Ecclesia sancta Maria Vasquius, qui hoc modo format conclusionem, dicto §.* 10. *num.* 658. *Albanus, in consilio* 8. *num.* 3. *Bursatus, in consilio* 42. *num.* 17. *& sequent.* & idem quoque notauit Thuschus, *tomo* 7. *litera S. conclusione* 582. *ex num.* 1. *cum sequentibus*, Carolus de Grassis, prout *supra* retuli eum: Alderanus Mascardus, *dict. conclusione prima, num.* 88. vbi quod tunc statuta dicuntur libertati, aut immunitati Ecclesiasticę contraria, quando directè, aut indirectè sunt contraria, aut obstantia priuilegiis, & prærogatiuis Ecclesiæ, & Ecclesiasticis concessis à Deo, vel à Romano Pontifice. Et latius idem Carolus de Grassis, *dicto effectu secundo numero* 111. *folio* 230. *& numero* 189. *&* 190.

Iidem quoque Authores, relati *suprà, n.* 1 vsque adò firmarunt, statuta, aut edicta Principum sæcularium non comprehendere, nec ligare personas
Ecclesiasticas, vt id procedere dicant, etiam si sta- 9
tutum non faciat expressam mentionem de Clericis, & versetur circa ea, quæ honesta sunt, & non tollat quicquam, quod Ecclesiasticis personis, in priuilegium concessum sit; sicuti cum aliis obseruauit Carolus de Grassis, *dicto effectu* 2. *num.* 189. *&* 190. *fol.* 238. in hæc verba: *Limitatur* 24. *quando statutum non principaliter, sed in consequentiam tenderet in commodum, vel damnum clericorum, & sit generale, & de clericis nullam faciat mentionem, &c.* Et contra doctrinam, & resolutionem Bartoli, *in l. cunctos populos, num* 29. *versiculo: Hoc præmisso. C. de summa Trin. & fide Cathol.* & alios, qui eum sequuntur, magis communiter probarunt alij permulti, quos refert, & sequitur Surdus, *prælibato cons.* 2. *num.* 32. *&* 33. videndus anteà *num.* 3. vbi retulit Bartoli, & sequacium sententiam, & fundamentis Bartoli ipsius satisfacit, *dicto num.* 32. *&* 33. concludit cum aliis, quod licet statutum emanauerit ad publicam vtilitatem, & honestum sit, tamen non debet ideo Ecclesiasticas personas comprehendere, cum in eas laici nullam habeant iurisdictionem nec potestatem: & ponderat contra Bartol. textum *in dicto cap. Ecclesia sancta Mariæ, de constitut.* vbi dicitur, non valere statutum, de quo *ibi* fit mentio, quamuis sit generale, & non tollat libertatem Ecclesiasticam, nec peccatum nutriat, quin etiam veniat ad obuiandum fraudibus. Quod etiam notabiliter reperit idem Surdus, *dicto consil.* 301. *num.* 18. *lib.* 3. & Bartolum quoque improbant, & cum dicta resolutione remanent contra eum plures Authores, quos refert, & sequitur Marta, *de iurisdictione,* 4. *par. casu* 1. *n* 22. *&* 23. vbi sic scribit: *Et hæc procedunt contra Bartolum, etiamsi lex Principis sæcularis esset facta ad bonum publicum; quia eius inualiditas pendet ex defectu iurisdictionis, & potestatis, quam non potest conferre publicæ vtilitatis ratio.* Constanter etiam contra Bartolum resoluit, & allegat permultos, sic tenentes, Carolus de Grassis, *dicto effectu secundo Clericatus, ex num.* 168. *vsque ad num.* 173. vbi dicit, contra Bartol. communiter teneri, etiamsi statutum laicorum esset quantumcumque generale, rationabile, atque honestum; & hoc ex defectu potestatis, & iurisdictionis statuentium. Quod etiam constantissimè defendit Alderan. Mascard. *de interpret. statutor. conclusione* 1. *num.* 7. *&* 8. *&* 9 vbi sic scribit: *Nec possunt laici, se in huiusmodi statutis tueri sub prætextu boni publici, ac rationo Reipublicæ conseruandæ, videlicet, quia si bona stabilia prohibentur alienari in Ecclesiasticos, remanebunt subditorum laicorum, super quibus postmodum Domini temporales poterunt onera, & collectas imponere, ad subleuandas occurrentes necessitates Reipublicæ, & similia, iuxta considerata per Signorol. dict. cons.* 21. *Barbat. dict. consil.* 30. *Bald. & alios. Primò, quia sit quodcumque bonum publicum laicorum, & vtilitas, ac commoditas Reipublicæ, non tamen ex ea poterunt laici sibi*

assumere authoritatem statuendi contra Ecclesiasticos, ac tueri hanc eorum pratentionem, vt velint, quod eo intuitu, eorum statuta, & leges porrigantur etiam ad Ecclesiasticos, & illos afficiant, quia etiam si daremus bonum publicum, & vtilitatem, ac necessitatem Reipublica, iustè mouere posse statuentes ad ita disponendum, & sanciendum. Tamen, quia in lege, ne dum requiritur iusta causa legis introducenda, sed etiam authoritas statuendi, vt per Felin.in dict. cap. Ecclesia sancta Maria, num. 81. & 86. vbi etiam Decius, num. 53. & nos infra, latè, non possent sub publici boni, & necessitatis Republica pratextu, velle earum lege ligare etiam Ecclesiasticos, contra quos, & de quibus (vt sapius fuit dictum) nullam habent authoritatem statuendi. Hinc Doctores, non obstante huiusmodi boni publici, vtilitatis, & necessitatis Republica consideratione, talia statuta, quod Clericos, magis communiter reprobarunt, & sic consulendum, & iudicandum affirmauerunt, vt suprà, ex Felino, Ias. Claro, Grato, & Bursato, qui omnes, de communi, & de magis commum attestantur, nisi Summus Pontifex confirmaret, atque licentiam concederet: prout latiùs *ibi* comprobat, & concludit, quod statuta laicorum non possunt, aliquo prætextu vtilitatis, seu necessitatis Reipublicæ prohibere, oc res, & bona profana in Ecclesiasticos, seu pia loca transferantur. Item, quod alienatione prohibita per statutum laicorum in non subditum, non comprehenduntur Ecclesiæ, neque Clerici, prout *ibi, ex num.* 2. Item *num.* 11. ipse Mascardos notauit, quod, vino extra territorium collecto, prohibito ad Ciuitatem conduci per statutum, non comprehenditur vinum Clericorum: Et *num.* 18. quod gabella imposita euntibus ad molendina, per laicos, non comprehendit molendina Ecclesiæ: Et *num.* 33. quod molendina Ecclesiarum, etiam indirectè per laicos impediri non possunt: Et *num.* 19. quod laici non possunt obligari à statuto laicorum, ad vendendum eorum vinum, vel oleum alia multa adducit *numeris sequentibus.*

10 Inferunt quoque ipsimet Authores relati *suprà n.* 1 Quod leges, statuta, aut edicta Principum sæcularium, quamuis fauorabilia, non comprehendunt, nec ligant personas Ecclesiasticas, nisi sint à Romano Pontifice confirmata. Et inde, quod Clerici non tenentur recipere edicta, aut leges Domini temporalis, etiam fauorabiles, nisi à Romano Pontifice sint approbatæ, vt post ordinarios *in dicto cap. Ecclesia sancta Maria*, concludunt & alij permulti, cum quibus latiùs comprobat Surdus, *dicto consilio 2. ex num* 15. *vsque ad num.* 20. vbi inquit, quod lex, vel statutum potest priuilegium conferre in Ecclesiam, aut Ecclesiasticas personas, sed non eos ligare, nec obligare ad statuti obseruantiam: Et sæpè repetit, *dicto cons.* 301. *num.* 14. & 24. & sequuntur Riccius, *collectaneo* 171. *fol.* 88. Borrellus, *in cons* 74. *& in summa decisionum, tit.* 15. *de collect. & tribut. & vectigal. num.* 71. & 72. & latiùs comprobat, atque explicat Carolus de Grassis, videndus omnino, *dicto effectu* 1, *ex num.* 42. *fol.* 123. *vsque ad numer.* 52, vbi vide.

Inferunt quoque ipsimet Authores, de quibus *suprà, num.* 1. mentionem feci, ex eadem regula generali, deducta ex texto *in dict. cap. Ecclesia sancta Maria, & in dicto cap. quæ in Ecclesiarum*, Clericos,

11 Ecclesias, & personas Ecclesiasticas & eorum bona, immunes esse à tributis, collectis, & contributionibus quibuscunque, & ab omnibus oneribus, quæ à Principibus sæcularibus imponuntur, nec ligari illis: quia cùm non subsint temporali iurisdictioni, non possunt onerari tributis, aut collectis, à Principe, siue Republica sæculari, nec etiam edictis eorum comprehendi, quod iure, & authoritate comprobabitur *infrà, ex numero* 18.

Antea tamen videndum est, vtrum exemptio, 12 hæc Clericorum, à iure diuino, vel humano, originem trahat, siue quo iure introducta sit. Nonoulli namque existimant, quod à iure diuino procedat; Alij autem asserunt, quòd de iure positiuo descendat, non autem diuino.

Quod autem à iure diuino originem trahat, atque inducta fuerit, constanter defendit Ioannes Gutierrez, *practicar. lib.* 7. *de gabellis, quæst.* 92. *Que es vna alegacion en derecho, que hizo el año de* 1596. *para fundar, y defender, que el estado Ecclesiastico no estaua obligado à contribuir en la concession de los millones de aquel año. Y el principal fundamento, y en que haze mas fuerça, es*; quòd cùm exemptio Ecclesiasticarum personarum sit de iure diuino, & ab eo procedat, *no los pueden obligar los Principes, ni las Republicas seglares a contribuir en donatiuo de millones, ni en repartimiento de sisa, ni de otra manera, sin licencia, Breue, y mandado de su Santidad*, prout *ibi* notauit, *num.* 8. & inferiùs, *num.* 20. & 31. & 64. vbi firmiter remanet cum hac opinione. Quam etiam constanter defendunt, & asserunt, Clericos iure diuino exemptos esse à tributis, collectis, & contributionibus quibuslibet, alij multi, quos referunt, & sequuntur D. Marta, *de iurisdictione, secunda parte, casu* 6. Leonardus Doardus, *in commentariis in Bullam Cœna Domini, libro* 2. *in canone* 15. *quæst.* 18. *num.* 6. *versicul. Secunda sententia est*, qui per totam illam quæstionem, latè fundat hanc partem, eàmque tuetur. Multos etiam Authores pro eadem opinione commemorat, & ipsam sequitur Augustinus Barbosa, *in collectanea ad Decretales, in dicto cap. Ecclesia sancta Maria, num.* 19. & 20. Bobadilla, *in Politica, lib.* 2. *cap.* 18. *ex num.* 252. Antonius Faber, *ad titul. C. de Episc. & Cleric. definitione vltima*, Borrellus, *in summa decisionum, tit.* 15. *de tributis, & collectis, num.* 71. & 72. Bellarminus, *de membris Ecclesia Militantis, lib.* 1. *de Clericis, cap.* 28. *per totum.* Anastasius Germonius, *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 15. *ex num.* 15. *cum sequentibus.* Pat. Suarez, *contra Regem Anglia, lib.* 4. *cap.* 8 *ex num.* 9. & *cap.* 9. *num.* 3 Carolus de Grassis, *de effectibus Clericatus, effectu primo, num.* 2. 3. 4. & 5. *fol.* 68 *in fine*, & 69. & 70 vbi firmiter remanet in ipsa opinione, quod exemptio Clericorum, de iure diuino procedat, fundamentumque capiat. Et citat infinitos Authores ita tenentes, & multis testimoniis Scripturæ comprobat eam, & contrariam confutat, prout *ibi* videri potest. Eandem etiam sequitur sententiam Ioann. Lup. *in tractatu, de libert. Eccles. quæstione* 1. vbi dicit, ita obseruatum, & declaratum fuisse. Aluar. de Pelag. *planct. Eccles. lib.* 1. *cap.* 54 Nauarrus, *in cap. nouit. in* 6. *notabili*, *num.* 6. & 30. *de iudiciis.* Menchaca, *de success. creat. lib.* 3 § 22. *num.* 58. & 59. Alderan Mascardus, *de interpretat. statut. dicta conclusione prima, ex num* 73 Bursatus, *in consil.* 397. *à n.* 10. 4. tenent etiam eandem opinionem, Glossa Canonica: *nonnullis in locis*, Abbas, Felin. Decius, Driedo, Corsetus, Gomesius, Rebuffus, Franc. Oldrad. Alexand. Iason, Ioannes Andr. Cardinalis, Archidiaconus, Igneus; & alij, quos referunt Duardus, *vbi suprà*, Antoninus Diana *resolut. moral. titulo. de immunit. Ecclesiar. resolut. prima*, vbi disputat; & infinitos refert F. Anton. Sousa, *in relectione, de censuris Bulla Cœna, cap.* 19. *disputatione* 91. *num.* 2. *fol.* 312. Lasarte, *de gabellis, cap.* 19 *num.* 9. vbi refert duas opiniones communes contrarias, prout etiam eas retulit Ioannes Gutierres, *de gabellis dicta quæst.* 92, *num.* 20. vbi asserit, huius opinionis affirmatiuæ, quod scilicet Clericorum exemptio procedat de iure diuino; fuisse Glossam, Abbatem,

Cardinalem

Cardinalem, Felinum, Ioann. Lup. Ioann. Equium, Bertrandum. Ferret. Bertachin. Dueñas, Azeuedum, Anastas. Germoni. & Pat. Azor. quos *ibi* recenset: & inde infert *eodem numero* 20. deceptos fuisse Pat. Dominic. Sotum, Pat. Magistrum Medinam, & alios Theologos; qui asseuerarunt, immunitatem, & exemptionem Clericorum à tributis, non esse de iure diuino, sed de iure positiuo Ecclesiastico: Et antea, *num.* 14. improbat etiam alios idem tenentes.

13 Pro hac autem parte, quod dicta exemptio Clericorum procedat, originemque trahat de iure diuino, plura expendi solent fundamenta quæ suo ordine expendit Ioannes ipse Gutierres, *dicta quæstione* 92. *ex numero nono, vsque ad numerum* 40. Leonardus Duardus, *dicta quæstione* 18. *ex num.* 7. *ad num.* 27. Carolus de Grassis, *dicto effectu primo Clericatus, numero* 2. *& tribus sequentibus.* Anast. Germonius, Bellarminus, & alij relati *suprà*: Ioannes Garcia, *de nobilitate, glossa nona, ex numero* 2. *vsque ad num.* 8. Pater Suarez, *in tractatu*, qui nuncupatur *Defensio fidei, libro quarto, de immunit. Ecclesiar. capit.* 3. *& pluribus sequentibus, ex folio* 213.

Ad nouem autem fundamenta principaliter reducuntur ea, quæ Ioannes Gutierres, in loco relato congerit. Et primo loco ponderauit *num.* 9. locum Genesis, *cap.* 47.

Secundo, *cap.* 7. *libri primi* Esdræ. provt *ibi, numero* 10.

Tertio, decisionem Bonifacij Octaui, *in cap. quanquam, de censib. & exact. libro sexto*, prout, *ibidem, num.* 11. *vsque ad num.* 15.

Quarto, adduxit Consilium Generale Lateranense, quod habetur *in cap. non minus, de immunit. Eccles.* idque *numero* 15.

Quinto, decisionem Innocentij Tertij, in consilio Generali, *in cap. aduersus, de immunitate Ecclesiar.* provt *ibi, numero* 16.

Sexto, ponderauit nonnulla iura Canonica, quæ inniruntur (provt ipse Ioannes Gutierres scribit *num.* 17.) authoritatibus sacræ Scripturæ.

Septimo, expendit nonnullas Romanorum Pontificum epistolas, quæ in fauorem immunitatis Clericorum, idipsum denotare videntur, provt *ibi, numero* 18.

Octauo scripsit *numero* 19. quod idem probat, confirmat, & innouat Sanct. Concil. Trident. *sessione* 25. *cap.* 20. *in Decreto de reformatione*, provt *ibi* ponderat.

Nono, & vltimo, concludit, quod hæc ipsa pars confirmatur vno ex casibus Bullæ in Cœna Domini, *quæstione* 18. & de casu ipso agit ex *numero* 22. *vsque ad numer.* 31.

Carolus etiam de Grassis, *de effectibus Clericatus, dicto effectu primo*, cum longa serie comprobasset, ex *numero primo, cum multis sequentibus*, quod Clerici non supponuntur, nec subiiciuntur iurisdictioni, & potestati laicorum. Et inde statim deduxisset ex *numero* 2. quod hanc exemptionem, & immunitatem consequuntur Clerici, non solum de iure positiuo, & humano, verum etiam, de iure diuino, & ante humanam legem, & quod hæc est verior, & magis communis opinio, provt asserit *numeris sequentibus*, expendit Psalm. 104. ibi: *Nolite tangere Christos meos.* & Matthæi c. 10. & 17. & Prophetam, alibi dicentem: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*: & in veteri Testamento legi, quòd Ioseph exemit Sacerdotes à potentia Pharaonis, vt Genes. *cap.* 47. & quod id manifestissimè affirmauit Constantinus sanctissimus Imperator, qui cum præesset Concilio Niceno, & quædam querelæ, contra Clericos oblatæ fuissent, querelantes repulit, & memoriales combussit, & ad Clericos conuersus, dixit, *Vos à nemine iudicari potestis, quia ad Dei solius iudicium reseruamini*, provt hæc refert Gratianus, *in cap. continua*, 11. *quæstione prima, & in cap. futuram*, 12. *quæstione prima.* Et addit Grassis ipse id etiam modernissimè fuisse determinatum per sacr. Concil. Trident. *sessione* 25. *cap.* 20. *de reformatione.* Dum sancta Synodus admonet Principes sæculares, ne patiantur, suos Magistratus, & officiales violare Clericorum immunitatem, diuino, & humano iure inductam, & antiquitus per Concilium Chalcedonense, vt refert Gratianus, *in cap. si Clericus, & in cap. Clericus nullus*, 11. *quæstione* 1. & per Concilium Melitanum, vt *in cap. inolita, eadem causa, & quæstione*, & per Concilium Carthaginense, vt habetur *in cap. placuit, eadem quæstione prima.* Quod etiam attestatus fuit Ioannes Pontifex Maximus, *in cap. si Imperator.* 96. *distinctione*, & sequuti infiniti ferè Authores, quos ipse Carolus de Grassis commemorat *ibi, num.* 2. *&* 3. sequitur etiam, & dicit esse veriorem opinionem, quod ea exemptio sit de iure diuino; D. Ioannes de Balboa, *in lectura, seu scriptis ad titulum, de iudiciis, ad cap.* 2. *num.* 31. *folio* 21. videndus *ex num.* 11. vbi quod hæc sententia est fundata vtroque iure, diuino scilicet, & positiuo, propter expressam Conciliorum, & Pontificum decreta, à quibus, nullo modo licet recedere, vt copiosè probat Pater Suarez, *lib.* 4. *contra Regem Angliæ, cap.* 9. *per totum.* Nec admittit Balboa metipse explicationem eorum, qui contrariam tenentes opinionem, dixerunt, verbum, *ius diuinum*, de quo in dictis decretis, referri ad ius Canonicum, quod sæpè diuinum appellatur ad differentiam iuris ciuilis; quia licet hæc interpretatio in aliis possit admitti, tamen in proposito nostro non est admittenda, propter expressa Tridentini verba, *dicta sessione* 25. *cap.* 20. ibi: *Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus.* vbi expressè loquitur de iure diuino, quatenus à iure Canonico distinctum est.

Adducit etiam Ioannes idem Balboa, *vbi suprà, numero* 18. 19. *&* 20. fundamenta alia; vt comprobet, eam exemptionem esse de iure diuino, provt *ibidem* videri possunt.

Contrariis etiam motiuis, & fundamentis alterius partis, quod scilicet prædicta exemptio sit de iure positiuo, & non de iure diuino: iidem antea relati Authores satisfaciunt plenissimè.

Et ad authoritatem Diui Thomæ, *ad Romanos*, 13. *lect. prima*, vbi dicit, Clericos esse exemptos priuilegio Principum, ab illo tributo; respondet Alderan. Mascardus, *de interpretat. Statutor. dicta conclusione prima, numero* 74. *folio* 23. quod non ideo negat, id etiam antea factum fuisse iure diuino, cum possit stare simul, & priuilegium Principum, & constitutio de eadem re, de iure diuino, & Ecclesiastico, *cap. cum laicus, de rebus Ecclesiæ non alienandis*, ibi: *Quam non tantum sancti Patres, sed etiam Principes sæculares, priuilegiis multis munierunt.* Et ideo, dum S. Thomas dicit, exemptos priuilegio Principium, non intellexit esse exemptos, quasi inferens, quod antea non essent, sed esse exemptos intellexit, etiam quoad ipsos Principes sæculares; provt latiùs *ibi* prosequitur is Author.

Verùm, contrariam sententiam, & opinionem, imo exemptionem Clericorum, atque status Ecclesiastici, in his, quæ temporalia respiciunt, & sic quoad tributa, & contributiones, procedere de iure humano positiuo, non autem de iure diuino, grauissimi alij Authores, veriorem putant, & neruosè defendunt; Innocentius inquam originaliter, *in cap.* 2. *de maiori, & obedient.* Bald. Paul. Salicet.

Fulgosius,

Fulgosius, Iason, Alciatus, Additio ad Alexand. Practica Ferratiensis, Boërius, & Medina, quos refert Ioannes Garcia, *de nobilitate, glossa* 9. *num.* 8. Palat. *in* 4. *distinctione* 25. *dispus.* 3. *conclus.* 3. Ledesma, *in* 4 *parte* 2. *quæstione* 20. *art* 4. *versicul. Hæsitabis, conclusione* 2. *&* 3. Alphonsus à Castro, *aduersus hæres. in verbo, Ecclesia, hæresi,* 4. Almainus, *in* 4. *distinctione* 25. *quæst.* 1. Medina, *de restitutione, quæst.* 15. Victoria, *in prima relectione de potestate Papæ, quæst.* 6. *conclusione* 2. Soto, *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 2. *art.* 1. D. Anguianus, *de legibus, lib.* 2. *controuers.* 21. Salon, *secunda secundæ, quæst.* 67. *art.* 1. *controuersia prima, cap.* 4. Bañes *ibidem dubio* 2. Sayro, *lib.* 3. *tom.* 1. *capite* 22. *num.* 8. *& sequentibus, in explicatione canonis* 18. *Bullæ Cœnæ Domini*, & Theologos quamplures, pro hac ipsa parte refert Diana, *resolut. moral. tractatu primo, de immunit. Eccles. resolut. prima, fol.* 19. Ioan. Gerson. & Raimundus Ruffus, cum quibus constanter Menoch. *in consil.* 10. *num.* 37. *&* 41. asserens, Ecclesiasticos, nulla lege diuina, esse exemptos à tributis, sed potius iure quodam humano, & positiuo. Quod etiam cum aliis asserit Ægidius Thomate, *in tractatu de collectis, pag.* 84. *&* 85. notabiliter Didac. Couarr. *practicar. cap.* 31. *num.* 2. *versic. Contraria opinio,* & inferius, *versicul. Prima conclusio.* Et *versiculo, Secunda conclusio.* Et *versiculo, Quarta conclusio, sub num* 3. & *dicta conclusione* 2. sic scribit: *In rebus temporalibus, quæ spiritualia non attinent, Clerici, & eorum res non sunt iure diuino, à iurisdictione Principum sæcularium exempta.* Sese, *de inhibitionibus, capit.* 8. §. *primo, ex num.* 11. *vsque ad numer.* 24. vbi optimè comprobat. Et Bobadillam pro hac sententia ponderat. Et eam etiam tenet cum aliis multis Morla, *Emporij, prima part. tit.* 2. *de iurisdictione omn. iudic. quæst.* 12. Cenedus *in collectan* 37. *ad Decretum.* Menchaca *lib.* 1. *controuers. illust. capit.* 22 *num.* 8. Mexia, *ad pragmaticam Regiam taxæ panis, conclusione* 5. *num* 35. Ceuallos, *commun. contra commun. quæstione* 550. *& tom.* 5. *capitulo* 5. *&* 6. *in proœmio, & in prologo, num.* 90. *vsque ad num.* 96. Farinacius, *criminalium, lib* 1. *tit.* 1. *quæst.* 8. *num.* 2. *versiculo, Limita primo,* Pat. Ludouic. Molina, *tom.* 1. *de iust. & iure, tractatu* 2. *disputatione* 31. *ex pagin.* 218. vbi *numero secundo* proposuit primam conclusionem, quod in causis spiritualibus, aut merè Ecclesiasticis, Clerici, diuino iure exempti sunt à ciuili, & laica potestate. Et *num.* 3. in hunc modum scribit: *Tertia conclusio, non omnis exemptio Clericorum est de iure diuino, in hac omnes conueniunt, Sotus, Victoria, Driede, Caietanus & Nauarrus, estque Diui Thomæ, in illud ad Romanos* 13. *Ideo enim tributa præstatis: tametsi Panormitanus, & quidam alij affirmant, Clericos, quod personas suas, & bona, iure diuino, à laica potestate esse exemptos. Nostra tamen conclusio probatur, quoniam nullus est locus, vnde id ex iure diuino sufficienter colligatur.* Et conuenit Pat. Lessius, *libro* 2. *cap.* 33. *de tribut. & vectigal dubitatione* 4. *num.* 28. *&* 29. *fol.* 411. vbi sic scribit: *Ecclesiastici, non ita sunt exempti iure diuino, vt absque vlla alia exemptione, non sint subditi Principibus sæcularibus, quia neque ex sacris litteris, neque ex traditione, neque ex naturali ratione, neque Patrum testimonio, talis exemptio probari potest.* Et Lessio non relato, idipsum notauit D. Ioannes de Balboa, *in dicto cap.* 2. *de iudiciis, ex num.* 12. *vsque ad num.* 17. *fol.* 20. vbi specificè agnoscit, quod nec ratione, nec minus Euangelij loco, aut àure naturali, hoc ius diuinum probatur. Et quod vnus Euangelij locus, qui expendi solet communiter, non videtur efficax, prout latius *ibi* videri potest. Quia tamen postmodum, propter authoritatem loci Concilij Tridentini, cum prima opinione remaneret, vt antea dixi.

Contrariam tamen, & secundam opinionem, & distinctionem illam, quod Ecclesiastici in rebus spiritualibus, & Ecclesiasticis sint exempti de iure diuino, in temporalibus autem, & à tributis, & contributionibus, iure tantum humano positiuo; tenet etiam in effectu, Ioannes Garcia, *de nobilitate, dicta glossa* 9. *num.* 14. *&* 15. *iuncto num.* 27. *in versiculo, Et retenta opinione Innocentij.* & *numeris sequentibus*, & quo ad tributa, veriorem existimauit, vt constat *ibi, num.* 10. & Pat. Suarez, *de legibus, lib.* 3. *capit.* 34. *num* 2. *fol.* 228. & repetit *num.* 11. *fol.* 230. latius *in tractatu*, qui nuncupatur *Defensio fidei, lib.* 4. *de immunit. Ecclesiar. capit.* 3. *& pluribus sequentibus, ex fol.* 213. Francisc. Carrasco, *ad leges nouæ collect. Regia, capit.* 3. *numer.* 4. *fol.* 19. prædictas opiniones refert nouissimè omnium Tamburinus, *in tractatu, de iure Abbatum, disp.* 15. *quæst.* 19. *ex folio* 215.

Pro hac autem secunda opinione, & vt probetur, exemptionem status Ecclesiastici in temporalibus; & specificè in collectis, tributis, & contributionibus, procedere ex iure humano positiuo, non autem diuino, fortissima expendunt fundamenta, Couarru. Sese, & Ægidius Thomate, *vbi suprà, glossa* 9. *ex num.* 8. *vsque ad num.* 13. & Duardus, *dicta quæstione* 18. *in Bullam Cœnæ Domini, ex n.* 1. *cum sequentibus, fol.* 538. & Pater Suarez nunc relatus. 15

Fundamentis etiam contrariæ opinionis, quæ ex Ioanne Gutierrez, & aliis recensui *suprà*, iidem satisfaciunt, & respondent, atque ex proposito Ægidius Thomate, Pat. Ludou. Molina, Pat. Lessius, Sese, & Ioannes Garcia, *dicta glossa* 9. *ex num.* 12. *cum pluribus sequentibus.*

Et verè, quod attinet ad temporalia, & tributa, collectas, & contributiones, hæc vltima opinio videtur verior. & communior, & magis communiter recepta; in Ecclesiasticis tamen, & spiritualibus, securior videtur prima sententia, quod exemptio procedat à iure diuino, quamuis in iis etiam, contrariæ extent opiniones, vt suprà vidimus, & tradit nouissimè D. Ioann. de Balboa, *in dict. cap.* 2. *de iudiciis, num.* 22. *fol.* 21. Salgadus, *de Regia protectione, prima parte, cap.* 1. *præludio* 3. *num.* 127. *fol.* 35. in hæc verba: *Et licet Clerici in spiritualibus exempti sint à iurisdictione Iudicis sæcularis iure diuino, in temporalibus tamen, iure positiuo, vt latissimè per Couarru. Sese, de inhibitionibus, cap.* 8. §. 3. *à num* 31. *& amplissimè, infinitos referens pro vtraque parte, Cenedus, in Canonicis, quæst.* 4 *per totam. Ceuallos, de cognit. per viam violentiæ, in proœmio, cap.* 5. Paulus etiam Christinæus, *dicta decisione* 203. 16

Alij tamen, etiam in temporalibus contendunt, exemptionem Clericorum, de iure diuino procedere; originemque trahere, sicuti constanter tuetur Alderan. Mascard. *dicta conclusione prima, num.* 76. 77. *&* 78. Paulus Christinæus, *dicta decisione* 203. *num* 8. *&* 9 Anastasius Germonius, *de sacrorum immunitate, lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 17. *&* 18. vbi affirmat, quod Clerici fuerunt exempti à iurisdictione laicorum ante omnem humanam constitutionem, & quod constitutiones, quæ post ea emanarunt, non ad exemptionem inducendam, sed ad iuris diuini declarationem constitutæ fuerunt. Refert, & sequitur Carolus de Graffis, *dicto effectu primo Clericatus, n.* 3 *fol.* 69. vbi sic scribit: *Farinac. in tract. criminum, quæst.* 8. *n.* 1. *limitat duobus modis. quarum limitationum neutra est vera. Prima non est vera, quia suprà citati Doctores loquuntur indistinctè, & authoritates sacræ Scripturæ etiam loquuntur indistinctè, nec*

respiciunt magis causas spirituales, quam temporales, ciuiles, vel criminales, imo magis videntur respicere causas temporales, quam spirituales, dum sacra pagina dicit, Nolite tangere Christos meos, &c. & Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei: & dum eximit Sacerdotes à potentia Pharaonis. Secunda autem limitatio non est vera, quia ius diuinum, in locis supra allegatis, loquitur etiam indistinctè, nec respicit magis vnam personam quàm aliam. Vnde clarissimè liquet, quod magis communis opinio est, quod hanc immunitatem consequuntur Clerici de iure diuino.

17 Adduc tamen, satis probabilis videtur distinctio superior inter causas spirituales, & Ecclesiasticas, & merè temporales, siue ciuiles, aut criminales; cum tot, & adeo graues Authores, eidem magis accesserint; dummodo concedamus, ius humanum positiuum, dictam exemptionem in temporalibus, statui Ecclesiastico concessisse, postulante, aut suadente id, recta ratione, iuri diuino maximè congruenti; prout ex mente aliorum annotauit Pat. Anton. de Sousa, *in relectione in Bullam Cœna Domini, capit.* 19. *disputatione* 91. *numero 6. conclusione tertia, folio* 315. sed non inde dici potest, quod absolutè dicta exemptio de iure diuino procedat, sicuti *ibidem* notauit specificè Sousa metipse. Et retenta hac opinione, quod exemptio sit de iure positiuo, suo ordine satisfacit, responsúmque præbet omnibus fundamentis partis contrariæ. Et concludit, quod dumtaxat ea probant, quod ius positiuum, à quo in temporalibus, & in tributis, & contributionibus procedit dicta exemptio, est admodum conformis, siue conueniens iuri diuino, non tamen, quod sit locus; aut textus, dicens, quod sit, aut procedat de iure diuino. Respondet etiam ad textum, *in dicto capite, quamquam, de censibus, libr. sexto,* prout *ibi, in versiculo, Ad secundum ex capite, folio* 316. Et *dicto numero sexto.* ponderauit sex Concilia, vt eandem opinionem comprobare, quod exemptio sit de iure humano positiuo, & non de iure diuino.

18 Vtcumque tamen res se habeat, & siue vna, siue altera recipiatur opinio; illud certum & indubitandum est, exemptionem Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum à tributis, & contributionibus quibuscunque, omni iure introductam fuisse, Canonico inquam, Ciuili, legum Partitarum, Ordinamenti, & nouæ collectionis Regiæ Et ita agnoscit Bobadilla, *in Politica, lib.* 2. *cap.* 18. *numero* 252. *folio* 953. vbi sic scribit: *Es indubitable cosa, que regularmente las Iglesias, y personas Ecclesiasticas, y sus bienes, son essentas, libres, è immunes de todas cargas personales y de qualesquier tributos, imposiciones, y collectas, aunque sean impuestas por Emperadores, Reyes, ò Señores temporales.*

Et de iure Canonico probatur expressè *in cap. non minus, & in cap. aduersus, de immunit. Eccles. cap. Clericis, & cap. finali, eod. titulo 6. Clementina vnica, ipsius tituli, cap. primo, cap. quanquam de censibus, libr. 6. Clementina, præsenti. eodem titul. capite conuenior.* 23. *quæstione.* 8. *cap. Sacerdotibus,* 11. *quæst. prima.*

De iure ciuili, in *l. placet, C. de sacrosanctis Ecclesiis, & in l. sancimus,* 2. *eiusdem tituli, & in authen. item nulla. C. de Episcop. & Cler.* & authoritate *Codicis Theodosiani, lib.* 16. *tit.* 2. quæ refertur in *cap. in qualibet,* 27. *quæst* 8.

Et de iure Partitarum probatur *in l.* 50. 51. 52. *&* 54. *tit.* 6. *partita prima.*

Et *in l. prima, tit.* 3. *lib.* 3. *Ordinamenti.*

Et de iure nouioris *noua collect. Regia, in l.* 3. 31. *&* 11. *titul. tertio, libro primo, & in l.* 2. *tit.* 4. *eod. lib.*

Atque ex dictis iuribus adnotarunt, & longa serie comprobarunt exemptionem hanc Clericorum, Ecclesiarum, & status Ecclesiastici, à tributis, collectis, & impositionibus quibuscunque; post alios multos Authores, quos referunt Natta, *in cons.* 203. *per totum, lib. primo.* Bellamera, *in cons.* 40. Euerardus, *in cons.* 42. *ex num.* 26. Pet. Dueñas, *regula* 100. D. Martha, *de iurisdictione.* 4. *parte, casu primo, & sequentib.* Ioan. Luput, *de libertate Ecclesiastica, prima parte, quæstione* 2. *& secunda parte, quæst.* 23. Cenedus, *practicarum, quæst.* 4. *num.* 1. Ioannes Æquros, *in enchiridio. locor. communi. cap.* 23. Ioannes Gutierres, *in repet. l. nemo potest, ff. de legat.* 1. *num.* 107. *& practicar. lib.* 1. *quæst.* 3. *& lib.* 7. *de gabellis, quæst.* 92. *num.* 17 *&* 20. Riccius, *collectanea* 165. Pegueta, *decis.* 91. *num.* 2. Azeuedus, *in dicta l.* 3. *tit.* 11. *lib.* 1. *recopilat.* Pat. Ludoui. Molina, *tom.* 3. *de iustitia, & iure, disputatione* 670. *ex pagina* 844. *&* 845. D. Calcedus, *in addit. ad Bernard. Diaz, capite* 55. Farinacius, *nouissimarum Rota Romana, decis.* 72. *prima parte, tom. primi.* Alderan. Mascardus, *de interpretat statutor. conclusione prima, ex num.* 73. Gironda, *de gabellis, parte* 7. *in principio, & num.* 24. *& de priuilegiis, num.* 1067. Pat. Lessius, *lib.* 2. *cap.* 33. *de tribut. & vectigal. dubitatione* 3. *per totam, folio* 409. *& dubitatione* 5. *fol* 412. Camillus Borrellus, *in summa decision. tit.* 15. *de tribut. collect. & vectigal. num.* 71. *&* 72. Ceuallos, *commun. contra communes, quæst.* 550. *&* 4. *parte quæst.* 899. *ex numer.* 45. *cum sequentib.* Bobadilla, *in Politica, lib.* 2. *cap.* 18. *ex num.* 251. *cum pluribus sequent.* Cardinalis Thuscus, *tom.* 7. *littera S. conclusione* 609. Augustin Barbosa, *in remission. ad Concil. Trident. sessione* 25. *cap.* 20. & nouissimè *in collectanea ad Decretales, in dicto cap. Ecclesia sancta Maria, ex num.* 6. *de constitut. & in capit. peruenit.* 2. *ex numero* 2. *& in cap. non minus, num.* 1. *&* 7. *de immun. Ecclesiar.* Florez Diaz de Mena, *variarum, lib.* 2. *quæst.* 21. §. 4. *num.* 174. *& num.* 213. *& sequent.* Villadiego, *in sua Politica, cap.* 5. de la instrucion, *num.* 23. Alphonsus Aluarez, *in thesauro Christiana Religionis, cap.* 35. *ex num.* 1. *& num.* 23. Hartmannus Hartmanni, *practic. obseruat. lib.* 2. *cap.* 2. *Miscellan. ex iure Canonico, obseruatione* 10. Ioannes, Botta, *in consil.* 87. *numero* 1. F. Anton Sousa, *in relectione in Bullam Cœnæ Domini, cap.* 19. *in princip. & disput.* 91. *& sequentib.* Leonardus Duardus, *in eisdem commentariis Bullæ, lib.* 2. *in canone* 15. *quæst.* 17. 18. *&* 19. *& sequent.* Pat. Suarez, *de legibus, cap.* 34. latiùs *in tractatu,* qui nuncupatur, *Defensio fidei, lib.* 4. *de immun. Eccles. cap.* 2. *cum sequent,* Anastasius Germonius, *de sacrorum immunitate, lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 22. *& pluribus sequent.* Menchaca, *in repet. l. quoniam, in prioribus, num.* 648. *C. de inofficioso testamento.* Aluar. Valascus, *decisione* 100. *num.* 9. Bellarminus, *lib.* 3. *de Clericis, cap.* 28. Zerola, *in praxi Episcopali, in verbo, Clericus,* §. 9. Festasius, *de æstim. & collect. part.* 4. *cap. primo, numero* 23. *&* 24. Persoalis, *in tractatu de gabellis, num.* 78. Carolus, de Grassis, *de effectibus Clericatus, effectu* 3. *ex numer. primo, cum multis sequentibus,* vbi latè comprobat, quod Clerici sunt immunes, tam ab oneribus ordinariis, quàm extraordinariis, & quod hanc immunitatem habent quodammodo radicatam in propria persona, & eam consequuntur, non solum pro bonis Ecclesiasticis, quæ tanquam Clerici, aut Beneficiati possident, verum

etiam pro bonis suis patrimonialibus; quia isto casu, bona Clericorum potiuntur eodem priuilegio, prout bona Ecclesiastica, quod latè comprobat *ibidem*, *numero* 19. *& sequentibus*, vbi contrarias opiniones adducit, easque concordat, prout ibi videri potest. Ampliat etiam, & limitat multis modis traditionem prædictam, vt latiùs *ibidem* videbitur, & per Tamburinum, *de iure Abbatum, tom.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 20. *&* 21.

19 Et non modo iura relata, & sacri Canones eximunt Clericos, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, ab omnibus tributis, oneribus, impositionibus, & contributionibus quibuslibet; sed etiam imponunt pœnas contra eos, qui onera, aut tributa imponunt, vel ab eis exigunt, aut recipiunt, videlicet, aut quod sint ipso facto excommunicati; nec ab ea excommunicatione absoluantur, donec competenter satisfaciant, vt latiùs *in dict. cap. non minus, & in dicto cap. aduersus*, & eadem pœna imponitur *in dicto cap. quamquam, de censibus, lib.* 6 & qualiter procedatur contra eos, qui in censuras inciderint, *in dicta Clementina, præsenti*, statuitur, & ex proposito ostendit Pat. Ludouic Molina, *tom.* 3. *dicta disputat.* 670. *num.* 3. *per totum.* vbi commemorat pœnas, quas incurront. Ecclesiis, & Ecclesiasticis tributa imponentes, ab eis recipientes, & exigentes, aut ad id cooperantes: Marta, etiam, *de iurisdictione*, 4. *parte, casu* 9. *ex num* 7. *& num.* 10. Carolus, de Grassis, *dicto* 3. *effectu Clericatus, ex num.* 5. *vsque ad num.* 19. vbi vide omnino.

Ex clausula etiam 18. siue (vt alij dicunt) ex *Canone* 18. *bulla in Cœna Domini.* Quicunque Ecclesiis, personis Ecclesiasticis, aut ipsorum bonis imponunt quodcumque tributi genus, vel onus quodcumque, siue personale, aut mixtum, aut id exigunt, vel ab sponte dante, accipiunt, vel per se, vel per alios, directè, aut indirectè, aliquid horum facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium, palam, vel occultè præstare non fuerint veriti, sunt ipso facto excommunicati: sicuti ex eadem clausula constat expressè, & notauit, verbaque eius retulit ad litteram, Pat. Ludouic Molina, *tom* 3. *dicta disputatione* 670. *num.* 3. *vers. Postremo hodie*, Ioannes etiam Gutierres, *de gabellis, dicta quæst.* 92. *ex num,* 22. *vsque ad num.* 31. Antonius Sousa, *in relectione dicta Bulla, cap.* 19. & ipse Ioannes Gutierres, *in loco relato*, facit vnam conclusionem, quam pro indubitata tradit in hæc verba: *Que los legos, que hazen las imposiciones, repartimientos, y cobranças, arriba dichas, de sisas, y otras contribuciones en el estado Eclesiastico, sin la dicha licentia de su Santidad, y los que dan consejo, fauor, y ayuda para ello, en qualquier manera, pecan mortalmente, demas de la excommunion mayor, en que ipso facto incurren.* Et *dicto num.* 32. retulit quoque alios Authores ita tenentes.

20 Cæterùm à prædictis duabus regulis generalibus leges scilicet, & edicta Principum sæcularium, non ligare, nec comprehendere Ecclesiasticas personas: Item immunes esse, & exemptos à triburia, collectis, & contributionibus quibuscumque, ex communi Scribentium placito receditur nonnullis in casibus, in quibus limitatur, limitarique solet status Ecclesiastici exemptio, & Clerici contribuere tenentur; prout ex communi Doctorum sententia, optimè annotauit Bobadilla, *lib.* 2. *dicto cap.* 18. *num.* 270. vbi sic scribit: *Pero muchos casos ay, en que de derecho no tienen franqueza, ni immunidad de las subuenciones, y subsidios, las Iglesias, y las personas Ecclesiasticas, &c.* Menochius etiam; *in cons.* 800. *ex num.* 1. *vsque ad num.* 29. *volumine* 8. vbi plures casus enumerat. Et idem statuit *num.* 37. *&* 38. D. Iuan de Quiñones, *de Locustis, capit.* 3. *num* 18 19. *&* 20. *fol.* 61. ibi: *Pero aunque todo lo referido, es conforme a derecho, ay muchos casos, en que lo es, contribuir los Eclesiasticos con los seglares, y ayudarlos en las necessidades communes, como es en tiempo de guerras.* Et ponderat *l. neminem,* 11. *C. de sacrosanctis Ecclesiis, & l. maximarum,* 13. *C. de excusat. muner. & l.* 2. *de quib. muner. vel præstation. & l. nullus. C. de cursu publico, & l.* 4. *tit.* 19. *partita* 5. & Petri Gregorij locum, *in syntagmate iuris, lib.* 2. *cap* 10. *in fine*, & addit *num.* 24. *&* 25. *Que es conforme à derecho, lo que en nuestros tiempos se ha visto, que los Prelados han socorrido, y deuen socorrer a los Reyes, para las guerras, y que esta es la mas precisa obligacion, que tienen, pues por ella se les conserua en paz, quietud, y sossiego, y se les defienden sus hazendas, y patrimonios, como lo dixo Vrbano Papa,* io cap. tributum, 23. quæstione 8.

Item Clerici, & Ecclesiasticæ personæ tenen- 21
tur contribuere in illis tributis, & contributionibus, quæ inducuntur omnibus in bonum commune, & publicam vtilitatem, & ob necessitatem Reipublicæ, *como en el reparo de muro: ò calçada, ò de carrera, ò de puente, ò fuerte, y en la costa, que se haze, para velar, y guardar la villa, y su termino en tiempo de necessidad*; sicuti probat textus, *in l. ad instructionem, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, cum similibus, *l.* 20. *tit.* 32. *part.* 3. *l.* 45. *tit.* 6. *partita prima, l.* 11. *tit.* 11. *l.* 1. *noua collect. Regiæ*, vbi cum aliis Authoribus adnotauit Azeuedus, & Ioannes Gutierres, *de gabellis, dicta quæst* 92. *num.* 5. latiùs *practicarum lib.* 1. *quæst.* 3. & cum multis Narbona, *ad l.* 57. *tit.* 4. *lib.* 2. *glossa vnica, num,* 26. Menochius, *dicto consilio* 800. *num.* 24. *&* 25. Florex Diaz de Mena, *variar. lib.* 2. *quæstione* 21. §. 4. *num.* 213. Cenedus, *collectaneo* 153. *ad Decretales, num.* 4. Bobadilla, *lib secundo, dicto cap* 18. *num.* 301. Ceuallos, 4. *parte, quæst.* 896. *num.* 617. *cum sequentibus, & quæst.* 906. *ex num.* 336. *& parte prima, quæst.* 415. Garcia *de beneficiis, secunda parte, cap.* 3. *num.* 55. *cum sequentibus*, Infinitos alios consultò omitto, quoniam eos recenset Marta, *de iurisdictione*, 4. *parte. casu* 9. *ex numero primo, vsque ad numerum* 6. & nouissimè congessit in vnum quamplures Augustinus Barbosa, *in collectanea ad Decretales. in dicta cap. non minus de immunitate Eccles. num.* 7. Diana, *resolut. moral tract.* 2. *de immunit. Eccles. resolut.* 39. vbi tamen contrarium tuetur constanter, & vide omnino Bobadillam, *dicto cap.* 18. *libri* 2. *ex num.* 291. *vsque ad num* 300. vbi explicat, *si los Eclesiasticos contribuyen en la sisa, para guardar el pueblo de peste, ò para matar la langosta, ò para rescate del Rey, ò para la guarda de las viñas, y heredades, ò para echar de la tierra alguna compañia de soldados, ò para socorrer la urgente nessessidad del Rey, ò para defensa de la guerra. Y que socorro deuen dar las Iglesias, y Ecclesiasticos, en las vrgentes ocasiones de guerra.* Vide etiam ex *num.* 302. *vsque ad n.* 315. vbi explicat, *si contribuyen, para edificar, ò reparar muros, ò para extinguir los incendios de las haredades, y campos, ò para edificios publicos necessarios, y para pagar los empedrados, y limpieza de las casas, y pertenencias de Clerigos, y si les pueden sacar prendas, y tomar sus carros, y vagajes. Y si son los Clerigos reputados por viezmos de les pueblos.* Vide etiam, *n.* 312 313. *&* 314. vbi ponit requisita, *Para que los Eclesiasticos ayan de contribuir, para los edificios publicos. Y en esto concluye en todos estos numeros, y cita muchos Autores, que lo tienen assi; que los Eclesiasticos contribuyen en los casos dichos,*

con los legos; *y seglares, juntamente, y que à fortiori*, idem dicendum erit, quando *la sisa, ò tributo se impone*, pro necessitate Regis, & Regni, à quo tanquam in membra, prout ponderauit ipse Ioan. Gutiet *dicta quaest.* 92.*num.* 1. & quamuis ibi, *ex n.* 42. respondet huic fundamento, & obseruat. *que en los reparos de muros, ò de puente, ò fuente, y en la costa, que se haze para las cosas referidas.* Nunc cum Bobadilla, *corre, y milita con diferente razon, que para socorrer las vrgentes necessidades de las guerras, no se puede negar, sino que se enga a en esto, como se engañaron tambien otros Autores, que lo dizen, pues no solo corre, y milita la misma razon en los casos de guerras vrgentes, y ocasiones apretadas de vrgente necessidad, y para defender el Reyno, y la Fè Catholica, sino que es sin comparacion, mucho mayor, que la que milita en el reparo de muros, ò calçada, ò de puente, ò fuente, ò de edificios, y en los casos referidos* suprà. *Y assi lo viene despues a conceder el mismo* Ioan. Gutierrez, *ibidem*, ex*num.* 42.*cum sequentibus.* Et agnoscit, *que si la necessidad fuere tal, y tan grande, que lo pida, que todos han de contribuir, y los Clerigos tambien, pero que ha de ser con licencia del Papa.* Marta etiam, 4 *parte dicto casu* 9.*num.* 18. 59. & 20. *auiendo defendido contra la comun opinion de tantos Autores*, quod Clerici, etiam ad reparationem murorum, fontium, pontium, bellorum, & alia similia, non teneantur cum laicis simul contribuere; *lo limita en tiempo de vrgente, y grande necessidad, y que el Principe, los vassallos legos no la pueden remediar*, neque necessitati sufficiunt Carol. de Graffis, *effectu* 3.*Clericatus, num.*10..& 103.

22 Item regulæ ipsæ duæ generales, quarum vna traditur *suprà, num.* 1. *cum sequentibus.* Et altera *num.* 15. & 18. *cum sequentibus*, limitantur, vt non procedant, quando leges, & statuta edita sunt pro publica, communique omnium vtilitate, & quando necessitas vrget, prout latius comprobabitur *infra, ex num.* 28. & tradit specifice Bobadilla, *dicto cap.* 18. *lib.* 2. *num.* 252. vbi sic limitat præfatam Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, prout etiam limitant referendi *infrà, dict. num.* 28. & præclarè Carolus de Graff. lib. 2. *de Regal. Franciæ, cap.* 15. *num.* 88. latiùs Carolus de Graffis. *de effectibus Clericatus, effectu* 3. *ex n.* 197. & *num.* 200. *cum multis sequentibus*, Azeuedus, *in l. prima, tit.* 4. *lib.* 6 *recopilat. num.* 54. Menochius, *dicto consilio*, 800. *num.* 37. & 38. vbi sic scribit: *Respondetur, Ripa opinionem fulciri sola illa generali regula, quod leges, & statuta laicorum tollere non possunt libertatem Ecclesiasticam, dicto cap. Ecclesia sancta Maria; qua quidem regula locum non habet, quando leges, & statuta illa edita sunt pro publica, & communi omnium vtilitate, sicuti abunde suprà demonstrauimus.*

Vt autem veritas hæc, & communis Scribentium resolutio, maximo muniatur fundamento, præmittere, & obseruare necessarium erit, quod ex

23 causa publicæ, & communis vtilitatis, eiúsque fauore recedi solet ab ordinariis iuris communis regulis, multáque permittuntur, quæ aliàs non licerent, vt in *l. si ita vulneratus, ff. ad leg. Aquili.* ibi: *Multa autem iure ciuili, contra rationem disputandi, pro vtilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest* text. *in cap. Abbate*, §.*finali, vers. Præsertim, de re iudicata, lib.* 6. Alexand. *in l. prima, num.* 4. *ff. soluto matrimonio*, vbi Socinus, *num.* 88. Alciatus, *num.* 49. Beroius, *in consil.* 76. *num.* 38. *volumine primo*, Hippolyt. *in praxi criminal.* §.*aggredior, num.* 61. *vsque ad numer.* 74. vbi latè exornat: Porrius, *commun. opinion. lib.* 4. *conclusione* 56. And. Gaill. *lib.* 2. *obseruat.* 56. & *maximè ex num.* 4. Petra Ioan. del Castillo. Quotid. Controu. Iur. Lib. VI.

de potestate Principis, post caput 32. *rubrica, Principis, pag.* 517. Ioanes Franciscus de Ponte, *in consil.* 31. Ceuallos, *communium*, 4. *parte, quast.* 906. *ex numer.* 341. Nicolaus Baloi, *in consil.* quod habetur post *decisionem* 68. Octauiani Cacherani; *num.* 31. vbi ponderat *l. si hominem, ff. mandati*, & multa congesta per Felinum, & Decium, *ibi* relatos, ad hoc, quod ex magna, & publica causa, licitum est leges transgredi; & addit, quando publicæ vtilitatis ratio vrget, ordinem non seruare, ordo est. Adducit etiam quamplurima Valençuela Velasques, *in consil.* 99. *per totum.* Et *num.* 2. & 7. & 14. loquit, cum aliis multis Authoribus, quod publicæ vtilitatis causa, etiam naturali iuri derogatur, & statuitur contra naturalem æquitatem, prout *ibi, num.* 35. & quod nullus impedire debet, ne causa publica iuuetur, & defendatur, prout etiam *ibidem num.* 16 & alia plura, *ex num.* 32. *cum sequentibus*, & *num* 25. & 26. quòd vtilitas maior publica attendi debet, vt quæ minori præponderat, *l. cætera.* §. *sed si quis*, vbi Paul. Cast. *ff. de legatis* 2. & causa publicæ vtilitatis, & boni communis, in omni dispositione, & omni tempore videtur semper reseruata, & excepta: *l. finali, C. de cursu publico. lib.* 12. Barbatia, *in consilio* 7. *num.* 7. *volumine primo*, & *in consil.* 30. *num.* 9. *volumine* 3. Afflictis, *decis.* 289. *num.* 29. Hippolytus, in loco relato *suprà*: ita vt neque exemptio, neque priuilegium attendatur in contrarium: Beroius, *in consil.* 185. *num.* 4. *volumine* 3. Rolandus, *in consil.* 5. *num.* 29 *lib.* 2. Iason. *in l. ex caso, num.* 15. *ff. de legat. primo.* Gironda, *de priuilegiis num.* 97. sed semper causa publicæ vtilitatis, coicumque priuatæ vtilitati præferatur, *l. actione.* §. *Labeo. ff. pro socio*, *l. de pupillo*, §. *si quis riuos. ff. de noui operis nunciat. authent. res quæ. C. communia de legat.* ibi: *Ea enim, quæ communiter omnibus prosunt, his, quæ quibusdam specialiter vtilia sunt, præponimus. l. vnica.* §. *finali*, ibi, *Sed quod communiter omnibus prodest. C. de de Sacrosanct. Ecclesiis*, & hæc, & alia ponderauit D. Ioann. Quiñones, *de Locustis, capite* 4. *num.* 39. & *tribus sequentibus*, *folio* 67. *per totum*, Valençuela Velazquez, *dicto consilio* 69. *numero* 7. 8. & 9.

Et quod dictum est in causa publicæ vtilitatis, & 24 eius fauore, procedit etiam ex causa necessitatis vrgentis, cui succurrere causa publica, & communis omnium dicitur, & commune omnium bonum respicit. Ob necessitatem namque publicam; quæ vrgeat, & vt illi consulatur, atque succurratur, leges etiam, & iura transgredi licet, & permittuntur quamplurima, quæ aliàs iure ipso sunt prohibita, & in omni dispositione, quantumcunque generali; semper causa necessitatis vrgentis excepta videtur; sicuti latè comprobant permulti illi iuris Interpretes, quos egometipse in vnum congessi, & its quoque notaui *in Commentariis tom.* 6. *cap.* 51 3. *n.* 55. & 18. & 19. & *quatuor. sequentib.* Et licitum facit necessitas, quòd aliàs illicitum foret: *l. secunda, C. de nauibus non excusandis lib.* 11. *l. cùm ad felicissimam C. de quibus muneribus, vel præstat. lib.* 10. *cap. quod est illicitum, de regul. iur.* & non subiicitur legi, sed ipsa facit legem, & derogat omnibus legibus, & dispositioni cuicunque *cap. remissionem, ta quast. prima. cap. sicut, cap. quando, de consecrat. distinctione prima. cap.* 2. *de consuetudine.* Decisnos, *in consil.* 55. *num.* 1. & 2. *lib.* 3. Viuius, *decisione* 223. *per totam, lib. secundo.* Matiençoz, *in l. prima, titulo* 50. *glossa* 21 *ex numero* 57. & illud, quod fit, necessitate cogente, non est culpabile *cap. ad limina Sancti Petri,* 30. *quast. prima.* Felinus, *in cap. querelam, num.* 15. *de iureiurando*, & *in cap. cum*

acceſſiſſent. num. 20. & 21. *de conſtiunt.* Iaſon, *in l. prin.ipalibus. column. ſecunda*, & *tertia. ff. ſi cert. petat.* Thuſcus, *tom.* 5. *litera N. concluſione* 18. & 19. & *ſequent. vſque ad concluſionem* 24 & propter neceſſitatem poſſunt fieri actus, ſine voluntate expreſſa, & conſenſu eius, qui aliàs deberet requiri, neceſſariúſque eſſet, prout ipſimet Authores notarunt, & à me relati, *dicto capit.* 113. *num.* 19. & *ſequent.* & antea, ea *num.* 15. Cacheranus etiam, *deciſione* 68. *num.* 26. & *tribus ſequentibus*, & notanter Bobadilla, *lib.* 2. *cap.* 18. *ex num.* 316. *cum ſequent.* & ſcripſit Baldus, *in l. Diuus. ff. de petit. hæredit.* quod ideo in caſu neceſſitatis ceſſant legis præcepta. quia lex debet eſſe poſſibilis. & neceſſitas præſupponit impoſſibile quoddam: Bobadilla. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 298. & 319. & ob hanc cauſam ſcripſit Diuus Thomas, *Prima ſecundæ, quæſt.* 96. *art.* 6. quòd neceſſitas ſemper habet ſecum diſpenſationem anneaam; quòd etiam notarunt à me relati *ſuprà*, ea quo legi non ſubiicitur, maximè, quando tractamus de neceſſitate abſoluta, ita quod vitæ, aut pacis, euidens periculum detur, prout refert, & comprobat Ceuallos, *quarta parte commun. quæſt.* 906. *num.* 52. & 55. & addit, quod dicitur impoſſibile illud, quod ſine periculo, non modò vitæ, ſed eitam dignitatis, aut honoris commodè fieri non poteſt, *ex l. nepos Proculo. ff. de verbor. ſignificat. l. auus. ff. de iure dot. cap. facias*, 22. *quæſt.* 2. & comprobat Valençuela Velazquez, *dicto conſ.* 99. *ex num.* 2. *cum multis ſequentib.* vbi congerit permulta, quæ Princeps Supremus: in caſu vrgentis neceſſitatis, atque ex iuſta cauſa boni publici; & implementi obligationum Regiarum facere poteſt: & concludit. quòd ex eis vaſſalli conqueri non poſſunt, cùm tempore neceſſitatis, omnia dicantur eſſe Principis, aut quod Princeps dicere poteſt, totum eſſe ſuum, vt per Diu. Thomam, *opuſculo* 22. & Gloſſam, *in l. neminem, C. de Sacroſanct. Eccleſiis. in verbo, Parangariis.* & latiùs comprobat *ibi num* 5. & 6. Valençuela metipſe; & inquit *num.* 2. quòd abſque dubio eſt, Principem Supremum poſſe, ex cauſa iuſta publici boni, & Regiarum obligationum implemento, non ſolum vectigalia, & ſeruitia iam impoſita augere, ſed alia de nouo imponere, ſi antiqua non ſufficiunt, prout *ibi* comprobat & *n.* 19. & 22. & pro defenſione Regnorum ſuorum, & vt illa ab inimicis defendat, & in pace conſeruet, & pro neceſſitate publica accipit bona priuatorum, & facit iure, quæ facere poteſt, inſolita, vt conſeruet ſtatum, & honorem, prout etiam *ibi num.* 8. & 9. & *num* 11. & 17. quòd Princeps compellere poteſt vaſſallos diuites, vt pecuniam ſibi mutuent, pro ſe, & illis defendendis: & ſi in caſu neceſſitatis, ab aliquibus pecunias recepit, facere poteſt, quod alij contribuant illis: & *n.* 18. quod Princeps, in caſu neceſſitatis recepit pecuniam abſque intereſſe à mercatoribus. & debet prius proprium ærarium expendere, & demum ad vaſſallorum bona recurrere, cùm propriis expenſis nullus debeat militare, prout *ibi*, *num.* 20. & 21. & *n.* 15. & 16. vt oſtendat. neceſſitati publicæ omninò ſuccurrendum eſſe, in hunc modum ſcribit: *Hæc eſt vox naturæ, quam Connan. lib.* 1. *Commentar. iur. ciuil. cap.* 7. *num.* 7. *in fine dixit, eſſe iuſtiſſimam, & grauiſſimam. Cùm qua loquitur idem Marc. Tullius lib.* 3. *de legibus, prudenter dicens, Salus populi ſuprema lex eſto: nam conſeruatio Reipublicæ, legem continet neceſſitatis, quæ expreſſe præcipit, & ordinat. quòd non ſeruetur nec impleatur altera, ſed illa exequatur, & non habeatur alicuius reſpectus, aut conſideratio, in eo omni, quòd viſum fuerit conuenient conſeruationi, & ſuſtentationi Reipublicæ; & ita neceſſitas, tanquam lex præciſa, & ſuperior, quæ alias abrogat, & annullat, iuſtè cuilibet aufert, quæ ei opus fuit, & opportuna apparuerint, ad finem conſeruationis conſequendum. Quam doctrinam comprobat Diu. Thomas. lib.* 3. *de Regimine Principum, cap.* 11. *Simancas, lib.* 9. *de Republica, cap.* 24. *num.* 15. *Oſaſcus, deciſione* 17. *num.* 5. *nec poteſt hoc aliquo modo impedire, niſi qui ſe ſe oppoſuerit, curando, aut impediendo, ne publica res iuuetur, velit Regnum perire, & in manus inimicorum venire, ex notatis per Gloſſam, verbo, præferenda. in cap. ſcias frater,* 7. *quæſt. prima. Ioann. de Platea, in l. prima. C. de nauibus non excuſand. lib.* 11. *verbo ſubnectionem & hoc eſt, quod dixit Marc. Tullius, lib.* 2. *Officiorum Iuſtus Lipſius dicto lib* 4. *ciuilis doctrinæ, cap.* 15. *eſſe populo perſuadendum, quando propter ærarij tenuitatem aſſiduitatique bellorum, tributum eſt conferendum; tunc ait danda erit opera, vt omnes intelligant ſi ſalui eſſe velint, neceſſitati eſſe parendum.*

Hactenus Valençuela Velazquez, qui vt intentum ipſum comprobet, & neceſſitati publicæ omnes ſuccurrere debere, & quod maior vtilitas publica in eo conſiſtit. quòd ſatisfiat neceſſitati Regis, & Regni; iterum ſic ſcribit *num.* 22. & citat locum inſignem, & originalem Archidiaconi, & Luc. de Penn. *Princeps* (inquit) *qui militat vtilitati communi, debet etiam de communibus viuere, & communitatis negotia procurare, vel per redditus deputatos, vel ſi huiuſmodi deſint, aut ſi ſufficientes non fuerint per ea, quæ à ſingulis colliguntur: & ſimilis ratio eſſe videtur, ſi aliquis caſus de nouo emergat, in quo oportuit, multa expendere pro vtilitate communi, vel pro honeſto ſtatu Principis conſeruando, ad quæ non ſufficiunt redditus proprij, vel exactiones conſuetæ, quia ſi hoſtes terram inuadunt, vel aliquis ſimilis caſus emergat, tunc etiam præter ſolitas exactiones, poſſunt licitè terrarum Principes à ſuis ſubditis aliqua exigere pro vtilitate communi.*

In eiuſdem quoque rei comprobationem, & poteſtatis Principis, tempore neceſſitatis & vis, atque virtutis neceſſitatis ipſius, multa congerunt Ceuallos, *commun. contra commun. quæſt.* 578. vbi, *que el Rey Nueſtro Señor puede pedir millones en caſo de neceſſidad.* Et etiam de iure diuino imponere collectam tempore neceſſitatis. Et qood Clerici, tempore neceſſitatis poſſunt compelli ad contribuendum, & quod tributum fuit ſolutum ab Eccleſiis Gallicanis Regi Franciſco tempore neceſſitatis, & pro Regni defenſione: Et pro defenſione patriæ, quòd tam Laici quàm Clerici tenentur Regi tributa ſoluere & quod cauſa iuſta ſemper præſumitur in Principe, exigendo tributa. Et quod Clerici tenentur contribuere ad omnes neceſſitates publicas, & pro refectione pontium & viarum, prout etiam Nobiles omnes. Et quod Princeps, quando non habet de ſuo, poteſt ſubditis collectam imponere: Et quod Princeps militat pro communi vtilitate, & ſic debet de communibus viuere, & quod ſubditi ad onera occurrentia adſtringi poſſunt, quando Princeps non habet de ſuo: Et quod Principis dicto, aſſerentis. in extrema neceſſitate eſſe conſtitutum, eſt credendum, nec ſcrupuloſa inquiſitio, contra eum eſt facienda, prout hæc, & alia comprobat *ibi*, & repetit *quarta parte, quæſt.* 906. *ex num. primo, vſque ad numerum* 57. & *numero* 72. 73. & 335. & *ſequentibus.* vbi etiam ex profeſſo diſputat, an Princeps poſſit bona ſubditorum auferre, propter publicam vtilitatem, & neceſſitatem. Et ſuperioribus Hieronymi Ceuallos adnotationibus, iunge eundem, *en el Arte Real documento* 58. Ioann. Andr. Georgium, *repetit. ſeu allegat. feudal. prima parte, caſu* 57. de quo inferiùs ſpecifica mentio fiet D. Garciam Maſtrilium,

eo

de Magistrat. libr. 3, cap. 4 ex num. 351. cum sequentibus Gail. *lib. 2. obseruatione 56. Et ibi Addit conclus. 1. & sequent.* Philip. Paschalis, *de iuribus patriæ potestatis, prima parte, capite primo, num. 61.* D. Ioan de Quiñones *de Locustis, cap. 4. numero 31. & quatuor sequentibus.* Pat. Ioannem Marquez, *en el Gouernador Christiano, capite 16. folio 88.* ex versiculo; *Y diremos, que el Derecho diuino.* Riccium quoque, & Notarium vide, *in addition. ad decisionem nonam Vincentij de Franchis*, vbi qood ex causa publicæ vtilitatis & necessitatis receditur à regolis ordinariis ioris commonis, & multa permittuntur quæ aliter sunt interdicta, & prohibita. Et licet Clerici non subiaceaor legibus Laicorum, tameo secus est tempore necessitatis, & quando statutum Laicorum respiceret publicam, & communem vtilitatem, tam Clericorum quàm Laicorum: inquirunt etiam, an tempore penoriæ frumenta Clericorum, & Ecclesiarum comprehendantur sub generali taxa, seu moderatione pretij, facta per Superiorem. Et ao possint cogi ad vendendum frumentum, & victualia. Et de eisdem agit etiam Flauius Amecodola, *in addit. ad eandem decisionem 9. Vincentij de Franchis*, vbi adducit quamplurima circa priuilegia penoriæ, seu caristiæ, & necessitatis: & an diuites gratis mutuare cogantur, & an cogi possint se obligate pro vniuersitate, & beneficio ipsius; & qood Officialis potest cogere ciues vendere tempore necessitatis necessaria; & qood Iudex tempore penuriæ, etiam ex officio inquirit, & tollit fruges è manibus diuitum: Et quod potest eogere diuites ad mutuandum voiuersitati tempore necessitatis: Et quod publicani, & affictatores ratione penuriæ & necessitatis tenentur soluere, etiam ante tempus, & vendere, non modo iusto pretio, sed minori. Et quòd Princeps potest prohibere; quòd exteri non emant frumentum in Regno, ne Regnum exhauriatur, & siccum remaneat, & penuriosum: Et qood diuites teoentur mutuare vniuersitati pecuniam, vt ematur frumentum, etiam per capturam, & carcerem: Et quod tunc non habetur ratio nobilitatis in carcerando; quia necessitas non habet legem: & ratione necessitatis, obligatus vendere duo, potest cogi vt vendat tria, & quatuor. Item tempore necessitatis, potest iubere Superior abundantiam carnis arietum: Et in defectum, sine pretio capere; & cogere qoòd vnus vendat. Item potest infringere libertatem vendendi. Item potest præstare assensum ciuitatibus, & terris Regni, emendi frumenta, & reuendendi pro abundatia. & vbertate: & si vniuersitas frumentum, vel merces emit, & corrompuntor, ciues ipsius emere compellontue, ne in damno ciuitas extet; prout hæc, & alia latiùs comprobantur *ibi*.

26 *Y quando ay necessidad apretada, grande, y vrgente, para la defensa de los Reynos, y Señorios, y socorrer los gastos de las guerras justas, el Reyno se llama a Cortes para la concession de millones, tributos, y nueuos seruicios, para maior satisfacion de todos, y justificacion de su Magestad*, siue ex benignitate Regum Castellæ, non ex necessitate iustitiæ; *porque los mismos Señores Reyes, y su Consejo Real lo pudieran hazer*; ob vim necessitatis vrgentis: *sin acudir a las Ciudades, ni pedir, ni esperar sus votos*: vnde *no esta en arbitrio, ò voluntad de los Procuradores de Cortes*, suom consensom non præstare; qoia si necessitas vrgeat, & nota sit, teneotur consentire; aliàs, *sin su consentimiento se impondra el tributo, ò seruicio, de que se trata*; atque ita limitantur Doctrinæ adductæ per Pett. Surdom, *in consilio 301. numero 66. 67. & 68.* Et per Patt. Ioaneem Marquez *en el Gouernador Christiano, capite 16. folio 88. el qual desde el versiculo, y dirèmos, que el Derecho Diuino, es de el mesmo parecer, con otros Authores.* Nocantes Pater Soarez, *de legibus, libro quinto, cap. 17. & 365.* vbi concludit, consensum Regni non esse necessarium, ex vi iuris naturalis, aot gentium, neque ex iure communi, aut iure antiquo Hispaniæ.

Vnde non obstat *l. prima, titulo sexto, libro sexto, noua collect. Regia.* Quia non procedit, neque intelligi potest in casu vrgentis necessitatis, quia tunc iura omnia communia alterantur, & ius diuinum, & naturale dispensat, cùm necessitas ipsa semper intelligatur excepta, & reseruata, prout Pat ipse Soarez doctè, & verè adoertit. Et cooenit Hieronym. de Ceuallos, *en el Arte Real, Documento 10. fol. 111. & 112.* vbi sic scribit: *Tiene tanta fuerça la necessidad, y defensa comun, que en atrauesandose la causa publica concerniente al Rey, y al vassallo, pueden pedir se socorros, y millones a los subditos. Y esta conclusion procede, aunque lo contrario digan los Procuradores de Cortes y sus Ciudades, porque la ley del Reyno primera, titulo septimo, libro sexto, Recopil. que requiere conuocatoria para imponer nueuos tributos es ley positiua para aduertir V. Magestad a los Procuradores de Cortes, la necessidad publica, en que se halla y para que ellos aduiertan en que cosa se puede repartir el seruicio con menos daño del Reyno: porque en llegando la publica necessidad, no es gracia ni donacion la que haze el Reyno, sino paga de la deuda, que deve el vassallo a su Rey por la administracion de la justicia, y por la conseruacion de la paz.*

Et superiora comprobantur, quoniam si diuina, & naturali ratione, Reges, & principes Supremi tenentur protegere, tueri, & in pace conseruare sua Regna, & vassallos, *l. 3. titulo 11. partita secunda.* S. Thom. *in Secunda Secundæ. quæstione 62. articulo septimo.* Andr. Isernia. *in capite vnico, quæ sint Regalia, in parte, vectigalia.* Et *de statut. & consuet. contra libertat. Ecclesiæ. in parte, Prouincia & §. nauigia. & in constitut. Regni incipien. Inconsutilem in princ. pio.* Luc de Penoa, *in l. prima, columna septima. Cod. na Rusticani ad vllum obsequium. libre 11.* Albertus Brunus, *in consilio 127. column. sexta.* Paris de Puteo, 27 *in tractatu de syndicatu, in principio, de quibus syndicantur Reges.* Pater Soarez, *de legibus. lib. quinto, capite 14. numero 12.* Pater Vasquez, *in opusculis, de restitutione capite sexto. §. primo. dubio secundo. numero 25. & dubio quarto. numero 52.* sunt enim Principes tutores Reipublicæ, & Iudices conseruatores suorum vassallorum, & omni iure, naturali, diuino, & positiuo, tam Canonico, quàm ciuili, tenentur ens, & Regna soa, in pace conseruare, & tueri. Ita vt vassallorum, & Regni defensio, proprium dicatur Regis officium: & subditorum protectio, & defensio, cum ipso sit simul Regno, ab origine orta, ita vt Regni obiectum sit, & causa finalis, sicuti hæc, & alia aonotauit, & comprobauit Salgadus, *de Regia protectione, in proœmio, in principio*, & ferè per totum. *Et prima parte, capite primo, præludio primo, numero 57 & numero 76. & 77. præludio secundo*, ipsom ius diuinum, & naturale videtur Regibus, & Principibus concedere omne id, sine quo ooo potest deueniri ad finem defensionis, & conseruationis, atque securitatis Regni, & vassallorum, & consequenter, vt vrgente necessitate, & cùm vires patrimonij, redditumque Regalium non sufficiont, superiora facere possit, argumento *l. secunda ff. de iurisdict. omn. iudic. l. ad rem mobilem. & l. legatum. ff. de procurat. cap. 1. & cap. praeterea 5. de offic. delegat.* & comprobat ipse Salgadus, *de Regia protect. parte prima cap. 2. numero 190. & sequent.*

Ex causa itaque publicæ,& communis vtilitatis, eiúsque fauore, & cùm necessitas viget (ex qua licitum est, leges transgredi, vt comprobatum remanet) rectè dictum fuit *suprà numero* 22. limitari regulas duas generales, traditas *initio huius capit. num.*1.*& seq.& num.*11.*&* 18.*& sequentibus*,Ecclesiasticos scilicèt non ligari legibus, & edictis Principum Sæcularium, ipsósque exemptos esse ab omnibus contributionibus, & tributis regulariter, & consequenter Authores ferè omnes vnanimiter statuisse, ob publicam, communémque, & mixtam omnium vtilitatem, & necessitatem publicam Clericos etiam, cum Laicis contribuere debere; & legibus Principum sæcularium,ob bonum publicum & commune latis, ligari; sicuti relatis ordinariis, & aliis multis Authoribus, obseruauit Mandellus de Alba, *in consilio* 271. *numero* 18. *&* 19. *& in consilio* 8. *num* 1.*&* 8.*&* 22.Baldus etiam, *in consilio* 297.*&* 299. *lib.*1. *& in consil.* 499. *lib.*2. Signorolus,*in conf.*21 *Statuto ciuitatis.*

28 Probatur etiam authoritate quamplurimorum iuris Interpretum, qui indiuiduo scripserunt, in casu vrgentis necessitatis, & cùm ratio publicæ vtilitatis adstringit, Clericos, & Ecclesiasticas personas teneri seruare leges, & statuta generaliter, & impersonaliter,& propter bonum publicum commune facta, & sub eorum dispositione comprehendi, vt pro oneribus bellicis, & à bello dependentibus, collectari possint, & cum Laicis contribuere debeant, vbi agitur de mixta, & communi vtilitate Clericorum, & Laicorum simul, sicuti longa serie comprobanit Menochius, *in consilio* 800 *ex numero* 1. *vsque ad num.*19.vbi congessit communes resolutiones, & doctrinas Ancharaoi, Abbatis,Panormitani, Archidiani, Saliceti,Barbatiæ,Decij,Ripæ.Iserniæ,Hieronym.Gabrielis,Federici de Senis, Mexiæ.Tiraquelli, Deciani, Auendañi, Soti,Nauarri,Vincentij de Franchis,& aliorum, vt fundaret,& comprobaret, quòd Clerici tenentur contribuere vbicumque, de communi hominum vtilitate agitur; & pro impensis, quæ fiunt, ad communem Ciuitatis, aut Regni vtilitatem, ne illud ab hostibus deprædetur. Et quod Ecclesia non est immunis ab his quæ publicam respiciunt vtilitatem: & quod Clerici ligantur statutis,& edictis, quæ ob publicam, & communem vtilitatem eduntur: atque ex num.29.Menochius ipse diluit.& dissoluit quorundam Interpretum placita, quæ prædictæ resolutioni repugnare videntur.Et respondet, quod in casibus, in quibus, Authores illi scripserunt, non versabatur publica, communisque omnium vtilitas, sed priuata ciuium tantùm, cùm tamen requiratur, quòd starota, non modo fauorabilia, & honesta sint, sed etiam, quòd publicum bonum, & commodum respiciant, prout latiùs *ibi* comprobat: & *in consilio* 1000. *libro decimo.ex numero* 19. *vsque ad numerum* 44. latè etiam probauit, Clericos, eorúmque bona ligari edictis, & statutis Principum Sæcularium. pro bono publico, communique vtilitate editis Inde & consequenter Clericos teneri contribuere in his, quæ publicam respiciunt vtilitatem. Et subiungit numero 37. Clericos, neque iure diuino,neque humano exemptos esse ab his legibus ciuilibus, quæ non sunt contra libertatem Ecclesiasticam,sed ad bonam Reipublicæ administrationem institutæ: & citat Patrem Ludouicum Molinam, & alios ita tenentes: & notabiliter explicat text. *in cap. non minus, de immunitat.Ecclesiarum*: & repetit *num.*41.*&* 42.vt diluat communem illam doctrinam, edicta Principum Sæcularium non ligare Ecclesiasticas personas, neque eorum bona; & duos dixit constituendos esse casus, in hæc verba: *Primus quorum est, quando edictum vel statutum Principis Sæcularis est de his, quæ non respiciunt publicum bonum, & salutem communem; & hoc casu inquit, quòd edictum non comprehendit personas, res, & bona Clericorum: & quod ita loquitur cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. vbi agebatur de statuto Teruisino, quo constitutum fuerat, quòd vergens ad inopiam, posset liberè alienare feudum, ab Ecclesia sibi concessum. Secundus casus est,quando statutum vel edictum Principis Sæcularis est de his, quæ respiciunt bonum publicum, communémque vtilitatem, tam Clericorum, quàm Sæcularium, hoc sanè casu ligantur non modo res ipsorum Clericorum, sed etiam eorum personæ de his etiam statuere, & edicta promulgare potest ipse Princeps Sæcularis cum hoc ad suam pertineat iurisdictionem, etiam contra ipsos Clericos,&c.*

His etiam conueniunt permulti illi iuris Interpretes, quos in vnum congessit Marta, *de iurisdictione, quarta parte,casu primo, ex numero primo, vsque ad numerum* 15.& ij asseuerarunt, quod in concernentibus communem omnium vtilitatem,Clerici tenentur simul contribuere cum Laicis:& quod leges pro publico bono latæ, etiam à Principe Sæculari, obligant Clericos, non secus quàm Laicos: Petrus Gregorius *de Republica,lib.* 3. *cap.*7. *num.*25. Remigius de Goni, *de charitatiuo subsidio, quæst.*62. *ex num.*39.*atque ex num.*71. Ioannes Garcia, *de nobilitate, glossa nona num.*53. Ioannes Botta, *in conf.* 87. *num.*47.Camillus Bortellus, *de præstantia Regis Catholici, cap.*20.*num.*46. Viuius,*commun.opinion.lib.*2. *opinione* 42.Francisc.Leou, *in Thesauro fori Ecclesiastici,parte* 3.*cap.*7.*num.*123.*cum sequentib.* Antonius de Sousa,*in relectione in Bullam Cœnæ Domini, cap.* 19. *disput.*92.*ex num.*2 Cardosus,*in praxi,verbo,Clerici, num.*75.Gitonda,*de Gabellis,in præludio,n.*29. Otalora,*de nobilitate,* 2.*parte, cap.*1. *num.* 13. Cenedus, *collectaneo* 153.*ad Decretales,num.*2.Auiles,*in capitulis Prætorum,cap.*23.in Glossa, *den orden.* Montealegre,*in praxi cap.*19.*ex num.* 53. Iacobus Mandellus de Alba,*in consil.*8.*n.*1. in illis verbis: *Tenetur etiam Ecclesia ad supradicta onera, quando communis vtilitas,vel necessitas vrgeret: &* numero 21. ibi: *Si onera contingentia sunt adeo excessiua,vt nullum habeant modum,neque ordinem, veluti sunt depradationes,& deuastationes militum,& facultates Laicorum non sufficiant, teneatur quidem Ecclesia,&c.*

Idem etiam tradidit Pater Suarez,*de legibus, lib.*3. *cap.*34.*ex num.*6.*cum multis sequentibus*,vbi latè comprobat; quòd Clerici ligantur legibus Principum Sæcularium, ad communem omnium vtilitatem latis,& quod in casu vrgentis necessitatis contribuere tenentur simul cum Laicis, vbi vtilitas mixta, & communis est:notauit etiam Menochius, *in consilio* 1000.*num.*37.*lib.*10.Surdus, *in consilio* 301.*num.*8. *lib.*3.Post Diuum Thomam,*de Regimine Principum, opusculo* 12.quem etiam refert Marta, *dicto casu* 1. *num.* 31.*&* 32.

Tradidit quoque Nicolaus Balui, *in consilio*, quod habetur post *decisionem* 68. *Octauiani Cacherani, ex numero* 5. *vsque ad numerum decimum,* vbi etiam comprobat conclusiones prædictas: Et Cacheranus ipse, *dicta decisione* 68. ferè *per totam*, & maximè *ex numero quarto, cum sequentibus*: vbi fundat, quòd Ecclesiastici, iure diuino, Canonico & Ciuili, ostnralique ratione, tenentur subire onera bellica,& contributiones militares,nec exemptione generali, Clericis concessa, se excusare valeant, Flores Diaz de Mena, *variarum libro secundo, quæstione* 21. *§.quarto,numero* 113.214 *&* 115.vbi exornat: Bobadilla etiam *in Politica, libro* 2. *cap.*18.*numero* 284.*&* 296 *&* 207.*&* 298.vbi is Author,adeo doctus,& magnæ authoritatis,& magna cum resolutione,

lutione, & securitate, atque aliis Authoribus relatis, sic scribit: *Que quando las sisas y imposiciones, y contribuciones son para defender se de los enemigos, y para impedir vejaciones, y para gastos de guerras que no se pueden escusar, y el patrimonio Real estuviesse tam exausto, y consumido, como oy està el de su Magestad; y quando ya no bastan las fuerças de los Legos, como ya oy no bastan en España, que las haziendas de todos estan casi acabadas, y consumidas, ò notablemente disminuidas, que en tal caso, y en tiempo de la necessidad, que oy su Magestad, y el Reyno padecen, los Ecclesiasticos estàn obligados a contribuyr, y pagar las sisas, como los Seglares.* Et dicto numero 297. folio 966. adeo singularia, & notatu digna verba profert Bobadilla metipse, vt silentio prætermitti non valeant, sed ad litteram referri oportuerit: *Fallentia 23. es, si sucediesse instante guerra, è inuasion de enemigos contra el Reyno, contra el pueblo, ò sospecha provable della, que en esto caso permitido, es a mas no poder ayudarse el Rey de las haziendas de las Iglesias y de los Clerigos: y obligados estan a ayudar, y contribuir para los gastos en la propulsa, y defensa comun, como los Legos, pues son, y han de ser amparados por el en la paz, y quietad, y la tal necessidad toca tanto a los vnos, como a los otros: y el remedio della es para su causa propria: y porquè su exempcion, y la franqueza concedida a la Dignidad, ò a la Religion ò a las personas, no se estiende a la necessidad de la natural defensa, ni a la publica de conseruar el bien comun ni a las opressiones y ocasiones militares, ni quando ya no bastan las fuerças de los Legos porque esta necessidad siẽpre queda exceptada porque la publica vtilidad se ha de preferir a qualquier priuilegio y assi en ella son comprehendidas las personas Ecclesiasticas: Y en estos casos, no solo es juridico, sino tambien es piadoso, que ayuden los Ecclesiasticos, y aunque para ello enagenen, y vendan los sagrados vasos, segun de derecho Canonico, y Ciuil, y autoridades de Santos, y otros graues Doctores, demas de lo que adelante diremos.* Et memorabiliter comprobat *num. 316. & sequentibus.* vbi *dicto n. 316.* sic scribit: *Porque socorrer a las vrgentissimas, y estremas necessidades, es de derecho natural, del qual ninguna persona se puede excepear pues en el no cabe dispensacion: y assi, aunque los Eclesiasticos sean exceptados por sus personas, y haziendas de las cargas, y tributos, pero en llegando el derecho natural, son obligados a acudir, &c.* Et numero 317. sic scribit: *Porque la necessidad no tiene ley permissiua, ni prohibitiua, ni consultiua, &c.* & numero 318. *Y por la necessidad, muchas vezes se dispensan, y alteran los preceptos, no solo del derecho humano, sino del natural y diuino.*

Superiora quoque latè comprobat Ceuallos, *commun. contra commun, quæstione* 578. vbi ex professo comprobat; quòd Clerici, prout Laici, ad omnes causas publicas, & necessitates vrgentes tenentur contribuere, idque omni iure, etiam diuino: & repetit *tomo 4. cap. 906. ex numero 72. vsque ad numerum* 78. & addit Grammaticum, Girondam, & Festasium, ita tenentes: & inferiùs, *numero 335. vsque ad numerum* 340. vbi specificè asserit, quòd Clerici, & Ecclesiasticæ personæ tenentur contribuere in contributione publica, & in ea, quæ pro necessitate, & communi vtilitate imponitur, *sisa*, inquam, *y el seruicio de millones:* quod etiam notauit, *quæstione* 897. *ex num.* 617. *vsque ad num.* 624.

Carolus etiam de Grassis, *de effectibus Clericatus, effectu 3. num. 200. & tribus sequentibus*, specificè annotauit, quòd effectus ille Clericatus, per quem Clerici eximuntur à solutione collectarum, & gabellarum, non procedit, vbi collecta, seu gabella imponeretur, pro communi vtilitate, seu necessitate, quæ prodest omnibus, tam Clericis, quàm Laicis; & citat quamplurimos Authores, ita tenentes, & exempla adducit; rationémque reddit: & concludit, quòd iure diuino, naturali, Canonico, & Ciuili, Clerici, & Ecclesiasticæ personæ tenentur ad onera, quæ respiciunt publicam, & communem vtilitatem, atque necessitatem. Limitat tamen communem hanc opinionem, ita demum procedere, si interueniant nouem illa requisita, quæ congerit *ex numero 227. vsque ad num. 251. ex pag.* 298.

Primum requisitum est, vt tunc demum Ecclesiasticæ personæ possint compelli ad solutionem collectarum, & contributionum, quando facultates Laicorum non sint sufficientes ad suportanda onera de quibus agitur.

Secundum quòd contributio fiat consulto Romano Pontifice, alias fieri non possit, prout *ibi, n. 229. vsque ad num.* 235.

Tertium requisitum est, quòd id, in quo contenditur, vt Clerici contribuant, esset omnino necessarium, & de tali necessitate constaret; secus si fieret ad ornatum; vel pompam.

Quartum, quòd pecunia exacta, & exigenda, debet omninò conuerti ad illum vsum: & addit, quòd Clericis debet restitui id, quod ab eis fuit exactum, vbi causa, pro qua fuit exactum, deficit.

Quintum requisitum est, vt non sufficiat sola populi deliberatio, & consensus, ad obligandum Clericum, & si collecta imponatur, aut contributio fiat pro communi vtilitate, vel necessitate, sed requiritur consensus ipsorum Clericorum cùm Episcopo, qui etiam solus non poterit consentire impositioni, nisi vrgeat causa iusta, ac probabilis necessitas, & periculum immineat de præsenti, quo casu sufficit, vt consentiat solus Episcopus, prout ibi comprobat.

Sextum requisitum est, quòd vtilitas seu necessitas debeat esse magna, & propinqua.

Septimum, quòd sit immediata, & propinqua, non autem mediata, & remota.

Octauum, quando Princeps esset inhabilis, & impotens ad prouidendum necessitatibus occurrentibus, quia tunc Clerici tenentur ad residuum.

Nonum, vt necessitas sit Clericorum, & Laicorum simul, secus si esset solum Laicorum, quia tunc Clerici sunt omnino exempti & immunes.

Et concludit *num.* 147. Carolus ipse de Grassis, quòd quando hæc omnia non interueniunt, & aliquod ipsorum deficit, tunc Clerici, etiam in casibus publicæ, & communis vtilitatis, & necessitatis, non tenentur, nec compelli possunt ad contribuendum. His itaque omnibus requisitis interuenientibus, admittit prædictam opinionem primam affirmatiuam, quòd Clerici vnà cum Laicis contribuere debeant in casu publicæ, & communis vtilitatis, & necessitatis, aliquo autem ipsorum deficiente, sequitur opinionem contrariam; quòd etiam in casibus vrgentis necessitatis, & publicæ, communisque vtilitatis, Clerici contribuere non debeant, quam tenuerunt quinque illi Authores, quos antea retulerat, *n.* 204. vbi eiusdem sententiæ, & opinionis fuit, & eandem constanter amplectitur Alderanus Mascardus, *de statutor. interpretat. conclusione 1. num. 7. 8. & 9.* vbi cum aliis Authoribus obseruauit, quòd laici non possunt sibi assumere authoritatem statuendi contra Ecclesiasticos, & eorum prætensionem tueri prætextu publici, & communis boni, & vrgentis necessitatis, cum non habeant potestatem statuendi, & boni publici, vtilitatisque

que

que communis, & necessitas Reipublicæ non sufficiat, nisi Summi Pontificis præcedat licentia, vt etiam Ecclesiastici, prouisionalibus constitutionibus & contributionibus Laicorum subiaceient prout latius *ibi*.

Martha etiam, *de iurisdictione, quarta parte, casu primo. ex numero 39. cum sequentibus*, retulit opinionem quamplurimorum, qui existimarunt, quòd leges Principum Sæcularium, etiam ob publicam vtilitatem, & necessitatem conditæ, nullo modo obligant Ecclesiam, & Clericos, nisi à Romano Pontifice fuerint confirmatæ: quo in placito fuerunt permulti *ibi* commemorati. Et quamuis ipse Martha huic opinioni accedat, non modò agnoscit sed etiam certissimè concludi posse dicit, Ecclesias, & Clericos, ratione publicæ vtilitatis, & necessitatis teneri in subsidium, quatenus facultates Communitatis Laicorum, ad hæc non sufficerent; idque per textum *in dicto cap. non minus, de immunit. Ecclesiarum*, prout latiùs *ibi* comprobat *ex num.* 48. & 49. Et *numero* 52. & 53. etiam profitetur, nullam discussionem esse necessariam, quando notoriè de necessitate constat, & quod Regis, aut communitatis Laicorum facultates non sufficiunt. Iuxta hæc igitur videtur magis accedere primæ, quàm secundæ opinioni, vt vides: in subsidium tamen, & quando notoriè constat, Laicorum facultates non sufficere: & repetit *eadem quarta parte, casu nono, ex numero* 21. & *numero* 24. vnde in his terminis, & cum dictis requisitis, Martha metipse, potiùs primam, quàm secundam opinionem amplectitur, vt ex *ibi* scriptis deprehenditur manifestè.

29 Ioannes quoque Andr. Georgius, *repetit. & allegat. feudal. prima parte, capite* 57. *de seruitio debito Regi, quod extraordinarium vocatur*, superiora quoque comprobat: & in eo dubio, adductis opinionibus nonnullis, tandem *ex numero* 19. vt explicet, tam Theologorum, quàm Pontificij iuris interpretum contrarias sententias, nonnulla supponit requisita necessaria, pro iniungendis nouis tributis, quorum primum & præcipuum commemorat, causam scilicet esse iustam ex causa finis; ad quod D Thomam & alios Authores citat.

Secundò supponit, bonum publicum ac necessitatem Regis, ipsiúsve personæ, esse causam sufficientem imponendi tributa Et reddit rationem, nam Rex tenetur ex officio gubernare Rempublicam, illamque custodire; tam in pace, quàm in bello puniendo delinquentes, resistendo inuasoribus Regni, eiúsque iniurias vendicando; finis enim præcipuus est, subditos tutè viuere ab hostibus, quietéque ac tranquillè inter se, pacisque status duret; ergo populus tenetur subministrare Regi sumptus necessarios ad eius sustentationem, ad splendorem personæ, & magnificentiam status conseruandam, prout latius *ibi, numero* 20.

Tertiò supponit *numero* 22. bonum publicum etiam dici posse, vt Rex, qui est persona publica, possit se magnificè sustentare dignitatem sui status conuenienti & debito splendore conseruare, ac cætera munera sibi propria Regali decore exercere: plurimùm etiam Reipublicæ interest Regem suum, inter alios Reges, diuitiis, honore, gloria, & potentia excellere, & eminere, sicuti docent Medina, Suarez, & Salas, *ibi* relati.

Quartò supponit *numero* 23. rationem esse superioris conclusionis, vt commune bonum sit iusta causa imponendi noua tributa, cum ad Regem pertineat, procurare bonum publicum, ad id requiruntur sumptus, quos ex se facere non potest, proinde tenetur populus subministrare omnia necessaria, ad procurandam publicam vtilitatem; ad quod adstringuntur subditi per impositionem vectigalium, gabellarum, & collectarum. Et sic ista ratio finalis potest esse multiplex, ratione diuersarum necessitatum, quæ in Regno concurrere solent, prout *ibi* concludit, & refert Theologos, ita tenentes.

His ita suppositis, Author metipse obseruat nonnulla, quæ omnino comprobant ea, quæ supra annotaui. Ac primò, & generaliter, *numero* 16. constituit quòd si noua causa, & necessitas vrget, & consueta tributa non sufficiunt, potest Rex imponere noua tributa, vel à populis petere, & accipere dona, auxilium, & seruitia: & refert Diuum Thomam dicentem, quòd Princeps, qui militat vtilitati communi, potest de communibus viuere, & communia negotia procurare, vel per reditus deputatos, vel si huiusmodi desint, aut sufficientes non fuerint, per ea, quæ à singulis colliguntur. Refert etiam Diuum Antoninum, Richardum, Medin. Gabriel. Siluestrum, Lopez, Salon, Bañez, Azor Lessium, & Vasquez dicentes, quòd quando aliquis casus emergit de nouo, in quo oporteat plura expendere pro necessitate communi, vel pro honesto statu Principis conseruando, ad quæ non sufficiunt redditus proprij vel exactiones, possunt licitè terrarum Principes à suis subditis aliqua exigere, quia semper bonum commune præponitur bono proprio cuiusvis, & pro defensione, & salute Reipublicæ tenentur subditi, non solum exteriora bona, sed etiam corpora sua, & se ipsos exponere prout *ibidem numero* 19. notauit, & concludit in hæc verba: *Itaque, quoties bono publico, aliter prouideri non potest, nisi grauando subditos per impositionem tributorum, toties licebit Principi, ea de nouo imponere.* Ad quod Molina, *de iustit. & iure, tomo* 3. *disputatione* 667. alios refert: & addit *numero* 31. Georgius ipse, quòd in modo exigendi est facienda inter subditos distributio, secundum proportionem, maiorémque substantiam rei familiaris, hocque interesse Principis, ne vnus magis, quàm alius grauetur. Et quod cessante causa, cessat exactio, nisi causa sit permanens, etiam si quandóque cesset, si de facili potest redire; quia Princeps debet esse paratus: prout *ibi* etiam, *numero* 32. & 33 & in dubio, pro Principe esse præsumendum, & pro causa necessitatis, & boni communis, quam extare dicit, prout *ibidem* quoque *num.* 35.

Obseruat quoque idem Andr. Georgius, *dicto capite* 57. *num.* 46 Superiora procedere, etiam si Rex sua culpa, in necessitate se constituerit, applicando tributa ad malum vsum nam adhoc si necessitas superueniat, & bellum, pro defensione Regni subditi tenentur Regem adiuuare, cùm illa instans necessitas attendatur; & quod imminet, non quod præteriit.

Alia denique obseruat, quibus, & superioribus conueniunt omnino Pat. Suarez, *de legibus, libro quarto capite* 14 & 15. & *sequent.* Pat. Vasquez, *in opusculis de restit. dub.* 1. & 2.

Et ea omnia fortiter adstringunt, vt pro publica, communique omnium vtilitate, & necessitate Ecclesiastici ligentur legibus iustis Principum Sæcularium, & iustis de causis editis edictis, & à tributis, & contributionibus non eximantur, sed simul cum Laicis contribuant, vbicunque vtilitas mixta fuerit, tam Clericorum, quàm Laicorum.

Nec obstat, siue facilè dilui potest motiuum illud, seu fundamentum; in quo principaliter insistunt, totámque vim faciunt Authores illi, qui contrariam tuentur opinionem (prout Martha, Carolus de Grassis, Aldouan Mascardus,

&

& alij, eos retulerunt)& ponderauit fundamentum ipsum Petr. Surdus, *dict. cons.* 301. ferè per totum, *lib.* 3. & maximè *n.* 18. *vers. non viget.* Martha, 4. *part. dict. casu primo, num.* 23. *&* 44, *& sequentibus.* Alderanus Mascardus, *dicta conclus.* 1. *a num.* 7. 8. *&* 9. Ideo scilicèt, Ecclesiasticas personas non ligari statutis, legibus, & edictis, à Principibus Sæcularibus latis, neque prætexen, aut vi eorum teneri contribuere vnà cum Laicis; quia in Principibus Sæcularibus deficit potestas, & facultas statuendi quoad Clericos, atque ita ex defectu potestatis & iurisdictionis, eos non ligant. Hæc autem ratio, quòd non minus procedit, quando lex, vel edictum continet vtilitatem, Clericis, & Laicis communem, vel quando necessitas veget, quia sola publicæ vtilitatis ratio non tribuit iurisdictionem, & cum in eo quoque casu deficiat statuendi potestas, & iurisdictio; quod specificè adnotarunt relati Authores, & Martha, *dicto numero* 23. in hæc verba: *Et hæc procedunt, etiam si lex Principis Sæcularis esset facta ad bonum publicum, quia eius inualiditas pendet ex defectu iurisdictionis, & potestatis, quam non potest conferre publicæ vtilitatis ratio, &c.*

Hoc inquam fundamentum non obstat, quia respondetur, ipsum procedere regulariter; in casu autem necessitatis vrgentis, & cum publicæ vtilitatis ratio consideretur, ab ea doctrina recedi, & diuersam militate rationem, siue illam cessare omnino, quia cum necessitati, ex propria natura, siue eius fauore insit, infixáque sit dispensatio, necessitas autem nulli legi subijciatur, atque ita neque ei, quæ ea defectu iurisdictionis procedit consequens est habiturum locum id, quod aliàs locum non haberet, siue ipso iure inesse dispensationem, cùm vrget necessitas; & permitti, quod aliàs non p[...]mitteretur, vt memorabiliter dixit Bobadilla *lib dicto cap.* 18. *ex num.* 316. *cum sequentibus*: & an *num.* 296. Menochius, *dicto consilio* 800. *&* 1000. Surdus, *in consilio* 492. & permulti illi iuris Interpretes, à Martha relati, 4. *parte dicto casu* 1. *&* 10.

Respondetur etiam, quòd quamuis ratio prædicta defectus potestatis, & iurisdictionis procedat etiam vrgente necessitate; & publica, communique vtilitate tam Laicorum, quam Clericorum interueniente; vt Ecclesiastici scilicèt non ligentur legibus, & edictis Principum Sæcularium, neque contribuere teneantur; attamen illud communiter tradiderunt omnes Interpretes, etiam ij, qui contrariam partem tuentur; dubitandum inquam non esse, quin Ecclesiastici ipsi ligentur ratione, qua Principis Sæcularis edictum, aut lex adducitur, atque excitatur, quia quod in ea statuitur, respiciat communem omniom vtilitatem, & commune bonum, & consequenter contineat iustum, & rationabile; idcirco Clericos, sicut Laicos ligari vi rationis naturalis; & iustitiæ, siue ex vi rationis iuris diuini, & naturalis, quod cum lege ipsa aliàs violaretur, si Ecclesiastici vnà cum Laicis, in casu vrgentis necessitatis, & boni publici, non contribuerent: vnde lex Ciuilis, siue Principis Sæcularis; quantumcunque ob bonum publicum lata, licet Clericos non liget obligatione directiua, siue vi coactiua, ex vi tamen, & efficacia rationis naturalis, quæ dictat vt legibus Principis Supremi iustis; & pro bono publico latis pareamus, quatenus etiam continet iustum, eos obligat, non ex lege, sed ex naturali iustitia, à qua nemo subdicitur: & quia Principes Sæculares habent potestatem à Deo, condendi legem; quæ bonum publicum, & communem vtilitatem respiciat; & ideo Clerici ligantur lege Principis Sæcularis, ad communem vtilitatem lata, & peccant mortaliter, si illam legem non obseruant; sicuti ex moltis Authoribus annotauit Martha, *quarta parte, dicto casu primo, numero* 31. 32. *&* 33. *& casu quarto, numero* 16. Augustin. Barbosa, *in collect. ad decretales, ad cap. quæ in Ecclesiarum, numero* 5. *& ad cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. numero* 3. *de constitut.* & in eisdem, in quibus versamur; terminis, Menochius, *dicto consilio* 1000. *numero* 36. Ceuallos *commun. quarta parte. quæstione* 896. *numero* 152. vbi citat quamplurimos ita tenentes: & notabiliter comprobat Surdus, *in consilio* 301. *ex numero* 29. *vsque ad numerum* 43. *& numero* 48. *& numero* 42. *in versiculo, quòd si Clerici vi legis.* ibi *quinimo verum erit*, sic scribit: *Quinimo verum erit, quòd edicendo, & legem promulgando, cum expressa Clericorum mentione verbáque ipsa in Clericorum personas erigendo, Clericos distringendo, læsit iurisdictionem, & libertatem Ecclesiasticam, vim sua legis, in Clericos extendendo, quòd solus Pontifex, aliique inferiores Ecclesiæ Principes facere possunt: vnde satis apparet, non idem esse, quòd legis vi vel rationis vigor, Clerici teneantur, nec vt ligentur Clerici, sufficere, quòd Clerici vi rationis ligentur: quando enim de Clericis non est facta mentio nominatim, tunc Sæcularis non ponit manum ad alienam messem; sed quia quod fieri, aut non fieri mandat; aut vetat, cum naturali iustitia, & lege conuenit charitatis, tenentur Clerici illud seruare, non quia vetitum legè sæculari, sed quia contrarium charitati, & bono publico, cui naturali ratione, & diuina lege Clerici sunt obstricti: quando verò Princeps Sæcularis, Clericos expresè distringit, eis mandat, illis interdicit, pœnam statuit, & in eos dirigit verba, tunc, quia sua lege eos ferit, qui sibi non sunt subiecti, eorúmque personas à sua iurisdictione penitus exemptas afficit, & distringit; offendit Ecclesiasticam libertatem, & quod diuino, secundùm multos; vel positiuo secundum aliquos; iure, solis Ecclesiarum Prælatis tributum est, vsurpat, occupat, & sibi vendicat, alienúmque ius, alienámque exercet iurisdictionem; quare Doctores in contrarium allegati, loquuntur omnes, quando in lege, aut edicto Sæcularis Principis; non est facta de Clericis expressa mentio; tunc enim, vi legis Clerici non includuntur, nec verba ad eos extenduntur, sed quia statutum publica prospicit vtilitati, & communi bono consulit, Clerici contrauenientes, legem charitatis offendunt, & regulam iustitiæ contemnunt, propterea peccant.*

Et hactenus de prædictis: quibus tamen vtiliter, 32
& necessariò addendum est, *que se dize auer vtilidad, y causa publica, y comun, y necessidad vrgente, no solo respeto de las guerras, y ocasiones que instan, y estàn ya presentes, sino tambien de las que probable y verisimilmente se pueden temer, y amenazan para adelante; porque el socorrer, y preuenir los daños, y peligros venideros que pueden ocurrir, y importa tanto como acudir a los presentes; pues seria faltar a la defensa necessaria, si esto no se hiziesse, y con el descuido poner se en riesgo de perderlo todo.*

Y con esta consideración se justifican los millones, sisas, y contribuciones destos Reynos, no solo respeto de las guerras, exercitos, y enemigos que estan, ya a la vista, y en el Reyno, o en la tierra misma, sino de los que estàn en otros Reynos, y Prouincias apartadas: pues con la resistencia, y guerra en aquellas partes se assegura mas la paz, y tranquilidad desta tierra; y se deshazen las fuerças de los enemigos, y se atajan los daños que adelante se pueden causar; y juntamente su osadia, y atreuimiento para acercarse mas, y aun para emprender cosas mayores, y sin grande noto, y des autoridad no pueden los Señores Reyes de Castilla dexar de conseruar las tierras, Reynos, y Prouincias que tienen, y posseen, y hazer los gastos necessarios para la conseruacion, y guerra ordinaria, como para las guerras que en esta mesma tierra se

ofrecieran.para lo qual se ponderan doctrinas en terminos de Authores muy graues, y lo notaron assi Henric. Bohic. *in dicto cap. non minus. de immunitate Eccles.* Hostiensis, *in summa, illius tituli. §. quibus muneribus.* Anton. de Buttio, & Anchatanus, *in eodem cap. non minus.* Iacob Buttig. *in l. ad instructionem, Cod. de Sacrosanct. Eccles.* idem Anchatanus, *in cap. primo. de immunit. Ecclesiar. libro 6. in versicul. sed ego vlterius. & in cons. 96.* Barbatia. *cons. 1. vol. 3.* Lucas de Penna, referendus *infrà, num. 33. in principio*: Innocentius, & Hostiensis, *in cap peruenit, de immunitat. Ecclesiar.* Ioaon. de Tortectemata, *in cap. Ecclesiarum seruos. 12. quæstione secunda.* Alphoosus de Montaluo, *in l. prima. titulo quinto.* de la guarda de las cosas de la Iglesia. *in Glossa*, siempre. *partita prima.* Remigius de Goni, *de charitatiuo subsidio, quæstione 62. numero 42.* ibi: *Propter guerram, vel suspicionem guerræ, & tunc tenetur Ecclesia*: & num. 45. ibi: *Vel propter damnum inevitabile, quod potest Republicæ euenire, isto etiam casu Ecclesiastici non excusantur.* & num 77. & inferiùs, num. 120. & 121. ibi: *Lucas de Penn. dicit, quòd omni tempore, siue vrgentibus bellis, siue tempore pacis, vt ibi latius per eum, vbi dicit, quòd munitiones semper sunt in otio tractandæ, nam tunc malè queruntur; quando necessariò indicuntur, vt ibi per eum & in l. 3. de diuersis prædiis lib. 11.* Auiles etiam notauit *in cap. Pretorum, cap 23. Glossa,* den orden, *numero 4. in fine,* Bobadilla, *lib. 2. dicto cap. 18. num. 197.* ibi: *Si sucediesse instante guerra, è inuasion de enemigos contra el Reyno, ò sospecha prouable della, los Eclesiasticos estan obligados a contribuir, &c.*

Lucas de Penna, *in l. finali. Cod. de quibus muner. vel præstat. quæstione secunda. numero 2. 3. & 4.* vbi singulariter id adnotauit: Pat. etiam Vasquez, post Cordubam, Siluest. & Angel. quos citat, *in opusculis, de restitutione, capite sexto. §. 3 dubio 5. num. 65.* Valençuela Velasquez, *in consilio 99. numero 3. & numero 12. & 13.* Ioannes Andreas Georgius, *repetition. & allegation. feudal. prima parte, capite 57. numero 36.* ibi: *Si superuenit bellum vel causa conseruandi exercitus*, & meliùs *numero 40. & tribus sequentibus*, in illis verbis: *In illo vero casu, quando Rex gerit bellum extra Regnum, & vult à subditis adiuuari, vel noua tributa imponere. Isern. in dict. cap. 1. §. sed nec alia. titul. quæ sit causa beneficij amitten. dicit, teneri vassallum seruire Regi, bella gerenti extra Regnum; exemplum adducens Scipionis, qui coëgit Siculos pro bello Carthaginensi. Sed limitat, quando pro defensione Regni; secus, si pro acquirenda alia Prouincia; dicendum est, licere, quando bellum geritur pro conseruatione Regni, pro communi bono proprij Regni non ex fine iniusto, ex ambitione propria dominandi, prout erat casus Scipionis, vel nisi bellum extra Regnum esset contra hæreticos, vel infideles & tenderet in conseruationem Christianæ fidei, etiam quod bellum gerat alius Rex, potest Rex coadiuuare, & pro isto iuuamine inferendo, imponere noua tributa, vel adiutoria petere, quia Religio, & fides in populo Christiano, est nedum commune, sed summum bonum, quod expeti potest, & debet; nam si bonum istud, in aliqua parte Christianitatis patiatur detrimentum, hoc vrgeret in damnum totius Ecclesiæ, & consequenter in damnum singularium personarum quæ sunt partes eius.* & dicit, in hoc omnes Authores conuenire, & ita tenere Diuus Antonin. Gabriel, Medin. Salon. Azor. Tabienam, Armillam, & alios. Addit etiam *numero 42.* ipse Andræas Georgius, vnum admodum singulare, *a proposito de los gastos que los Señores Reyes de Castilla han hecho, y hazen para conseruar los Estados de Flandes, y para la guerras*, & in hunc modum scribit: *Idem dicendum est, quando Rex habet plura Regna, sed distincta, ac diuisa, in quorum aliquo gerit bellum, ob aliquam causam, necessariam tamen, & iustam, tunc poterit indicere noua tributa, vel adiutoria petere in alijs Regnis, nam interest aliorum subditorum, & Regnorum, Regem eorum esse potentem, possideréque plura Regna, nam etiam respicit commune bonum Regni, & Regnorum,* & refert Richar. D. Antonin. Gabriel. & Salon. ita specificè adnotantes.

Notabiliter etiam, & in hunc modum ipse Andr. Georgius, scriptum reliquit *numero 43. Ex eodem fonte oritur solutio alterius casus, quando mouent bellum inimici Regis contra alium Principem, quia victo illo Principe, Rex posset iustè timere, ne ab inimicis illis opprimatur, quia potentiores euaderent ex futura victoria, tunc licet Regi opem ferre Principi, licèt externo, quominus opprimatur à communibus inimicis. Idque etiam interest secundariò vassallorum, diciturque ex consequentia contingibili, bonum commune, prout esse posset malum commune, & per consequens Rex posset imponere noua tributa, atque adiutoria petere. Idem Richardus, quod lib. 3. quæstione 27. Nec discrepant alij, & maiori ratione, quando bellum geritur contra Principem amicum confederatum, vel consanguineum, à quo etiam ipse posset in posterum sperare auxilium, quia confederatus est, tunc vtique communis causa esset.*

Nunc verò ioquirendum, atque discutiendum 32
est, vtrùm Romani Pontificis licentia necessaria sit, atque præcedere debeat, vt Clerici, & Ecclesiasticæ personæ vnà cum Laicis contribuere debeaot, quando causa publica, & communis, mixtáque omnium vtilitas tam Clericorum, quàm Laicorum interuenit, & vrget necessitas & quidem etiam in his terminis: *y para los millones, sisas, y repartimientos, y otra qualquier contribucion.* Sedis Apostolicæ licentiam necessariam esse, & sine ea personas Ecclesiasticas non posse, nec debere contribuere; asseoerarunt omnes fere iuris illi Interpretes commemorati *supr. num. 28. 29. & 10.* qui dum scripserunt Clericos, & personas Ecclesiasticas, vnà cum Laicis contribuere debere in eis terminis, intellexerunt quidem, modò Romani Pontificis licentia, & authoritas interueniat; sicuti explicauit, & ita adnotauit Carolus de Grassis *effectu tertio Clericatus, n. 219. vsque ad n. 242.* vbi citat quamplurimos, sic tenentes. Alderanua Mascardus, *de interpretation. statutorum, conclus. 1. n. 7. 8. & 9* qui semper existimat, causam publicam, & communem, mixtámque Clericorum, & Laicorum vtilitatem, atque vrgentem necessitatem non sufficere, nisi etiam Romani Pontificis placitum, & licentia interueniat, idque cum alijs Authoribus, quos citat: tenet etiam id ipsum Accursius, Ioannes Andr. Calderin. Abbas, Anchatanus, Imola. Decius, Felinus, Goill. de Cun. Bartol. Corneus, Rebuffus, Bursatus Fortun. Garcia, Surdus, & Menchaca, quos retulit Martha, *de iurisdict. 4. p. casu 1. n. 39. & quatuor sequentibus.* Surdus etiam, *in cons. 301. lib. 3.* vbi sæpè repetit *in cons. 2.* ferè per totum, Beroius, *in cons. 31. n. 8. lib. 1.* Decianus, *in cons. 14. num. 50. lib. 1.* Guido Pap. *in cons. 72. num. 4.* Mandellus de Alba, *in cons. 8 n. 1.* Montalous. Gigas, Gregorius Lopez, Belluga, & alij quos pro hac ipsa parte refert Narbona, *in tertiam partem nouæ collect. Regiæ, ad l. 57. tit. 4. lib. 2. n. 23. Gloss. vnic.* Anton. Faber *ad tit. C. de Episcop. & Cler. diffinit. vlt.* P. Lud. Molin. *tom. 3. de instit. & iure. disputat. 672. num. 5.* Pater Lessius, *libr. 2. capit. 33. de tribut. & vectigal. dubitatione 3. numero 26. in versiculo quando Laicorum.* Azor. *in summa institut. moral. parte secunda. libro 8. capite 10. in versicul. in dubium reuocatur in fine.* Azeuedus *in lib. 11. titulo 3. libro primo nouæ collect. Regiæ numero sexto, & septimo.* Florez Dias de Mena, *variar. libro secundo cap. 21. §. 4. ex numero 214* & loquens specificè.

cificè, *en los millones, y sissas*, asserit *numer.* 219. necessariam esse Romani Pontificis licentiam & authoritatem: Stephanus etiam Gratianus, *disceptat. forens. libro* 2. *capite* 390. *numero* 17. Farinacius, *nouissimarum Rota Romanæ, decisione* 72. *numero* 2. *tom.* 1. *parte* 1. Thuscus, *tom.* 7. *liter. S. conclusione* 581. *numero* 11. & 121. & *conclus.* 582. vt sæpè repetit: Marius Alterius, *de censuris, tomo primo, libro quinto, disputatione* 19. *capite sexto, dubitatione tertia, in versiculo Tertia dubitatio*. vbi loquitur in sisis impositis super pane, vino, carnibus, pannis, & aliis, ad victum, & vestitum necessariis; & affirmat, omninò necessariam esse Romani Pontificis licentiam, vt exigi valeant à personis Ecclesiasticis, aliàs, & ea non obtenta locum habituras censuras Bullæ in Cœna Domini: Sousa, *in relectione in Bullam Cœna Domini, cap.* 19. *disputatione* 92. *numero sexto*. vbi idem tenet: Caualcanus etiam, *decisione* 44. *numero* 100. *parte prima* Anastasius Germonius, *de Sacrorum immunitat. lib.* 3. *capite* 17. *numero* 23. & 33. vbi dicit, quòd Clerici; ex quacunque causa non debent onera subire, inconsulto Romano Pontifice: Capra, *Regula* 96. *numero* 77. *versiculo quarto requiritur*. Adrianus Gilmanus, *decisione* 21. *Camera Imperatialis. numero* 61. Carocius *de locato & conducto, quarta parte, de collectis, numero* 37. D. Ioannes de Quiñones, *de Locustis, capite quarto, numero* 49. & *tribus sequentibus*, & Authores quamplures commemorat pro hac ipsa opinione, & eam refert Bobadilla, *libro secundo, capite* 18. *numero* 314. & firmiter defendit Ioannes Gutierrez, *practicarum libro primo, quæstione tertia*. vbi sæpe repetit, & maximè, *numero* 2. 3. 5. & 11. & *libro septimo, dicta quæstione* 92 *de Gabellis, per totam*, & maximè, *numero* 31. ibi: *Que el Estado Eclesiastico sin expressa licencia del Sumo Pontifice, no puede ser grauado con los millones, con que el Reyno sirue à su Magestad, ni està obligado a contribuir en ellos, ni en otra imposicion, sissa, tributo, ni colecta alguna, se le puede, ni deue repartir por personas Legas, sin la dicha licencia de su Santidad*. Et repetit *numero* 32 vbi citat Remigium, Viuald. & Vgolinum, ita quoque dicentes; & *numero* 40. *in fine*. & sæpissimè, ex *numero* 42. *vsque ad numerum* 48. & *num.* 60. & 64. vbi in hæc verba concludit: *Ex quibus omnibus relinquitur clara iustitia, & euidens status Ecclesiastici, vt non debeat contribuere* en el *donatiuo* de los millones, *nec possit ei imponi sissa aliqua in victualibus ad id, nec aliàs vllo modo, absque expressa licentia & authoritate Papæ; & quod similiter in conscientia fieri hoc non possit absque prædicta licentia, sub reatu peccati mortalis, & incursione sententia excommunicationis maioris Iata sententia, Papa reseruata, cum obligatione, restituendi aliàs ablatum, a qua absolui non possunt Laici, nisi prius restituant, & satisfaciant: &c.*

Idem quoque resoluit Ceuallos, *commun. contra commun. quæstione* 578. *numero* 30. in illis verbis: *Illud autem, quod diximus, quòd Clerici in casu necessitatis teneantur ad dictam contributionem, intelligi debet non propria Regis authoritate, sed de licentia Pontificis, ita Abbas in consilio* 3. *libro primo. Nauarrus, in Manuali, capite* 17. *numero* 201. & *cap.* 23. *numero* 120. & *tenet etiam Medina, de restitutione, quæstione* 15. *in principio*, & *Auiles, &c.* Idem Ceuallos, *tomo quarto, capite* 906. *numero* 73. in illis verbis: *Ex qua doctrina colliges rationem per quam Clerici, & personæ Ecclesiasticæ tenentur authoritate Apostolica contribuere in hoc seruitio millonum, in emptione vini, & olei, & aceti, & in maraquetino carnis*. Et inferius, *numero* 337. & 340. ibi: Teiuan. del Castillo. Quotid. Controu. Iur. Lib. VI. *tenentur soluere sissam impositam pro publica vtilitate, vt hodie fit*, en el seruicio de millones, de vino, y azeyte, y en el marauedi de la carne, *seruata forma concessionis Apostolicæ, circa solutionem, & exactionem*. Eamdem denique resolutionem firmiter sustinet Leonardus Duardus, *in Commentariis in Bullam Cœnæ Domini, in Canon.* 15. *quæstione* 9. *num.* 121. vbi expressè asserit, quòd Clerici, etiam volentes, non debent aliqua onera, aut contributiones, seu tributa subire, nisi priùs consulto Romano Pontifice: & iterum *numero* 124. & 126. vbi comprobat. Diana etiam, *resolut. moral. tractatu* 2 *de immunit. Ecclesiar. resolut.* 132. & 133. & antea *resolutione* 39. & 40. & 81.

In confirmationem autem præfatæ resolutionis, 33 & vt probetur, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas non teneri contribuere, nec onus aliquod tributorum pati, nisi de licentia Romani Pontificis, ponderantur textus, *in cap. non minus*, 4. & *in cap. aduersus* 7. *de immun. Eccles.* quæ iura emanarunt ex dispositis per Concilium Lateranense, sub Alexandro III. & Innocentium III. in quo Concilio Innocentij interfuerunt Reges Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cipri, & Rectores Imperij, & cæteri Græci, nec non mille, & trecenti Episcopi, cum Patriarchis Hierosolymitano, & Constantinopolitano, prout refert Carolus de Grassis, *dicto tertio effectu Clericatus, num.* 130. post Enctardum, *in cons.* 42. *num.* 4. vbi dicit, quòd si Clerici se subiiciunt cuicunque contributioni, inscio Romano Pontifice, agunt imprudenter: & addit, quòd Concilium Lateranense sub Innocentio III. est seruatum, vt Euangelium, & quod consuetudo contra illud non valet.

Est tamen res hæc cùm distinctione intelligenda; ex decisione namque text. *in dict. cap. non minus*, poterant Episcopus, & Clerus, in casu necessitatis vrgentis, concedere licentiam, & consensum, vt contributiones prædictæ fierent: *si tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerint, vt subsidia per Ecclesias fieri debere Laicis, existimauerint*, prout dicitur, *in dict. cap. non minus*; atque ita solus Episcopus non sufficiebat, sed simul erat necessaria consultatio cum Clero, & eiusdem consensus, nisi interueniret iusta causa, & immineret periculum, sicuti ex aliis Authoribus adnotauit Carol. de Grassis, *dicto effectu* 3. *num.* 138. & *tribus seq.* qui tamen, non ita distinctè explicat: postea verò, ex *dict. cap. aduersus*. ad obuiandum aliquibus incommodis, & inconuenientibus, sancitum est, vt absque licentia, & beneplacitu Summi Pontificis deinceps id fieri nòn posset, vt benè considerat Pat. Ludouic. Molina, *tomo* 3. *disputat.* 572. *num.* 5. Sousa, *in relatione in Bullam Cœna Domini, cap.* 19. *disputatione* 92. *num.* 7. & probatur *in dicto cap. aduersus*, ibi: *Propter imprudentiam tamen quorumdam, Romanus Pontifex priùs consulatur, cuius interest communibus vtilitatibus prouidere:*

Iuxta hanc etiam distinctionem erunt intelligenda adnotata per Pet. Surdum, *in cons.* 301. *n.* 67. *lib.* 3. Steph. Gratianum, *tom.* 2. *c.* 290. *n.* 18. & *tribus seqq.* Pat. Soarez, *in tract.* qui nuncupatur *Defensio fidei, lib.* 4. *de immun. Eccles. c.* 26. *ex n.* 15. dum agant de causa necessitatis cognoscenda per Episcopum cum Clero simul, & quod Clerici debeant contribuere in subsidium, cum Laicorum facultates non sufficiunt.

In comprobationem quoque huiusce partis, quòd licentia, & authoritas Romani Pontificis necessaria sit, vt Clerici quocunque casu contribuere debeant, alia ponderari possent fundamenta, quæ scienter, & consulto prætermittuntur, quoniam ea ponderauit Martha, *quarta parte, casu primo, ex numero* 39. *cum sequentibus*: adduxerunt etiam & alij Authores

relati *suprà.* & vide Dianam *dicta resolut.* 39. *&* 40. *& resolutione* 82. *& resolut.* 132. *&* 133.

Et confirmatur ex *claus.* 18. *Bulla prædicta, in Cœna Domini*, vbi nulla facta distinctione, aut exceptione, & an vrgeos necessitas, causa publica interueniat, tributorum impositio quoad Ecclesiasticos prohibetur, & dicitur, quod imponi non possit sine expressa liceotia Romani Pootificis, vt constat ibi: *Huiusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt.*

34 In contrarium tamen, quòd in casu vrgentis necessitatis, & publicæ, communisque, & mixtæ vtilitatis, tam Clericorum, quàm Laicorum, licentia & authoritas Romani Pontificis oon requiratur; cùm necessitas faciat licitum, quod aliàs illicitum esset, & habeat secum dispensationem annexam cuiuscunque prohibitionis, aut requisiti in contrarium, imò & peroussiooem expressam habere videatur, ex naturalis, & diuini iuris ratione, quia oecessitas nulli legi subiicitur, sed potiùs eodem iure excepta videtur à quacunque prohibitione, & lege contraria, & vt effectus suos operetur, (quos maximos esse, *suprà* demonstraui) quòd operari debeat, qoando Laicorum facultates non sufficiuot, etiam inconsulto Romaoo Pootifice; deduci posse videtur ex textu *in dicto cap. non minus.* ex quo in casu vrgentis necessitatis exceptio deducitur, siquidem ex oecessitate agnoscit non esse seruandum rigorem, nec regulas iuris ordioarij attendi, & io succurreoda causa publica, & necessitate, quæ vrget, conseruationem communem consistere, prout considerauit Pat. Ludou. Molina, *tom. 3. disputatione* 672. *columna 3. in fine in versiculo, sit verò.* ibi, *quando quidem*, & prædictam inductionem ad textum *in dicto cap. non minus.* singulariter fecit Mattha, *quarta parte, casu primo, num.* 48. *&* 49. & præfatam resolutiooem, Ex causa publica, & necessitate vrgeote, statuta Principum Sæcularium ligare Clericos, & ipsos simul cum Laicis contribuere debere, vbicunque tractatur de communi vtilitate Clericorum, & Laicorum simul & mixtum; tenneiunt Ancharanus, *in dicto cap. non minus. & in cap. 1. de immunit. Eccles. lib. 6. in versic. sed vlteriùs circa hoc quæro.* Alexand. *in consil.* 209. *vol.* 2. Signorolus, *in cons.* 21. *num.* 19. Socinus senior, *in cons.* 141. *num.* 4. *vol.* 2. Andr. Gail. *lib.* 2. *obseruatione* 56. *num.* 5 And. Isernia, *in cap. 1. versic. illicitas, num.* 36. *de pace iuram. confirm* vbi sequitur Afflictis, *n.* 23. & pro hac ipsa opinione ponderantur Couartuoias, Calderinus, Federic. de Senis. Summa Aogelica. Speculator, Turrecremara, Cardinalis Zabarella, Lucas de Penna, Archidiaconus, Collectarius, Innocent. Ioannes Andreas, Bertachinus, Bartol. Alberic. Iacob. Burrigar. Cæpola. Ioannes de Platea, And. de Batulo, Nicol. de Neap. Alexand. Parisius, Cornens, Ripa, Bertrandus, Decianus, Menochius, Dueñas, Octauian. Vulpellius, Auendañus Mexia. Menchaca, Salzedo, Franchis, & Guido Pap. & ita eos congessit, & pooderauit Mattha, 4. *p. dicto casu primo, ex n.* 2. vsque ad num. 15. vbi etiam citat Baldum. *in consilio* 246. *Antiqua est querela. vol.* 3. *& in consil.* 312 *Si de iure. eod vol.* vbi late Baldus consuluit, quòd Clerici, Ecclesiasticæ personæ, earúmque bona teneantur contribuere in his, in quibus publicæ. & communi vtilitati, & saluti etiam Clericorum consulitur: Et in eum sensum, prædictos omoes Authores Mattha citat, vt voluerint, quòd hæc coortributio fieri debeat etiam inconsulto Romano Pontifice, quando vtilitas est communis. & mixta Clericis, & Laicis; sicuti constat ex ipso Mattha *ibi*, qoia *n.* 5. retulitt Purpuratum, *in cons.* 50. *& in consil.* 335. *num.* 1. qui loquens de multis oneribus impositis, concludit, quòd vbi causa communem, & publicam respicit vtilitatem, non est necessaria Summi Pontificis aothoritas, aut licentia: & dicit hanc esse veram, & æquam opinionem Iuristarum, Caoooistarum, & Theologorum: eandem etiam sententiam amplectuntur Octauian. Vulpellius, *de libertate Ecclesiastica.* 2. *p. num.* 51. Aluarez, *in Speculo Pontificio, cap.* 25. *vers. quo ad principalem.* Gerardus, *singulari vltimo.* Ioanoes Mauticius *in repetitione leg. vnica. C. de mulieribus, & in quo loco. ex column.* 65. F. Ludou. Lopez, *in instructorio conscientiæ. secunda parte, capite 40. columna* 304. *& sequentibus.* Syluester, *in summa, verbo, Immunitas, el primero, in fine. versiculo, si verò propter.* vbi inquit, quòd qoando Consules propter debita, aut aliud. gabellam imponunt super carne, aut vino, & eiusmodi, non extorquendi pecunias ab Ecclesiasticis, sed quia etiamsi non essent Ecclesiasticæ personæ, adhuc eam imponerent, est licitum, habita authoritate Domini temporalis & habita moderatione, ne ponatur magis super his, quæ sæpe emuntur à Clericis, aot ab extraneis, aot à paoperibus, quã ab aliis ciuibus: & quod sic Clerici conqueri non possunt, maximè cùm alibi possint emere, licet non ita commodè. &c. Et ita Syluestrum, & Vulpellium ponderauit Ioannes Gutierrez, *de Gabellis, dicta quæst.* 92. *num.* 6. & idem teoet Mefrantius, *in disputatione octaua. ex num.* 17. *&* in terminis sissæ, quæ imponitur in carnibos, vel vino, ob communem Reipublicæ necessitatem, qood Clerici coatriboere teneantur, & quod licitè imponitur, dummodo Princeps, vel Respublica, non imponat animo, & voluntate extorquendi ab Ecclesiasticis; sed ad soluendum æs alieoum, quod ob commuoem Clericorom, & Laicorum, vtilitatem contrahitur, siue pro necessitatibus communibus, & quod necessaria non sit Romaoi Pootificis licentia; specificè, & expresse resoluunt Richardus, *quodlibet.* 2. *q.* 30. Asteosis, *in Summa, lib. 6. tit.* 30. *art.* 4. Rosel. *in verbo, pedagium. num.* 17. Angelus *verbo, Immunitas.* 1. *q.* 6. *vers. quartò, posito quod.* & quamuis Marius Alterius, *de Censuris. lib. 5. cap. 6. disputatione* 19. *versiculo Quarta dubitatio.* de horum Authorum opinione dubitat, oon tameo expressè eam reprobat; duntaxat dicit, cootrariam videri probabilem.

Lucas etiam de Penna, *in l. cum ad felicissimam,*
C. de quib. muner. vel præstat. nemini liceat se excusa- 35
re. in versicul. Sed an hodie Ecclesia teneatur subire huiusmodi munera, numero 2. *& sequentibus,* eandem resolutionem constanter tuetur, & ioquit, quod matura circunspectione, digestis omnibus, quæ ad hanc quæstionem spectant, patet apertiùs, quod Clerici, & Ecclesiæ sunt ad subeunda onera huiusmodi, rationabiliter debitores; & quod satis iustum est, vt laici, ex rebus Ecclesiarum, & Clericorum, subsidium habeant, qoi de ipsorum custodia, & saluatione studium gerant, *cap. de lapsis,* 16. *quæst.* 6. & id esse de iure naturæ. *l. secundum naturam, & l. quo tutela, in principio, ff. de regul. iuris, l. quod. ff. de pericu. & commo. rei vend.* Item, quia ipso iure Canonico statuitur, Clericos, in his, quæ bonum commuoe respiciunt, huiusmodi onera subire debere, vt patet in custodia ciuitatis, quod est munos merè personale, *cap. 2. de immunit. Eccles.* cuius decisio procedit æqualiter in periculo de præsenti imminenti, sicut in eo, quod de futoro speratur, aut in futurum contiogere potest, siue respectu belli futori, sicut præsentis, prout *suprà, num.* 31. ooraui: vt autem osteoderet, & rem fortiter adstringendo comprobaret, Clericos contribuere debere, absque eo, quod Romanus Pontifex consulatur,

nec

nec[illegible] necessariam Pontificis ipsius licentiam, vbi [illegible] iuris naturalis, & diuini dispositio authoritas, & permissio (prout ipse enuntiat) memorabiliter, atque ita nota[n]ter loquitur, vt verba eius referre non dubitauerim & antea respondet ad text. *in authent. item nulla communitas. C. de Episcop. & Cleric. & in cap. non minus, de immun. Ecclesiar.* prout *ibi num. 2. vsque ad num. 6.* ad text. etiam, *in cap. aduersus, eiusdem tituli*, respondet *ex num 6.* & in hunc modum scribit: *Non etiam obstat cap. aduersus de immun. Ecclesi. vbi dicitur, quod etiam Clerici, aliquid soluere nequeant; nisi prius Romanus Pontifex consulatur. Nam tunc est Romanus Pontifex consulendus, quando in casibus prædictis, videlicet, cum Rectores, & Consules, vel alii, potestatem habentes in ciuitatibus, vellent aliquid Ecclesiis, & Clericis imponere; tunc ad eorum impositionem, ne fingatur esse commodum, quod forte non est, & sub hoc velamento, noua illis onera importabiliter imponantur, hoc est statutum, quod super primò Romanus Pontifex consulatur: vbi autem Clericis, & Ecclesiis, in casu nono, in huiusmodi casu, nihil indicitur, sed petitur vt iuxta legum statuta cum aliis contribuant, in his, quæ bonum commune directò respiciunt, & ipsi, non minus quam laici, commodum exinde consequuntur; non est opus, quod proinde Romanus Pontifex adeatur, argum. suprà, de Thesaur. l. 1. post princip. ff. de condic. institut. quæ sub conditione, §. vltimo, 24 quæst. 1. cap. 1. satisque absonum videretur, vt pro modica pœna, quæ forte alicui villæ imminet, in his casibus excluenda, opus sit, vt Romanus Pontifex in longinquo consistens necessariò proinde consulatur. Iam pluris tunc esset oneris, expensarumque subitio, quam commodi, ex contributione Clericorum, illatio; quod lex abhorret, suprà de an. & tri. mediterraneæ. ff. de iudiciis, sed & si susceperit. §. 2. & l. si longius. §. 1. hoc enim potius esset, pauperes vniuersitates, portione contingente clericos, & Ecclesias, pro maiori parte fraudare, quam grati consilii, super hoc munus impendere. Ad hoc in authent. de iudic. §. ne autem. Item, quia vbi per scriptas leges facta prouisio inuenitur, non est verisimile quod Romanus Pontifex se consulo specialiter reseruauerit. argum. ff. de aliment. legat. l. alimenta. §. Basilica. & l. Stichus. de verbor. obligat. l. doli clausula. ff. de pœn. sanctio. & lib. 6 de prabendis, cap. dudum. & cap. quamuis tibi. Sicut etiam, vbi est permissio Principis, non est oportuna de cætero authoritas iudicantis, quæ aliàs est necessaria, suprà de administr. tutor. l. quæ, §. fin. quando decreto opus non est, l. fin. ff. de minor. & si fine § quæsitum. ita, & vbi est dispositio iuris scripti, non est opus quod Romanus Pontifex adeatur. Item, sicut licet prædium minoris alienari sine decreto Prætoris, cum pater eius hoc disponit in testamento, vel codicillis, eod. titul. quando decre. l. penult; ita, & in casu nostro postquam inuenitur dispositio sacratissimæ legis, non est opus, vt propterea Romanus Pontifex consulatur. Quid plura, scriptæ leges per se iuuare debent; non extrinseca dispositione Pontificum egere. in authent. de hered. & falci. post principium. Nam, & verosimile est, Papam velle quod leges volunt, in authent. de iudiciis §. omnes autem. Quod enim in legum positum est potestate, atque per eas iam summa deliberatione decretum, satis incongruum est, vt extrinseca dispositione indigeat in authent. in med. lit. non sic. sacras for. §. primo, collatione 8. cum sic leges interficiunt reos, 3. quæstion. 4. consanguineorum, & leges delinquentes abripiunt, & ad pœnas tradunt, in authent. de Quæstoribus. §. si vero aliqui; sic & præceptum Principis deportauit, ff. de re milit. l. qui cum. vno. §. cum qui. verisimile est igitur, quod ipse nolit vlterius, suas aures molestari super eo, quod est per leges, tam salubriter diffinitum, dict. l. 1. suprà, de thesaur. nam & sic 6. Petrus Princeps Apostolorum, causas Ecclesiarum, secundum leges sæculi iudicabat, 6. quæst. 1. Beatus, in fine, quæ tamen non à Catholicis latæ erant, & si Principes iubent, vt sui Iudices exequantur, quod ipse est solitus indulgere, suprà de Episcop. aud. l. 2. fortius est verisimile, Papam velle, vt præter ipsius consilium, Clerici, & Ecclesiæ contribuant cum laicis, in his oneribus, quæ prudentissimè sunt legibus diffinita, vt nolit eos sentire beneficium cum alterius iniuria, siue damno, contra ius naturæ; quod ipse tollere nequit ff. de condic. indeb. nam hoc natura. Non est ergo super his vlterius hæsitandum, vt differatur bonum, cuius necessitas imminet, proconsultando Summo Pontifice, cum certum sit, ipsum contra ea, quæ secundum ius naturæ sunt legibus diffinita, nolle aliquid demandare: sicut non est expectandum id, cuius euentus nihil operatur. ff. ad Velleia. aliquando. §. vltimo. Igitur in his, manifesta ratione concluditur, quòd Clerici, & Ecclesiæ, licet per seculares Iudices nequeant ad hæc onera subeunda compelli peccant tamen si illa subire detrectant. Nam sic peccant, qui censum Regi soluere nequeunt, 11. quæst. 3. si tributum. Sicut etiam peccare dicitur laicus, denegans fideiubere pro proximo, quamuis cogi ad hoc nequeat, aliquo iure, canonico, vel ciuili; notat Archidiacon. 11. quæstion. 1. sicut denegantes. Ergo in his contribuere Clerici rationabiliter damnarentur. Nam paria sunt quo ad hæc, auferre alienum, & non soluere quod tenentur, 47 distinct. sicut. 42. distinct. indigne. qui ergo non facit ex se ipso, quod ex iustitia, & æquitate facere debet, intelligitur facere quod non debet: ff. de liber. agnos. necare. de regu. iur. qui non facit. & d. cap. sicut. cum multis: absit igitur, vt Clerici, qui in sortem Domini sunt vocati, 12 quæst. 1. duo. debeant ex commoditatibus publicis subsidium detrahere, vnde vtilitatem constat illos apertè sentire: ex quo etiam, sumptibus laicorum, tenentur, & defensantur, & eorum bona sub securitate consistant, ipsi eorum portiones in his etiam soluant, 23. quæst. 7. tributum. in fine.*

Hactenus Luc. de Penna locus in proposito, cuius specificam mentionem fecit Auiles, *in capitulis Prætorum, cap. 23. glos.* orden. *num. 5. & sequent.* & dixit, quod hæc opinio sibi placet, & credit esse verissimam, & quod est gauisus inuenire istam quæstionem, per tam excellentissimum doctorem examinatam, quia pluries accidit, & Clerici illicò allegant non teneri ad contributionem, Papa inconsulto, quia non est necesse, quod Papa consulatur; quod etiam tenuit Rebuffus, *in constit. Reg. Galliæ, titulo, de sententiis prouisionalibus, art. 3. glos. 6. pag.* 268. Ludou. Mexia, *prima conclusione pragmaticæ taxæ panis, num. 60. & 61. & conclus. 5. num. 63. & sequent.* vbi cum aliis multis Authoribus asserit, Clericos, & Ecclesiasticas personas teneri omni iure, etiam diuino, contribuere in publicas, & communes necessitates, & verissimam esse Luc. de Penn. resolutionem prædictam, quod necessaria non sit Romani Pontificis licentia, vbi necessitas vrget; quod etiam fundat, & firmiter sequutus est Nicol. Balui, *in cons.* quod habetur post *decis. 68. Octauiani Cacher. num. 29. & sequent.* sequitur etiam, & validissimè comprobat Octauianus ipse Cacheranus, *decis. 68. ex num. 4. vsque ad numer. 13. &* 36
num. 20. & 21. vbi concludit cum aliis Authoribus, quos citat, quod quando imminet necessitas, & periculum est in mora, facultatesque laicorum, notoriè non suppetunt, non est consulendus Romanus Pontifex, & sic locum non habet decisio *dicti cap. non minus. & dicti cap. aduersus.* Quia dicta onera, æquè respiciunt principaliter, & directò communem vtilitatem Clericorum, & laicorum, quo casu illæ Decretales non habent locum, & repetit *num. 23. & 24. & 30 & 31.* vbi sic scribit: *Non obstat cap. decernimus, & cap. qualiter. iudicat. Quia*

procedunt, vbi Princeps vellet ordinariè, & iudicialiter procedere; nos autem sumus in casu, in quo imminet necessitas, periculumque est in mora, nec sine incommodo, Summus Pontifex adiri posset, & spes non est, à iudice Ecclesiastico per viam iuris Ecclesiasticas personas, ad subeunda onera compelli, quo casu Princeps, per modum extraordinariæ prouisionis prouidere potest, Afflict. decisione 24. & non solum Princeps, sed vniuersitas, vel alius, cui tenentur Clerici conferre, posset sibi ipsi satisfacere, capiendo de bonis, & fructibus Clericorum, argumento eorum, quæ notat. Felin. Ripa, Neuizan. & Sylua nuptial. conclusum igitur fuit, in oneribus prædictis, Ecclesiasticos teneri contribuere pro modo facultatum; non esseque necessarium, cum necessitas instans est, consulere Romanum Pontificem, sed sufficere si Episcopus, vel alius iudex Ecclesiasticus requiratur, & si Ecclesiasticus Clericos compellere recuset, posse authoritate, præsertim Principis, capi fructus prædiorum Ecclesiasticorum, pro concurrenti quantitate onerum, prauio semper in omnibus temperamento, & moderamine.

Hactenus Octauianus Chacheranus, cuius rationes & fundamenta, magnam vim fecerunt Aacuedo *in l. 11. tit 3. lib. 1. noua collect. Regia, num. 7. in fin.* quamuis *eo numero*, & *num. 6.* retulerat opinionem eorum, qui affirmant Romani Pontificis licentiam necessariam esse, vt Ecclesiastici contribuere debeant. Vnde, quando necessitas imminet, & periculum est in mora, & Romanus Pontifex, licentiam præstare differt, & Prælati, atque status Ecclesiasticus, contributioni se opponunt, eàque contradicunt, apertè is Author voluit contributiones exigi, atque recuperari posse ab Ecclesiasticis, cum vtilitas est mixta, & communis, absque dicta Sedis Apostolicæ licentia, dummodo Ecclesiastici ipsi, à Ministris sæcularibus non compellantur, nec vllo modo molestentur.

67 Et quamuis Florez Diaz de Mena, *variar. lib. 2. dicta quæst. 21. §. 4. num 117. & 219.* à me allegatus fuit *suprà*, pro contraria parte, & *ibi* requirit præcisè licentiam Romani Pontificis, vt Ecclesiastici, in sisis, & aliis impositionibus contribuant. Verè tamen negari potest, quin sit varius, & contrarius, nec cum certa, & fixa resolutione in hac materia remaneat. Nam *num. 213. in fin. & 214.* iuncto *n. 225.* idipsum in effectu voluit, quod huius secundæ opinionis Authores contendunt, & quod Loc. de Penn. Octaui. Chachetan. & Nicol. Balui, acriter tuentur. Primò namque, quando publica, & communis vtilitas, & vrgens necessitas interuenit, non requirit præcisè Romani Pontificis licentiam, sed sola Episcopi, aut Prælati licentia contentus remanent prout *ibi* patet expressè, *num. 213. & 214.* deinde, *num 223.* expressè concrdit, quod si Episcopus noluerit licentiam concedere, sine ipsa possunt dictæ contributiones exigi; & addit *eodem n. 223.* in fine, in hunc modum: *In praxi tamen, quando collecta imponitur pro pontibus, & fontibus, hoc non practicatur, sed absque licentia imponitur.* Et num. 225. sic scribit: *In praxi tamen, si Episcopus nolit Clericos compellere, Iudex sæcularis eos compellet, arrestando bona, vt per Olanum, à Gutierres allegatum. Et sic semper vidi practicari, imò, & exactores possunt pignora, ex eorum domibus sumere.*

Et in terminis prædictis, idem videtur agnoscere Ceuallos, *tom. 1. dicta quæst. 578. in fine*, in illis verbis: *Sed si fuerit imminens periculum in mora, si recurratur ad Romanum Pontificem, tunc recedendum est à regularis iuris, l. de pupillo, §. si quis riuos, ff. de oper. nou. nuntiat. & tenet Gregorius, in dict. l. 54. & Gutieres, practicar. quæstion. lib. 1. quæst. 3. num. 4. & 5. & Olanus, in antinomia iuris, littera C. numero 38. & Azeued. in l. 11. titulo 3. lib. 1. recopilat. n. 6. & 7.*

Menochius quoque, *in cons. 800. per totum, lib. 8.* adeo certum eaestimauit, quod Cleri vnà cum laicis debeant contribuere, quando propter necessitates vrgentes, communémque, & mixtam omnium vtilitatem contributio fit, quod omnino omiserit, & non atigerit dubium prædictum, an Romani Pontificis licentia necessaria sit; quia semper existimauit, contributiones huiusmodi, in casu vrgentia necessitatis, absque vlla licentia fieri, cum ius ipsum naturale, & diuinum, in casu necessitatis dispenset, siue id fieri patiatur. Et specificè attingens dubium metipsum, *in consilio 1000. num. 36. 37. & 38. lib. 10.* Ita securè affirmauit, & in hunc modum scripsit: *Nec opus hic fuit adhibere, vel Summi Pontificis, vel Clerici Mediolanensis consensum.* Et inferius, ibi: *Cæterum, vbi Clericis, & Ecclesiis indicitur onus, vt contribuant in his, quæ bonum commune directò respiciunt, & ipsi non minus, quam laici; exinde commodum consequuntur, non est opus, quod Summus Pontifex adeatur.* Notanter quoque Pater Suarez, *in tractatu*, qui nuncupatur, *Defensio fidei, lib. 4. de immunit. Ecclesiar. cap. 26. num. 18.* in illis verbis: *Solum ergo limitari potest illa conclusio in casu vrgentis necessitatis, quando est periculum in mora, quia necessitas caret lege, &c.* Et *ibi* citat alios Authores ita tenentes, & limitat, *cap. non minus, & cap. aduersus, de immuni. Eccles.* cùm necessitas instat, non debeat expectari licentia Papæ, nec etiam consensus Episcopi, & Cleri.

Cum eadem etiam sententia, & opinione remanet 38
Bobadilla, *in politica, lib. 2. dicto cap. 18. num. 316.* postquàm enim, in hac materia plura considerauerat eruditè, *ex num. 315. vsque ad num. 326.* sic scriptum reliquit, *dicto num. 316.* *La contraria opinion, que instando la necessidad, assi en las ocasiones de guerra, como en otras forçosas, y necessarias al bien comun, y concernientes tanto a los Clerigos, como a los legos, y rehusando, o dilatando el Obispo compeller a los Eclesiasticos al dicho subsidio, y contribucion, podra el Rey, y sus juezes seglares cobrarlo de los bienes temporales de los Clerigos; se funda, porque socorrer las estremas, y vrgentissimas necessidades, es de derecho natural, de que ninguna persona se puede exceptar, pues en el no cabe dispensacion.*

Et inferiùs, Author metipse, *num. 321.* sic scribit: *Tambien para la dicha conclusion haze vna doctrina de Baldo, que dize, que los Principes, y juezes seglares pueden, no directamente, sino indirecta, y causatiuamente compeller a los Eclesiasticos, a que hagan alguna cosa, tomandoles sus reditos, y bienes, no para si, sino para traerlos a la obediencia, en algun caso justo. Y dize Curcio el moço siguiendo a Socino, que quando el Superior no puede proueer al remedio de la guerra, que se ofrece, y ocurre, sino es grauando a los exemptos, que no se les ha de guardar entonces la immunidad, lo susodicho amplian, y estienden Matco de Afflictis, y otros Doctores en tanto grado, que no solamente el Rey y sus juezes podran cobrar los dichos subsidios de los Clerigos, en los dichos casos vrgentes y de opression, pero los mismos pueblos, y personas interessadas, con quien los Clerigos han de contribuyr, podran satisfacerse, y tomarlo de los bienes, y frutos de los Clerigos, segun sus haziendas, sin estrecharlos, ni necessitar los mucho.* Et addit ipse Bobadilla, *num. 322.* *Lo qual procede en las necessidades muy vrgentes de la Republica, que tocassen en comun a todos, Eclesiasticos, y seglares, mayormente en las ocasiones forçosas, y justos, y apretados rezelos de la guerra, entradas, ò inuasiones de enemigos, quando sin el subsidio de los Eclesiasticos, no se pudiessen contrastar, ni subuenir, ni la instancia del peligro, y distancia*

del

del lugar, le diessen a esperar otra orden, y decreto.

39 Doctor etiam Martha, *de iurisdictione*, 4. *parte, centuria prima, casu primo, per totum*, cum specificè, & in terminis excitasset quæstionem, an Ecclesiastici ligentur lege Principis sæcularis, condita ad bonum publicum, cuius Ecclesiastici participes fiant, & consequentur, an teneantur contribuere, quando mixta est vtilitas, & communis laicis, & Clericis, idque etiam inconsulto Romano Pontifice. Et retulisset duas opiniones contrarias, & earum Authores, & fundamenta (vt *suprà* ponderaui) tandem, *num.* 48. 49. *&* 50. iudicium suum interponit, & quamuis dissentiat ab interpretatione, quæ assignari solet ad text. *in cap. non minus, de immuni. Eccles.* Idque propter rationem, quam *ibi* adducit, tandem sic concludit, vt in hac vltima opinione residat, scribit enim in hunc modum: *Ego autem, qui electione verioris opinionis, semper originem duco ab aliquo textu, arbitror, certissimè posse concludi, Ecclesias, & Clericos, ratione prædictæ publicæ vtilitatis, & necessitatis teneri in subsidium, quatenus facultates communitatis, & laicorum, ad hæc non sufficerent & moueor per text.* in dicto capit. non minus, & in dicto capit. aduersus. *hic enim text. clarè docet, Ecclesiastices in subsidium conferre teneri, non ex vi præfatæ legis, vel statuti, sed ea ratione, quam dixi suprà; atque necessitatem, & vtilitatem per Episcopū cognoscendam esse.* Rationem autem tradiderat antea, *num.* 31. *&* 32. in hæc verba: *Quia Principes laici habent potestatem à Deo condendi legem, quæ bonum publicum, & communem vtilitatem respiciat. Et ideo Clerici ligantur lege Principis sæcularis, ad communem vtilitatem lata, & peccant mortaliter, si illam non obseruant, vt probant Victoria, Molina, Sotus, & Nauarrus, &c.*

Et quia Martha ipse dixerat (vt nunc retuli) cognitionem necessitatis, & causæ publicæ, quod facultates laicorum non sufficiunt, ad supportanda onera, quæ pro necessitatibus imponuntur, ad Episcopum pertinere, vt *in dict. cap. non minus.* Inferiùs *num.* 53. id explicat, & obseruat vnum admodum singulare, & notandum, vt probet, etiam absque Romini Pontificis licentia, & sine vlla Episcopi cognitione, super vtilitate communi, & necessitate quæ vrget, aliquando Clericos contribuere teneri: inquit ergo, quod si magna necessitas vrgeat, & notoriè constet, quod Patrimonium Regis, & redditus Regales, atque etiam facultates laicorum non sufficiunt, quod tunc, Clerici, & Ecclesiæ, ratione publicæ vtilitatis, & necessitatis, tenentur contribuere. Et si necessitas vrgeat, & notoria sit, & laici soli ei succurrere non valeant, nec Episcopi interuentum, nec eiusdem cognitionem vllam requiri, nec aliquam excussionem præcedere debere, vbi notoriè constat, laicos ipsos non esse soluendo, nec eorum facultates sufficere, nisi simul Ecclesiasti contribuant: & ad hoc citat doctrinam Bartoli communem, *in l. Decem ff. de verbor. obligat. Afflict. decis.* 318. vt excussio fieri non debeat, nec sit necessaria, quando notoriè constat, quem non esse soluendo, aut non sufficere eius facultates, æri alieno soluendo. Et sequuntur, & exornant D. Lodou. Molina, *de Hispan. primog. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 3. Thesaur. *Forensium, lib.* 3. *quæst.* 54. D. Perez de Lara, *de anniuersar. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. *& sequent.* & cum aliis multis Valençuela Velasques, *in consil.* 19. *num.* 53. Idque multo magis, si difficultas sit in conueniendis, & iungendis his, qui aliàs conueniri deberent, vel si conueniendi sint rixosi, prout ex aliis Authoribus tradit ipse Perez de Lara, *n.* 8. *&* 9. & idipsum, quod Martha, quando notoriè constat, laicorum facultates non sufficere, in terminis voluit; & Martham refert Leonard. Duardus, *in commentariis in Bullam Cœnæ Domini, in canone* 15. *quæst.* 59. *n.* 119. *&* 120.

In superiori quoque resolutione, adeò firmiter insistit Martha, vt iterum eam repetat, atque sustineat, *quarta*, inquam, *parte, casu* 9. *n.* 24. Nam cum retulisset opinionem quorundam Authorum, qui scripserunt, quod si necessitas est magna, aut repentina, & Episcopus propter suum interesse, quia est in eadem causa contribuendi; est suspectus, quod Iudex laicus, est Iudex competens. Et idem esse, si Episcopus non haberet interesse, & requisitus, cogere viros Ecclesiasticos recusaret, aut plus debito differret, quia tunc Iudices sæculares possent causatiuè Clericos compellere, scilicet subtrahendo eius redditus, prouentus, & fructus. Cum, inquam, horum opinionem retulisset, eámque improbasset, eam admittit quando necessitas est euidens, & notoriè constat, quod bona laicorum non sufficiunt, vt necessitati publicæ succurratur: & *dict. casu* 9. *num.* 24. sic scribit: *Tanto magis, quia si necessitas est euidens, id est, notoriè bona laicorum non sunt soluendo, nullum occurrit iudicium, vt dixi in dicto primo casu, in fine, & iure determinatum est, quantum debeat hoc subsidium conferri.* 40

Idem quoque probauit August. Barbosa, *in collect. ad Decretales, in cap. peruenit, de immun. Eccles.* eius enim textus occasione, qui probat, quod tempore necessitatis, nullus de Ecclesia excusatur à murorum vigiliis, & custodia ciuitatis: infert *ibi*, ad communem Scribentium resolutionem, Clericos ratione imminentis belli teneri contribuere, quando imminet necessitas, & bursa Principis sit exhausta, & laicorum facultates non suppetant, & agatur de defensione necessaria patriæ. Et eodem modo teneri contribuere, pro iuuando Rege contra hæreticos. Et pro liberanda ciuitate à peste: & propter famem. Et pro quolibet communi damno, seu periculo euitando. Idque multorum Authorum allegatione comprobat, & addit, quod ex causa publicæ vtilitatis, necessitatísve ineuitabilis, possunt Clerici compelli ad contribuendum cum laicis, ad onera pro tali necessitate, & vtilitate imposita. Et reddit rationem, quia priuilegia concessa per verba vniuersalia, & prægnantia, cessant in casu necessitatis. Et concludit, quod quando, propter moræ periculum, & damnum ineuitabile, consensus Papæ haberi minimè potest, tunc tacitè in hoc casu, ab eodem Romano Pontifice præstitus censetur. Et quãuis inferiùs, *in vers. Dummodo, & in cap. non minus, num.* 6. explicet prædicta, & intelligat, quod ab Episcopo vocandus est totus Clerus vt consentiat; & quod populus officium Episcopi implorare potest, vt compellat Clerum ad consentiendum, & contribuendum; attamen supponit semper pro certo, in casu vrgentis necessitatis, Clericos ipsos contribuere debere, etiamsi Episcopus nolit officium suum impartiri, nec Clericos ad contribuendum compellere; sicuti apertissimè constat ex his, quæ antea dixerat, & notatis *suprà*. 41

Et eisdem etiam conuenit Ceuallos, alio in loco hactenus non ponderatu, 4. inquam *parte commun. contra comm. q.* 399. *ex n.* 143. *vsque ad n.* 170. is namque Author, ipsummet dubium suscitauit, à Martha excitatum, 4. *part. dict. cas.* 1. vtrum scilicet Ecclesiasticæ personæ ligentur legibus, & statutis Principum sæcularium? Et *num.* 144. refert opinionem negatiuam, *num* autem 146. *vsque ad num.* 152. refert opinionem secundam; quod si edictum Principis, aut eius lex disponit in aliquo casu particulari, qui respiciat bonum publicum, & communem vtilitatem totius communitatis, laicorum, & Clericorum simul; quod omnes ligat æqualiter, 42

tam

tam Clericos, quàm laicos, idque innumeris Authoribus relatis comprobat; & *num.* 152. refert sententiam eorum, qui affirmant, Clericos obligari legibus, & edictis Principum sæcularium, non vi coactiua, sed directiua, ex vi, & efficacia rationis naturalis, quæ dictat, vt legibus Principis iustis & rationabilibus pareamus; & quod ita resolunt Bellarminus, Nauarrus, Sotus, Luc. de Pen. Sousa, & alij Et *num.* 156. Ceuallos metipse, sic scribit: *Et sic in hac controuersia existimo, cum communi; & magis recepta Doctorum sententia, Clericos, Ciues, & membra Reipublicæ, teneri obseruare leges, de quibus agimus, etiam obligatione coactiua, dummodo coactio fiat à iudice Ecclesiastico, & non à Iudice politico, vt tenet Bellarminus, vbi suprà, &c.* Et meljus ipse Ceuallos, *ibidem, num.* 161. in hæc verba: *Nec minus obstat huic resolutioni, quod exemptio Clericorum sit de iure diuino, secundum aliam opinionem; quia fundamenta, quibus illud probatur, loquuntur & procedunt, & militant quoad effectum non constringendi illos authoritate iudiciali per Ministros sæculares; sed non in casu, quo Rex tanquam caput suæ Reipublicæ, cuius membra sunt etiam Clerici, præcipit aliquid, quod tendit in bonum commune ipsorum Clericorum; quia tunc ipsa naturalis ratio dictat, vt illi, qui sunt ciues, & mēbra Reipublicæ, à suo Rege dirigi, & imperari queant, quia aliàs dici non possent membra illius communitatis. Et ius diuinum nihil disponit inordinatè, nec contra rationem naturalem, quin potius ius naturale (quod etiam diuinum est) adimplet, & fouet, iuxta illud Christi Dñi, Non veni soluere legem, sed adimplere.*

Et qui secundam hanc opinionem tuentur, existimant, in contrarium non vrgere tex. *in dict. cap.*
43 *non minus, & in dict. cap. aduersus.* Quibus post alios Authores, specificè respondent Ceuallos, 4. *par commun. dict. quæst.* 899. *num.* 161. 163. & 164. ex cuius solutione apparet, quod eo loco, magis accessit opinioni eorum, qui contendunt, in casu vrgentis necessitatis, Romani Pontificis licentiam necessariam non esse; in hunc namq; modum scripsit: *Cui resolutioni non obstat decisio textus in cap. non minus, & in cap. aduersus, de immun. Ecclesiar. vbi cum laicorum facultates non suppetunt, iura illa, consensum Episcopi requirunt, & ipsorum Clericorū, vt competentia subsidia per Ecclesiam conferantur, in tantum, quod prius est consulendus Romanus Pontifex, cuius interest, communibus vtilitatibus prouidere; quia respondetur, quod procedunt & loquuntur in necessitatibus communibus principaliter laicorum, quibus in subsidium, quando ipsorum non suppetunt facultates ex bonis Ecclesiarum, eo modo, & forma succurri voluerunt; vt clarè constat ex verbis illorum iurium; sed non procedunt, quando necessitates, æquè principaliter communes sunt Clericis, & laicis, quia tunc etiam Clerici tenentur: quia sicut cum aliis vitam communem suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, vt in cap. recolentes, de statu monachor.* Et citat alios Authores ita tenentes, & ponderat, *l.* 54. *tit.* 6. *part.* 1. Et eodem modo respondet ad *l. placet. C. de Sacrosanct. Eccles.* & eodem modo, antea responsum præbuerat Menoch. *in cons.* 800. *n.* 9. *lib.* 8.

Aliter etiam respondet Luc. de Pen. videndus omnino, *in d. l. cum ad fœlicissimam, C. de quib. mun. vel præst. nemi. lice. lib.* 10. *n.* 3. 4. & 5. dicens, quod ea iura loquuntur in communitatibus, & personis publicis, & priuatis, putà in Consulibus, & Rectoribus Ciuitatum, aut in Comitibus, & Baronis, qui onera imponebant Ecclesiis; non autem in Principibus supremis, qui suis edictis, & legibus publicam, & communem vtilitatem, atque in casu vrgentis necessitatis tributa, & contributiones imponunt, & iure imponere possunt. Et quod tunc est Romanus Pontifex consulendus, quando Rectores, & Consules, vel alij potestatem habentes in Ciuitatibus, vellent aliquid Ecclesiis, & Clericis imponere; vbi autem Clerici, & Ecclesiæ quòd contribuant, petitur, & nihil eis indicitur, sed contenditur, vt iuxta legum statuta, cum aliis contribuant in his, quæ bonum commune, directo respiciunt, & ipsi non minus, quàm laici, commodum exinde consequuntur, non est opus quòd Romanus Pontifex consulatur, prout latius *ibi* comprobat.

Nec etiam obstant verba Bullæ *in Cœna Domini*, 44
quæ *clausul.* 18. continentur, & à Ioanne Gutierres, *practic. lib.* 7. *de gabellis, cap.* 92. *num.* 12. & à Pat. Ludou. Molina, *tom.* 3. *disput.* 670. *n.* 3. & à Pat. Ant. de Sousa, *in relectione eiusdem Bullæ, disput.* 90. *cap.* 19. referuntur, & ita se habent: *Qui ve collectas, decimas, talias, præstantias, & alia onera Clericis, Prelatis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorúmque fructibus, & prouentibus huiusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Nec non, qui per se, vel alios directè, vel indirectè, prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscumque sint præeminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus quicunque.*

Non inquam, obstant verba prædicta *canonis* 18. *in Bulla cœna Dñi.* Quia respondetur, præcisè intelligenda esse vt non loquantur, nec habeant locum in terminis prædictis, communis, & mixtæ, publicæque omnium vtilitatis, tam Clericorum, quam laicorum. Item vt casus vrgentis necessitatis, censeatur semper exceptus, & reseruatus, & *in dicto canone*, nullomodo comprehensus; vtpotè, cum necessitati insit dispensatio, iure ipso diuino, & naturali, cui Bulla ipsa, non videtur vllo modo derogare voluisse, imò, nec in mente, aut in cogitatione siue consideratione, casum magnæ, & vrgentis necessitatis habuisse, siue de eo cogitasse aliqua via. Id quod verum videtur, & Authorum sequentium, in eisdem, in quibus versamur terminis, authoritate comprobari potest.

Ac primò quidem ex his, quæ Nicolaus Balui, *in dicto consilio*, quod habetur post *decisionem Cacherani* 68. adnotauit *num.* 8. dicens, quod immunitas generaliter concessa Clericis, & Ecclesiasticis personis, non censentur comprehensa, quoad onera insolita, & quando munera bellica, quæ occurrunt, sunt admodum grauia, & assidua, & laicorum facultates non suppetunt, quia tunc, etiam iure Canonico attento, Ecclesiastici contribuere debent cum laicis. Quod etiam tradidit Ludou. Messia, *in pragmatica taxa panis*, 1. *conclus. num.* 59. & 60. vbi inquit, quod silere priuilegia debent, non autem loqui tempore famis, aut guerræ, & Ecclesiastici contribuere, & onera pati, sicut laici, cum vtilitas publica, & necessitas communis imminet. Idque procedere quamuis in priuilegiis dicatur, *non obstante tempore guerræ, vel alterius necessitatis*. Et repetit, latiúsque comprobat *conclus.* 5. *num* 65. Pat. Ludoui. Molina, *tom.* 3. *disput* 672. *col.* 3. *in fin. in vers. Sit vero*, Martha, *de iurisdict.* 4. *part, casu primo, num.* 48. & 49.

Secundo probatur ex his, quæ in ipsis etiam terminis annotauit Bobad. *lib.* 2. *dict, cap.* 18. *num.* 298. & 319. vbi notanter dicit: *Que la essencion, y*

franq;

franqueza concedida a las personas Ecclesiasticas, no se estiende al tiempo de la necessidad, porque esta queda siempre exceptada. Et antea dixerat *numero* 318. *Que por la necessidad muchas vezes se dispensan, y alteran los preceptos, no solo del derecho humano, sino del natural, y diuino.* Et plura in confirmationem expendi possent, quæ adducit Martha, *eadem 4. part. casu* 10. Leonard. Oswald. *in commentariis in Bullam Cœnæ Domini, in Canon.* 15. *quæstione* 19. *numero* 118. vbi scribit, quod qui habet immunitatem ab oneribus & collectis, non intelligitur exemptus ab his, quæ imponuntur propter bellum. Et comprobat cum aliis multis Barbosa, *in collect. ad Decretales, in cap. peruenit. numero* 3. *de immunit. Eccles.*

Tertiò, deinde comprobatur ex his, quæ scripserunt Minsingerus, *centuria 4. obseruatione* 70. Gaill. *libro secundo, obseruatione* 52. *numero* 26. Natta, *in consilio* 65. Olascus, *decisione* 39. Franciscus Marcus, *decisione* 458. *ex numero* 19. Viuius, *commun. opinion. verbo, Immunitas.* Emanuel Soarez, *receptar. sentent. eodem verbo, Immunitas, numero* 6. Surdus, *decisione* 275 & 285. Ioseph. Ludouic. *decisione Perusina* 3. Thesaurus *forensium libro primo, quæstione* 13. Anneus Robertus, *rerum iudicatar. libro secundo, capite* 11. vbi latè ostendunt, sub immunitate à collectis concessa, non comprehendi onera, & collectas, propter vrgentem necessitatem, siue bellum superueniens, impositas. Et priuilegium generaliter inductum non includere, imò semper videri excipere casum publicæ, & vrgentis necessitatis. Quod etiam notauit Fontanella, *tomo primo, clausula 3. glossa secunda, numero* 13. & *sequentibus*, inquit etiam Socinus, *in leg. si ex toto, ff de legat.* 1. quod quando Superior non potest prouidere necessitati belli, quæ superuenit post immunitatem aliquibus concessam, nisi & ipsi exempti grauentur, immunitas eis non est seruanda. Sequuntur Curtius iunior, *in consilio* 61. *numero* 14. Rolandus, *in consilio* 1. *numero* 75. *volumine* 2.

Denique, & vltimo loco comprobatur ex his, quæ congessi *suprà, numero* 23. & 24 vbi latè comprobaui, ex causa publicæ, & communis vtilitatis, & vrgentis necessitatis, recedendum esse ab ordinariis regulis iuris, & cessare legis præcepta, & fieri licitum quod aliàs esset illicitum, & casum necessitatis videri semper exceptum, nec subiici legi alicui, prout hæc, & alia latius *ibi* traduntur.

Et hactenus de prædictis duabus opinionibus in dicto articulo, vtrum Romani Pontificis licentia, & authoritas necessaria sit, vt Clerici, & Ecclesiasticæ personæ contribuant in casibus, in quibus contribuere debent.

Y en quanto Paulo de Castro dize en el segundo, y tercero dubio, es de notar mucho para los millones, y sissa de el Reyno, vt eis scilicet Clerici. Ecclesiasticéque personæ, sicut Laici contribuere debeant, *ò a estar, y passar por la sissa, y que aunque tienne, y se le pone este nombre, es mas parte de precio, que sissa, siue de sisa*; idem iudicari debet, quod de pretio, vel parte pretij, & attendi quod principaliter agitur, non quod in consequentiam venit, *l. si quis nec causam. ff. si cert. petatur*: agitur autem principaliter, vt succurratur necessitati occorrenti, & vt iustum rebus vendendis statuatur pretium, *que toca a la republica Seglar priuatiuamente*, in consequentiam autem euenit, *que se compre, y que se venda con sissa*: ex quo non dicitur grauari status Ecclesiasticus, quia non dirigitur ordinatio directò in Clericos, nec in eorum bona, sicuti Paulus Castrensis annotauit *in loco prædicto*, cuius resolutioni specificè quoque conueniunt, sed eum non referunt Ricardus, *quodlibeto secundo. quæst.* 30. Astcosis, *in summa libro sexto, titulo* 30. *articulo* 4. Rosel. *verb. pedagium; num.* 17. Angelus, *verb. Immunitas, quæst.* 6. *versic. Quartò. posito quod.* & horum opinionem retulit, dixit tamen eam non carere difficultate; Marius Alterius, *de censuris; lib.* 5 *cap.* 6 *disputat.* 19. *fol.* 740. *&* 741. vbi excitat quæstionem in terminis, quando Consules, & Rectores imponunt gabellam super carnibus, vel vino, aut re alia huiusmodi generis, ad eximendam ciuitatem, ære alieno, quo reperitur grauata, vnde Ecclesia, & Clerici damnum patiuntur, cum cariùs emere cogantur cibaria; ad humanam vitam necessaria; & refert partem affirmatiuam, quod quando gabella imponitur propter occurrentem necessitatem, & communem vtilitatem, tam Clericorum, quàm Laicorum, id fieri possit sine periculo excommunicationis. & huius opinionis motiua, & fundamenta recenset. Statim etiam inquit, quòd ea opinio difficultate non caret, & quod si necessitas imminet, Romani Pontificis consensu, vel si ad eum non patet aditus, Episcopi authoritate, huiusmodi gabellam Clerici soluant, non autem authoritate Laicorum: quod quando non imminet periculum in mora, verum diximus *suprà*, & Romani Pontificis licentiam expectari debere, magis probauimus: & dubium metipsum excitauit etiam P. Azor. *instit. moral. parte secunda, lib.* 8. *cap.* 10. *vers. in dubium vocatur.* in hæc verba: *In dubium vocatur, quid dicendum sit de gabella, qua vulgò dicitur* sisa. *quæ imponitur in carnibus, vel vino, ob communem Republicæ necessitatem.* Stephanus quoque Gratianus excitat *tom.* 2. *c.* 380. *n.* 16. *&* 17. & de his, & *consilio* Paul. Castrens. vide etiam Dianam, *resol. moral. tract.* 2. *de immunit. Eclef. resolut.* 45. *& resolut.* 47. *& resolut.* 48, *& resolut.* 82. *& resolut.* 132. *per totam & resolut.* 133. & anteà *resolut.* 39. *&* 40.

CAPVT X.

La Concession, y gracia de las Tercias, que a los Señores Reyes de Castilla, de Aragon de Nauarra, y de otras partes, en los tiempos passados hizeron los Romanos Pontifices; procedio con toda justificacion, y en consideracion de la causa publica, y de los grandes gastos que en las guerras hazian.

Y assi en aquellos tiempos, y en su principio vali, y tuuo toda firmeza de derecho, la dicha gracia, y concession de Tercios, y oy se conserua, y deue conseruasse, y ha de durar perpetuamente, y para siempre, porque corre, dura, y milita la mesma razon de la consideracion de la causa publica, y de las guerras que entonces mouio principalmente a los Romanos Pontifices.

Los quales pueden conceder, y dar los diezmos a los Principes, y Señores Seglares, y a otros particulares, ò temporal, ò perpetuamente, auiendo, y concurriendo justa, y legitima causa.

Y assi pudieron, y pueden dar las Tercias mas facilmente, pues las diezmos se conseruan en la Iglesia, y dellos se sacan las Tercias, que son los dos nouenos.

Et tunc sola commoditas, & perceptio fructuum censetur concessa, quia ius decimandi, tanquam spirituale non potest Laicis competere, nec concedi.

Romanus Pontifex non potest tollere omnino, & vniuersaliter præceptum de Decimis soluendis, siue ius Decimarum, aut omnes Decimas in vniuerso orbe alicui concedere; quibusdam tamen personis, & locis dare, & remittere potest, & eas in octauam, duodecimam, aut aliam partem reducere.

Decimæ, quo iure institutæ, debitæque sint. Et de variis, & contrariis opinionibus in proposito. Communique illa Interpretum distinctione (quæ per manus circumfertur quotidie) decimas, quoad quotam, siue quantitatem, iure humano, Pontificio, positiuo institutas, & indictas fuisse. Iure tamen naturali, & diuino, Clericis debitam esse à Laicis, eam partem fructuum, quæ ad eorum alimenta, & congruam sustentationem necessaria sit.

SVMMARIVM.

1 La Concession, y gracia de las Tercias, que a los Señores Reyes de Castilla, de Aragon, de Nauarra, y de otras partes, en los tiempos passados hizieron los Romanos Pontifices; procedio con toda justificacion, y en consideracion de la causa publica, y de los grandes gastos que en las guerras hazian.

2 *In de*

2 *Inde & consequenter, indubitatum esse, Tertias ipsas competere in perpetuum Regibus ipsis; iusto titulo, ex concessione inquam; & priuilegio Romanorum Pontificum.*

Et ita eos continuò, & in futurum percepturos eas, & semper percepisse.

Iustissimisque de causis, & titulis possidere illas.

3 *Indè etiam*, que en aquellos tiempos, y en su principio, valio, y tuuo toda firmeza de derecho, la dicha gracia, y concession de Tercias y oy se conserua, y deue conseruarse, y ha de durar perpetuamente, y para siempre, porque corre, dura, y milita la misma razon de la consideracion de la causa publica, y de las guerras que entonces mouio principalmeote a los Romanos Pontifices.

4 Los quales puedeo conceder, y dar los diezmos a los Principes, y Señores Seglares, y a otros particulares, ò temporal, ò perpetuamente, auiendo, y concurriendo justa, y legitima causa; *prout latius hic exornatur*.

Y assi pudieron, y pueden dar las Tercias mas facilmente, pues los diezmos se quedan en pie, y se conseruan y dellos se sacan las Tercias, que soo los dos nouenos.

5 *Et quamuis ius decimandi, tanquam spirituale, non possit Laicis competere, cuiusque iuris illi sint incapaces.*

6 *Attamen facultas percipiendi suo nomine fructus, qui sub nomine decima includuntur, & temporales; non spirituales res sunt; siue perceptio sola fructuum, & commoditas, rectè eis potest concedi à Romano Pontifice.*

7 *Romanus Pontifex non potest tollere omnino & vniuersaliter preceptum de Decimis soluendis, aut omnes decimas in vniuerso orbe alicui concedere.*

Quibusdam tamen personis, & locis remitti potest à Romano Pontifice:

Prout etiam in aliquibus partibus, aliquas Decimas donare.

Et eas, in octauam, duodecimam, aut aliam partem reducere.

8 *Decima, quo iure instituta, debitaque sint.*

Nonnulli, iure natura constitutas arbitrantur.

Alij iure diuino, veteri scilicet, non item Euangelico.

Plures, vtroque iure, naturali inquam, & diuino.

Permulti alij, neutro, nec naturali, nec diuino, sed positiuo, & Pontificio introductas fuisse decimas, opinantur.

9 *Verior videtur opinio, quòd decima sint de iure positiuo, non autem diuino.*

Cùm nulla ratio naturalis suadeat, ministrantibus spiritualia, magis dandam esse decimam, quam nonam, octauam, vel quartam aut aliam partem.

Cum etiam post Christi aduentum, neque in doctrina Christi, neque in doctrina Apostolorum quidquam contineatur, quo decimarum obligatio iure diuino inducatur.

Cùm etiam decima non sint, nec fuerint sub precepto morali, sed sub caremoniali, vel iudiciali.

Illa autem duo praecepta caremonialia, & iudicialia, lata lege Euangelica cessarunt, vimque praceptorum amiserunt, ex sententia quorundam.

Et de pradicto dubio, quod scilicè iure instituta, debitaque sint decima; permulti commemorantur; atque congeruntur in vnum Authores.

10 *Et concluditur, Decimas, quoad quotam, siue quantitatem, iure humano positiuo Pontificio institutas, & indictas fuisse.*

Iure tamen naturali, & diuino legis Euangelica, Clericis debitam esse à Laicis eam partem fructuum, qua ad eorum alimenta, congruámque sustentationem, dum spiritualia ministrant, necessaria sit, in laboris impensi iustam mercedem.

11 *Et quo sensu explicari debeant iura nonnulla, qua probare videntur, decimas, iure diuino, & naturali, ministris spiritualium debitas esse, prout hic notatur.*

PRO dilucida, & distincta *huiusce capitis explicatione*, & ad Tertiarum indiuidualem materiam, & tractatum, vt reuertamur; ante alia memioisse, & constituere oportebit, Authores omoes illos, quos suprà, *hoc eodem tractatu. capite secundo.* commemoraui, & in vnum congessi, vnanimiter obseruasse, *que la concession, y gracia de las Tercias que a los Senores Reyes de Castilla, de Aragon, de Nauarra, y de otras partes, en los tiempos passados hizieron los Romanos Pontifices, de qua latè supra, dicto capite 2. & seq.* & per Barbosam, *in l. Titio, ex numero 40. ff. soluto matrimonio.* Cabedum, *decis. 63. part. 2.* Ceuallos, *tomo 5. quastione 25. numero 1. & tribus sequentibus,* & antea *tomo quarto, quastione 812. ex numero 78. procedio con toda iustificacion, y summa razon, y justa causa, y en consideracion de causa publica, y vtilidad, y necessidad publica, y de las expensas, y grandes gastos que auian hecho, y hazian en las guerras que de ordinario tenian contra los Moros, y enemigos de la Fé, en su defensa, y de la Iglesia, y para su conseruacion, y de sus Reynos, y vassallos,* sicuti enuntiat sæpissimè citata l. prima titulo 21. libro nono, nouæ collect. Regiæ, in illis verbis: *Cuya conseruacion, &c.* 1

Et expressè notarunt Barbosa, & Ceuallos, *vbi supra.* Bobadilla, *libro secundo, capite 18. numero 146.* Cabedus, *dicta decisione 63. numero quarto*, io illis verbis: *Causa autem cur Summus Pontifex concessit his Laicis Decimas, fuit, quia Rex, & hi nobiles, sumptibus & labore suo ac suorum eripuerunt ex tyrannide Maurorum eas partes Hispania, quas Rex Rodericus amiserat, & concessit ipsis, vt nomine ipsius Papa eas retinerent, & perciperent vt pauperes rerum temporalium, quia maiorem earum partem, in defensionem fidei, & dilatationem Regnorum, qua subiiciebantur Ecclesia Romana consumpserunt, & sic concessit Regibus Hispanarum supra dicta, videns eos pauperes, & eorum patrimonium Regale, quasi consumptum, in defensionem supra dictam.*

Indè, & consequenter, certissimum esse, & indubitatum, Tertias ipsas competere in perpetuum Regibus ipsis, iusto titulo, nempe ex priuilegio, & concessione Summorum Pontificum, & ita eos semper percepisse, & in futurum, atque perpetuò percepturos illas, iustissimisque de causis, & titulis tenere, & possidere eas; sicuti cum Gregorio Lopez, & Menchaca obseruauit Ioannes Gutierrez, *practicarum libro primo, quastione 14. numero primo, & secundo, & quarto, & quastione 15. numero tertio.* Sixtinios, *de Regalibus, libro primo, capite sexto, numero primo, & secundo, folio 175.* Bobadilla, *libro secundo, capite 18. numero 146. folio 916.* vbi citat Glossas, Abbatem, Capel. Tolosa. Aufrerium, Guidum Papa, Balbum, Guillel. Benedict. Cassanæ. Auendañum, Couaruuiam Gregor. Lop. Ioannem 2

tamen personis, & locis remitti potest, & concedi, à Romano Pontifice: quod etiam tradidit Menochius, *in cons.* 276. *lib.* 3. & in Tertiis, tes indubitanter procedit, quia decimæ, nulli Ecclesiæ, aut personæ Ecclesiasticæ auferuntur in totum, sed ex omnibus fructibus, & rebus, quæ decimantur, duo tantum noueni deducuntur, vt sæpè repetitum fuit. Certum autem est, posse Romanum Pontificem, Decimas ipsas, in Octauam, Duodecimam, vel aliam partem reducere, cum decima, quoad quotam sit iuris positiui, vt per Diuum Thomam Innocent. Didac. Perez, & Couarr. cum quibus Ioannes Gutierrez, *Canonicar. dicto cap.* 21. *numero* 25. posse etiam ex iusta causa, quibusdam obligationem soluendi decimas remittere, prout decimas aliquas donare, prout *ibidem*, *numero* 26. & 27. & 28. Idem Ioannes Gutierrez, cum aliis Authoribus notauit: notarunt etiam Bellamera, Decius, Menochius, & Thuscus, *in locis nunc relatis*, dummodo aliunde, Ecclesiarum ministris, pro sua dignitate, & munere, alimenta necessaria suppetant; aliàs hi, quibus decimæ concessæ, aut remissæ fuerunt, ad sustentationem, & alimenta necessaria ministrorum tenebuntur; sicuti *eodem capite* 11. *numero* 29. Ioannes ipse Gutierrez comprobauit: Menochius etiam, *dicto consilio* 276. *libro tertio*, & ante alios, hæc omnia eruditè scripsit, atque adnotauit Couarruuias, *libro primo dicto cap.* 17. *num.* 9. Cùm enim excitasset dubium illud, an ex priuilegio Romani Pontificis possit Laicis competere immunitas à solutione decimarum, bene admodum propositum resoluit illud, dicens, quòd qua ex parte, iure naturali, vel diuino Euangelico, Sacerdotibus decimæ debentur, non possunt à Summo Pontifice tolli (quod intelligitur, siue immunitas à solutione decimarum concessa fuerit, siue decimæ ipsæ concessæ alicui sint, semper enim ministris, necessaria ministranda sunt si aliunde non habeant, vt nunc dicebam) ea verò parte, quæ iure humano debitæ sunt (inquit Couarruuias,) per priuilegium Apostolicæ Sedis, aliqua ex causa iustificante, remitti aliquibus possunt, cum hoc priuilegium sit dispensatio quædam contra ius humanum, quæ cum causa facta, tenet indistinctè; si autem sine causa fiat, tenet quidem in hunc sensum, vt factum eius ratione valeat, nec ab inferioribus in discrimen reuocetur, peccabit tamen is, qui concesserit eandem; & is, qui ea vsus fuerit, quemadmodum in dispensatione sine causa dici solet communiter, & in hoc ipso decimarum tractatu notarunt Glossa, & Authores *ibi* relati. Vnde concludit, posse Romanum Pontificem remittere aliquibus obligationem soluendi decimas, non tamen tollere omnino, & vniuersaliter præceptum de decimis soluendis, quia tollere aliquibus dictam obligationem, iuri tantùm humano, Pontificio, non naturali aduersatur; tollere autem in vniuersum præceptum de decimis soluendis, ex eo Romanus Pontifex non potest, quòd tale decretum esset irrationabile, miniméque conueniens Christianæ Reipublicæ, cuius interest, spiritualium ministros inopes non esse sed vti laborantes in vinea Domini, mercedem aliquam decentem à Laicis capere atque itidem, neutiquam posset commodè præceptum de soluendis decimis, generali lege aboleri, quin iuri diuino, & naturali præiudicium fieret; quod nullo pacto est admittendum, vt verè, & elegauter, atque ex communi Interpretum placito Couarruuias ipse annotauit, eúmque in terminis prædictis, quando scilicet Romanus Pontifex, aliquibus remisit obligationem soluendi decimas, siue quotam decimæ ad aliam partem reduxit; sequutus est Anastasius Germonius, *de Sacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 67. & *quatuor sequentib. pag.* 316. & 317. improbat tamen, dum *num.* 8. *dict. cap.* 17. arbitratur, id ipsum consuetudine effici posse, constantérque defendit, quotam, à consuetudine, nullo pacto terminari posse, nec minui, aut tolli decimas vlla ex parte, consuetudine sola valere, indeque statuit, quòd quem admodum Decimæ in totum, consuetudine tolli non possunt, ita quoque nec aliqua ex parte minui; prout latius *dict. loco* prosequitur: & *n.* 82. & 83. repetit; & inquit, nulla consuetudine decimæ abolentur, aut minuuntur, nisi accedente Papali auctoritate, cúm ea, quæ à Sanctissimo Papa fiunt, ab ipso Deo facta videantur, ita quoque, quòd decimæ, quæ Deo debentur in signum vniuersalis dominij non possint in totum præscribi, quota tamen vniformiter soluta præscribi possit, cum aliis multis annotauit Arisminus Tepatus, *tomo primo*, *titulo de decimis*, *versiculo primo*, *folio* 12.

Ex hactenus dictis, manifestè deducitur, quòd quamuis Interpretes nostri, tam antiqui, quàm moderni, mille in locis excitauerint dubium illud adeò vulgatum, vt per manus circumferatur quotidie, quo scilicèt iure decimæ institutæ, debitæque sint, & an iure naturali, aut diuino, aut Pontificio humano positiuo? Quòd ad nos tamen, & præsentem Tertiarum tractatum attinet; aut dubium ipsum non præstare impedimentum aliquod Tertiarum concessioni metipsi, aut omnes pro indubitato, & certo tradidisse, & habuisse, Decimas ipsas in aliquibus partibus, & quotam siue partem aliquam ipsarum indistinctè à Romanis Pontificibus concedi posse Principibus Sæcularibus, & aliis etiam priuatis, dummodo iusta concedendi causa interueniat, cùm concessio quoad quotam, siue partem aliquam, sit iuris Pontificij humani positiui dispensatio, in quo liberè Romanus Pontifex dispensare valet, modò (vt sæpè repetitum est) iusta dispensandi, & concedendi causa interueniat; ita sanè quoad ipsarum Tertiarum concessionem, specificè adnotarunt permulti illi iuris Interpretes, quos ingenti studio, & diligentia, in vnum congessi *supra*, *hoc eodem tractatu*, *capite secundo*, & in quota decimarum statuunt omnes referendi statim, dum decimas respectu congruæ sustentationis ministrorum, ad legis Diuinæ debitum, & institutum referunt; respectu verò quotæ, aut partis alicuius earum, ad consuetudinem, siue ius humanum positiuum tantùm, in quo Romanus Pontifex cum causa dispensat, vt dixi.

In proposito autem dubio, quo scilicet iure decimæ institutæ, debitæque sint? diuersæ extant, contrariæque Interpretum omnium sententiæ, & opiniones; nonnulli namque arbitrantur, iure naturæ, decimas constitutas fuisse: Alij diuino, veteri scilicet, non item Euangelico. Plures vtroque iure, & diuino, & naturali; hique etiam in personalibus decimis, absque vlla distinctione intelligunt: Alij verò, præmissam sententiam in decimis prædialibus accipiunt, non sic in personalibus, quas iure tantùm humano debitas esse; non diuino existimant: Alij denique, nec diuino, nec naturali iure, sed positiuo, & Pontificio inductas fuisse opinantur. Omnes autem eius opinionis, quam sustinent, fundamenta, rationes, & motiua expendunt, quæ tamen facillimè dilui, & subuerti possunt, prout alij aliorum argumenta subuertere solent, sicuti constat ex his, qui suo ordine nunc commemorabuntur; & aliis, ab eis relatis prætermissis consultò, principaliter sunt, & originaliter legendi. 8

Gregorius inquam Lopez, *in principio titul.* 10.

ds

de los diezmos. *partit.* 1. *& in leg.* 1. *eiusdem tituli, verbo*, persooal, *vers.* 3. *conclusio.*

Alexander 3 *in consilio* 60. *Romana Ecclesia*, *volum.* 4.

Ægidius Bellamera, *in consf.* 40. vbi notanter, & vtiliter loquitur.

Sanctus Thomas, *secunda secunda*, *quæstione* 87. *art.* 1. *&* 3.

Et *ibi* Caietanus, longa serie.

Diuus ipse Thomas, *quodlibeto* 2. *art.* 8.

Soto, *libro nono*, *de iustitia*, *& iure*, *quæstione* 4. *art.* 1. *&* 3.

Petrus de Rauenna, *in disputatione materiæ decimarum*, *post compendium iuris Canonici.*

Diuus Fernandus, Vasquez de Menchaca, *controuersia illustr. libro secundo*, *capite* 81. *ex numero* 1.

Didacus, Couarruuias, *variar. libro primo*, *capite* 17. vbi vide omninò: quia accuratè, & eruditè explicat.

Nauarrus, *in apologia de redditione Ecclesiæ*, *quæstione prima*, *monit.* 59. *ex numero primo*, *& in manuali*, *cap.* 21. *numero* 28.

Alphonsus à Castro, *aduersus hæreses in verbo*, *decima.*

Bellega, *in Speculo Principum*, *Rubrica* 13. §. *eraclemus.*

Natta, *in consilio* 136.

Camillus Borellus, *in consilio* 20. *ex numero* 24. *cum multis sequentibus*, & *de compromissis*, §. 2. *Glossa prima*, *numero* 314. & *in summa decisionum*, *titulo* 19. *de decimis*, *ex numero primo*, *folio* 41.

Ripa, *de decimis*, *responso* 2.

Petrus Rebuffus, *de decimis*, *quæstione* 1.

Didacus, Perez, *in lege prima*, *titulo* 5. *libro primo ordinamenti*, *folio* 117. *ex versiculo*, *vlterius*, *& quintò dubitatur.*

Marc. Anton. Cucchus, *institut. Canonicar. lib* 2. *titulo* 15.

Anastasius Germonius, qui ex professo disputationem suscepit, & eleganter prosequitur, idcirco videndus est omnino, *de sacror. immunit. libro* 3. *cap.* 19.

Veracruz, *in speculo coniugiorum* 2. *parte*, *artic.* 21. *pagina* 433.

Hojeda, *de beneficiorum incompatibilitate*, *prima parte*, *capit. vigesimo tertio*, *numero* 75.

Ioannes Garcia, *de expens. & meliorat. cap.* 9. *numero* 90. *&* 96.

Paulus Fuscus, *de visitatione*, *lib.* 2. *cap.* 21. *ex numero* 40.

Sebastianus Medices, *in summa omnia hæresum*, *prima parte*, *in verbo*, *Decima*, *ex numero* 41.

Thesaur. fori Ecclesiastici, *parte* 2. *cap.* 27. *numero* 6. *&* 45.

Petrus Gregorius, *in syntagm. iuris*, *libro secundo*, *cap.* 21.

Franciscus Gratianus, *in compendio iuris Canonici*, *distinctione* 3.

Tiber. Decianus, *in consilio* 25. *numero* 5. *& sequent. volumine primo.*

Ioan. Paul. Lancelotus, *institut. Canonicar. lib.* 2. *titulo de decimis.*

Martinus Mesoartius, *in epitome leg. Pontifical. lib.* 3. *titulo* 30.

Nicolaus Reusnerius, *decisione* 2. *ex numera* 4. *libro quarto.*

Mazeratens. *variar. resolut. libr.* 1. *quæst.* 77. *numero* 3. *in fine.*

Anton. Scappus, *de iure non scripto*, *libro primo*, *cap.* 53. *ex numero* 3.

Ioannes Gotierres, qui latissimè disputat, *Canonicaram libro secundo*, *cap.* 21. *per totum*, vbi vide omnino.

Diuus Marthæ, *de iurisdictione*, *secunda parte cap* 4. *ex numero primo*, *vsque ad decimum.*

Pelaes à Mieres, *de maioratu. prima parte*, *in præfatione numero* 35.

Læl. Zech. *de Republica Ecclesiastica*, *titulo de parochiis*, *numero* 14. *&* 15.

Alexander Moneta, longa seriè tractans, *de decimis*, *cap primo*, *per totum.*

Zerola, *in praxi Episcopali*, *verbo*, *Decima*, *versicul. Ad septimum.*

Pater Lessius, *libro* 2. *cap.* 39. *de decimis*, *dubitatione prima.*

Anton. Fernandez Lusitanus, *in examine Theologiæ moralis*, *prima parte ad* 7. *præceptum decalogi*, *cap.* 13. §. 3.

Malderus, *de iustitia*, *& Religione*, *tract*. *ita* 10. *titulo de decimis dub.* 2.

Hieronymus Ceuallos, *commun. contra commun. quæst.* 437. *&* 516.

Benedictus Capra, *in syntagm. commun. opinion. tomo primo*, *titulo* 12. *de decimis*, *regula octaua*, *per totam.*

Petrus Vimius, *in consilio duodecimo*, *volum. primo.*

Iosephus Ludouicus, *decisione* 106. *numero* 53.

Bursatus, *in consilio* 50. *numero nono*, *volumine primo.*

Iacobus Menochius, *in consilio nono*, *numero vndecimo*, *volumine primo*, *& præsumptione* 86. *libro sexto.*

Balbus, *de præscript. prima parte*, *quinta partis principalis*, *quæst.* 7.

Pater Franciscus Suarez, *in tractatu de virtute*, *& statu Religionis*, *libro primo*, *capite decimo*, vbi latè dubium hoc declarat, & vnius, & alterius opinionis fundamenta expendit.

Gigas, *in consilio* 119. *ex numero secundo.*

Petrus Fontanella, videndus omnino, *de pact. napt. tomo primo*, *clausula quarta*, *glossa decima nona*, *parte prima*, *ex numero tertio*, *cum multis sequentibus*, *ex folio* 311.

Cenedus, *collectaneo* 66. *ad Decretales*, *prima parte*, *folio* 96.

Cardinalis Bellarminus, in disputat, *libro primo*, *de Clericis*, *cap.* 25. *de decimis.*

Azeuedus, *in l. primo*, *titulo quinto*, de los diesmos, *libro primo*, *noua collect. Regia*, *numero* 4. *&* 5.

Cardosus, *in praxi Iudic. & Aduocat. verbo*, *Decima*, *numero secundo*, *folio* 84.

Francisc. Carrasc. *ad leges noua collect. Regiæ*, *capite sexto*, *de decimis*, *ex numero sexto*, *cum sequent. folio* 56.

Ramirez, *de lege Regia.* §. 31. *numero* 3. *&* 4. *folio* 332.

Cardinalis Thuscus, *tomo secundo*, *littera D*, *conclus.* 62. *fol.* 461.

Diuus Ioannes, Franciscus Leo, *decis.* 3. *Valententia*, *numero* 5. *&* 24. *&* 25.

Augustinus Barbosa, *de officio*, *& potestate Episcopi*, *tomo primo*, *capite sexto*, *numero* 25. *in fine*, *folio* 58.

Paulus Christinæus, *decisione* 233.

Nouissimè omnium Andreas Vallensis, *in paratitia in Decretales*, *ad titulum de decimis*, §. *quarto. per totum. folio mihi* 562. *&* 563.

Et ij quidem omnes conueniunt, in proposito articulo, & dubio extare opiniones illas, non modò diuersas, sed etiam omninò contrarias, quas

retoli *suprà, ad initium numeri octaui.* Item Theologos, & Pontificij iuris Interpretes inter se dissentire; ij namque contendunt, iure diuino, & naturali, decimas deberi, institutásque fuisse; illi autem iure tantum humano positiuo debitas esse, introductásque fuisse; alij præceptum de decimis soluendis esse morale, & de iure diuino, & naturali, in quantum ad hoc, quòd ministri sustententur, iudiciale verò, quantum ad taxationem.

9 Verior, & magis communiter recepta est opinio illa, quod decimæ sint de iure humano positiuo Pontificio, non autem de iure diuino: Cum nulla ratio naturalis suadeat ministrantibus spiritualia, magis dandam esse Decimam; quàm Nonam, Octauam, vel Quartam, aut aliam partem. Cum etiam post Christi aduentum, neque in doctrina Christi, nec in doctrina Apostolorum, quidquam contineatur quo decimatum obligatio iure naturali inducatur. Cùm etiam decimæ non sint, nec fuerint sub præcepto morali, sed sub cæremoniali, vel iudiciali: ista autem duo præcepta cæremonialia, & iudicialia, lata lege Euangelica cessarunt, vimque præceptorum amiserunt, ex sententia multorum, proue Didacus, Couarruuias, & Anastasius Germonius, latius ostendunt, & comprobant; & concludunt cum aliis moltis, prout cæteri etiam *suprà* relati.

10 Decimas, quoad quotam, siue quantitatem, iure humano positiuo Pontificio institutas, & indictas fuisse: iure tamen naturali, & diuino legis Euangelicæ, Clericis debitam esse à Laicis, eam partem fructuum, quæ ad eorum alimenta, congruámque sustentationem, dum spiritualia ministrant, necessaria sint, in laboris impensi iustam mercedem. Et in effectu, decimas, respectu congruæ sustentationis, ad legis Diuinæ debitum,& institutum referri, respectu quotæ; sicque decimæ partis, ad ius positiuum Pontificium, & cum aliis multis tradidit Carrascus, *vbi suprà, numero decimo.* Ramirez, *de lege Regia, dicto §. 31. numero tertio, & quarto.* in illis verbis: *Decimæ fuerunt nostris Regibus, à Romanis Pontificibus concessa; quod fieri licuit, dummodo Ministris Ecclesiasticis aliunde remanserit, ex quo possint congruè sustentari, & ali, cùm hoc solum respectu, & consideratione fuerint Decima iure naturali, & diuino institutæ; non verò quoad quotam, quæ à lege Pontificia, priuilegio, vel concessione, augeri, vel minui potest,&c.*

11 Et dicit, ita intelligendum esse textum, *in cap. Parochianos, de decimis.* in illis verbis: *Cum decima, non ab homine, sed à Deo fuerint instituta, tanquam debitum exigi possunt.* Et in cap. tua nobis, eiusdem tituli; ibi: *Decimas quas Deus, in signum vniuersalis dominij sibi reddi præcepit.* & in cap. *cum non sit. & in cap. in aliquibus. §. vltimo. de decimis. & in capite primo, de decimis in 6.* ita etiam intelligi debet authoritas tot virorum, Sanctitate, & Religione illustrium, qui decimas, Clericis debitas esse, diuini iuris testimoniis probare conantur, vti Gratianus refert 16. *quæstione septima, & 16. quæstione prima,* & maximè, *in cap. decimas, & capit. decima, eiusdem causæ; & quæstionis:* quæ iura insinuant decimas deberi ex constitutione diuina, alia etiam veteris, & legis Euangelicæ testimonia, quæ idem insinuant, & principium tituli 20. de los diezmos, *partita prima,* ita explicari, atque accipi debent. Ita quoque procedit ratio illa naturalis, quæ dictat, decimas, Ecclesiarum ministris esse soluendas, cum hi laborent circa spiritualium administrationem, animarum fidelium curam exerceant, ac pro plebe Ipsa Christiana, sacrificia offerentes, Summo Deo preces effundant, vti Didac. Couar. *libro primo, variar. dicto cap. 17. num. 2. in principio* deduxit, qui sub *eodem numero secundo, columna secunda.* aliter etiam interpretatur Canonica iura, quibus scriptum est, lege diuina, decimas indictas fuisse, lege inquam diuina veteris testamenti, ad cuius exemplar, & imitationem, Ecclesia Catholica, sub lege gratiæ, eandem decimam fructuum partem, in Ecclesiasticorum ministrorum alimenta, soluendam esse censuit. Quamobrem (inquit Couarruu. ipse) Hieronymus, Augustinus, Ambrosius & cæteri viri, doctrina, & sanctitate illustres, testimoniis veteris testamenti, hac in controuersia vtuntur, vt ostendant, Ecclesiam, eiúsque Principes, legem à Deo Israëliticis datam imitatos fuisse. Et eodem modo explicauit Andr. Vallensis, *in paratitla, titulo de decimis §. 4. sub numero sexto. folio 564. in principio*; in hæc verba: *Non obstant iura, in contrarium allata, in his enim decima dicuntur deberi ex constitutione diuina, quia scilicèt quod debeantur, ortum habet ex constitutione, & lege diuina, in veteri testamento, ad cuius imitationem Ecclesia, eas solui præcepit in nouo testamento.* Et addit ipse Author: *Vel dicendum in his iuribus, non sumi decimas, prout sunt certa, & definita pars fructuum, quo pacto dicimus deberi solum iure Ecclesiastico, sed prout sunt pars fructuum, necessaria Clericis, ad congruam eorum sustentationem.*

Et eodem modo, alij Authores, ex superius relatis, intelligunt quoque, vt scilicèt intelligantur iura Ipsa, non quod decima sit de iure diuino Euangelico, sed de iure diuino dicantur, habito respectu ad veterem legem, veteris Testamenti.

Possint etiam ipsamet iura, & alio modo explicari, quod scilicet verba, *iure diuino*, intelligantur, idest, iure Canonico, est enim frequens loquendi vsus, quod decreta Canonica vocantur diuina habito respectu, & facta comparatione, aut differentia ad ius Ciuile. Et de his hactenus.

CAPVT XI.

Tertiæ, Regibus Hispaniæ, & aliarum Prouinciarum, à Romanis Pontificibus concessæ, an omnino mutauerint qualitatem bonorum Ecclesiasticorum, & ab eo tempore factæ fuerint ius Regale, & desierint esse spirituales, & considerentur, tanquam quid temporale, & profanum, & inter bona temporalia computari debeant, ita vt in commercio Laicorum esse dicantur, & possint liberè alienari, cedi, & permutari, & benemeritis concedi.

An etiam ij, qui à Regibus causam habent, securi sint, & liberè possint illas alienare, & in alios, quouis titulo transferre.

Decimæ in feudum datæ, ante, vel post Concilium Lateranense, an possint in alios transferri, nec ne. Et de intellectu *cap. prohibemus 19. de decimis.* Et *cap. 2 §. sane, eod. tit. lib 6.* Et *cap. cum Apostolica, de his, quæ, fiunt à Prælatis.*

Vbi & de Concilio ipso Lateranensi nonnulla adnotantur.

SVMMARIVM.

1 *Tertia, Regibus Hispania, & aliarum Prouinciarum, à Romanis Pontificibus, antiquitus concessa,*

cessa, omnino mutauerint qualitatem bonorum Ecclesiasticorum, & ab eo tempore facta fuerunt ius Regale.

Et desierunt esse spirituales, & considerantur tanquam quid temporale.

Ita vt temporalizata fuerint, & effecta profana, & temporales res.

Et possideantur titulo temporali, & non spirituali.

Et consequenter, inter bona temporalia computari debeant.

Eorúmque naturam sequantur quoad omnia.

2 *Nam licet substantia rei non mutetur; quoad effectum, & commoditatem percipiendi fructus ipsarum Tertiarum, qualitas tamen decimarum mutatione personæ alteratur, atque mutatur.*

3 *Tertia, ex quo temporalizata sunt, & profana atque temporales effecta, in commercio Laicorum esse dicuntur, & omnino exempta ab Ecclesiis.*

Vnde Principes, & alij priuati sæculares, eas ex cessione Romani Pontificis habentes, tanquam quid temporale, possunt liberè illas alienare, cedere, & permutare, & benemeritis concedere.

Et ij, qui à Regibus causam habent, securi sunt, & liberè etiam possunt illas alienare, donare, aut permutare, tanquam quid patrimoniale.

Et veniunt in iudicio familiæ erciscundæ.

4 *Decimæ, quæ in feudum concessa fuerunt Laicis adhuc censentur res spirituales, & dicuntur esse Ecclesiæ.*

Quando vero donantur simpliciter (prout Regibus simpliciter concessa fuerunt) desinunt esse spirituales, & ab Ecclesia omnino expropriantur.

5 *Et Laici possunt eas in alios transferre, vt dictum fuit suprà.*

Et quid in decimis datis in feudum, post Concilium Lateranense, vel ante.

Et de intellectu capit. prohibemus, de decimis: *&* capitis secundi. §. sanè eodem titulo libro 6. *Et* cap. cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælatis.

6 *Laici incapaces sunt decimarum, quatenus illæ debentur ratione officij administrandi spiritualia.*

Sunt tamen capaces fructuum, & emolumentorum, quæ ex Decima prouenium; & latius cap. præcedenti.

1 SI Authores omnes illos commemoratos, & in vnum congestos suprà, hoc eodem tractatu, *capite* 2. originaliter, & attentè prælegamus, inueniemus quidem, vnanimiter eos obseruasse, atque constituisse, concessionem Tertiarum, Regibus Hispaniæ, & aliarum Prouinciarum à Romanis Pontificibus antiquitus factam, vsque adeò tenuisse, & valuisse, firmitatémque & effectum, in fauorem eorundem Regum habuisse, prout *cap. præcedenti* comprobaui, & tradit Leo, *decis.* 3. *Valentiæ, part.* 1. *ex num.* 10. vt Tertiæ ipsæ ex quo ita fuerunt à Sede Apostolica concessæ, omninò mutauerint qualitatem bonorum Ecclesiasticorum, & ab eo tempore factæ fuerint ius Regale, & desierint esse spirituales, & considerentur tanquam quid temporale, ita vt temporalizatæ fuerint, & effectæ prophanæ, & temporales res. & possideantur titulo temporali, & non spirituali, sicut alia quælibet bona; & redditus temporales Regum, & consequenter inter bona temporalia computari debeant, eorúmque naturam sequantur quoad omnia: Nam licèt substantia rei non mutetur, quoad effectum, & commoditatem percipiendi fructus ipsarum Tertiarum, qualitas tamen decimarum, mutatione personæ alteratur, atque mutatur; sicuti docuit Baldus, *in Rubrica, Cod. de vsuris, numero quinto, in versiculo, item mutatione personæ.* per textum, *in l. prima, in fine. Cod. de lucratiu. description. libro decimo. & in leg. Licitatio, in fine. ff. de publican. & vectig. & in l. Paulus*, aliàs, *per Procuratorem, ff. de acquir. hæred.* in illis verbis: *quia mutatione personæ, castrensia esse desierunt.* Et ita specificè in Tertiis ipsis loquendo, adnotarunt Aluarus Valascus, *de iure emphyteutico, quæst.* 15. *numero quinto. in versicul. quibus accedit. & quæst.* 17. *numero* 15. Castillo, *in leg.* 6. *Tauri verbo*, de qualquier calidad, *in versiculo, nota vnum, & in vers. & quod dixi de bonis decimalibus, & in leg.* 13. verbo, *veinticuatro horas.* infert ad decisioné casus præsentis, quòd licet decimæ, quandiu sunt penes Ecclesiam, sint bona Ecclesiastica; si tamen transferantur in laicum, perdunt nomen, & priuilegium rerum Ecclesiasticarum. Et idem tenet Couarruuias, *practicar. cap.* 35. *numero secundo.* Gregorius Lopez, *in l.* 22. *titulo* 20. *partita prima, verbo,* no los deuen, *ad finem.* Belluga, *in speculo Principum, rubrica* 13. *§. tractemus, sub numero* 78 *& §. restat. numero* 12. Ioannes Gotierres, *canonicar quæst. prima parte* 34. *cap. numero* 49. *& practicarum libro* 1. *quæstione* 14. Ioannes Garcia, *de expensis, & meliorat. cap.* 9. *numero* 91. *&* 92. Lasarte *de decima venditionis, cap.* 19. *numero* 30. 31. *&* 32. Olibanus, *de iure fisci, cap.* 11. *sub numero* 43. *pag.* 402. *& cap.* 14. *numero* 20. *& cap.* 15. *numero* 14. Azeuedus *in l.* 10. *titulo* 10. *libro quarto, nouæ collect. Reg. num.* 49. Cabedus, *decisione* 63. *numero tertio, parte secunda,* vbi etiam addit, quod cùm hæ Tertiæ, in Patrimonio Regio sint incorporatæ, iam dubitari non potest, quin sint iura Regalia, Bobadilla, *in politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 147. Stephanus Gratianus, *tomo* 2. *capite* 288. *numero* 28. Camillus Borellus, *de præstant. Regis Catholici, cap.* 71. *numero* 348. Balzaranus, *de feudis, ad titul. quæ sint Regalia, in principio, numero* 8. Anastasius Germonius, *de sacror. immunitat. libro tertio, cap.* 19. *numero* 90. *pagina* 316. notanter, & magistraliter Barbosa, in *l. Titia. ff. soluto matrimonio, num.* 41 *in principio, & numero* 42. *in principio, & in versicul. Adde quod hæc ratio, & numero* 44. *in versicul. Nos autem loquimur, & numero* 45. *in versicul. Ex his igitur decimis concessis.* Iacob Cancerius, *variar. tomo primo, titulo de decimis, cap.* 23. *numero* 14. 15. *&* 16. Ramirez, *de lege Regia, §.* 31. *num quarto, folio* 332. in illis verbis: *Quia ista decimæ, priuilegiis Romanorum Pontificum, & immemoriali præscriptione concessa, iam sæcularizata sunt, &c.* Sotus, *de iust. & iure, libro nono, quæstione septima, articulo primo, in fine.* Pat. Ludou. Molina, *tomo tertio, tractatu de tributis, disputatione* 63. *numero nono, column.* 7. *&* 8. Ceuallos, *commun. contra commun. quæstione* 821. *ex numer.* 73. *vsque ad numerum* 106. vbi sæpè repetit: & 5. *tomo, quæstione* 17. *&* 25. Renatus Chopinus, *libro tertio, de moribus Parisien. titulo tertio, numero septimo, & octauo,* Rebuffus, *in tractatu, de exceptionibus, numero* 214. *&* 219. Menochius, *in consilio* 757. *numero* 16. *libro octauo,* Paulus Christinæus, *decisione* 235. *numero* 6. *&* 7. vbi citat Duaren. Pap. ita tenentes. Garcia, *de beneficiis, prima parte, capit. secundo, numero* 29. *folio quinto,* vbi sic scribit: *Et cum ex priuilegio Apostolico, beneficium laico conceditur, beneficium ipsum efficitur quid sæculare, & laicum; seu (vt ita dicam) sæcularizatur, ita vt sit ius quoddam sæculare, in mera*

temporalitate

temporalitate percipiendi fructus consistens, & consequenter in eo interuenire non posset simonia. Et citat dumtaxat Ioann. Garciam, Lasarte, & Barbosam. Et ante alios, idipsum optimè percepit atque adnotauit Menchaca, *controuers. illust. libro secundo, cap.* 89. *numero sexto, versicul. Denique*, in hæc verba: *Denique pro hac parte est vniuersalis Hispania consuetudo, nam postquam semel ex Pontificali priuilegio, decima ceperunt, ex parte illa quæ Tertia vocatur, ad Reges nostros potentissimos pertinere, videntur esse de facto in commercio laicorum, non secus, quàm reliqua res profana. Et sic seruatur de consuetudine.* Oliuerios, Beltraminus, *ad Alexand. Ludou. decisione* 404. *litera B*, Augustin. quoque Barbosa ita pariter notauit *in collect. ad Decretal. in cap. cum Apostolica* 7. *de his quæ fiunt à Prælatis, numero sexto, in fine, versicul. Et ostenditur, folio* 796. *& in cap. prohibemus, numero septimo, de decimis, folio* 926. Gilchenius, *de præscript. parte tertia, capite octauo, ex numero sexto*, singulariter Diuus Ioannes, Franciscus, Leo, *decisione* 3, *Valentiæ, numero* 13. *&* 14. *&* 19. *&* 23.

3 Vnde etiam, & consequenter, ex quo Tertiæ temporalizatæ sunt, & profanæ, atque temporales effectæ, & spirituales esse desierunt, & in commercio laicorum esse dicontur, & omnino exemptæ ab Ecclesiis; Principes, & alij priuati sæculares, eas, ex concessione Romani Pontificis habentes, tanquam quid temporale, possunt liberè illas alienare, cedere, & permotare, & benemeritis concedere. Et ij, qui à Regibus, causam habent, securi sunt, & libere etiam possuot illas alienare, cedere, donare, aut permutare, tanquam quid patrimoniale. Et veniunt in iudicio familiæ erciscundæ, ro quo equidem conoeniunt omnes relati *suprà*, & notanter tradit Barbosa, *in dicta l. Titia, numero* 42. *folio* 784. *ff. soluto matrimonio*, Lasarte, *de decima venditionis, cap.* 19. *numero* 33. Azeuedus, *in l. prima, titulo* 15. *libro quarto, numero* 72. *& in leg. prima, titulo* 21. *libro nono, numero secundo*, Stephanus Gratianus, *disceptat. forens. tomo* 2 *capit.* 238. *numero* 22. *&* 23. *& sequentibus*, Ioannes Gutiettes, *practicar. libro primo, quæstione* 14. *numero secundo, & libro septimo, de Gabellis, quæstione* 5. *numero* 20. Paul. Christinæus, *decisione* 235. *numero septimo, & octauo*, Bobadilla, *libro secundo, cap.* 18. *numero* 146. Cancedus, *decisione* 63. *parte secunda, numero quinto*, Bursatus, *in consilio* 50. *numero* 14. *libro primo*, Ceuallos, *tomo quarto, quæstione* 897. *numero* 646. *folio* 141. singularitet Ioaones Garcia, *de expens. & meliorat. cap. nono, numero* 97. 98 *&* 99. vbi sic scribit: *Et quia ista beneficia sunt patrimonialia, instar patrimonij possunt vendi, permutari, in dotem dari, obligari, & veniunt in iudicio familia erciscunda. Et infert Gregorius Lopez, in l.* 22. *titulo* 20. *partita prima. Quod Rex noster Philippus potest alienare Tertias, quas habet decimarum, ex priuilegio Sedis Apostolica. Et Guill. Benedictus, quod id sustinetur in Francia. Ego autem sæpiùs vidi in hoc Senatu Gallico, sustineri venditiones, permutationes, locationes harum decimarum, & quotidie deducuntur in iudicium familia erciscunda, & retrahuntur iure retractus, sicuti auita reliqua bona, & vidi latas plures sententias, ex ratione, quod hac beneficia sint patrimonialia instar bonorum secularium, &c.* Et idipsum resoluont Gilchenius, *de præscript. parte* 3. §. 8. *à numero sexto*, Pat. Suatez, *de Religione, tomo primo, tractu* 2. *libro primo, cap.* 26. *numero septimo.* Augustinos Barbosa, *in collectan. ad cap. prohibemus, de decimis, numero septimo. per totum, folio* 926. Sese. *decisione* 162. *n.* 21. *&* 22.

4 Intelligitur autem, atque declarator id, quod dictum est, quod decimæ mutauerunt naturam, & qualitatem suam, & desierunt esse spirituales, & considerantur, tanquam quid temporale; quando, decimæ ipsæ donantur, & conceduotur simpliciter (prout Regibus Hispaniæ concessæ fuerunt) & sic, quando omne dominium, tam directum, quàm vtile transfertur in donatarium laicum; nam tunc verissimum est, quod desinant esse spirituales, iuxta superiùs tesolnta, & considerentur tanquam quid temporale: secus autem, quando decimæ concessæ fuerunt in feudum; nam cùm tunc tantum vtile dominium transferatur, & directum retineatur penes Ecclesiam, propter connexionem, quam habet vtile dominium cum directo, res adhuc dicitur esse Ecclesiæ, vt tradunt Riminaldus, & Caualcanus, cum quibus ita specificè declarat Barbosa, *in dicta l. Titia, numero* 44. vt respondeat difficultati propositæ antea ab eo ipso, *numero* 42. *in fine, versicul. Non est tamen omittendum.* Quod ex sententia quorundam Authorum, quos *ibi* refert, etiamsi decimæ concedantur in feudum laicis, adhuc illæ censentur res spirituales, & etiam fructus, qui ab illis dependent: Sese, *dicta decisione* 162. *numero* 21. *&* 22. Stephanus Gratianus, *cap.* 238. *ex numero* 60.

Id etiam, quod dictum remanet, scilicet Decimas, & Tertias, laicis coocessas, ex quo temporales res efficiuntur, & in commercio laicorum esse dicuntur, liberè posse alienari, & titulo quocunque in alium transferri; procedit in Tertiis, aut Decimis; simpliciter, & absolutè dooatis, & integrè concessis, absque vtilis dominij, vel alicuius iuris retentione; quando verò decimæ in feudum concessæ fuere, dubium maximom est, vtrùm laici possint illas in alios transferre; & an distiogui debeat, si datæ fuerunt ante, vel post Coocilium Lateranense; quod quidem, vt distinctè explicetur, nonnulla obseruare, atque constituere, necessarium erit. 5

Et primo loco obseruatur, Concilium Lateranense, sub Alexandro I I I. *parte prima, capite* 9. *tomo secundo Conciliorum, pag.* 839. fuisse celebratum *anno* 1179. Sicuti ex pluribus aliis Authoribus obseruarunt Couarruuias, *variar. resolut. libro primo, cap.* 17. *in versicul. Et dubio procul obtentum fuit.* Gilchenius, *de præscript. parte* 3. *cap.* 8. *numero* 19. Ioannes Gutiettes, *practicar. libro primo, cap.* 15. *numero quarto*, & ita tenendum est; quamois alij aliter computent, quos improbat Augustinus Barbosa, *in collectan. ad Decretal. in cap. Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælatis, numero secundo, folio* 789. vbi inquit, aduertendum esse, Concilium hoc Lateranense esse aliud longè diuersum ab eo, quod celebratum fuit *anno* 1215. sub Innocentio I I I. & dicitur generale. Et idem notauit Moneta, *de decimis, cap.* 5. *quæstione* 3. *numero* 67. & Leo, *decisione* 3. *Valentia, numero* 6.

Secundo loco obseruatur, ex sententia quamplurimorum, potuisse olim inferiores Prælator. Episcopos scilicet, Archiepiscopos, & alios, sine Romani Pontificis licentia, & authoritate; ob benemerita, vel ob aliam iostam causam, decimas titulo feudi, vel alio, laicis benemeritis concedere; idque ante Concilium Lateranense, sed ex eo deinde fuisse prohibitum. Concilium ergo prædictum Lateranense, id in posterum fieri, magno conatu prohiboit; ita quidem, vt laici iustè possent retinere decimas antiquitus, id est, ante prædictum Concilium sibi à Prælatis, perpetuò aut temporaliter concessas, non tamen eas, quæ post Concilium ipsum, etiam iure feudorum, laicis ipsis fuissent perpetuò, aut temporaliter concessæ, ita sanè communiter tenate omnes scripsit Couar.

variar.

variar. lib. 5. *cap.* 17. *num.* 5. *verfic. Igitur conftat.* Et conftanter defendit Ioannes Gutierres, *practicar. lib.* 1. *quaeft.* 15. *num.* 4. *& quatuor fequentibus.* Et tanquam dubitatum tradit Barbofa, *in dicta l. Titia, ff. foluto matrimonio, num.* 45. *verf. Non obftat fecunda difficultas, fol.* 787. Menoch. *lib.* 6. *praefumptione* 86. *num.* 2. Azor. *inftitut. moral. parte prima, lib.* 7. *cap.* 36. *quaeft.* 12. Moneta, *de decimis, quaeft.* 3. *cap.* 5. *num.* 66. *&* 67 vbi inquit *n.*68 idem quoque de emphyteufi dicendum effe, quod nimirum laicis non poffint concedi decimae, eo titulo à Praelatis, faltem poft Concilium Lateranenfe, quoniam ficut per feudum, ita per emphyteufim vtile dominium transfertur, & valet argumentum de feudo ad emphyteufim. In hoc etiam conuenire omnes, vt ante Concilium praedictum Lateranenfe, potuiffent Praelati, titulo feudi, vel alio, decimas laicis concedere; poft Concilium verò non poffint: profitetur, & fequitur pater Suarez, *de Religione to.* 1. *tractatu de decimis, lib.* 1. *cap.* 26. *num* 2. *&* 3. Auguftinus Barbofa, *in collect. ad Decretal. in cap. cum Apoftolica, de his, quae fiunt à Praelatis, num.* 3. *fol.* 789. Rebuffus, *de decimis, quaeftione* 13. *numer.* 79. *&* 80

Et pro hac refolutione, & diftinctione expendi folet communiter textus, *in dicto cap. cum Apoftolica, & in cap. quamuis,* vbi Gloffa, *de decimis, & in cap.* 2. §. *fane, in verfic. Illas autem, eod. titul. lib.* 6. prout eum inducit, & ponderat Ioannes Gutierres, *dict. quaeftione* 15. *num.* 4. *in verfic. Sed hoc non obftante, fol.* 47. citatur etiam textus, *in cap. prohibemus, de decimis,* prout eum citat Barbofa, *vbi fuprà.*

Inferunt autem iidem Authores, quod in dubio, fi decimae laicis conceffae reperiantur, & dubitetur an poft Concilium Lateranenfe, vel antè conceffae fuerint? poft Concilium conceffae praefumi debent, ficuti Rota aliquando definiuit, & Beroius tenuit, prout Auguftinus Barbofa, *in dicto cap. cum Apoftolica, numero quarto,* recenfuit, & refert Farinacij decifionem in terminis. Marc. Anton. Genuenf. *pract. Ecclef. cap.* 40. *fol.* 62.

Inferunt quoque, decimas laicis conceffas ante Concilium Lateranenfe, retineri poffe licitè, & abfque fcrupolo: poft Concilium conceffas, non poffe. Ante Concilium autem conceffae licèt retineri poffint, non tamen transferri poffunt in laicos vllo modo, vel pacto, etiam cum confenfu Epifcopi, in locum autem Religiofum, & cum confenfu Epifcopi transferri poterunt, idque per textum, *in dicto cap. cum Apoftolica, & in dict. cap. prohibemus, & in dict. cap.* 2. §. *fanè,* & cum multis refoluit Couarru. *variar. lib.* 1. *dict. cap.* 17. *num.* 5. *verfic. Preter hac.* Barbofa, *in dict. l. Titia, num.* 45. *in verfic. Non obftat fecunda difficultas.* Et iterum inferius, in haec verba: *Prima eft, vtrum laicus, decimas habitas ante Concilium, poffit in alium transferre cum confenfu Epifcopi? & dicendum eft non poffe, vt fatis fignificat dict. cap. cum Apoftolica; & cap.* 2. §. *fane, de decim. in* 6. *& in his terminis, nemo contradicit.* Ecce vbi inquit, neminem contradicere, quod decimae habitae ante Concilium Lateranenfe, non poffint, etiam de confenfu Epifcopi, in laicum aliquem transferri; poffint tamen, Epifcopo confentiente, in locum Religiofum: quod etiam cum aliis refoluit Moneta, *dicto cap.* 5. *quaeft.* 3. *num.* 75. *&* 72. *fol.* 50. vbi aliod ftatuit, quando decimae à Romano Pontifice fuiffent conceffae, vt *fuprà hoc eodem cap.* adnotauimus, & eandem refolutionem cum aliis commemorat Ioannes Gutierres, *pract. lib.* 5 *quaeft. praecitata* 15. *num.* 6 vbi adducit rationem communem, quare decimae ante

Concilium habitae à laicis, poffint de confenfu Epifcopi in locum Religiofum transferri; in al um autem laicum non poffint, etiam de confenfu Epifcopi? Marc. Anton. Genuenfis, *pract. Ecclefiaft. q.* 40. *fol.* 62. & ita tenendum eft quidquid Menchaca, *controu. illuftr. lib.* 1. *c.* 89. *n.* 2 dicat, imò communem effe in contrarium, quod fcilicet, cum confenfu Epifcopi poffit laicus transferre decimas in alios laicos, allegando multos; quem falli, & terminos confundere, dixit Barbofa, *in dict. l. Titia, dicto n.* 45. *verf. Et quamuis Menchaca fol.* 787. vbi videri poterit. Menchacam tamen, eiufque opinionem fequitur Ioannes Gutierres, *dicta q.* 15. *n.* 6. *&* 7. vbi & *n.* 8. nonnollos affignat intellectus ad text. *in dicto cap. prohibemus.*

Communis autem contra Menchacam, & fequaces, indubitatè magis procedet, fi aduertas, Rebuffum, *de decimis, quaeft.* 10. *n.* 12 *& fequent.* conftanter tueri, laicos, etiam ante Concilium Lateranenfe, incapaces fuiffe decimarum, & eas retinendo peccaffe: inde & confequenter, quod decimae à Praelatis inferioribus etiam antè illud Concilium conceffae, licitè retineri non poffint, idque, pluribus rationibus, & authoritatibus probare conatur, & maximè per text. *in dicto cap. prohibemus;* prout eum expendit Ioannes Gutierres, *dicta quaeft.* 15. *num.* 4. Sed tenenra communi fententia quod decimae obtentae à laicis, ante Concilium Lateranenfe, licitè retineantur, & cum confenfu Epifcopi transferri poffint in locum Religiofum, ex fententia veriori, & communiori: & in laicos etiam, cum confenfu Epifcopi, ex fententia quorundam, fatisfacit, refponfumque praebet Ioannes ipfe Gutierr *dict. c. prohibemus,* vbi videri poterit ex profeffo. Et nouiffimè omnium Auguft. Barbofa, *in collect. ad decret. in dicto cap. cum Apoftolica, de his, quae fiunt à Praelatis, numero* 5 *fol.* 789 conatur etiam communem opinionem fubuertere, & quod verum non fit poffe laicos, licitè retinere decimas, ante Concilium Lateranenfe conceffas, cùm multò ante Concilium illud hoc ipfum fuerit prohibitum Vrbano II. *in cap decimas,* 39. *in ordine,* 16. *quaeft.* 7 qui annos ferè centum praeceffit hoc Concilium Lateranenfe quare (inquit ipfe) nullus textus inuenitur, qui probet, potuiffe laicos licitè retinere decimas, à Praelatis inferioribus conceffas; fed folùm, quòd obtentas ante Concilium Lateranenfe, poffunt transferre in locum Religiofum, de confenfu Epifcopi; quod non ex ea ratione prouenit, quod eas licitè retineant, fed magis, quia hoc voluit Ecclefia permittere ad vitanda fcandala, vtilius iudicans, fi decimas, quas laici, cum animarum fuarum periculo detinebant, fponte dimitterent aliis Ecclefiis, vel Religiofis locis, quam fi eos, Ecclefiafticis cenfuris, vel modis aliis cogerent ad reftitutionem faciendam eidem Ecclefiae ad quam pertinent. Et citat Rebuffum, Gilchenium, & Patrem Suarez, idem tenentes, & concludentes, Concilium non concedere laicis, vt decimas conceffas à Praelatis inferioribus retineant, fed ne transferant in alios laicos abfolutè, vt in *dicto cap. prohibemus,* nec in Religiofos, fine Epifcoporum authoritate, vt *in dicto cap. cum Apoftolica.*

Concludit etiam Auguftinus ipfe Barbofa, *n.* 6. *in eodem cap. cum Apoftolica, fol* 790. quod circa poteftatem transferendi decimas, à laicis retentas, tres cafus diftinguendi funt, quos *ibid.* diftinguit, & videre vtile erit, pro materiae explicatione diftincta. Quoad nos tamen, & praefentem tractatum attinet, fecurè, & verè refoluit, decimas iufto, & valido titulo, vel à Romano Pontifice habitas, poffe à laicis in alios transferri, etiam laicos, prout transferri poffunt liberè Tertiae, quas Summus Pontif. *x*

Regibus Hispaniæ concessit, idque latius compro-
6 bat *ibidem*, & *suprà* diximus. Quamuis enim laici incapaces sint decimarum, quatenus illæ debentur ratione officij administrandi spiritualia: sunt tamen capaces fructuum, & emolumentorum, quæ ex decima proueniunt; sicuti *cap. præcedenti*, latiùs comprobaui, & eruditè adnotauit, & comprobauit Per. Barbosa, *in dicta l. Titia ff. soluto matrimonio, num.* 46. *fol.* 788. Sesse, *decis.* 162. *n.* 20. & 21. Stephan. Gratian. *tom.* 2. *cap.* 238. *n.* 22. & 23.

CAPVT XII.

Iudices Sæculares, Regiáque Tribunalia, vtrùm cognoscere possint, & debeant, etiam priuatiuè ad Iudices Ecclesiasticos, de causis Decimarum, quæ ex gratia, & concessione Romanorum Pontificum, ad Principes sæculares, aliósque priuatos pertinent, & in eorum patrimonio incorporatæ sunt. Idque, siue ab ipsis, siue ab aliis possideantur. Et siue agatur de quæstione iuris, siue facti. Et non modo inter laicos, sed etiam inter personas Ecclesiasticas. An verò cognitio ad Ecclesiasticos Iudices pertineat. Quemadmodum, si Decimæ, aut Tertiæ in Ecclesiis ipsis permansissent, & Regibus concessæ non fuissent. Vbi articulos hic, ingenti studio, & diligentia, aliter etiam, quam hactenus, ab alio factum fuisse, discutitur, atque declaratur.

Clerici non supponuntur iurisdictioni, & potestati laicorum, nec coram Iudicibus laicis conueniri possunt. Quod exornatur, & Caroli de Grassis locus copiosissimus expenditur.

Decimarum causa est spiritualis, & Ecclesiastica, & eius cognitio ad Ecclesiasticum Iudicem pertinet priuatiuè.

De iuribus, valore, & interpretatione priuilegiorum, cum contenditur, atque dubitatur, recurrendum est directò ad Principem, qui priuilegium concessit, pro declaratione illius. Quod exornatur.

Lites, quæ super feudo, aut causa feudali agitantur, coram Domino feudi tractari debent.

Possessio vnius partis, & præsumptio iuris contra alteram partem, efficit, vt is, qui possidet, & de iure fundat suam intentionem, rei, & non actoris loco habeatur.

Opinio probabilis dicitur, non solum ea, quæ multorum Authorum testimonio comprobatur; sed ea quoque, quæ vel vnius, vel alterius docti, & grauis viri authoritate munitur. Et in vtroque foro excusat. Et probari, atque recipi valet, quamuis aliorum opinio extet in contrarium.

Clericus, in causis possessoriis, an possit conueniri coram Iudice sæculari.

SVMMARIVM.

1 *Iudices sæculares, Regiáque tribunalia, vtrùm cognoscere possint, & debeant, etiam priuatiuè ad Iudices Ecclesiasticos, de causis Decimarum, & Tertiarum, quæ ex gratia, & concessione Romanorum Pontificum, ad Principes sæculares, aliósque priuatos pertinent, & in eorum Patrimonio incorporata sunt.*

Idque, siue ab ipsis, siue ab aliis possideantur.

Et siue agatur de quæstione iuris, siue facti.

Et non modo inter laicos, sed etiam inter personas Ecclesiasticas.

An vero cognitio ad Ecclesiasticos Iudices pertineat.

Quemadmodum, si Decima, aut Tertia in Ecclesiis ipsis permansissent, & Regibus concessa non fuissent.

Et per totum cap. vbi longa serie, & diligenter magis, aliter etiam quàm hactenus ab alio factum fuisset, discutitur, atque enucleatur.

2 *Expenditur fundamentum primum in fauorem Ecclesiasticæ iurisdictionis, & pro Iudice Ecclesiastico contra sæcularem; & numeris sequentibus.*

3 *Actor, regulariter tenetur sequi forum rei, atque ita conuenire Clericum, coram suo Episcopo, & non coram Iudice, aut tribunali Regio sæculari.*

4 *Clerici non supponuntur iurisdictioni, & potestati laicorum, nec coram Iudicibus laicis conueniri possunt.*

Quod ampliatur, atque exornatur latissimè, remissiuè.

5 *Et procedit ea regula, siue Clerici conueniantur actione personali, siue reali.*

Et tam in iudicio reali, quàm personali.

6 *Et in tantum, quod Clerici non possunt renunciare priuilegio fori, & se submittere iurisdictioni Iudicis laici.*

Et de ratione.

7 *Nec expressè, nec tacite permittendo, se conueniri coram Iudice laico, & non reclamando.*

8 *Etiam cum consensu, & licentia sui Episcopi.*

9 *Et siue causa sit ciuilis, siue criminalis.*

10 *Et processus factus coram Iudice sæculari contra Clericum, est ipso iure nullus.*

11 *Consuetudo non potest tribuere iurisdictionem Iudici sæculari contra Clericos, siue vt de causis eorum cognoscant.*

Etiam si sit immemorialis & præscripta tanto tempore, de cuius initio memoria non extaret in contrarium.

Et vide infra, numero 34.

12 *Decimarum causa est spiritualis, & Ecclesiastica, & eius cognitio ad Ecclesiasticum Iudicem pertinet priuatiuè.*

Quod longa serie exornatur, atque declaratur remissiuè.

13 *Et Alexandri III. definitio commemoratur.*

14 *De iuribus, valore, & interpretatione priuilegiorum cùm contenditur, atque dubitatur, recurrendum est directò ad Principem, qui priuilegium concessit, pro declaratione illius.*

Quod exornatur.

15 *Lites*

15 *Lites, quæ super feudo, aut causa feudali agitantur, coram Domino feudi tractari debent.*

16 *Refertur quorundam sententia, qui arbitrantur, solum Iudicem Ecclesiasticum cognoscere posse de Decimis, ex mero priuilegio Summi Pontificis, laico alicui concessis.*

Et ex eadem ratione, qua potissimum excitantur, conuincitur, atque confutatur.

17 *Moneta etiam conformis resolutio, concludenter arguitur, atque improbatur.*

18 *Et Anastasij Germonij placitum quoque reijcitur.*

19 *Azorij denique, Monetæ, & Gratiani distinctio quadam confutatur.*

20 *In litibus, & causis, quæ excitentur super Decimis, & Tertiis, Regibus, & Principibus sæcularibus, à Sede Apostolica concessis, Iudex competens est sæcularis, & non Ecclesiasticus.*

Etiam inter personas Ecclesiasticas.

Et siue quæstio sit iuris, siue facti.

Idque ex veriori, & crebriori Interpretum placito, & sententia.

Quæ ab Authore probatur.

Et ingenti studio, & diligentia comprobatur numeris sequentibus.

21 *Expenditur primum, & potissimum fundamentum superioris sententiæ.*

Et leges nonnullæ nouæ collect. Regiæ, *ponderantur.*

22 *Secundum eiusdem sententiæ, & potissimum quoque motiuum adducitur.*

23 *Et tribus fundamentis, pro contraria opinione ponderatis suprà, ex numero 12. vsque ad numerum 16. satisfacit, responsumque prabet Author.*

24 *Alteri etiam fundamento eiusdem partis contrariæ, de quo suprà, ex numero secundo, respondetur, & numero sequenti.*

25 *Possessio vnius partis, & præsumptio iuris contra alteram partem, efficit, vt is, qui possidet, & de iure fundat suam intentionem, rei, & non actoris loco habeatur.*

26 *Idque maximè procedit in Regibus, & Principibus supremis, qui iura Regalia exigunt, & contra eos, qui illa vsurpant, aut soluere recusant.*

Et etiam contra Ecclesiasticos.

Et ponderatur l. 2. titul. 2. libr. 9. nouæ collect. Regiæ.

Et l. prima titulo 21. eod. lib. 9. *quæ fortiter inducitur.*

27 *Iudex qui est in statuendo, est quoque Iudex in pronuntiando & definiendo.*

28 *In iuribus, quæ Reges obtinent in Ecclesia, habent iurisdictionem, tanquam Episcopi.*

29 L. prima, titul. 21. lib. 9. nouæ collect. Regiæ, *generaliter intelligenda, atque ita, vt omnes casus comprehendat, in quibus Regij Fiscales super Tertiis lites excitent, prout hic adnotatur.*

30 *Priuilegium personale aliquando occultatur ratione rei, quæ priuilegiata reperitur, vt Iudex aliàs non competens fiat.*

31 *Ecclesiastici, qua ratione ligantur legibus de Tertiis loquentibus, forum etiam sortiuntur.*

32 *Cald. Pereira in proposito huiusce materiæ, & eorum; quæ traduntur, locus notabilis, egregiè expenditur.*

33 *Hieronymi Ceuallos locus singularis, in confirmationem resolutionis traditæ* suprà, *numero* 20, *expenditur, & numero sequenti.*

Et ibidem, quod Summus Pontifex potest certas Clericorum causas committere Iudicibus sæcularibus; & fori priuilegio derogare: ibidem etiam, quod eo ipso, quod Sedes Apostolica Tertias concessit Regibus Hispaniæ, videtur eas fecisse de foro ipsorum, vt tanquam ex delegatione, & commissione Pontificis, eius nomine iudicent.

34 *Et an idipsum consuetudine, immemoriali effici potuerit.*

An etiam, quod Iudex laicus cognoscat de causis Clericorum.

35 *Obseruantia subsequuta magna virtus, vis, & effectus.*

36 *Consuetudo, iam dudum in aliqua prouincia, ciuitate, vel Regno recepta, & obseruata, magni ponderis, & æstimationis est.*

37 *Creditur enim, à titulo præcedenti, & sufficienti fluxisse, initiúmque sumpsisse.*

38 *In comprobationem consuetudinis antiquæ Hispaniæ, quam habent Reges, & eorum consilia, cognoscendi de causis Tertiarum, testimonia quædam ponderantur.*

39 *Opinio probabilis dicitur, non solum ea, quæ multorum Authorum testimonio comprobatur, sed ea quoque quæ vel vnius, vel alterius docti, & grauis viri authoritate munitur.*

Vt in vtroque foro excuset. Et probari, atque recipi valeat, quamuis aliorum opinio extet in contrarium.

40 *Opinio generalis, multis retro temporibus, & ab antiquo deriuata, & conuenientibus rationibus munita, pro veritate habetur.*

41 *Hieronymi Ceuallos fundamentum aliud, pro resolutione tradita suprà, ex num. 20. adducitur. Quod eò tendit, vt possessorium rei Ecclesiasticæ reputetur quid temporale.*

Et ideò de eo cognoscat Iudex sæcularis.

Et quod spolium super Tertiis tractatur in Regiis Tribunalibus, etiam inter personas Ecclesiasticas.

42 *Clericus in causis possessoriis, an possit conueniri coram Iudice sæculari.*

Et de his omnibus, quæ in eo dubio Carolus de Grassis tradidit, atque adnotauit.

43 *Consideratio quædam notabilis proponitur in fauorem iurisdictionis Iudicum, & tribunalium sæcularium.*

PRo dilucida & notanda *huiusce cap.* explicatione, & enucleatione, & vt distinctè admodum procedatur (intricatè namque, & confusè nonnulli, cæteri verò maiori ex parte, summa breuitate se habent) obseruandum, atque constituendum erit primo loco, ex his, quæ *duobus cap. proximis præcedentibus* scripta, atque adnotata reliqui, petendam principaliter veram resolutionem, & declarationem dubij, in hac materia, multùm necessarij, & controuersi etiam, vtrum scilicet Iudices sæculares, Regiáque Tribunalia cognoscere possint, & debeant, etiam priuatiue ad Iudices Ecclesiasticos, de causis decimarum, & Tertiarum, quæ ex gratia, & concessione Romanorum Pontificum, ad Principes sæculares, aliósque priuatos pertinent, & in eorum patrimonio incorporatæ sunt. Idque, siue ab ipsis, siue aliis possideantur. Et siue agatur de quæstione iuris, siue facti: & non modò inter laicos, sed etiam inter personas Ecclesiasticas. An verò cognitio ad Ecclesiasticos Iudices pertineat, quemadmodum si Deci- 1

mæ, aut Tertiæ in Ecclesiis ipsis permansissent, & Regibus concessæ non fuissent.

Et dixi, resolutionem huius controuersiæ ex his, quæ scripsi *duobus cap. proximis præcedentibus* pendere; quoniam etsi alia motiua, & fundamenta considerari soleant, illa tamen duo, quæ *ibidem* ponderantur, & inferius repetenda sunt, magis concludenter, & fortius adstringunt, & vrgent.

1 Et prima facie, in fauorem Ecclesiasticæ iurisdictionis, & pro Iudicibus Ecclesiasticis, siue contra Iudices sæculares, Regiáque Tribunalia, vt de his causis cognoscere non valeant, vim facere videtur, decisionem *dicta leg. prima, titulo 21. libr. 9. noue collect. Regia.* Ita comprehendere, & astringere Ecclesiasticos, sicut sæculares; sic sanè, legis ipsius constitutione, Ecclesias, & Clericos, quoad solutionem Tertiarum, pariter ligari, prout sæpè *lege ipsa* repetitum est; & *cap. 2. & 3. & sequentibus suprà* adnotatum. Cum ergo, super Tertiis, aut Decimis, Principibus sæcularibus concessis, lites excitentur per Fiscalem Regium, siue Ecclesias, aut Clericos teneri soluere eas, contendatur (prout quotidie contenditur) videtur, quod Iudices Regij sæculares se intromittere non valeant, propter incapacitatem notoriam, quam habent, sed quod cognitio pertineat priuatiuè ad iudicem Ecclesiasticum.

3 Quoniam actor Regulariter tenetur sequi forum rei, atque ita conuenire Clericum coram suo Episcopo, & non coram Iudice, aut tribunali Regio sæculari; vt vtrumque probatur *in cap. cum sit generale, cap. primo, cap. si diligenti. cap. significasti: de foro competenti. cap. decernimus, cap. cum non ab homine, cap. & si Clerici, cap. qualiter, de iudiciis, cap. primo, cap. inolita, cap. placuit, cum sequentibus, 11. quæstione prima, cap. denique, 96. distinctione, cap. si quis, 23. quæstione 8. authent. statuimus. Cod. de Episcop. & Clericor. authent. vt Clerici apud proprios Episcopos.*

4 Et pro Regula constituit, infinitisque Authoribus relatis, comprobat Carolus de Grassis, *de effectibus Clericatus, effectu primo, numero primo, folio 67.* & multis modis ampliat vsque *ad num. 666.* & concludit, quòd Clerici non supponuntur iurisdictioni & potestati laicorum, nec conueniri possunt coram Iudicibus sæcularibus, vbi longa serie videri poterit. Et eandem regulam tradiderunt Dueñas, *regula 10.* Ioannes Gratianus, *regula 9.* D Martha, *de iurisdictione, parte 2. casu 6.* Augustinus Barbosa, *in cap. quæ in Ecclesiarum, numero 14. de constitut.* D. Angulanos, *de legibus, libro 2. controuersia 21. & 22.* Velascus, *de priuilegiis pauperum, quæst. 52.*

5 Et procedit ea regula, siue Clerici conueniantur actione personali, siue reali. Et tam in iudicio reali, quàm personali; quia sicut Clerici non subiiciuntur iurisdictioni Iudicis sæcularis, ita nec eius bona, sicuti cum aliis multis notauit ipse Carolus de Grassis, *dicto effectu primo, numero 10. & 18.* Velascus, *dicta quæstione 52. ex numero primo, cum sequentibus.*

6 Procedit etiam in tantum, quod Clerici non possunt renuntiare priuilegio fori, & se submittere iurisdictioni Iudicis laici, vt probatur eisdem iuribus relatis *suprà, num. 3* & maximè *in dicto cap. si diligenti. & in dicto cap. significasti.* & mille Authoritatibus relatis, notauit Grassis ipse, *dicto effectu primo, numero 42. folio 74.* & vltra relatos ab eo, notarunt quoque Rolandus, *in consilio quarto, numero nono, volumine primo,* Alciatus, *in consilio 22. numero quarto, tomo secundo, libro sexto.* Grammaticus, *decisione 61. num. 14.* Aluarus Valascus, *consultatione 65.* Diana, *resol. moral. titul. de immun. Eccles. resolut. 3. fol. 20.* Vincentius de Franchis, *decisione 400. numero 6* Velascus, *vbi suprà, numero 4.* Honded. *in consilio 3. numero 21. libro primo.* Et reddit rationem Carolus de Grassis, *num. 43.* ex communi omnium sententia, & iuribus ipsis deductam, quia cum hoc priuilegium sit introductum in fauorem totius Ordinis Clericalis, sequitur, vt nullus possit illi renuntiare. Et *numero 45.* ampliat, 7
vt sicut, Clericus non potest suo consensu expressè renuntiare fori priuilegio, ita nec tacitè possit, permittendo, se conueniri coram Iudice sæculari, 8
& non reclamando. Etiam cum consensu, & licentia sui Episcopi. Et siue causa sit ciuilis, siue cri- 9
minalis, vt *ibidem* comprobat, *numero 53.* idem 10
Grassis. Et processus factus coram Iudice sæculari contra Clericum, est ipso iure nullus, vt etiam tradit, *ibi, numero 117.* Et quemadmodum consen- 11
sus priuatus alicuius Clerici, iurisdictionem tribuere non potest sæcularibus Iudicibus, ita nec consuetudo. Vnde non obstante quacumque consuetudine, Clerici conueniri non possunt coram Iudice sæculari. Quia consuetudo, quòd Iudex laicus cognoscat de causis Clericorum, est omnino inualida, nullumque producit effectum, vt *in cap. Clerici, de iudiciis*, vbi Glossa, & cum infinitis tradidit Carolus de Grassis, *eodem effectu primo, numero 371. folio 112.* Et ampliat *numero 375.* vt procedat, etiam si talis consuetudo esset immemorialis & præscripta tanto tempore de cuius initio memoria non extaret in contrarium. Quod tenent etiam relati per Augustinum Barbosam, *in collectan. ad decretal. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. ex numero 17. & 18.* Anastasius Germonius, *de sacror. immunitat. libro tertio, cap. 15. numero 65.* & vide *infra, hoc eodem cap. numero 34.* Diana, *resolut. moral. titulo, de immunit. Eccles. resolut. 4.*

Deinde etiam, & secundo loco, in contrarium quoque vrget, quod in litibus, & controuersiis, non modo Ecclesiæ, & Ecclesiastici, tanquam rei, à Fiscalibus Regiis conueniuntur, sed etiam de 12
materia decimarum agitur, quæ Ecclesiastica, & spiritualis dicitur, & eius cognitio priuatiuè ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet, etiam inter personas laicas, ita quod neque incidenter laici Iudices, de ea cognoscere valeant. Nam Iudex laicus de causa Ecclesiastica, maximè spirituali cognoscere non potest, in *cap. decernimus, de iudiciis*, in illis verbis: *Decernimus, vt laici Ecclesiastica negotia tractare non præsumant, sed Episcopi, Abbates, Archiepiscopi, & alij Ecclesiarum Prælati, de negotiis Ecclesiasticis, maximè de illis, quæ spiritualia esse noscuntur, laicorum iudicio non disponant. cap. tuam, de ordine cognit.* sed decimarum causa, spiritualis est; idcirco Iudices laici de ea cognoscere non valeant. *cap. 2. de iuramento calumnia.* in. illis verbis: *Sane Romana Ecclesia, in his casibus, in quibus de Ecclesiis decimis, & rebus spiritualibus tantum agitur.* Et *ibi* Glossa, *in verbo, rebus.* dicit, dictas causas spirituales esse. Et notauit Abbas, *num.* 2 probatur etiam *in cap. finali, de rer. permutat.* ibi: *Cum super causa, quæ inter ipsos ex vna, & Præpositum Albensem ex altera, super quibusdam decimationibus vertebatur.* Iunctis verbis sequentibus, ibi: *Cum permutatio de spiritualibus ad temporalia improbetur.* cap. tua nobis 26. de decimis, cap. postulasti, de homicidio. Clementina, dispendiosam, §. statuimus, de iudiciis, l. 56. titulo 6. partita prima, ibi: *E mostrò, que aquellas demandas son spirituales, que se fazen por razon de diezmos,* & in fine, ibi: *E todas estas cosas sobredichas, y las otras semejantes dellas, perteneceen a juyzio de santa Iglesia, e los Prelados las deuen juzgar.* Et post Glossam *in cap. ex tenore, verbo, Ecclesiasticam*

Ecclesiasticum iudicium de foro competent. & in summa, 11. quæstione prima, vnanimiter omnes annotare solent, quod decimarum causa Ecclesiastica, & spiritualis est, & eius cognitio ad Ecclesiasticum Iudicem pertinet; sicuti cum aliis multis Authoribus tradiderunt, atque exornarunt Andr. Gaill. *practicar. obseruat. libro primo, obseruatione* 38. Rebuffus, *de decimis, quæstione* 10. *numero* 2. & 38. Thuscus, *tomo* 2. *littera D, conclusione* 73. Anastasius Germonius, *de sacrorum immunitat. lib. 3. cap.* 19. *numero* 84. *& sequent.* Moneta, *de decimis, cap.* 8. *quæstione prima, ex numero primo, ex folio* 81. Camillus Bortellus, *in summa decisionum, titulo* 19. *de decimis, numero* 13. *& sequentibus, & numero* 41. Thomas Zerol. *in praxi Episcopali, verbo, decima, versiculo, Ad sextum.* Marchesan. *in tractatu, de commission. & rescript. cap. 4. numero* 30. *part.* 2 Paponius, *libro primo, titulo* 12. *arresto* 8. Gomez de Leon, *in centuria informat. allegatione* 49. vbi quod iudex Ecclesiasticus cognoscit de causa decimarum, etiam inter laicos, quia spiritualis est: Ioann. Gutierres, *practicarum libro 3. quæstione 26 per totam*, Ioseph. de Sese, *decis.* 162. *ex num.* 11. *cum sequent.* Martha, *de iurisdict. part.* 1. *cap.* 43. Barbosa, *in l. Titia, nu.* 39. *fol.* 782. *ff. soluto. matrimon.* Cabedus, *decis.* 63 *n.* 4. *parte* 2. Ceuallos, *commun. contra commun. quarta parte, quæstione* 897. *numero* 651. *& tomo tertio, quæstione* 822. *numero* 68, 69. *&* 70. Stephanus Gratianus, *tomo secundo, cap.* 238. vbi latissimè Morla, *empory, titulo de iurisdictione omnium iudicum in præmissis, numero* 137. *folio* 84. Carrascus, *ad leges Regias, cap. 6. de decimis, §. 2. ex fol.* 59. vbi regulam tradit cum fallentiis. Regula est, quod causa decimarum est Ecclesiastica, & spiritualis, & priuatiuè de ea Iudex Ecclesiasticus cognoscit. Augustinus Barbosa, *in collectan. ad Decretales, in capit. sua. numero* 2. *de decimis.* D. Francisc. Hieronym. Leo, *decisione tertia Valentia, libr.* 1. *num.* 23. & 4. vbi generaliter obseruauit, quod de causa spirituali, vel spirituali annexa, solus Ecclesiasticus iudex cognoscat, quod probatur in iuribus relatis *suprà, numero secund. & in cap. tuam, de ordine cognit. cap. lator. cap. causam quæ, el 2 qui filii sint legitimi.* Et cum multis aliis Authoribus comprobat Moneta, *dicto cap.* 8. *quæst.* 1 *num.* 1. & 2.

13 Et extat expressa Alexandri III. determinatio, ad consules Papiæ directa, 4. in ordine, *sub titulo de iudiciis, in prima compilatione Decretalium*, quæ in indiuiduo determinat incapacitatem tribunalium sæcularium, vt de causis, decimarum cognoscant, & cognitionem earum prohibent, & iubet, has causas ad iudices Ecclesiasticos remitti, in hæc verba: *Relatum est auribus nostris, quod vos de decimis, & negotiis, quæ iudicium Ecclesiasticum requirunt, non veremini iudicare, & de his, non sine vestræ detrimento salutis; vos intromittere minimè dubitatis. Minus rectè, quam deceat, cogitantes, quomodo ex hoc, & Creatorem vestrum offendatis, & manifestè Sanctorum Patrum institutionibus contrariatis. Quocirca, discretionem vestram monemus, vt de decimis, vel Ecclesiasticis negotiis, de cætero vos intromittere nullatenus præsumatis, sed ea venerabili fratri nostro, Episcopo vestro, & aliis personis Ecclesiasticis tractanda, & iudicanda, sine contradictione qualibet relinquatis.*

Tertio, & pro eadem parte ponderari solet, quandoque à Fiscalibus Regiis, super decimis concessis laicis, & super Tertiis, cum Ecclesiasticis, & Religiosis, lites excitari, quarum controuersia, & difficultas, principaliter consistit, in validitate, aut inualiditate priuilegiorum, & in interpretatione eorum, quæ Religiosis, & Religionibus, à Sede Apostolica concessa sunt, cum ipsis priuilegiis, à solutione Tertiarum, aut etiam decimarum, quæ ab eis petuntur, se eximere contendant, & in eis defensio Religionum consistat, atque ex ipsorum tenore contentionum occasio oriatur; atque ita videri, quod Iudices Sæculares, & Regia Tribunalia se omnino abstinere debeant à litibus, & controuersiis, quæ occasione dictorum priuilegiorum, reddunt Tertiarum præstationem, & solutionem, & quod cognitio, & interpretatio pertineat priuatiuè ad Romanum Pontificem, ciúsque Iudices
ordinarios, aut delegatos Ecclesiasticos. Nam 14
cum contenditur, de viribus, valore, & interpretatione priuilegiorum, & super ipsis dubium excitatur, recurrendum est directò ad Principem, qui priuilegium concessit, pro declaratione illius. *l. finalis, Cod. de legibus*, iuncta communi Doctorum allegatione, quod eius est interpretari, cuius est condere legem, *capit. conuenissent, de iudiciis*, in illis verbis: *Cum super priuilegiis Sedis Apostolica, causa vertitur, volumus de ipsis, per alios iudicari, l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. substitut*, ibi: *Beneficia principalia, ipsi Principes solent interpretari, capit. cum tempore, de arbitris, cap. 1. & 2. de confirmat. vtili. vel in vtil. 2. titul 1. partita secunda*, ibi: *Otro si ha poder, si fuesse obscuro, de lo esclarece*, l. 27. titulo decimo octauo, partita tertia, ibi: *No lo deue ninguno juzgar, si non el mismo, ò los otros, que remaren.* Et notarunt Ioannes Garcia, *de nobilitate glossa prima, § primo, numero primo, folio* 38. Cotta, *in memorabilibus, verbo, priuilegium.* Ioannes Gutierres, *practicarum libro tertio. quæstione* 22. *numero secundo.* Hieronymus Gabriel, *in consilio* 182. *libro secundo*, vbi vide omnino: Gironda, *de priuilegiis, numer.* 83. Coquier, *de iurisdictione ordinaria in exemptos, libro secundo, quæstione* 13. vide etiam omnino Baldum, *in consilio* 305. *incipien.* Verba Principis, *libro primo.* Alexandrum, *in consilio* 216. *libro secundo*, Decium, *in l. Neratius. ff. de regulis iuris*, Federic. de Senis, *in consilio* 233. *Casus est talis.* Cardinal. Thuscum, *tomo quarto, littera I, conclusione* 329. *& tom.* 6. *littera P, conclus.* 737.

Quarto etiam loco, & pro eadem parte vrgere videtur, certi iuris esse, & sæpè repetitum, *cap. primo, & secundo, & sequentibus*, suprà, *hoc eodem tractatu*, Hispaniæ, & aliarum Prouinciarum Principes, ex concessione, & gratia Romanorum Pontificum, Tertias habuisse, & possedisse, hodiéque possidere, & *in dicta l. prima titulo* 21. *libro nono, noua collect. Regia*, expresse probatur. Vnde cum Regij Fiscales, super Tertiis ipsis, cum Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis litigant, iure sibi competenti ex dicta concessione, & à Romanis Pontificibus deriuato principaliter subsistunt, atque excitantur. Ecclesiæ quoque, & Ecclesiasticæ personæ, & Religiones, quæ se litibus his opponunt, priuilegiis, & exemptionibus Romanorum eorundem Pontificum se tuentur; & sic vna, & altera pars recognoscit ius sibi competens à Sede Apostolica deriuatum, à qua, tanquam in feodum, Tertiæ ipsæ habitæ videntur, & nunc possideri. Et cum de vi, & valore titulorum, siue concessionum ipsarum dubitari contingat, videbatur quod coram Iudice feudi litigari debeat, & sic coram Romano Pontifice, aut Iudice eius delegato, siue iudicibus Ecclesiasticis ordinariis. Lites namque, quæ super feudu, aut causa feu- 15
dali agitantur, coram Domino feudi tractari debent, etiam si aliàs iudex competens non sit, & tali casu cessat priuilegium fori; sicuti probatur *in cap. verum, & in cap. ex transmissa. de foro competenti. & in cap. cæterum, de iudiciis*, quibus statutum est, dominum feudi, etiam laicum, esse Iudicem competentem inter feudatarios contendentes

ſuper te in feudum conceſſa, vel aliquo iure ipſius, etiam ſi Clerici ſint, vel quacumque alia ratione ad forum Eccleſiaſticum pertinentes; Et ratio eſt, quia natura cauſæ trahit ad ſe perſonam, non perſona naturam cauſæ, ſicuti cum Baldo, Socino, & Afflicto obſeruauit Andr. Gaill *libro primo, obſeruatione 37. numero tertio.* Bobadilla, *in Politica, libro ſecundo, cap. 18 numero 155.* Ceuallos, *commun. contra commun. quæſtione 821. ex numero 96. vſque ad numerum 301.* vbi ſatisfacit, reſponſumque præbet opinioni contrariæ Archidiaconi, & explicat textum *in cap. ſi diligenti, de foro compet.* & citat. *l. finalem, titulo 26. partita 4.* qua idipſum, quod in dictis iuribus Canonicis ſtatuitur. Et *ibi* Gregorius Lopez, *in verbo, otros vaſſallos,* inquit, generali Hiſpaniæ conſuetudine, de iſtis controuerſiis cognoſcere Regias Cancellarias, non ſolum inter vaſſallos, ſed etiam inter Dominum donatorem, & vaſſallum. Et idipſum reſoluit Martha, *de iuriſdictione, 4. parte, caſu 102. numero 16.* Bernard. Greuæus *ad Gaill. dicta obſeruatione 37. conſideratione 4.* & facit ſingularis doctrina Philip. Prob. *in addit. ad Monachum, in cap. 2. numero nono, de præbendis.*

16 Quinto denique, & vltimo loco vrget ſententia quorundam, qui arbitrati ſunt, ſolum iudicem Eccleſiaſticum cognoſcere poſſe de decimis infeudaris, vel etiam ex mero priuilegio Summi Pontificis laico alicui conceſſis. Et reddunt rationem, quia feudum ipſum adhuc ex iure decimandi oritur, quod eſt Eccleſiaſticum, neque priuilegium percipiendi decimas extendi debet ad cognitionem cauſæ, niſi id exprimatur; & ita credit atque reſoluit Azor. *libro 7. inſtitut. moral. cap. 26. quæſtione 3.* & idipſum etiam quando inter ſolos laicos verſatur controuerſia, voluerunt Ripa, & Calderinus, quos refert Moneta, *de decimis, cap. 8. quæſtione prima, ſub numero decimo quinto, in fine, ſecunde columna verſicul. Alij verò;* qui tamen in propoſito noſtro, atque in terminis Tertiarum non vrgent, nec vim aliquam faciunt pro iuriſdictione Eccleſiaſtica, & contra Iudicem ſæcularem: cùm ſupponant, aut prætermittant, Decimas, aut Tertias, in feudum datas fuiſſe; vel ita conceſſas, vt Eccleſiaſticæ adhuc remaneant; & ſæculares atque profanæ factæ non ſint: cum tamen termini noſtri valde diuerſi ſint, & ſupponamus pro certo, Tertias, aut Decimas, non in feudum datas, ſed ſimpliciter & pleno iure conceſſas (prout abſolutè, & ſimpliciter Tertiæ Regibus conceſſæ fuère) quo caſu facultas illa percipiendi eas, nec Eccleſiaſtica, minus ſpiritualis remanet, nec dici poteſt, ſicuti *cap. proximo* adnotaui, & retuli Barboſam, *in dicta l. Titia, numero 41.* ex ſententia aliorum Authorum diſtinguentem, an decimæ conceſſæ fuerint in feudum; vt tunc Eccleſiaſticæ remaneant; an ſimpliciter concedantur, vt tunc deſinant eſſe ſpirituales, & Eccleſiaſticæ; & conſiderentur tanquam quid temporale; & idcirco ſolus Iudex ſæcularis ſit competens ad controuerſias, quæ excitantur, definiendas. Deficiente ergo ſuppoſito, quod dicti Authores faciunt, quod ſcilicet decimæ in feudum datæ ſint, item excluſa ratione, qua inde inferunt, quod decimæ adhuc remaneant Eccleſiaſticæ, ſine vi, aut authoritate aliqua, ipſorum placitum remanet, cùm Tertiæ, nec in feudum datæ ſint Regibus, ſed ſimpliciter conceſſæ; nec Eccleſiaſticæ remaneant.

17 Et ob eandem rationem, nec Monetæ, *de decimis, dicto cap. octauo, quæſtione prima, ſub numero 15.* ſententia ſuperiori conformis, aliquid præſtat, dum affirmat, quod etiam, vbi ius decimandi in laicum tranſlatum ſit per Apoſtolicum priuilegium, & non ſolum, quando in Eccleſiaſticos; ſolus iudex Eccleſiaſticus de his cauſis cognoſcere debeat, nec ſæcularis poſſit ſe intromittere; cum etiam tunc de iure ſpirituali tractetur: ſunt namque falſi termini, quos Moneta ſupponit, ius inquam decimandi in laicum transferri poſſe; cùm ſola facultas percipiendi fructus transferri valeat, & in dubio cenſeatur tranſlata, vt ſuprà *cap. decimo*, latius comprobaui, nec ius decimandi transferri poſſit per Summum Pontificem. Item falſum eſt ſuppoſitum, quod adhuc de iure ſpirituali agatur, cum contrarium verius ſit, & quòd Decimæ ipſæ, aut Tertiæ, eo ipſo, quod in Principes laicos, vel alios priuatos transferuntur, deſinunt eſſe ſpirituales, & Eccleſiaſticæ, atque ita, cum de eis lis controuertitur, non agitur de iure ſpirituali, ſed de ſola commoditate, & facultate percipiendi fructus, quod eſt quid temporale. Et ita ſupponendo, Moneta metipſe agnoſcit, ſatis probabiliter ſuſtineri poſſe, quod index ſæcularis cognoſcere hiſce de cauſis valeat. & contrarium reſoluit, ſupponendo quòd de iure ſpirituali, & Eccleſiaſtico agatur. Quo caſu libenter, & præciſa ratione fatemur id verum eſſe, negamus tamen, in terminis conceſſionis Tertiarum, quæ ſimpliciter facta fuit, & in qua, non de vllo ſpirituali, aut Eccleſiaſtico iure, ſed de ſola facultate, & commoditate percipiendi fructus agitur, prout in Tertiis agi, ſæpè diximus, eam ſententiam procedere poſſe; & ſuppoſita temporalitate, contrariam omnino admittendam, prout admitti poſſe probabiliter, dixit idem Moneta, vt nunc ſcripſi. Nec ita percipiunt Diaoa, referendus ſtatim, & Fagundez, *præcep. 5. lib. 3. cap. 5.*

Inde, & præciſa quoque iuris ratione, vera non eſt, nec admittenda diſtinctio, & ſententia alia 18
Anaſtaſij Germonij, & Dianæ, *moralium, de immunit. Eccleſiar. reſolut. 89. folio 71.* (quam, & alij, ſed male quidem ſequuntur) is enim, *de ſacror. immunit. libro tertio, cap. 19. num. 90.* exiſtimauit, & alios retulit, ita tenentes; poſſe quidem de cauſis prædictis, Iudicem laicum cognoſcere, non tamen ob id, ea cognitione priuatum eſſe iudicem Eccleſiaſticum, niſi in priuilegio, quod Summus Pontifex, decimas laicis, eorúmque cognitionem ſæcularibus Iudicibus conceſſit, appareat, quod eam cognitionem ſibi, iudicibúſque Eccleſiaſticis ademerit, argumento text. *in cap. ex parte tua, de capel, Monachor.* cui etiam conſonat text. *in cap. nonnulli, de reſcript. & cap. eam te, de ætate, & qualitate.* Vt nimitum, ſecluſo priuilegio, aut conſuetudine, poſſit quidem laicus Iudex de his decimis, quæ laicis infeudatæ ſunt ante Concilium Lateranenſe, vel priuilegium Pontificium eiſdem conceſſæ, cognoſcere, ab hac tamen cognitione iudex Eccleſiaſticus non excludatur. Et ſequuntur Moneta, *de decimis, cap 8. dicta quæſtione prima, ſub numero 15. in verſic, Anaſtaſius vero.* Stephan. Gratianus, *diſceptat, tom. 2. cap. 238. num. 81. & 82.* ſed ideo hæc reſolutio non ſuſtinenda (vt dixi) quod retentis terminis noſtris, & in conceſſione dictatum Tertiarum, quæ Regibus Hiſpaniæ donatæ ſunt à Sede Apoſtolica, in decimis quoque laicis conceſſis, non ius decimandi tranſlatum ſit in Reges, & laicos ipſos, nec agatur de iure percipiendi decimas, quatenus ſpirituale eſt, & ſolum Miniſtris Eccleſiæ competit, ſed de ſola facultate fructuum percipiendorum, quæ conceſſa tantum, ſemper videtur, & eſt quid temporale & profanum, ita vt nihil Eccleſiaſticum, aut ſpirituale admixtum habeat, atque ideo iudex Eccleſiaſticus ſe immiſcere non debeat, ſed ſolum Iudex ſæcularis, vtpote de re merè temporali cognoſcat.

Quod

Quod D.Francisc Hieron. Leo, *decisione tertia Valentiæ, n.* 13. *&* 14 *&* 19. rectè, & iuridicè, post alios Anthores, quos refert, percepisse videtur; dum dicit *dicto num.* 13 *&* 14. cùm aliis multis, quod licet ius decimandi non possit laicis concedi, fructus tamen decimarum bene possunt cadere in laicum: & tunc iam non erit spirituale, ius tale laico concessum, cum laicus spiritualia non ministret, sed temporale, hoc est, fructus, & commoditates decimarum, quæ quid temporale sunt. Et repetit *num.* 23. quo loco inquit non obstare argumentum à se propositum *suprà, num.* 2. quòd causa decimarum sit Ecclesiastica, & spiritualis, & ideo laicus Iudex de ea cognoscere non valeat: quia id procedit, quando agitur de iure decimandi: quod debetur Deo & eius Ecclesiis, in signum vniuersalis Dominij; secus si ageretur de meris fructibus, & non de iure decimandi. Præterea inquit argumentum non obstare; quia non procedit, quando decimæ Regibus fuerint concessæ priuilegio Apostolico, quia tunc fructus decimarum sunt profani, & causa cognitionis earum, non erit spiritualis, sed temporalis.

Item & singulariter, decisio ipsa 3. *Valentiæ*, cùm præuenisset *n.* 7. ex sententia quorundam adnotatum, quod licet Iudex sæcularis, de decimis cognoscere possit; nihilominus tamen Iudex etiam Ecclesiasticus de eis cognoscere, & iudicare valet, specificè inferius, *n.* 26. *fol.* 44. satisfacit, responsumque præbet, & inquit quod id procedit, attento iure Canonico, quo vterque Iudex competens est in causis decimarum; secus tamen est, attentis priuilegiis, & iuxta concessiones Romanorum Pontificum, quibus in Tertiis, & Decimis eisdem, à Sede Apostolica concessis, soli Reges, eorumque Iudices sæculares cognoscere possunt, & in his causis, iurisdictionem habent, quod est verè, & singulariter dictum, & omnino conuenit obseruationi nostræ. qua Anastasij Germonij, & sequacium placitum improbamus.

19 Nec etiam placere potest, ob eandem rationem distinctio illa Pat. Azorij, *lib.* 7. *instit. moral. cap.* 26. *quæst.* 3. quam tamen probauit Moneta, *decimis, dicto cap.* 8. *quæst.* 1. *sub num.* 15. *in versic. Nisi hoc ius decimandi. fol.* 94. & antea retulit, *fol.* 92. *in versic. Azor. refert etiam.* Stephan. Gratianus, *dicto cap.* 238. *num* 84. is enim author existimauit, quod si decimæ sint authoritate Papæ, in laicos Principes translatæ, interueniente contractu permutationis, qui eas, re alia maiori, vel æquali compensauit; tunc hæc causa decimalis tractari possit coram Iudice sæcolari laico, & cum tunc decima effecta sit Principis, & Ecclesia retineat ius suum in re accepta in permutationem, & in locum decimarum subrogatæ: alias autem, si ex mera gratia, & non ex contractu permutationis, decimæ in laicos translatæ sint, quod solus iudex Ecclesiasticus cognoscere valeat, Verè tamen decipitur, nec rationem principalem huiusce rei fuit assequutus; nihil enim interest, an ex gratia, & libertate, an ex permutatione, Romanus Pontifex Decimas, aut Tertias laicis concesserit; cùm vno, & altero casu, decimæ ipsæ temporalizentur, & vsque adeo in patrimonio, & commercio laicorum esse dicantur; inter bona eorum temporalia computentur, & tanquam quid temporale, possunt libere eas alienare; sicuti capit. præcedenti notaui, & comprobaui. Quamuis ergo nullus contractus permutationis, vel alterius generis interueniat, solus Iudex sæcularis de eis cognoscere valebit, cum eo etiam casu eius efficiantur Decimæ, aut tertiæ, cui concessæ sunt, si in eo, quod efficiantur, vel non, vis constituitur, prout vim prædictos author constituit. Cum vno etiam, & altero casu, de sola fructuum percipiendorum facultate, & commoditate agatur, in qua nihil spiritualitatis, aut Ecclesiastici considerari valet, vt sæpe diximus, & ij omnes considerant, qui contrariam opinionem, indistinctè probarunt.

Reiecta ergo sententia, & opinione prædicta, succedit secunda, & omnino contraria, quæ & verior, & communior est, & crebriori Interpretum placito recepta; immemorialique vsu, & consuetudine totius Regni, infinitisque fere tribonalium Hispaniæ definitionibus, & determinationibus validata, & comprobata; videlicet, de causis decimarum, & Tertiarum, quæ Principibus sæcularibus, aliisque priuatis, à Sede Apostolica, iustis de causis concessæ fuere, Iudices competentes esse laicos, & Regia Tribunalia sæcularia cognoscere, idque priuatiuè ad Iudices Ecclesiasticos, ita vt ipsi, in eisdem causis se intromittere, aut immiscere non valeant vllo modo; & dictam cognitionem competere, etiam inter Ecclesiasticas personas. Et siue quæstio sit iuris, siue facti. Et verè huiusce secundæ partis, & opinionis, sequentes videntur fuisse Authores, & expendi pro ea verè possunt. 20

Ioannes inquam Andreas, *in capit. ea quæ, de regul. iur. lib.* 6. dum docuit, quod vbi agitur de iure decimarum, solus Ecclesiasticus iudex cognoscit, quia est spirituale, quod si de fructibus, eorúmque commoditate agatur, quod laicus Iudex cognoscere potest, cum sit quid temporale, argumento *cap. vestra, de locato.* Et is quidem Author, iuridicè, & distinctè magis rem hanc assequutus est, quam Moneta, Azor. & alij Recentiores, relati *suprà*, perceperint, vt vides, & cum in Tertiis, de facultate tantum percipiendi fructus agatur, quod est quid merè temporale, non de vllo iure spirituali, expressa adest Ioannis And. decisio, atque determinatio, vt Iudex solus laicus cognoscere valeat, nec se intromittere possit Ecclesiasticus.

Federicus de Senis, *in cons.* 245. *num.* 3. *&* 4. vbi ita pariter intelligit, & an vertatur quæstio super ipso iure decimandi, an super commoditate, & facultate percipiendi fructus, distinguit.

Guid. Pap. *decisione prima, & decis.* 85.

Boërius, *decis.* 60. *n.* 23.

Grammaticus, *decis.* 78.

Afflict. *decis.* 24. *n.* 2 quatenus post Anton. de Butrio, Panormitan. Zabarel & alios antiquos hi tres Anthores distinguunt, quòd in causis decimarum constituenda est differentia, an agatur de iure spirituali, vel quasi, & de Ecclesiastico, an de iure temporali, & quando agitur de eo, quod non est spirituale, nec Ecclesiasticum, sed temporale, pro certo tradunt, quod tunc Iudex sæcularis cognoscit, & non Ecclesiasticus; & idem statuunt, quando super mero possessorio lis conuertitur. Sequitur ergo, quod cum in litibus super Tertria, de re merè temporali agatur, cognitio ad sæcularem pertinet Iudicem, quod iidem Authores, si de Tertiis ipsis interrogati fuissent, ita respondissent.

And. Gall. qui idem in effectu tenet, *practicar. obseruat. lib.* 1. *obseruatione* 37. dicens, quod hanc opinionem, vt Iudex sæcularis sit competens; vbi non vertitur quæstio super ipso iure decimandi, & sic super re spirituali, & Ecclesiastica, communia iudiciorum vsus approbauit.

Raphaël Cumanus, *in consil.* 84. *Causa decimalis, num.* 3. vbi singulariter, & notanter tradidit, quod

quod cognitio cauſarum decimalium, & ſuper decimis, regulariter eſt fori Eccleſiaſtici, vbi de iure ipſo decimarum agitur: ſi tamen de eis eſſet facta conceſſio laico, quod tunc ratione cummoditatis temporalis, & quia facultate percipiendorum fructuum agitur, non de iure ſpirituali, Iudex poteſt eſſe laicus. Et eum ſequitur Ioan. Franciſ. Balbus, *de præſcript. prima parte, quinta partis principalis, quæſt. 7. num 7. in fin.* Ioannes Anton. de Nigris, *in cap Regni Neapolis. Item ſtatuimus, quod Comites, in fin.* Pet. Folleri. *in cap. Regni, Et quia nuper. num. 1.* Carolus de Tapia, *de iure Regni Neapol. lib. 1. titulo de decimis, numero ſexto & ſequentibus, folio 75.*

Franciſc. Burſatus (qui idem in effectu tenet) *in conſil. 50. num. 14. lib. 1.* vbi defendens alienationes, quas Duces Mantuæ fecerant facultatum percipiendi certas decimas, quæ ad eos ex conceſſione Apoſtolica ante Concilium Lateranenſe pertinebant, ſic ſcribit : *Vtique, iſta decimæ in perſonis laicorum non cenſentur prohibitæ, nec vetita, ſeu ſæcularibus interdicta; quinetiam, vti ab antiquo, ante dictum Concilium habita, tanquam proprium laicorum patrimonium, vendi, alienari, hypothecari, præſcribi, cognoſcique per iudices ſæculares valent, vt tradunt communiter Canoniſtæ omnes, in cap. cum Apoſtolica, & in cap. prohibemus, de decimis. Barbat. amplè, in conſil. 35. Iaſ. in conſil. 156. lib. 1. Alciatus, ex communi, in conſil. 36 & in conſ. 10. numero quinto & ſequent.* Et Franciſcus Marc. *deciſione 17. numero 2. & deciſ. 185.*

Burſatus ipſe, *in conſil. 127. n. 121. vol. 2.* videndus etiam, *in conſ. 49. n. 9. lib. 1.*

Iacob. Menochius, qui idipſum eleganter probauit *in conſ. 757. num. 16. vol. 8.* vbi in caſu ſimili, cum de incapacitate, aut incompetentia iuriſdictionis, ab aduerſariis obiectum eſſet in cauſa illa, quam tuebatur, in hunc modum ſcripſit, vt illis ſatisfaceret, reſponſumque præberet : *Huic dubitationi reſpondetur, quod cum hæc decima feudalis conceſſa fuerit laicis, iure potuit Sereniſſimum Dominium Venetum de ipſis decima poſſeſſione, ſeu quaſi, cognoſcere, & illam continuationem, vel miſſionem in poſſeſſionem D. Contarena concedere. Ita in terminis ſcripſit Petr. Rebuf. in tractatu de decimis, quæſt 10. num. 39. qui commemorat alios affirmantes, Iudices Regios Galliarum, & Hiſpaniarum, de cauſis harum decimarum cognoſcere, & iudicare, quibus accedit Craueta, in conſ. 258. colum. prima, &c.*

Et idem tenet Renat. Chopinus. *de morib. Pariſienſ. lib. 3. tit. 1. num. 7. & 8* Et Franciſcus Duarenus, *in conſuet. feudal. cap. 5. ſub num. 7.* Et Argenteus, *ad conſuetudines Britanniæ, tit.* des appropriances, *art. 266. col.* 1134 vbi nonnulla Arreſta Senatus Pariſienſis ad hoc expendunt, & de Galliæ conſuetudine teſtantur.

Et Bernard. Græueus *ad Gaill. lib. 2. pract. obſeruat. cap. 38.* vbi plures ex Germanis ad idem adducit, & tetigit etiam Roſental. *de feudis, cap. 4. concl. 27. littera B.*

Stephan. Aufrer. *ad Capell. Toloſanam, deciſione 109. ante finem,* vbi ſcribit, Epiſcopum Albienſem litigaſſe cum ſubditis ſuis ſuper decimis, in Curia Parlamenti. Imber.

Pet. Rebuffus, *de exceptionibus, num. 214 & 219. & de decimis, quæſt. 10. num. 39.* vbi inquit, quod in Gallia, ex priuilegio conceſſo Philippo Regi Franciæ (vt quidam aiunt, quod *Philippinam* vocant) Iudices laici de decimis feudalibus cognoſcunt, & ſi laici inquietantur coram iudicibus Eccleſiaſticis, ſuper huiuſmodi decimis, ſic infeudatis ante Concilium Lateranenſe, ſolent impetrare literas à Rege, ad inhibendum iudicibus Eccleſiaſticis, ne de his cognoſcant, cauſáſque ad Iudices ſæculares remittant, quibus per Regem mandatur, vt faciant, laicos vti, & gaudere priuilegio dicto, & iure tenendi, portandi, colligendi, & poſſidendi huiuſmodi decimas, in vim prædicti priuilegij, de quo meminit Guil. Benedict. *ibi* relatus.

Chaſſaneus quoque, *in conſuet. Burgund. rubrica prima,* des iuſtices, §. *num. 35.*

Guido Pap. alio in loco, non relato ſuprà, *deciſione,* inquam, 288. vbi quod pluries vidit iudicatum in Curia Parlamenti, in pluribus & diuerſis cauſis, in materia decimarum, in eadem Curia ventilaris, vbi de iure decimandi ſpirituali non agitur, ſed de poſſeſſorio, aut alio temporali iure.

Rupellanus, *inſtitut. Forenſium, lib. 1. cap. 25. folio 107.*

Belluga, *in ſpeculo Principum, rubr. 13. de decimis, in verſ. Reſtat, ex num. 5 vſque ad finem.* vbi loquitur ſpecificè de decimis conceſſis laicis à Summo Pontifice, & de conceſſione decimarum facta Regi Aragon. per Vrban. Papam, & in hunc modum ſcribit : *Et ſic vides, quod Dominus Rex, & eius Officiales, per quos Princeps in ſuis iuriſdictionalibus conſeruat poſſeſſionem, iuxta notata per Innocentium, in cap. cum dilectus, de Capell. Monachor. & ibi Butrius, ſunt in quaſi poſſeſſione, & ſoliti iudicare decimarum cauſas, & de eis non cognoſcit iudex Eccleſiaſticus imo Princeps reintegrando ſuam iuriſdictionem procedit ad occupationem temporalitatum.*

Et idem tradit Petrus Matthæus, *in notis, ſiue addit. ad Guid. Pap. deciſione prima,* vbi inquit, quod ſi decimæ, Pontificio indultu, in feudum, vel alio modo tranſlatæ ſint fauore alicuius Principis laici, litis deciſio iuriſdictionem Regiam ſuſcipit, & ita fuiſſe iudicatum in *S.C. Pariſienſ. 17. Auguſti, 1492. & 26. Septemb. 1531.*

Adrianus Gilmannus, *libro ſecundo rerum iudicatarum Germaniæ, deciſione 13. numero quinto & ſexto.*

Thom. de Mier. *in conſtitut. Cathal. in conſtitut. Reginæ Mariæ, incipien.* Volentes, *num. 42. pag. 367.* vbi quod cognoſcit Princeps in ſua Curia de prædictis cauſis decimarum, cum ſint prophanæ, & de Patrimonio Regio, nec permittit pro eis litigari in foro Eccleſiæ; & quod ita vidit ſeruatum ſæpè in dicta Audientia.

Camillus Borrellus, *de præſtantia Regis Catholici, cap. 71. n. 349. & 350.* vbi quod in Regno Neapol. Regij Magiſtratus ſunt in poſſeſſione cognoſcendi de his cauſis decimarum. Et idem teſtatur *in addit. ad Bellugam, littera E, verbo, Princeps. fol.* 90 & dicit, vidiſſe duos proceſſus in his cauſis agitatos in Regio collaterali Conſilio.

Borrellus metipſe, *in conſil. 20. centuria prima,* vbi latius id repetit, & affirmat, quod ex prædicta ratione, in Regno Neapolitano cognitio omnium decimarum eſt penes Magiſtratus Regios, præſertim ſupremi collateralis, ſiue ſanctioris Concilij, & quod in conſtitutionibus illius Regni, ita cauetur, quæ fuerunt confirmatæ à Papa Honorio. Et vltra litem (inquit) agitatam inter ciuitatem Iſerniæ cum Epiſcopo, eo patrocinante, fuit agitata eadem cauſa in ſacro Conſilio inter ciuitatem Bizatij cum Epiſcopo, & alia pro terra Rochetæ ſancti Antonij, cum Epiſcopo Laquedionenſi, & quod illo anno, pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſ. Dom. Gaſpare Palutio Albertonio, Epiſcopo Sancti Angeli Lombardorum, cauſam egit cum Vniuerſitate oppidi Leonum, ſuper materia decimarum apud Regia Tribunalia.

Idem Borrellus, *ſumma deciſionum, tit. 19. de decimis*

decimis, *num.* 17. *&* 19. vbi etiam annutauit, quod cognitio decimarum pertinet ad Iudicem sæcularem, quando non agitur de iure ipso decimandi, quod est spirituale, sed de fructibus decimarum.

Capicius, *decis.* 20. vbi etiam refert, causam huiusmodi decimarum in Senatu Neapolitano agitatam.

Et eandem resolutionem, post Nauarrum, *in Manuali, capit.* 21. *numer.* 30. & alios Theologos, & Iuristas resoluit, & securè probat Enriquez, *in summa, lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 8. vbi commemorat concessiones Apostolicas Tertiarum, & aliarum Decimarum, nostris legibus factas; & concludit eis extantibus, securè posse decimas à laicis haberi, & possideri, & de eis non cognoscere Episcopos, sed laicos Iudices.

Et apertè præsentiont idipsum Palacio Robi. *in repetitione rubrica*, §. 33. *numer.* 13. Manchaca, *controuers. illust. lib* 2. *cap.* 89. *num.* 6.

43 Cæterum, *si fuesse por transaccion con la Iglesia, esta a su Magestad, ni a los Señores Reyes de Castilla, no les causaria perjuyzio, ni quedarian obligados a ella, ni a passar por lo transigido, y podrian pedir los dos novenos de la parte de diezmos, con que se quedò el posseedor, sino es, quo huuiesse immemorial; con que defenderse, o que prouasse, que nunca se auian pagado diezmos, y que auia transigido por la duda del pleyto, y por escusarle de gastos, y molestias, siendo possible, que tuuiera sentencia en su fauor, y que aun no pagara la parte de diezmo, en que por la transaccion se conuino, no siendo lo vno o lo otro,* iuridicè dicitur, *que su Magestad no pierde su derecho por la transaccion,* quia non potuit ei Ecclesia, actu voluntario transactionis, aliquo modo nocere, aut præiudicium generare, ex *l. peto.§.fratre.ff. de legatis secundo*, & latiùs comprobant Ludouic. Molina, *de Hispaner. primogen.lib.4.cap.9.numero decimo.* Pelaes à Mieres, *de maioratu,4. parte quest.22.* Gaill. *lib.2. obseruatione 114. num.1.* Cardinalis Mantica, *de tacitis, & ambiguis conuent.lib.27. titul.9.* & veget textos singularis, *in cap.cum tempore 5. versiculo finali, de arbitris, & in cap.cum olim.14.versiculo. Nos igitur, & in cap.ad audientiam. de præsumption. & in l.finali.ff.de pactis.*

44 *Pero el Rey nuestro Señor en tal caso no se podrà aprouechar contra el posseedor de la transaccion hecha entre el, y la Iglesia, pues la impugna,* iuxta regulam text.*in cap.ex eo.de regul. iur.libro sexto*, & notat per Dnctores *in l. si diuersa.C.de transact.* per Ludouic. Molinam, *dicto cap.9. num.43.* & res diiudicaretur eodem pacto, & iure, ac si nulla interueniisset transactio. Et de his hactenus.

CAPVT XIV.

La decision de la ley primera, titulo 21. lib.9. nouæ collect. Regiæ. *Y la gracia, y la concession de las Tercias*, non restringitur ad tempus factæ concessionis, seu conditæ eius legis, *ni a los frutos, rentas, y cosas, que entonces se dezmauan.*

Sed distinctè, & generaliter côprehendit *todo lo que entonces, y adelante, y en qualquier tiempo se dezmare. Para que de todo se deuan, y puedan cobrar las Tercias. Y de los nouales, y todo lo que de nueuo se empeçare a dezmar, y antiguamente no se dezmaua, como si siempre se huuiera dezmado. Porque en verificandose lo calidad de dezmar, se deuen indistintamente Tercias. Sin attender, ni tener consideracion el tiempo, en que se empieça a dezmar, ò si se solia dezmar, o no, sino tan solamente, si de presente se diezma.*

Vna pars dispositionis, aliam declarat. Et ex contextu verborum totius scripturæ, legis, aut dispositionis, colligitur, & declaratur disponentis voluntas. Atque ex vicinis scripturis. Et ex inferioribus verbis. Et ex præcedentibus, & subsequentibus. Et ab vtroque extremo. Et vnum verbum, in vna par legis, aut dispositionis positum, quod sit ambiguum, interpretari, & intelligi debet secundum quod in alia parte repetitur clariùs dispositum.

Verba præsentis temporis, regulariter non trahuntur ad tempus futurum. Idque in omni actu, materia, & dispositione. In testamentis. In contractibus. Et in aliis actibus. Et quando secus? Quid in donationibus, & in gratiis, & priuilegiis Principum?

Et donatio, aut concessio Principis, per quam conceditur facultas prouidendi officia, an extendatur ad officia postmodùm creata.

Et de interpretatione, atque explicatione iurium quorundam, & maximè textus, *in cap. quia circa, & cap.cum capella. de priuilegiis, Clementina vltima, de rescriptis.l. si fructus.ff.de vsufrut. vrban.prad.l.non modus.C.de seruitut.& aquo.*

Decimæ noualium, an, & qualiter debeantur Parocho, & de nonnullis conclusionibus in proposito noualium, quæ ad Tercias nouè applicantur.

SVMMARIVM.

1 *Verba quadam legis prima*, tit.21. lib.9. nouæ collect. Regiæ, *ex aliis verbis eiusdem legis declarationem, atque interpretationem recipiunt.*

2 *Cùm non sit nouum, quod vnum verbum, in vna parte legis, aut dispositionis positum, quod sit ambiguum, interpretari & intelligi debeat secundum quod in alia parte reperitur clariùs positum.*

3 *Et vna pars dispositionis aliam declarat.*

4 *Et ex contextu verborum totius scriptura legis, aut dispositionis, colligitur, & declaratur disponentis voluntas.*

5 *Atque ex vicinis scripturis, hoc est, ex his, quæ precedunt, & quæ sequuntur.*

6 *Et ex inferioribus verbis.*

7 *Et ex præcedentibus, & subsequentibus, intelliguntur quæ sunt in medio posita.*

8 *Et ab vtroque extremo.*

9 La decision de la ley primera, *titulo 21. lib.9. noua collect. Regia*, y la gracia, y la concession de las Tercias, *non restringitur ad tempus facta concessionis, seu condita eius legis*, ni a los frutos, rentas, y cosas, que entonces se diezmauan.

Sed indistinctè, & generaliter comprehendit todo lo que entonces, y adelante, y en qualquier tiempo se diezmare.

Para que de todo se deuan, y puedan cobrar las Tercias.

Y de lo que de nueuo se empeçare a dezmar, y antignamente no se dezmaua, como si siempre se huuiera dezmado.

Porque en verificandose la calidad de dezmar, se deuen indistinctamente Tercias.

Sin atender, ni tener consideracion al tiempo, que en se empieça a dezmar, y si se solia dezmar, o no, sino tan solamente, si de presente se diezma.

Y assi se colige, y saca de lo que se annotò, y resoluio en el capitulo precedente, *num.34. & specificè magis n.35.*

10 Y de las razones de la gracia, y concession tābien.

11 *Ratio*

11 *Ratio eadem, quando adest & militat absque dubio vna pars dispositionis aliam declarat.*

12 *Et idem erit in dubio, & si non constet adesse eandem rationem.*

13 *Generalis dispositio legis, vel statuti, comprehendit omnia tempora, & omnes casus, quamuis in vno sit maior ratio, quam in altero.*

14 *In gratiis, & beneficiis Principum, concessio simpliciter facta, trahitur ad futura.*

Et latissimam recipit interpretationem.

Et vide infra, num. 35.

15 *Priuilegium exemptionis concessum Ecclesiis, ad postea constructas extenditur.*

16 *Immunitas extenditur ad nouam oneris impositionem.*

17 *Immunitas simpliciter concessa comprehendit futura bona.*

18 *Priuilegium exemptionis solutionis pedagij, comprehendit terras postea constructas.*

19 *Concessa terra, cum functionibus Fiscalibus, veniunt etiam futura.*

20 *Concessis priuilegiis vnius ciuitatis alteri, etiam futura continentur.*

21 *In testamentis, & vltimis voluntatibus, & in materia quacumque fauorabili, verbum ambiguum intelligitur de tempore futuro.*

22 *Verba testamenti, & alterius etiam dispositionis, ex verosimili voluntate trahuntur ad futurum tempus.*

23 *Verba præsentis temporis, regulariter non trahuntur ad tempus futurum.*

Idque in omni actu, materia, & dispositione.

24 *In testamentis scilicet, & vltimis voluntatibus, atque ita in legatis, fideicommissis, & aliis relictis.*

In quibus statutum est, verba testatoris referri ad tempus testamenti.

Atque ita non includere ea, quæ post testamentum ipsum acquisita sunt, sed dumtaxat illa, quæ tempore testamenti testator habebat.

Quod multis exemplis demonstratur atque exornatur remissiuè.

Et quam plurimorum iurium decisiones exornantur permultis.

25 *In contractibus etiam.*

In quibus, verba contractus referuntur ad tempus eiusdem contractus.

Et subintelligitur clausula illa, rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus.

Et huiusce rei exempla nonnulla adducuntur.

26 *Adducitur etiam aliud exemplum ex* Clementina finali, de rescriptis, *& vide infrà, n. 39.*

Vbi gratia Summi Pontificis non extenditur ad beneficia de nouo creata post concessionem.

Et in gratia Principis, per quam conceditur facultas prouidendi officia in aliqua ciuitate.

Quæ ex sententia quorundam, non comprehendit nisi ea tantum, quæ tempore gratiæ, aut donationis iam creata erant.

Et vide infrà, num. 38.

27 *Et in terminis* cap. quanto. de censibus.

28 *Et* cap. cum capella, de priuilegiis, *& vide infra, num. 34.*

29 *Et in* l. non modos. C. de seruitutibus, & aqua: *vbi concessio seruitutis non extenditur ad futura, & vide infrà, num. 37.*

30 *Verba testamenti, seu contractus, referri ad tempus facti testamenti, seu contractus, procedere non modò, quando verbis particularibus, dispositio facta est, sed etiam indefinitis, aut generalibus, vel etiam vniuersalibus.*

In his namque, dispositio concepta, per verba præsentis temporis, non extenditur ad futura.

31 *Secus tamen, si verbis collectiuis dispositio concepta, & facta sit.*

Quia collectiuo nomine, vbi facta est concessio, aut dispositio, veniunt futura accessiones, & augmenta.

32 *Indefinitis verbis facta concessio, seu dispositio, comprehendit etiam futura, ex sententia quorundam.*

33 *Dispositio, aut concessio quæcumque, concepta per verba præsentis temporis, extenditur, aut trahitur ad futura, ex subiecta materia, ex mente concedentis, ex coniecturis, & aliis de quibus hic.*

34 *Explicatur textus, in* cap. cum capella, de priuilegiis.

35 *Agitur de intellectu textus,* in cap. quia circa, de priuilegiis, *& vide suprà, ex n. 14.*

36 *Et in* l. si seruitus, ff. de seruitut. *vrban. prædior.*

37 *Et in* l. non modus. C. de seruitut. & aqua.

38 *Donatio, aut concessio Principis, per quam conceditur facultas prouidendi officia, an extendatur ad officia postmodùm creata, & n. seqq.*

39 Clementina vltima, de rescriptis. *notabiliter & accuratè declaratur.*

40 *Concluditur, verum esse, & tenendum id, quod resolutum fuit suprà, n. 9. per totum.*

41 *Inde, & consequenter deducitur, quod nonalium, & terrarum, quæ de nouo ad culturam redacta sint, & decimas soluant, Tertia debebuntur, & à Regibus nostris exigi poterunt.*

Et ratio redditur.

42 *Decima nonalium debetur Parocho, cùm de iure habeat fundatam intentionem.*

43 *Decimas non soluendi priuilegium ad nonalia non extenditur.*

44 *In materia nonalium (quod attinet ad Tertias) generalis proponitur obseruatio.*

45 *Decimæ, integrè, & sine diminutione aliqua soluendæ sunt.*

Et idipsum in Tertiis seruandum.

EX verbis *dictæ legis primæ, tit. 21. lib. 9.* 1
nonæ collect. sæpe repetitis, ibi: *Demanera, que ayamos, y lleuemos enteramente los dos nouenos de todas las cosas, y frutos, que se dezmaren.* Ex his etiam, quæ adnotata, & scripta reliqui *cap. præcedenti, num. 34.* & specifice magis, *num. 35.* explicantur, atque declarantur verba præcedentia eiusdem legis primæ, ibi: *por quanto las Tercias que son los dos nouenos de*
todos los frutos, rentas, y otras cosas, que en estos nue- 2
stros Reynos se diezman. Cùm non sit nouum, quod vnum verbum in vna parte legis, aut dispositionis appositum, quod sit ambiguum, interpretari & intelligi debeat, secundum quod in alia parte repetitur clariùs positum, *l. qui filiabus, in princip. l. si seruus plurium. §. finali ff. de leg. 1.* Bartolus, *in l. Centurio. num. 27. ff. de vulgar.* vbi ait, capi debere eo modo, quo in alio loco vsus est testator, vel legis lator, Alexander, *in cons. 197. num. 7. vol. 6.* Corneus, *in cons. 138. num 6. volu. 4.* & probat textus, *in l. cum alimenta.* vbi Bartol. *ff. de aliment legat.* latè Cardinalis Mantica, *de coniect. vltimar. volunt. lib. 3. tit 9. num. 3.* vbi vult, interpretationem vnius verbi desumendam esse ab eo, quod alio in loco, vtendo eodem verbo, disponens explicauit. refert
Petr. Surdus, *in consilio 313. numer. 88. lib. 3. & in* 3
cons. 375. num. 28. eod. lib. Et vna pars dispositionis aliam declarat, *dicta l. qui filiabus, & dict. l. si seruus plurium. §. vltimo. l. quæsitum §. Papinianus quoque. ff. de fund. instruct. l. si frater, l. quamuis. C. de fideicommiss* & cum Mantica, & Simone de Prætis notaui in

commentariis tom. 1. *cap.* 4. *num.* 11. vbi scripsi etiam,
quod si verbum aliquod dubium sit, aut obscu-
rum, eo modo intelligi debet; secundum quem
reperitur in alia parte dispositinnis. Et repeto, &
comprobo, *eodem tom.* 2. *cap.* 26. *num.* 15. 16. *&* 17.
in commentariis *tom.* 3. *cap.* 15. *ex num.* 30. *& quin-
que sequentibus*, vbi etiam quod testamenti vna pars
aliam declarat. Et quod verba præcedentia decla-
rant sequentia, & è conuerso. Et qund gradus se-
quens, quis sit, ex præcedenti gradu colligitur.
Quia vnus gradus alium declarat. Et substitutio
secunda interpretationem recipit à priore. Et è
conuerso, prout latiùs *ibi* comprobo. [Notarunt
etiam Peregrinus, *de fideicommis. art.* 25. *numer*, 34.
Ripa, *in dict. l. Centurio, num.* 124. Petr. Surdus, *in
consil.* 416. *num.* 11. *&* 22. *lib.* 3. *in cons.* 455. *ex nu-
mer.* 7. *lib.* 4. *& in consil.* 468. *eod. lib.* Ludouic. Casa-
nate, *in consil.* 17. *ex num.* 25. *& in consil.* 47. *n.* 36. 37.
38. *& num.* 60. 61. *&* 62. vbi etiam notauit cum
aliis multis, quod vna pars dispositinnis aliam
declarat. Et quando in vna parte ponitur verbum
ambiguum, qund potest cnntinere plus, & mi-
nus; sumitur eius interpretatin, & declaratio à
subsequentibus, & præcedentibus. Et ex cnntextu
4 verborum totius scripturæ legis, aut dispositio-
nis, colligitur, & declaratur disponentia volun-
5 tas. Atque ex vicinis scripturis, hoc est, ex his,
6 quæ præcedunt, & quæ sequuntur. Et ex inferio-
ribus verbis. Et ex præcedentibus, & subseqnen-
7 tibus, intelliguntur, quæ sunt in medio posita. Et
8 ab vtroque extremo, prout hæc, & alia similia ad
propositum, latius comprobat Casanate metipse,
in locis relatis, & maximè, *dicto consilio* 47. *ex
numero* 35. *vsque ad numerum* 45. *& numero* 60.
& 61. Iacob. Cancerius, *variar. resolut. cap.* 20. *de
legatis, ex n.* 377. *cum seqq.*

Verbum ergo illud, *se diesman*, in vna par-
te dictæ legis primæ positum, quod est præsen-
tis temporis, interpretari, atque intelligi debet
ex verbo illo, *se desmaren*, in alia parte positum,
quod est futuri temporis, & omnia, & quæcum-
que tempora complectitur sui naturâ, vt non
magis ad futurum, quàm ad præsens tempus,
conditæ scilicet illius legis, referri debeat, imò
omnia tempora in infinitum, æqualiter com-
prehendat, nec ad vllum tempus restringi va-
leat.

9 Inde, & consequenter, *la decision de la dicha
ley primera, titulo* 21. *libro* 9. *noua collect. Regia.
y la gracia, y la concession de las Tercias*, non re-
stringitur ad tempus factæ concessionis, seu con-
ditæ eius legis, *ni a los frutos, rentas, y cosas,
que entonces se desmanan*; sed indistinctè, & ge-
neraliter comprehendit *todo lo que entonces, y ade-
lante, y en qualquier tiempo se desmare. Para que
de todo se deuan, y puedan cobrar las Tercias. Y de
lo que de nueuo se empeçare a desmar, y antigua-
mente no se desmaua, como si siempre se huuiera
desmado. Porque en verificandose la calidad de des-
mar, se deuen indistintamente Tercias. Sin atender,
ni tener consideracion al tiempo, en que se empieça
a desmar, y si se solia desmar, o no, sino tan sola-
mente, si de presente se diesma.* Et hæc apertissimè
insinuant verba relata illius legis, ponderata su-
prà, vt duobus quasi capitulis legis eius com-
mixtis, vt in *l. Gallus*, *§. ille casus, ff. de liber.
& posthum.* scribitur, omne tempus illa constitu-
tio complectatur, & in perpetuum Tertiæ de-
ducantur ex rebus omnibus, quæ decimantur.

Quòd & suadent rationes illæ potissimæ, qui-
10 bus Romani Pontifices excitati, Tertias easdem
Regibus Hispaniæ concesserunt, quæ ita vrgent,
& militant, respectu futuri temporis, & in per-
petuum, sicut præsentis, prout clarè deducitur
ex his, quæ *capitibus præcedentibus* adnotaui,
& scripsi. Et quando eadem eadem ratio, tunc 11
absque dubio procedit regula prædicta, ex *dicta
l. qui filiabus, & dicta l. seruus plurium, §. vlti-
mo*, deducta; quod scilicet vna pars dispositio-
nis aliam declarat, sicuti cum Ruino, Curtio
iun. Socino iun. Sfortia, Mantica, & Deciano,
adnotauit Ludouic. Casanate, *in consilio* 47. *nu-
mero* 47. Imò, & si non constaret adesse eandem 12
rationem, idem erit in dubio, quando non
possit reddi ratio diuersitatis, quare Legislator di-
uersimodè expresserit qualitatem in vna parte, aut
non eodem modo, quo in alia, vt etiam post alios
Authores tradidit idem Casanate, *ibi, numero* 48.
folio 699.

Suadet etiam & generalitas verborum eiusdem
legis primæ, *titulo vigesimo primo*, quæ sæpè re-
petuntur. Et maximè, ibi: *De todas las cosas, y
frutos, que se desmaren.* Generalis autem disposi- 13
tio legis, vel statuti, comprehendit omnia tem-
pora, & omnes casus, quamuis in vno sit ma-
ior ratio, quàm in altero. Prout notauit De-
cius, *in consilio* 5. *& in consilio* 20. *colum. secun-
do, & in cap. Sedes, numero septimo, de rescriptis.*
Gozadinus, *in consilio* 31. *numero septimo*, & cum
aliis Tiraquellus, *de retractu lignag. §. primo, glos-
sa* 14. *numero* 101. & in simili casu, ita argumen-
tatur Aluarus Valascus, *consultatione* 58. *numero
octauo*, in illis verbis: *Verba illa foralis intelligen-
da sunt, non solum de oleo oliuarum, quæ erant tem-
pore foralis, sed etiam postea de plantatis. Et tam
illo tempore extantes, quam futuras oliuas plantatas
comprehendit.* Et citat textum *in l. prima. §. genera-
liter. ff. de legat. præstand. l. in fraudem, §. primo,*
ibi: *Quia generalis est ista determinatio. ff. de testa-
mento militis, l. prima, §. quod autem. ff. de alea
lusu.*

In gratiis etiam, & beneficiis Principum, con- 14
cessio simpliciter facta, trahitur ad futura, &
latissimam recipit interpretationem; Bellonios,
in consilio quinto, numero octauo. Stephanus Gra-
tianus, *tomo quarto, capite* 782. *numero decimo quin-
to.* Aluarus Valascus, *dicta consultatione* 58. *nu-
mero decimo*, & citat text. notabilem, *in cap. ex
parte tertio, de decimis*, vbi priuilegium de non
soluendis decimis, Ecclesiasticæ personæ conces-
sum, comprehendit etiam noualia, vt sic non
contineantur decimæ de noualibus, hoc est, de
plantatis de nouo, post factam concessionem.
Textum etiam expendit *in cap. quia circa, de pri-
uilegiis*, vbi Episcopus remisit alicui Ecclesiæ
decimas Episcopales indefinitè, & Summus Pon-
tifex respondit, videri non solum de decimis
possessionum illius temporis, sed futuri intelle-
xisse. Et *ibi* Glossa inquit, argum. quod in pri-
uilegiis, verborum generale, & indefinitè pro-
latum, ad futurum extenditur, *cap. cognouimus,*
12. *quæstione tertia, & dicto capite, ex parte.* No-
tauit etiam D. Perez de Lara, *de capellan. & an-
niuers. libro primo, capite decimo sexto, numero de-
cimo sexto*, & latius declaratur infrà, *nume-
ro* 35. & exornauit quoque D. Carolus de Tapia,
*ad l. finalem, ff. de constitut. Principum, prima
parte, capite quarto, ex numero primo, vsque ad
numerum* 10. vbi primo statuit generaliter, quod
priuilegium extenditur ad futura, per text. *in
dicto capite quia circa, de priuilegiis.* Et citat So-
cin. Bartholom. Brixiens. Iacob. de Aren. Bartol.
Albericum, Ricard. Bald. Federic. de Senis, Paul.
Castrens. Iason. Parisium, Alciatum, Francisc.
Marc. & Rotam Romanam. Sed res maiorem de-
clarationem exigit, prout constabit *infrà, num* 35.
&

& sequentibus, non enim ita indistinctè allega-
ti, aut intelligi potest textus *in dicto capite, quia*
15 *circa.* inde infert Carolus ipse de Tapia, *numero*
quarto, post Alexand. priuilegium exemptionis
concessum Ecclesiis ciuitatis, etiam ad postea
16 constroctas extendi. Et *numero quinto*, quòd im-
munitas extenditur ad nouam oneris impositio-
17 nem. Et *numero sexto*, immunitatem simpliciter
concessam, comprehendere futura bona. Et *nu-*
18 *mero septimo*, priuilegium exemptionis solutio-
nis Pedagij, comprehendere terras postea con-
19 structas. Et *numero octauo*, inquit Carolus idem,
concessa terra, cum functionibus Fiscalibus, ve-
20 nire etiam futuras Et *numero nono*, concessis pri-
uilegiis vnius ciuitatis alteri, intelligi concessa
etiam futura; prout hæc omnia latiùs compro-
bat *ibi*.

21 Item in testamentis, & vltimis voluntatibus, & in materia quacumque fauorabili, verbum ambiguum intelligitur de tempore futuro. Et si verbum aliquod reperiatur in præterito, & futuro (prout *in dicta lege prima, titulo vigesimo primo*, reperitur,) debet intelligi de futuro, sicut Bartolus scribit per illum textum, *in l. si ita legatum, ff. de condit. & demonst.* idem per illum textum, in *l. solemus*, *eodem titul.* vbi etiam Socinus notat *numero secundo.* Cardinalis Mantica, *de coniectur. vltimar. volunt. libro tertio, titulo vndecimo, numero vigesimo septimo*, qui antea, *numero 12.* scripsit, quod quando sunt verba temporis præteriti, vel præsentis, restringuntur ad ea, quæ sunt tempore dispositionis. Et idem, si verba simpliciter proferantur.

Cæterum, si sunt verba futuri temporis (prout sunt illa: *De todos los frutos, y cosas, que se desmaren*) quod sine dubio, ad futurum tempus porriguntur, *l. filiam ff de auro, & argento legato.* Bartol. *in dicta l. si ita, in principio, eod. titul.*

22 Verba denique testamenti, & alterius etiam dispositionis, ex verisimili voluntate trahuntur ad futurum tempus; quando scilicet verisimile est, disponentem, seu concedentem, de futuro quoque tempore cogitasse (prout *in dicta lege prima, titulo 21. libro nono*, non modo verisimile est, sed etiam veluti expressè decisum) & ita cum aliis adnotauit Cardinalis Mantica, *libro 3. tit 11. num. 24* & ego notaui, *tom. 4. cap 49. n. 12.*

23 Et quamuis regulariter, verba præsentis temporis non trahantur ad tempus futurum: Idque, in omni actu, materia, & dispositione; & dumtaxat contineantur ea, quæ erant tempore factæ dispositionis, non autem futura, aut quæ postmodùm superuenerunt; sicuti vnanimiter adnotarunt, & longa serie exornarunt permulti illi iuris Interpretes, quos ego metipse in vnum congessi *in commentariis de vsufructu, cap. 44. numero primo, secundo, & tertio*, Et vltra relatos *ibi* tradiderunt Aluarus Valascus, *consultatione* 58. Stephan. Gratianus, *tomo tertio, cap. 497. & tomo quarto, cap. 782.* Osualdus ad Donellum, *libro decimo, capite quarto, parte prima.* Et ego iterum *tomo 4. cap. 49. per totum.* Et in indiuiduo, quod hæc regula procedat in omni materia, & dispositione, adnotauit Iason, *in l. 3. §. illud. ff. quod quisque iuris.* Aluarus Valascus, *dicta consultatione* 58. *num. 3, in versiculo, Et hac regula* Casanate, *concilio 44 numero tertio*, & ego metipse, *vbi supra num. 6.*

24 In testamentis scilicet, & vltimis voluntatibus, atque ita in legatis, fideicommissis, & aliis relictis: in quibus statutum est, verba testatoris referri ad tempus testamenti, atque ita non includere ea, quæ post testamentum ipsum acquisita sunt, sed dumtaxat illa, quæ tempore testamenti, testator habebat, quam quidem regulam probarunt in specie permulti Doctores, quos commemorauit, & in vnum congessit Menochius, *libro quarto, præsumptione* 127. *numero* 12. Mantica, Honded. Simon de Prætis, & quamplures alij, quos retuli *in commentariis de vsufructu, dicto cap. 44. numero 1. 2. & 3.* Et primò probatur *in l. si ita scripsisset: ff. de legatis secundo, & in l. Iulianus, § vltimo, ff. de legatis 3. & in l. his verbis, eod. tit. & in l. vxorem, §. testamento, et l. 1. eod. tit. de legat. 3. & in l. vltima §. primo ff. de legatis secundo, & in l. Aurelius. § primo. ff. de liberatione legata.* Secundò probatur, *in l. si ita. ff. de auro, & argento legato.* Quò loci Paulus respondit, verba testatoris in dubio prolata, quæ tempus præsens, & futurum significare possunt, non comprehendere futura. Ergo à fortiori, quando prolata sunt verba, quæ sui natura significant, & comprehendunt solum tempus præsens. Et ita argumentatur Menochius, *in consilio 97. numero 72.* & de hoc textu, latius disserit, *libro quarto, dicta præsumptione 127. numero trigesimo quarto, & sequentibus.* Qui ex *numero septimo*, superiora iura expendit, atque inducit, & plura exempla propositæ regulę adducit *vsque ad numerum decimum octauum*, quibus legatum, aut relictum restringitur ad ea, quæ testator habebat tempore conditi testamenti. Eadem quoque iura expendit, & multa exempla proponit, regulámque prædictam, authoritate multorum Authorum comprobat Honded *in consilio 63. numero decimo septimo, cum sequentibus, vsque ad numerum 42. libro primo.* Pinellus, *in rubrica, C. de rescindend. vendit. prima parte, cap. 3. numero vigesimo tertio.* Simon de Prætis, & cæteri relati, *in dicto tractatu de vsufructu, cap. 44. numero primo, secundo, & tertio*, & *in commentariis tomi quarti, cap. 49. per totum*, Cardinalis Mantica, *de coniect. vltimar. volunt. libro tertio, titulo vndecimo*, qui ex *numero tertio, vsque ad numerum* 12. Nouem principaliter deducit ex regula dicta quod regulariter tempus testamenti debeat spectari.

Ac primò quidem, quod legatum librorum non intelligitur de his, quos testator postea comparauit. Secundò, quod legatum relictum Ecclesiæ Parochiali, intelligitur de ca, quam habuit tempore testamenti, non autem tempore mortis. Tertiò, quod si testator legat mobilia, veluti vestes, seruos, merces, seu massaricas, ea tantùm intelligitur legasse, quæ fuerunt testatoris, tempore facti testamenti, quia præsens tempus semper intelligitur, si aliud comprehensum non sit: Et quod id procedit, quamuis pronomen meum, non fuerit adiectum, vt colligitur ex *dicta l. vltima. §. 1. ff. de legatis secundo, & ex l. nomen. §. primo. ff. de legatis 3.* cum aliis. Et quod legatarius probare debet, quæ fuerint testatoris, tempore facti testamenti. Quartò deducit, quod liberatio debitoribus relicta, intelligitur de his, qui erant tempore testamenti, vt est casus *in l. Aurelius. §. 1. ff. de liber. legat.* Quintò deducit, quod si testator legauit hospitali, quidquid restaret de suis pecuniis in Monte, intelligitur, inspecto tempore testamenti, si postea per testatorem, plures pecuniæ fuerint acquisitæ. Sextò deducit ipse Mantica, mobilibus legatis, non contineri fructus pendentes, & solo cohærentes tempore testamenti, licet post factũ testamentum, fuerint, viuo adhuc testatore, à solo separati, quia non erant mobiles tempore testamenti. Septimò deducit, quod pecunia legata, si varietur, debetur æstimatio, quæ fuit tempore testamenti. Quod tamen, *ibi* declarat, atque restringit.

Octauò deducit, quod domo legata com omniboa ibi eaistenribos, quæ pustea fuerint comparata, etiam à testatore, non bebentur. Nonò deducit, quod dum inquiritur, naturalia filius an excludat substiturum, inspicitur, an testator fuerit tempore testamenti in dignitate constirutus. Er hæc, & alia tradideruor quoque Authorea alij à me telati, *dicto cap. 44. de vsufructu.* Et in *commentariis tom. 4. cap 49. per totum*, vbi videri poterit.

25 In contractibus etiam, regula metipsa procedit, in quibus verba contractus referuntur ad tempua eiusdem contractus, & subintelligitur clausula illa, *rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus*, de qua ego metipse, longa serie, sermonem institui *in commentariis tom. 4. cap. 59. per totum.* Et qood in contractibus, verba præsentis temporis non trahantur ad futurum, per textum, *in l. Rutilia ff. de contrahenda emptione, & in l. non modus. C. de seruitutibus, & in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur: & l. si à colono. & l. cum. stipulamur. ff. de verbor. obligat.* egomet ipse adnotaui, & retuli Barbosam, Manticam, Perez de Lara, Menochium, & Fontanellam, ita tenentea, *in commentariis tom. 4 dicto cap. 49. num. 7* addo nunc & alios ita scribentes, Aluatum inquam Valascum, *dicta consultatione 58. num 3.* vbi reddit rationem quia nemo videtur loqui de eo, nec etiam sentire, quod pendet à futuro euentu, cum hoc ignoret, *l. in lege, 77. ff de contrah. empt.* Pinellum, *in rubr. C. de rescindenda vendit 1. parte, cap. 3. num. 24.* Barbosam, *alio in loco, vltra relatum, dicto num. 7.* scilicet, *in l. Diuortio. §. quod in anno, num. 15. in versiculo, Et dictum Baldi hic respondetur*, & iterum, sub *num. 18. in versiculo, Non obstat tertium de ordin.* Menochium, *lib. 4. præsumpt. 127. num. 10.* Surdum, *in consilio 313. num. 2. lib. 3.* vbi inquit, certum esse, quod in contractiboa, verba præsentis temporis non trahuntur ad futura. Et reddit rationem à Iasone consideratam, quod si hoc obtinet in vltimis voluntatibus, multo fortios obtinebit in contractibus, in quibus verba stricte intelligenda sunt, & omissum habetur pro omisso. Et ponderat textum, *in Clementina 1. in fin. de censibus.* vbi dicit textus, quod priuilegium concessum Ecclesiæ, non trahitur ad futuras, & immunitas concessa Ecclesiæ, & suis capellis, non includit futuras capellaa. Et latius comprobat Ias *in l. si stipulatus fuerim. §. cum. stipulamur, num. 8. & 9. & sequent.* comprobat quoque Sordua ipse, *num. 3. & 4.* in hæc verba: *Secundo facit, quia res consideratur secundum statum, qui est tempore contractus, non autem secundum augmentum, quod superuenit, vt probat text. in l. Rutilia ff. de contrah. empt. idem. & fortius dicitur in l. in lege ff. eod. vbi exceptio facta à venditore, non includit ea, quæ extabant quidem, sed non apparebant tunc, verùm posteà apparuerunt. Hinc dixit Guid. Suzar. quem refert, & sequitur Ioannes And. ad Specular. in tit. de censibus. §. nunc dicendum, in additione magna, in fin. quod concessa immunitate Castro, & eius villæ postea facta, quia restringitur ad tunc extantes, nec de futuris partes cogitarunt. Et ideò Cuman. in l. si is, qui pro emptore, num. 12. ff. de vsucap. dicit, quod vbi ex Veneto statuto, Patauini tractandi sunt pro ciuibus, non venient, qui postea facti sunt ciues. Sequitur Crotus. num. 95. & per has decisiones, Mazolus, in cons. 93. per totum, dixit, quod priuilegium, à Regiensi ciuitate concessum ciuibus Parmensibus, non prodest Comiti sancta Flora, qui postea fuit assumptus ex priuilegio ad ciuitatem Parma. Et dicit Castrensis, in l. si eadem, n. 5 ff. de offic. asses. quod ciuilitas naturalis attenditur in occurrentibus ante; accidentalis autem, in occurrentibus post. Cephal. consil. 414. num. 4.*

Adducit etiam alia duo exempla Aluarus Valascos, *dict. consultat. 58. num. 4* Primum ex notabili obseruatione Alberici, *in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. Eccles. num. 14.* vbi scripsit, quod si Paterfamilias cum Abbate Monasterij conueoit, vt molendinum Monasterij seruiat ei familiæ suæ pro certa annua pensinoe, si crescat, & maiorem in modom augeatur familia, in filiis, & familiaribus, non teneatur Monasterium præstare seruitium molendini, vltra modum in persona patris, & eios familiæ extante tempore contractus. Et confirmat, quia immunitas concessa per contractum, non extenditur ad postea quæsita, vt per Bald. *in cons. 112. col. 1 lib 1.*

Secundum exemplum est ex traditione Dyni, Alberici, Baldi, Saliceti, & Angeli, dum hi scriptum reliquerunt, quod si rusticus promisit singulis dare annis decē cuilibet Canonico S. Laurentij pro anniuersario, & eo tempore non erant, nisi decem Canonici, excrescente postea Canonicorum numero vsque ad viginti, ooo tenetur rusticoa omnibua illam annuam præstatiooem facere.

Et idem, si aliquis relinquat certam, quantitatem distribuendam inter Canooicus Sancti Statij, & tempore testamenti sint decem tantom, deinde eliguntur alij multi, potà decem, illi nouiter electi, non habebuot partem illius legati, sicuti ex aliis Authoribua tradit D. Anton. Meness. de Padilla, *in l. non modus, num, 3. C. de seruitut. & aqua*, & cum eisdem Authoribua, Imola etiam, Cæpola, Guil. Benedicto, Padilla, Aluaro, refert Perez de Lara, *de Capellan. & anniuersar. lib. 1. cap. 16. num. 7. versiculo, scilicet prædia.* 26

Adducitur quoque aliud exemplum *ex Clementina finali. de rescriptis*, vbi probatur, quod concessio de beneficio vacaturo, non intelligitur de creato post concessionem: prout eam expendit Aluarus Valascus, *dicta consultatione 58. num. 7.* Barbosa, *in l. diuortio §. quod in anno, numero 16. ad finem.* & Augustinus Barbosa, io locis referendis infrà, *n. 39.* coius retatos argumeoto, arbitrantur nonnulli, quod donatio, aut gratia Principis, per quam conceditur potestas prouidendi officia in aliqua ciuitate, non est extendenda, nisi ad ea tantùm, quæ tempore donationis iam creata erant, & quod verba generalia, posita in donatione circa prouisionem officiorum, non comprehendunt nisi ea tantùm, quæ tempore donationis iam creata erant. Et addunt, quod id, quod in donatione, specificè, & expræssè non declaratur, non censetur donatom, quamuis verba multùm cauberantia ponantur: & ita sane ea textu *in dicta l. Rutilia pola ff. de contrahendo emptione, & in cap. vltimo, de sepulturis.* Et relata Matth. Afflict. & Didacu Couarru. resoluit Cabedus, *decisione Portugallia 22. num. 4.* quod tamen, maiori declaratione indiget, vt statim videbitur, *num. 38.* sic sane in hoc dubio, ab Barbosam se remittit, nec Cabedi mentionem facit Perez de Lara, *libro primo, dicto cap. 16. num. 6.*

Qui *num. 7.* adducit aliud exemplum, ex textu, 27
in cap. quanto, de censibus, vbi obligatus procurationem præstare fratribus alicuius Conuentus, si numerus eorum nimis creuerit, adeo quòd si promissor teneretur ad procurationem præstandam omnibus fratribos, nimis grauaretur, potest implorare Iudicis officium, vt ei succurratur; & inde deducit Perez ipse de Lara, quod si tempore contractus, aut testamenti, erat certus numerus Clericorum, promissum, seu relictum eis pro anniuersario, non debetur augmentaris vltra dictum numerum.

Adducit etiam idem Author, aliud exemplum, 28
ex cap. cum Capella. de priuilegiis, vbi priuilegium concessum Monasterio, & Capellis suis, non extenditur

ditur ad Capellas, postmodum acquisitas. Et eun-
dem textum expendit Georgius Cabedus, *decisione
vigesimasecunda, sub numero quarto*, vbi etiam pon-
derat textum, *in cap. quamuis, de prabendis, libro
sexto.*

29 Ponderatur denique textus, *in l. non modus. C. de
seruitut. & aqua*, vbi probatur; quod constitutio
seruituris per contractum, non extenditur ad futu-
ra. Et sic licet prædia, quibus debetur seruitus,
fuerint aucta, non tamen augetur modus aquæ
ducendæ.

30 Quod autem diximus, temporis præsentis ver-
ba, regulariter non trahi ad tempus futurum, & in-
de in contractibus, & testamentis non venire fu-
turas accessiones, & augmenta, siue ea; quæ post-
modum superuenerunt: non modò procedit, quan-
do verbis particularibus dispositio facta est, sed
etiam indefinitis, aut generalibus, vel etiam vni-
uersalibus; in his namque, dispositio concepta
per verba præsentis temporis, non trahitur ad fu-
31 tura. Secus tamen, si dispositio verbis collectiuis
facta, & concepta fuerit. Quia collectiuo modo,
vbi facta est concessio, aut dispositio, veniunt fu-
turæ accessiones, & augmenta, siue ea, quæ post-
modùm superuenerunt. Et collectiuum nomen
dicitur, quod in suo singulari continet plura corpo-
ra, aut gradus, vt grex, peculium, agnatio, familia,
& similes dictiones. Ita sanè, atque distinctè, &
eruditè, hæc omnia tradidit, atque resoluit Pet.
Surdus, *in cons. 313. num. 1. lib. 3.* qui inde infert
post Albericum, Cæpol. Alexand. Ceot. Castrens.
& alios, quod si quis promisit coquere panem, pro
me, & familia, sub certa mercede, tenetur etiam
pro familia aucta, quia nomen vniuersale collecti-
uum recipit augmentum, & diminutionem. Infert
etiam, quod immunitas concessa collegio Domi-
norum sexdecim, extenditur ad eos, qui eidem col-
legio fuerunt aggregati. Et ad resolutionem, at-
que veram explicationem eorum omnium, quæ
aduxi suprà *n.* 25. *per totum.* & aliorum similium,
faciendam esse differentiam, an verba præsentis
tẽporis sint generalia, aut vniuersalia, an verò col-
lectiua: quia etiam vniuersalis dispositio, conce-
pta per verba præsentis temporis, non trahitur ad
futura, vt probat text. *in l. in lege. ff. de contrah.
empt. & in l. si ita scripsisset, & in l. finali, ff. de legat.
3.* prout cum aliis multis resoluit ipse Surdus, *ibi,
num.* 25. vbi dicit, quod hanc opinionem omnes
sequuntur, & quod indubitata procedit, quando
agitur de præiudicio non solius concedentis, sed
etiam tertij. Et reperit inferiùs, *num.* 37. vbi ponit
exemplum, quando verba dicantur collectiua. Et
his conuenit omnino Cardinalis Mantica, *de con-
iectur. vltimar. voluntat. lib. 3. tit. 11. n. 13.* vbi in
hunc modum scripsit: *Secundo illud debet intelligi,
vt habeat locum in legato indefinito, vel etiam genera-
li, sed non habet locum in legato vniuersali, relicto sub
aliquo nomine appellatiuo, & sui natura collectiuo, ve-
luti, si legetur peculium, grex, vel aliud simile, quo-
niam tale legatum recipit augmentum, & diminutio-
nem, & ideo inspicitur tempus mortis, non testamenti,
l. peculium, in principio, de legat. 2. l. grege, de le-
gat. 1. Bartol. in dict. l. si ita, num. 4. de aur. & ar-
gen. legat. & in dicta l. vltima. §. primo, num. 2. de le-
gat. 2. Ias. in l. fructus, num. 11. ff. solut. mat. viden-
dus in dicta l. si grege. eo. tit. de legat. 1.* commouem
etiam hanc differentiam, & distinctionem addu-
cit Menochius, *in consil. 97. ex num. 138 vsque ad
numerum* 154. Perez de Lara, *de capellan. & anniuer-
sar. lib. 1. cap. 16. ex num. 8. vsque ad num.* 15. vbi
hac ipsa differentia explicat quæstiones easdem, à
me propositas suprà, sub *num.* 25. & egometipse
recensui *in commentariis tom. 4. dict. cap. 49. n. 19.*
per totum, vbi tamen non retuli Surdum nunc
relatum, qui adeo eruditè, & firmiter hæc re-
soluit.

Sunt tamen nonnulli, qui existimant, indefini- 32
tis verbis factam concessionem, aut dispositionem,
comprehendere etiam futura, ac si collectiuo no-
mine, siue verbis collectiuis, dispositio facta fuisset;
quia indefinita vniuersali æquipollet, *l. si pluribus.
ff. de legat. 2. l. placet. ff. de liber. & posthum.* & hos
retulit Honded. *in consilio 63. ex num.* 43. & maxi-
mè, *num.* 46. & videtur à parte admittere Barbosa,
in dicta l. diuortio. §. quod in anno, n. 16. 17. & 18.
& contendit alio in loco Menochius, hoc est *in
cons. 106. num. 170. & sequentib. & 192. & 194.*
& antea *ex num.* 184. cum aliis Authoribus, quos
ibi citat. Et reperit *lib. 4. dicta præsumptione* 127.
num. 34. 35. & 36. vbi respondet ad text. *in dicta
l. si ita ff. de aur. & arg. leg.* vbi Paulus Iurecunsul-
tus visus est sentire, legatum, oratione indefinita
conceptum, non comprehendere futura, sed ea
solum, quæ extabant tempore conditi te-
stamenti. prout latius, *dicto consilio* 106. vi-
deri poterit.

Illud quidem certum est, quod quamuis verba
præsentis temporis non trahantur ad futurum re-
gulariter, id tamen limitatur, vt non procedat,
quando adiunctum sit in dispositione, aut conces-
sione, verbum futuri temporis, etiam si in eandem
dispositione appositum reperiatur simul verbum
præsentis temporis, aut pronomen, *meum*; sicuti
post Bartolum scripsit ipse Menochius, *præcitata
præsumptione* 127. *num. vlt.* Et ita contigit in termi-
nis *dicta l. prima, tit. 21. lib. 9. noua collect. Regia*, pro-
vt distinctè ponderaui *suprà*.

Item non procedit Regula metipsa in terminis
nostris, & quando verba apertissimè, & specificè
non restringuntur ad tempus præsens, imò adeo
generaliter proferuntur, vt ad præsens tempus, sal-
ua ratione recti sermonis restringi non valeant, sed
præsens; & futurum, & omne tempus generaliter
includant; quibus in terminis clarè loquuntur
Authores omnes, à me commemorati *in commenta-
riis de vsufructu, cap. 49. ex num. 1. & 2. & 10. 4 dict.
cap* 49.

Item, dispositio, aut concessio quæcunque con- 33
cepta per verba præsentis temporis, extenditur, aut
trahitur ad futura, ex subiecta materia, de qua
agitur, & ne absurdum sequatur, aut aliquid con-
tra mentem disponentis, aut concedentis, aut con-
tra rationem, & causam finalem dispositionis. Ex
mente etiam, & voluntate disponentis, seu conce-
dentis præsumpta, & coniecturata; atque ex con-
iecturis, & præsumptionibus, sicuti relatis multis
Authoribus obseruaui, & comprobaui *in commenta-
riis tomi 4. dicto cap. 49. ex num. 11. vsque ad num.*
16. Et tenent Bellonius, *in cons. 5. num. 6. & 20.
& 21.* Stephan. Gratianus, *tom. 4. cap. 782. num.
4. & 5.* Socinus, Hieronym. Gabriel, Honded. &
alij plures, *ibi* relati. Hæc autem limitatio, & ad re-
gulam prædictam generalem traditam suprà, *num.
23. & sequent.* restrictio, præstabit forsan verùm in-
tellectum, atque genuinam interpretationem ad
iura nonnulla, quæ superiùs recensui, & difficilia
diiudicari solent commouiter. Ac primum quidem 34
ad text. *in dict. cap. cum capella. de priuilegiis.* quem
adduxi suprà, *num.* 28. & eius summarium sic se
habet: *Exemptus ratione certa rei, vel certi loci. non
censetur exemptus ratione alterius rei, vel loci. Et est
textus notabilis, & multum allegabilis.* Proponitur
autem in eo textu, quod capella Ducis Burgundiæ,
gaudere dicebatur huiusmodi priuilegio, quod
nullus Archiepiscopus, vel Episcopus, in personas
Canonicorum eiusdem capellæ, suspensionis, vel

excommunicationis, aut interdicti sententias audeat promulgare. & quod quidam capellæ supradictæ Caoonici, qui parochiales Ecclesias obtinent, quæ subsunt Episcopo Lingon. occasione dicti priuilegij, dicuot se exemptos in omnibus, ita vt quantumcunque grauiter interdum excedant, Episcopi correctioni, & sententiæ recusant subiacere; & Romanus Pontifex respondet in hunc modum: *Quocirca madamus, quatenus in quantum exempti sunt eiusdem ratione capellæ; Apostolicis priuilegiis deferas reuerenter: sed in quantum ratione parochialium Ecclesiarum, vel alias iurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officij tui debitum in eosdem liberè prosequaris.* Ex hoc textu constat expresse, quod com Romanus Pontifex exemerit à iurisdictione Ordinarij capellam Dueis Burgundiæ, ipsam tantum Capellam exemisse videtur, nou aotem personas ipsorum Capellanorum. Id autem secundum subiectam materiam, & mentem disponentis, seu Pontificis Maximi, qui prioilegium concessit, contingete verissimum arbitramor, & eruditè, atque ootanter tradidit Didac. Couar. *practic. cap.* 1 1. *sub n.* 5. *in vers. Obiter tamen erit expendendus.* Qui cum eius textus decisionem expendisset, in hunc modū scripsit: *Qua ratione Alex. in rubric. ff. de noui oper. nuntiat. num.* 26. *scribit, in eo responso probari, quod vbi geminus potest stare restrictiuè, & demonstratiuè, est intelligendus potius, vt restringat, quam vt demonstret. Idem notat Antonius, in d. cap. cum capella. cuius decisionem scribit singularem esse Curtius Iunior, in l. si testamento, C. de impub. huius adnotationis hic est verus, ac proprius sensus, vt restrictio fiat iuxta propriam, & veram significationem dictionis, & ipsius pronuntiantis, & loquentis mentem, atque intellectum: sic denique, vt non fiat demonstratio absoluta, & generalis. Idcirco Capella Ducis Burgundiæ, in prædicta specie censetur exempta, cum eius ministris, qua ex parte ministerio capellæ operam ministri dederunt, & eius officij ministerio fuerunt vsi, non autem in vniuersum Capellani erunt exempti: sic denique restrictio fit secundum subiectam materiam. Quemadmodum deducitur ex dict. cap. cum capella, in quo priuilegij restrictio fit ad capellam, & eius ministros, hisce casibus, quibus eo funguntur ministerio. quod ad capellam pertineat.* Hactenus Didac. Couarru. & verè quidem, atque singulariter, quamuis alio modo explicauerit textum ipsum D. Perez de Lara, *de capellan. & anniuersariis, libro* 1. *dicto capit.* 16. *n* 15. vbi arbitratur, exemptionem illam à iurisdictione ordinaria concessam à Romano Pontifice Canonicis capellę Ducis Burgundiæ, non extendi ad causas, non tangentes ipsam capellam, quia exemptio fuit concessa indefinitè, non autem vniuersali nomine, & citat Alexandrum, ita tenentem *in consil.* 178. *num* 20. *volum.* 5. & quod in loco relato significat Didac. Couarrui. licet aliis vtatur verbis. Cum tamen Didac. ipse, singulariter, & erudite adeò explicat. Nec vis fieri potest in illis terminis, ex eo, qood indefinitè aut vniuersali nomine concessio facta fuisset, quidquid is Author, in hoc insistat, sed in ratione antea considerata, quæ à subiecta materia exemptionis, & præsumpta mente deducitur, vt antea dixi.

35 Infertor secundò intellectus ad text. *in cap. quia circa, de priuilegiis.* quem expendi, & exornaoi suprà, *num.* 14. *cum sequentibus*, vt scilicet, ex mente quoque, & præsumpta concedentis voluntate, & intentione, eius decisio priocipaliter subsistat. Ibi namque, conuentio, seu prioilegium de decimis non soluendis, concessum ab eo, qui ius habebat percipiendi decimas, ita interpretatum est, vt non tantum intelligatur in his agris, quos eo tempore possidebant hi quibus ea est data immunitas, sed & io hia, qui postmodùm ab illis fuerunt acquisiti: atque ita immunitas illa, verbis indefinitis concepta, parem vim habet, ac si vniuersali oratione data fuisset, prout Didac. Couarru. *variar. lib.* 1. *cap.* 13. *in fine, versiculo, Decimo quintò*, cum iudicio deducit Et in eodem textu Abbas, dicit, eum esse notabilem, dum probat, quod si Episcopus, priuilegio suo simpliciter, & indefinitè decimas Episcopales remittat, oon solum præsentes, & præteritas, sed etiam futuras remittere censetur. Ad quod etiam, textum ipsum ponderat Butrius, Henric. Anchatan. Socinus, & cæteri *ibidem.* Albertus Brunus, Pinellos, Dueñas, Valascus, Cabedus, & Riccios, quos in vnum congerit, & ita deducit August. Barbosa, *in collectan. ad decretal. ad dict. cap. quia circa, n.* 5.

Varij autum extant Interpretum nostrorum ad eum textum intellectus, & diuersæ considerati soleut interpretationes. Nonnullas antiquorum commemorat Augustin. Barbosa, *in eodem cap. quia circa. num.* 9. & antea adducit communiorem, *n.* 7. & 8. Gilhenius etiam, *de præscriptionibus, parte prima, cap.* 6 *n.* 189. *cum sequentibus.* Henric *in ipsomet capite. columna prima*, ideo existimat ita defioisse, atque decidisse Romanum Pontificem, quia eadem est, & militat ratio in decimis futuris, quæ in præsentibus, nec differentiæ ratio reddi potest. Sed non exprimit, ex quo deducatur eiusdem rationis consideratio, cum alioqui, appellatioue decimarum, futuræ decimæ minimè contineantur, *cap. tua. §. vltimo, de decimis.* Quod Didac. Couarru. *in loco anteà relato*, subtiliter notauit. Saluari tamen potest Henric. si vltra ipsom Didac. aduertas quod si verum est, eandem adesse, & militare rationem, de decimis futuris, quæ de præseotibus, satis apertè deduci poterit, in casu existentiæ eiusdem rationis, idipsum de futuris, quod de præsentibus decimis, concedentem voluisse, aut eius mentis fuisse, præsumendom fore, vbi eadem militabat ratio, oec aliter coucedens sibi consuluit.

Georg. Cabedus, *decisione Portugalliæ* 22 *num.* 5. existimat, in eo textu esse casum specialem, nempe remissionem decimarum in fauorem Religionis, quo caso datur specialis ratio, vt comprehendantur decimæ possessionum nouè acquisitarom, & coocessio simpliciter facta, trahatur ad futura, quia summa est ratio, quæ pro Religione facit, *l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer.* vnde oon possumus arguere de casu illo speciali, ad alios, oec ad illum, de quo eo in loco sermonem iostituit, in qoibus non fit lata interpretatio, sed stricta nec habet locuoi regula *l. finalis. ff. de constitut. Princip.*

Verùm hæc ratio noo coocludit, nec Religionis fauor talis, aut tantus esse solet, aut potest, vt in concessione decimarum, futuræ decimæ contineantur, quæ regulariter non veniont, vt dixi, nisi concedentis præsumpta mens, aot subiectæ materiæ ratio aliod suaderet, cum regulariter concessio ad futura non trahatur. Noo ergo sufficeret specialis Religionis fauor, nisi & concedentis præsumpta voluntas, à ratione subiectæ materiæ, & ex vi verborum concessionis deducta, id denotaret, atque induceret. Vnde, si ad verba eiusdem textus, attentè attendamus, & rationem potissimam Romani Pontificis consideremus, id ipsum, qood *ibidem* deciditur, decidendum, atque dicendum foret in fauorem priuati, si ea eadem ratio in futuris decimis militat, quæ in præsentibus; & mentis concedentis præsumptio ita suadet.

Alij arbitrantur, textum ipsum loqui in beneficio, qnod fauorabiliter, & laté interpretari debet; atqoe ita, vt futuras quoque decimas comprehendat,

dat, *cap. cum dilecti. de donat.* & tradiderunt ita Glossa, Alexand. Panormitanus Felinus, Crotus, & alij, quos refert Perez de Lara, *lib. 1. dict. cap.* 16. qui addit, quod licet is intellectus adiunetur ex verbis einsdem textus, ibi: *Ac in beneficiis, plenissima est interpretatio facienda.* Tamen non est sufficiens ratio, nisi & alia simul adiungatur, quam Didac. Couarru considerauit, & referam statim. Et verè, si mens concedentis, & verborum concessionis vis, subiectæque materiæ ratio non vrgerent simul, priuilegij consideratio sola non sufficeret. Quod Moneta, *decimis. cap. 4. quæst. 3. num.* 76. non ita assequitur.

Didac. ergo, *variar. lib. 1. dicto cap. 13. in fine, versicule, Decimoquinto*, ex verbis ipsis illius textus, veram interpretationem deducit, & considerat, immunitatem illam verbis indefinitis conceptam, patem vim habere, ac si vniuersali oratione data fuisset, hoc etenim procedit, attenta mente concedentis, qui ius sibi ipsi competens, solemniter, & iuxta iuris sancita remittens, nihilque sibi excipiens, in vniuersum, eam concessionem, quæ ei tantum præiudicat, intellexisse videtur, & ideo beneficium est, & latè interpretari debet, *cap. quamuis, de præbend. in 6. l. 2. C. de bonis vacant.* & hanc interpretationem sequuntur Recentiores omnes, magis communiter. Et specificè Perez de Lara, *dicto cap.* 16. *n.* 16. August. Barbosa, *in eodem cap. quia circa, num. 9. &* 10. vbi concludit, rectè Romanum Pontificem decidere, futuras quoque decimas, in ea indefinita remissione venire, quia plura simul concurrunt, nec sola ratio tituli vniuersalis, neque alia de iure indiuiduo sufficeret, videlicet, quod verba concessionis indefinita simpliciter, id est, sine temporis, aut pronominis adiectione, ex se apta sunt, vt comprehendant omnes decimas præsentes, & futuras. Ratio deinde æqualis est, tam ad has, quam ad illas; neque aliqua differentiæ ratio assignari potest, quare præsentes remiserit Episcopus, non verò futuras, non etiam versatur ibi, alicuius tertij præiudicium. Vnde his omnibus concurrentibus, rectè & iuridice ita statuitur.

Quod si obiicias, remissionem illam decimarum magis per modum priuilegij, quod strictæ interpretari debet, *cap. porro, c. sane. de priuileg.* quam per modum beneficij, quod latam recipit interpretationem, factam: huic difficultati satisfacit, responsumque præbet Augustinus ipse Barbosa, *vbi supra, n.* 10. vbi videri poterit, quoniam transcribendi vitium semper adhorreo. In priuilegiis autem contrarium statuendum esse, & tempus Regiæ concessionis inspici debere, neque de futuro censeri cogitatum, nisi ex verbis priuilegij appareat contrarium, vt nempè fuisset de intentione concedentis & futura priuilegia comprehendere, specificè cum aliis Authoribus tradidit Iacob. Cancerius. *variar. resolut. cap. 3. de priuilegiis, num. 2. 3. &* 4. & asserit, priuilegium concessum vni ciuitati, vt gaudeat priuilegiis alterius ciuitatis, non extendi ad priuilegia postea concedenda.

Pet. quoque Barbosa, *in l. diuortio. §. quod in anno. n. 16. ff. soluto matrimonio*, cum eadem remanet interpretatione in effectu, refert namque intellectum communem Glossæ, & Scribentium, *in ipso cap. quia circa*, Recentiorum quoque, quod licet verba in dubio videantur relata ad tempus præsens: tamen id non procedit in concessionibus respicientibus solum præiudicium concedentis, nam tunc quasi beneficium latè accipitur, ac ita etiam futura in illis venient; & in legatis. & aliis relictis, inquit contrarium statutum quia legatum refertur ad tempus, quo iam mortuus est testator, ac ita, magis tunc videtur agi de præiudicio hæredis, quam disponentis; *l. vnum ex familia. §. si rem, de legat.* 2. & sic cum agatur de præiudicio tertij, fit stricta interpretatio: In terminis tamen *dicti cap. quia circa*, & in aliis terminis, in quibus principaliter, & directò agatur de solo præiudicio disponentis, cùm fiat lata interpretatio, procedit eius textus decisio, prout notanter Panormitanus, hos duos casus distinguit, *in cap. penult, num. 2 de iure iurando.* Et hac de causa, legatum simpliciter relictum, videtur referri ad tempus præsens. Donatio autem, si non est nimis præiudicialis concedenti, futura quoque comprehendit, & procedit decisio textus *in dicto cap. quia circa.* Sed si agatur de donatione nimis præiudiciali, censebitur relicta ad tempus præsens, prout latiùs comprobat ipse Barbosa, *n.* 16. vbi addit, quod etiam legatum aliquando ad futura refertur, nec intelligitur de prima vice, quando scilicet est rei, suapte natura reiterabilis, & per verba indefinita relinquitur, *l. defuncta, 65 §. finali. ff. de vsufructu.* & idem dicendum esse in donatione, vt si fiat de re, suâ naturâ reiterabili, & concepta sit per verba indefinita; non restringatur ad primam vicem, ex textu *in dicto cap. quia circa*; loquitur enim in donatione decimarum, & sic fructuum, qui suapte natura reiterationem recipiunt, sed extra hunc casum id non procedit.

Est autem ad hoc vltimum aduertendum; ad quod Recentiorum omnium nullus aduertit, concedentis mentem, & subiectæ materiæ rationem, *in ipsomet cap. quia circa*, colligi etiam ex hoc, quod ab alio non ponderatur, videlicet, quia donatio, aut remissio decimarum, in effectu est fructuum, qui suapte natura reiterationem recipiunt, ac ideo ad futurum quoque tempus refertur, & concedens ipse, qui indefinitè eas remisit, & nihil excepit, cum potuisset, de omnibus intellexisse videtur, vt *in eodem textu* scribitur.

Verùm Romanus Pontifex *ibi*, non distinxit, an de magno, vel modico præiudicio concedentis agatur, prout Pet. Barbosa, iterum, atque iterum distinguit, *in dicto §. quod in anno. num.* 16 17. & 18. Sed ad indefinitam concessionem, ex vi verborum expressorum, futuras quoque decimas comprehendentem, magis attendit, ad mentem etiam concedentis, ex verbis ipsis indifinitè prolatis, & quod concedens, nihil exceperit, cum potuisset, principaliter considerationem habuit. Vnde (prout ego considero, nec ab aliquo hactenus tactum inuenio) forsan in casu illo, de modico concedentis præiudicio agebatur; ex quo tamen Romanus Pontifex, id non attigit, sed in verbis indefinitè prolatis tam vim facie, in mente quoque præsumpta eius qui nihil excepit, etiam si de magno ipsius præiudicio ageretur, idipsum dicendum esset, nec decisio eius textus adeò generalis, ita restringi posse videtur, aut congruè id suppleri, quod Romanus Pontifex omisit omnino.

Idque, vel eo magis, quod vis verborum, quæ indefinitè prolata fuerunt à concedente, Item præsumpta mens, etiam magni præiudicij obstaculum elidit, cũ ex vi verborum ipsorũ, ex mente etiã concedentis, & cum de præiudicio eius solum agitur, futura quoque, etiam magni præiudicij, venire, & comprehendi valeant. Idque ex alio etiam, quod concessio esset rei, suapte naturâ reiterabilis, quo casu, si concepta sit concessio per verba indefinita, ad primam, vicem: siue ad tempus præsens, non restringi concessionem, expressè asserit Barbosa, *dicto num. 16. in principio*, per text. *in dicta l. defuncta. 65 §. finali. de vsufructu* quo circa, Didac. Couarru, *variar. lib. 1. dict. cap. 13. in fine* (quo loco Barbosa non retulit eum) nihil quidem de magno, aut modico præiudicio proposuit, sed indistinctè

eiusdem

eiusdem textus decisionem accepit, prout etiam, & alij quamplorimi indistinctè accipiunt, nec aliquomodo distinguunt.

Sanè obseruatio ea procedere posset, si proponeremos, donationem, aut remissionem decimarum, in ęnorme damnum, & detrimentum Ecclesiæ redundare, sicuti Glossa *ibidem* notauit per text. *in capit. Apostolica, de donat.* & refert, & sequitur Monera, *de decimis, capit, quarto, quæstione tertia.*

Proccedit autem, & loquitor tex. *in.d.cap. quia circa.* quando temissio decimarum Episcopalium fit ab Episcopo: aliter ergo statuendum esset, si remissio fieret à Romaoo Pootifice, tunc enim neque beneficiũ dici posset, sed potius priuilegium, neqoe latam, sed porius strictam reciperet interpretationem, & consequenter præsentes rantom, non futuras comprehenderet decimas, & ita procedit textua *in cap. sua. 25. §. vltimo, de decimis, & in cap. 2. in principio, & in §. primo, eod titulo 6.* atque ita, hanc differentiam, inter concessionem factam ab Episcopo, priuilegium Romani Pontificis, sentiunt post Glossam, & antionos, Scribentes omnes, dum principaliter fundant rationem eius textus in eo, qaod temissio, seu concessio illa, solius concedentis præiudicium continebat: quæ cessat omnino; quando Romanus Pontifex, priuilegium concessisset, cum alterius præiudicium resultaret, si futuræ quoque decimæ continetentor; qood cum aliis Authoribus, rectè notauit Augustinus Barbosa, *in ipso cap. quia circa, numero* 11. & notanter explicat Ioann Gutier. *Canonicar. lib. 2. cap. 21. num. 120. & quatuor sequentibus.*

36 Ad eundem etiam modum, explicandus est textus, *in l. si seruitus. ff. de seruitut. vrbanor. prad.* vbi probatur, quod constituta seruitute, ne luminibos officiatur, & sic indefinitè, intelligitor in vniuersum, ne luminibos officiatur præsentibus, nec futuris: & sumitur ea interpretatio contra propriam indefinitæ orationis significationem, ex subiecta materia, & mente contrahentium, quia non videtur, qoi ita cauet, & exprimit, præclodere sibi viam faciendi alias fenestras, vel ampliores, vti explicant Alciatus, & Iosnnes Corasius, quos refert, & seqnitur Didac. Couarru. *variar. lib. 1. cap. 13. num. 9. versiculo, Septimo colligitur.* Refert etiam Peres de Lara, *de anniuersariis, libro primo, capit. 16. numero decimoseptimo, in versiculo, & eodem modo.* Aluar. Valascus, *dicta consultatione* 58. *sub numero* 10. Et inferius, *num.* 13. *versiculo, Omitto alias concordias.*

37 Ita quoque est explicaodus textus, *in l. non modus. C. de seruitut. & aqua*, vbi concessio seruitutis per contractum, non extenditur ad futura, vnde licet prædia, quibus debeator seruitus, fueriot aucta, non tamen augetur aquæ ducendæ modus. Idque ratione subiectæ materiæ, constitutionia scilicet seruitutis, quæ est materia odiosa, atque ex verosimili mente coostitoentis seruitutem, qui in dubio non est ceosendus de futuris cogitasse, nec de his, de quibus expressè actum non fuit.

Denique, ex superioribos etiam perenda est vera resolutio eius quæstionis, quam attigimus *suprà numer.* 26. nec sufficienter explicatur per Ca-

38 bedum, *decisione* 22. *parte* 2. Vtrum ioquam, donatio, aut concessio Principis, per quam conceditur facultas prouideodi officia, extendator ad officia, postmodùm creata. Et quidem Cabedos, negatiuam partem, eo loco amplexos est, sed non perfectè. nec dilucidè declarauit. Matthæus etiam Afflict. in terminis quæstionem proponens *lib. 3. constitut. rubri. 4. n.* 10. io eandem partem videtur inclinare, qood concessio scilicet, tantùm iotelligatur de officiis iam creatis tempore concessionis, non verò de his, quæ postea creantur, quod in simillimo caso traduot Alberic. & Pet. Antiboli, prout refert Pet. Barbosa, *in dicta l. diuortio. §. quod in anno. numero* 17. & pro eis dicit facere primo text. *in Clementina finali, de rescriptis*, vbi probatur, quod concessio de beneficio vacaturo, non intelligitur de creato post concessionem. Secundò facere, quod in coocessione, ounquam includuntur Regalia, nisi quatenus specialiter exprimitur, *cap. primo; quæ sint Regalia*, adeo quod in illis, indefinita noo æqoipolleat vniuersali; sicuti probat *ibidem* Barbosa. Qui tamen, his non obstaoribus, inquit doctè, & iuridicè, contrarium verius videri, per text. *in dict. cap. quia circa, de priuilegiis.* Et ea, quæ suprà ootaui. Nam & hoc casu, tantum agitur de concessione, quæ præiudicat concedenti. Item agitur de beneficio Principis, latè accipi solet. *l. finali, ff. de constitut. Princip.* neque videtur agi de magno præiudicio donantis, attenta persona Regis, & amplitudine Regni, vt in materia tradunt Oldiad. Aonaoia, & Ruinus. Ergo in his termiois debat admitti decisio *dicti cap. quia circa.* Item faciunt, & alia duo fundamenta, quæ fortiter adstringunt, & per Barbosam ponderaotur, *dict. num.* 17. vbi, & *num.* 18. doctè etiam, & verè respondet fundamentis partis contrariæ, & ideo hic non repeto; quia *ibi* videri possunt, & quæcumque notantur, siogolaria, & vera sunt.

Ad *Clementinam* etiam *finalem, de rescriptis*, Bar- 39
bosa metipse respondet, prout statim referam eum. Ibi autem, in huoc modum scribitor: *Literas nostras, super conferendo tibi beneficio vacaturo directas, ad beneficium, post datam ipsarum creatum, statuimus non extendi.* Et Ioannes de Imola, sic summaoit eum textom, *Gratia super vacaturo, non comprehendit beneficium, post datam, in substantia creatum.* Glossa etiam, verbo, *post datam*, sic scribit: *Inspicimus ergo, an extaret beneficium, tempore data, sicut inspicimus ætatem impetrantis, illo tempore, cap. si eo tempore. de rescrip. lib. 6.* inquit etiam singulariter eadem Glossa. *verbo*, tibi: *Idem puto, vbi Papa dedisset potestatem conferendi primum vacaturum, non expressa persona, cui conferri deberet. Idem, si contulisset fructus beneficiorum primi anni, quæ vacare contingeret in Diœcesi, vel Prouincia, cum in his sit eadem ratio.* Quæ suot rectè, & iuridica ratione dicta.

Barbosa autem, vbi suprà *num.* 17 *in fin. & 18.* sic explicat textum ipsum: *Neque obstant adducta in contrarium: nam ad primum, de Clementina finali, de rescriptis, Respondetur ex traditis ibi per Cardinalem, colum. 5. ante medium. Nam opponens de dict. cap. quia circa. resoluit, quod dicta Clementina finalis procedit, quando dispositio est particularis, scilicet certi beneficij: item est odiosa tendens in præiudicium Ordinariorum: & aliud esse dicendum, si concessio sit indefinita, & solum præiudicet concedenti, his omnibus duobus concurrentibus, procedet decisio dicti cap. quia circa. Quæ resolutio optimè conuenit opinioni, quam defendimus: & confirmatur, quia decisio dicta Clementina finalis, non procedit in concessione, quæ sit fauorabilis, & non sit ambitiosa, vt post Gasparem de Perusio, tradit Mandosius, regn. 3. Cancellaria, quæst. 3. numero 2. ergo non habet locum in beneficio Principis, soli ipsi præiudicanti, l. final. ff. de constitut. Princip.*

Hactenus Pet. Barbosa. cui ego addeodum considero, verum esse, quod in terminis *dicta Clementina finalis*, dispositio erat particnlaris, non autem indenfinita, qood principaliter attendi debuit, vt futura beneficia ooodum creata noo comprehenderet.

ter. Verè tamen, non fuisse certi beneficij, quia incertum omnioo erat concessionis tempore, quod prius essee vacaturum, siue quale illud futurum fuisset, propriùs ergo diceretur, quod dispositio fuit particularis, vnius scilicet tantum beneficij, quod prius vacaret, quàm certi beneficij. Ex quo ergo particularis fuit, & tendens in præiudicium Ordinariorum, concessio noodum creata beneficia comprehendere apta non fuit. Et eodemmodo respondet Augustinus Barbosa, *in collectanea ad decretales, in dicto cap. quia circa, numero duodecimo*, & repetit *num.* 17. & antea, *num.* 16. secotè amplectitur præfatam Petri Barbosæ resolutionem, quod scilicet concessio Principis, aut gratia, per quam conceditur facultas prooidendi officia extenditur etiam ad officia postmodum creata, idque optimè comprobat, & confirmat prout *ibi* videri potest, *n.* 19. vbi notat, quod licet verba in dubio, videantur relata ad tempus præsens, *ex dicta l. si ita. ff. de auro, & argento legato*, Cum similibus; tamen id non procedit in concessionibus respicientibus solum præiudicium concedentis: nam tunc, quasi beneficium, latè accipietur, atque etiam futura in illis venient, prout *ibidem* comprobat.

Et in *eadem Clementina finali, de rescriptis*, repetit Augustinus Barbosa, & latius agit de eius textus intellectu, rationem decidendi, & dubitandi proponit, commuoémque intellectum commemorat. Adducit etiam, seu considerat alium nouum intellectum ad ipsam Clementinam, ideo inquam, Clementem Quintum decidisse, mandatum de prooidendo beneficium, nouiter creatum non comprehendisse, quia in litteris expressus fuit certus vacationis, ac prouisionis modus, scilicet beneficij vacaturi, qui quidem verificari non potest in beneficio de nouo creato, cum illod vacasse minime dici posset; ea eo quod numquam fuerit prouisum, ex vulgari regula textus *in capit. ad dissoluendum, de desponsat. impuber. & in l. decem. ff. de verbor. obligat.* tum, quia noua beneficij creatio, vel erectio, non est modus, per quem beneficium vacare dicatur, sed potius per quem ipsum beneficium inesse producatur. Duo enim iure nostro præcipui sunt modi (inquit Augustinus Barbosa) per qoos beneficium vacare censetur, per resignationem scilicet, & per obitum obtinentis, *cap. quamuis. cap. vlt. de praebend. lib.* 6. & Flaminius, & Parisius, *ibi* relati, & hactenus is Author, & subtiliter quidem; addiderim ego, ex his, quæ hactenus diximus, satis à parte constare, verba præsentis temporis, aut indefinitè prolata, ad futurum etiam referri, siue futura comprehendere, vel non, aut ad præseotia restringi, ea ratione subiectæ materiæ, atque ex mente, & præsumpta voluntate disponentis, vt toties repetitum est: si ergo ad mentem, & præsumptam volontatem attendimus, literæ super conferendo beneficio vacaturo concessæ, aut gratia super vacaturo, non potuerunt comprehendere beneficium post datam creatum; quia mens, aut voluntas concedentis non potuit se extendere ad beneficiom nondum creatum, nec de illo cogitare aliquo modo, cum nondum existeret, nec in rerum natura esset, & ad incogitata multóque magis ad ea, qoæ eacogitari verisimiliter non potuerunt, nonquam trahitur dispositio, prout quotidie allegari, dici solet, & probatur *in l. mater decedens. ff. de inofficioso testamento, & in l. ex testamento,* 20. *ff. de exceptione rei iudicatæ*, io illis verbis: *Cum nec petitum fuisset, nec actor petere putasset, nec iudex in iudicio sensisset.*

Et in commentariis *tom. 6 cap. 116. per totum*, longa serie, ego metipse comprobaoi, atque exornaui 1 *& numero secundo*, ex seotentia aliorum statui, quod dispositio quæcumque referri non potest ad id, de quo non fuit cogitatum, siue de quo cogitari non potuit: *& num. 6.* scripsi, quod verba, quarumcunque generaliter prolata, contra verisimile cogitatom noo accipiuntur. Ex defectu ergo mentis, & voluntatis, & in materia odiosa, vt in litteris beneficialibus, beneficia post ipsarum datam creata, non potuerunt comprehendi. Et defectus mentis, & voluntatis arguitur etiam euidenter ea eo, quod ex Augostino Barbosa nunc receosui, gratia namque super vacaturo, ex mente, aut præsumpta volontate, non potuit comprehendere beneficium post datam creatum, quia illud, oec vacare dici potest, oec vnquam vacauit, & qui de vacaturis expresè disposuit, atque sensit, de his, quæ nunquam vacare poterant, nullomodo, nec pacto sentire, aut cogitare visus est.

Aliter aotem dicendom est in casu illo, quem Augustinus ipse Barbosa adduxit, *in dicta Clementina finali, de rescriptis, num. 9. fol.* 9. vbi Rebuffi resolutionem improbabit, quando scilicet Episcopus contulit facultatem Episcopo conferendi beneficia suæ diœcesis; tunc namque poterit Vicarius, virtute huius facultatis, beneficia nouiter creata conferre; est enim magna differentia inter hunc casum, & casum in ipsa Clementina decisum, prout rectè assequotus est, & ostendit Barbosa metipse, vbi videri potest.

Remanent ergo (vt ad propositom nostrum reuertamur) verissimum esse, & resolutiuè tenendum omnino id, quod diximos *suprà, num.* 9. scilicet, *que la dicha ley primera*, titulo 21. lib. 9. nouæ collectionis Regiæ, *se deuen entender de lo que se dezmaua entonces*, tempore inquam factæ gratiæ, & concessionis à Romanis Pontificibus, & conditæ eius legis *Y tambien de lo que despues, y en qualquier tiempo se dezmare, para que todo se paguen tercias; porque las palabras de la dicha ley lo comprehenden todo; y tienen palabras* de futoro, comprehensiuas *de todos los tiempos* in infinitum, *como de presente, como se ponderaron* suprà. 40

Inde, & consequenter certom esse, *que de los nouales, y de las tierras, que de nueuo se reduxeren a cultura, si se cobraren, y pagaren diezmos, se deueran dellos las tercias, que son los dos nouenos, y que generalmente en pagandose diezmos, se deuen a su Magestad tercias. Porque la dicha ley primera*, titulo vigesimo primo, libro nono generaliter statuit, *que de todo lo que se dezmase, se paguen tercias. Y la razon de la gracia, y concession, y la concession misma, igualmente militia en los nouales, como en las tierras antiguas; porque se hizo por lo que se diezma, y por lo que se dezmare.* Vnde quemadmodum de noualibos decimæ debentur, ita & de decimis ipsis noualium tertiæ debebontur, *porque se verifica la calidad de dezmar*, in ipsa lege prima requisita, *y en qualquier tiempo, que se deuen pagar Tercias.* 41

Quod autem de noualibos debeantur decimæ, ita specificè sacris Canonum statutis sancitum est, vt de eo dubitari nullo pacto valeat; atque ita statutum reperitur *in cap. cum contingat, de decimis*, vbi probatur, decimas noualiom, sicut alias, ad Ecclesiam Parochialem pertinere. Ibique Doctores communiter ootarunt; probatur etiam *in cap. non est, eiusdem tituli*, & *in cap. quia nos, & cap. omnes decimæ, 16. quæst.* 1. Ex communi Doctorum seoteotia tradidit Camillos 42

Bortellus. *in summa decisionum ; titulo 19. de decimis, numero 93. fol* 44. & citat Ioano. Paponi. Franeis. Duarenum, Speculatorem, Nicol. Reusoenum, Cardinal. Crescent. & Gerardum Mainard ita tenentes. Moneta, *de decimis, cap. 4. quest. 3, num. 52. & sequentibus. fol. 30.* vbi inquit, quod decimæ solui debet etiam de nouialibus: Et quod regulariter dabentur nouialia Parochiæ, in cuius finibus surguor, per text. *in dicto cap. cum contingat, & cap. quoniam, de decimis*, quod si nouialia appareant intra duas Parochias, & nescitur, intra quam illarum, quia ignorantur limites, tunc inter illas fiet diuisio, vel Episcopus, cui voloerit, iudicio suo concedit ex textu, *in dicto cap. quoniam*, Si verò limites, quoquo modo apparent, pro modo, & portione limitum, cuilibet earum Parochiarum debent assignari, prout disponitur *in dicto cap. quoniam*. Et resoluit Rebuffus. *ibi* relatus, & refert Augustinus Barbosa, *in collectan. ad decretales, in dict. cap. cum contingat. n. 4 & 5. de decimis.*

43 Vnde priuilegiom non soluendi decimas, ad nouialia non extenditur, *cap. sua. et 2. de decimis. l. 22. tit. 20 part. 1.* & cum Socino, & Rebuffo tradit Moneta, *de decimis, dicto cap. 4 quæst. 3. n. 67. fol. 32*, & inquit. secus esse, vbi priuilegium illud solum fuit de non soluendis decimis de laboribus propriis, nam tunc extenditur ad nouialia, quia intelligitur, tam de præsentibos, quàm futuris laboribus, *cap. ad audientiam, de decimis*, decima etiam soluitur ab habente priuilegiom nouialium, de agro nuper ad cultoram redacto, ex quo aliquid non modicum antea percipiebatur. ex text. *in cap. commissum, de decimis.* & notauit Moneta, *dicto cap. 1. q. 3. n. 51 fol. 30.* Augustinus Barbosa, *in eodem cap. commissum, num 2. fol. 918* alias conclusiones plures in materia nouialium proponit Moneta, *dicto cap. 4 q. 3. ex n. 56. vsque ad n* 89. vbi videri poterit.

44 Et inde generalis regula deducenda erit, qood vbicomque de nouialibus soluuotur, & debeotur decimę. inde & consequenter. ex decimis ipsis, Tertiæ, *que son los dos nouenos*, integrè debebuntur, & præstandæ sunt Regibus oostris Hispaoiæ.

E contrario antem, vbi de nouialibus decimæ non debeantur. nec præstentur, nec etiam Tertiæ considerari, aot peti poterunt, cum deficiat qualitas illa decimandi & consequēter deficere debeat subiectum exigendi Tertias ipsas ; qnod ex his, quæ *numeris præcedentibus* adnotaui, & scripsi, manifestè dedocitor, atque comprobatur.

45 Quemadmodum etiam, integrè. & sine diminutione soluendæ suot decimæ, priusquam ex fructibos dedncantur expensæ, tributa, census, aut vlla alia debita, siue oneta, *cap. tua. 16. de decimis*, ibi *Decimam reddere sine diminutione.* Et etiam propter sterilitatem denegari non possunt ; vt vtrumque, multis Authoribus relatis. notauit Augustin. Barbosa, *in dict. cap. tua. n. 6. 7. & 8.* & probatur *in l. 17. tit. 20 part. 1.*

Ita quoqoe, & Tertiæ ipsæ, ex omnibos fructibus, & rebus, quæ decimentur, integrè. & sine aliqua diminotione, nullisque deductis expensis, aut debitis præstandæ sont, aliàs noo præstarentor integri duo noneoi, quos tamen integrè præstari, expressè cauetut *in dicta lege prima, titulo 21. lib. nono*, & ita apertissimè fouuit lex ipsa, nec vllus Scribentium omnium in proposito contradicit, quamuis ita indiuiduo, & specificè tactom hactenus non fuerit,

* * *

CAPVT XV.

Episcopus, si præscriptione immemoriali, vel alio legitimo modo acquisierit ius percipiendi decimas integrè, & absque vlla diminutione, ex rebus omnibus, aut fructibus, qui percipiebantur in certis agris, fundis, vel terris, ita quod Tertias Regibus Hispaniæ nunquam soluerit: an idem ius non soluendi Tertias, conseruare debeat, si in eisdem agris, aut terris seminentur, & colligantur alij fructus diuersi generis.

In eisdem etiam terminis, quod vniuersaliter scilicet, & integrè percepit semper Episcopus fructus certi generis, nec de eis vnquam Tertias soluit (idque immemorialis præscriptionis, aut alterius tituli legitimi virtute, & intuitu) vtrùm Tertia soluere debeat ex eisdem fructibus, qui tamen de nouialibus percipiantur, id est, de terris, aut agris de nouo ad culturam redactis, siue de nouo seminatis.

Vbi vtrumque dubium singulariter, & notabiliter declaratur.

Textus etiam *in cap. cum contingat, 29. & in cap. ex parte, 27. de decimis*, egregiè explicatur.

Explicantur etiam, & alia iura, & maximè textus, *in cap. commissum, 4. & in cap. cum in tua. 30. & in cap. in aliquibus. 32. de decimis, & in cap. vltimo, de priuilegiis.*

Decimas percipiendi, ex certo genere fructuum, atque ex certis agris, vel terris, ius competens priuilegio, vel immemoriali præscriptione, integrè conseruari, & retineri, etiam si diuersi fructus colligantur, & seminentur, siue varietur modus seminis, & fructuum.

Mutatio superueniens de qualitate fructuum, vel de modo percipiendi, non præiudicat iuri priùs in decimis quæsito. Et licèt qualitas mutetur, adhuc res eadem iudicatur. Idque vtiliter exornatur, atque illustratur,

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, si præscriptione immemoriali, vel alio legitimo modo acquisierit ius percipiendi decimas integrè, & absque vlla diminutione, ex rebus omnibus, aut fructibus, qui percipiebantur in certis agris, fundis, vel terris, ita quod Tertias nunquam soluerit.*

An idem ius non soluendi Tertias, conseruare debeat, si in eisdem agris, aut terris seminentur, & colligantur alij fructus diuersi generis.

Et numeris sequentibus, vsque ad num. 30.

2 *Decimas percipiendi, ex certo genere fructuum, atque ex certis agris, vel terris, ius cōpetens, priuilegio, vel immemoriali præscriptione, integrè conseruari*

conseruari, & retineri, etiam si diuersi fructus colligantur, & seminentur.

Et quamuis fructuum qualitas mutetur, non tamen ius ipsum decimarum alterari.

Et ad hac in effectu reduci quamplurima, qua variis in locis Interpretes nostri tradiderunt.

Et nonnulla numeris sequentibus commemorantur.

3 *Expenditur text.* in cap. commissum, 4. de decimis.

4 *Terra licèt mutet qualitatem, decima soluenda sunt, prout, & quibus, antea solui consueuerant.*

5 *Possessionem probans, ex priuilegio decimandi, in toto territorio, respectu fructuum, qui alias ibi nascebantur, iuuatur etiam respectu noualium, postea repertorum, aut diuersorum fructuum, qui colligantur de nouo.*

6 *Priuilegium percipiendi decimas ex aliquo fundo, conseruatur, & retinetur, etiam si varietur modus seminis, & fructuum.*

7 *Consuetudo soluendi decimam ex tritico fundi, procedit, si seminetur milium.*

8 *Expenditur textus*, in cap. cum in tua, 30. de decimis, *& communis eius allegatio proponitur.*

Quod scilicet prascribens decimas prædiorum, in quibus fuit satum frumentum, consequi debet decimas auenæ, lolij, vel milij, vel alterius generis fructuum.

9 *Decimas habens vinearum, si extirpentur, & seminetur in eis triticum, aut alia grani species, habebit illius decimam.*

10 *Mutatio superueniens de qualitate fructuum, vel de modo percipiendi, non præiudicat iuri, prius in decimis quæsito.*

Et expenditur textus, in cap. in aliquibus, 32. de decimis.

11 *Priuilegium non mutatur, & si qualitas rei fructuúsue mutetur.*

12 *Qualitas licet mutetur, adhuc res eadem iudicatur.*

Et expenditur textus, in cap. vltimo, de priuilegiis.

13 *Mutatio inducta per priuilegium impetratum, non præiudicat iuri, alteri quæsito.*

14 *Religiosi, an possint prædia Ecclesiæ decimalia conuertere in hortos, ob vitandam solutionem decimarum.*

15 *Sicomorum decima debentur, si de nouo plantentur in prædiis decimalibus.*

16 *Decima crocorum debentur, licet antea huiusmodi fructus non solerent percipi.*

17 *In comprobationem eorum, quæ numeris præcedentibus adnotata remanent, communis Interpretum sententia refertur.*

18 *Et Burg. de Paz e* consilium 50. *expenditur.*

Eiusque verba commemorantur.

19 *Et quæstionis propositæ suprà, numero primo, vera traditur resolutio.*

20 *Subrogatum debet esse eiusdem iuris, & qualitatis, vt erat illud, in cuius locum subrogatur & sapit eiusdem naturam.*

Et gaudet eisdem priuilegiis.

Et res alterius loco subrogata, non dicitur noua.

21 *Decimarum iuri semel quæsito præiudicari non potest ex mutatione seminis.*

Et suprà, n. 10. & 13.

22 *Mutatio, aut interuersio non fit in præiudicium eius, qui ius, antea acquisitum habebat.*

23 *Decimæ sunt onus reale, & tributis comparantur.*

Et loci conditionem sequuntur.

Vnde prædia afficiunt, & non species fructuum, quæ ex ipsis proficiscuntur.

24 *Res eadem non debet diuerso iure censeri.*

25 *Præscribens decimas prædij, in quo satum fuit frumentum, habebit decimas alterius fructus, qui seminetur.*

26 *Præscriptio, in illa specie, quæ præscripta est, extendi potest de persona ad personam, & de vna specie, seu de vno actu ad alium.*

27 *Effectus præscriptionis causata à iure reali, extenditur ad omnes illos, aduersus quos præscriptum non fuit, & ad particularem speciem iuris comprehensi, sub vnico iure vniuersali.*

28 *Ex possessione rei principalis, censetur etiam continuari possessio in annexis, & accessoriis, & similibus.*

29 *Rei mutatio, & alteratio, nec beneficium mutat, nec prioris causæ ius extinguit, nec priuilegia perdere facit.*

30 *Episcopus, qui vniuersaliter, & integrè percepit semper fructus certi generis, nec de eis vnquam Tertias soluit, idque immemorialis præscriptionis, aut alterius tituli legitimi virtute, & intuitu.*

An Tertias soluere debeat ex eisdem fructibus, qui tamen de noualibus percipiantur.

Et ibidem, noualia quæ dicantur.

31 *Pars affirmatiua defenditur in proposito dubio, ex decimis inquam, quæ ex noualibus percipiuntur, Tertias Regibus nostris Hispaniæ deberi.*

Nec præscriptionem immemorialem non soluendi Tertias, quoad noualia, aliquo modo prodesse. Et vide, infrà, num. 42.

32 *Expenditur textus*, in cap. cum contingat 29. de decimis.

Et communis eius allegatio refertur.

Quod scilicet præscriptio percipiendi decimas, intra alienam Parochiam, ad noualia, minimè extenditur.

33 *Ponderatur textus*, in cap. vltimo. §. finali, de decimis lib. 6.

Vbi probatur, quod concessis decimis alicuius loci, non intelliguntur concessæ decimæ noualium eiusdem loci.

34 *Priuilegium de decimis percipiendis, Laicis concessum, non extenditur ad noualia.*

35 *Priuilegium percipiendi decimas intra alterius confinia, non sufficit, vt noualium decima percipi valeant, nisi & quo ad noualia priuilegium fuerit concessum specificè.*

36 *Adducitur ratio communis decidendi ad textum* in dicto cap. cum contingat, de decimis.

37 *Decimas antiquas, qui ex consuetudine percepit, noualia eiusdem territorij non habebit.*

Si vero de noualibus habeat titulum coloratum, tunc quadraginta anni sufficient, vt decima noualium præscribi valeant.

38 *Sufficiet etiam temporis immemorialis possessio, vt decimæ noualium præscribantur.*

39 *Priuilegium concessum Clericis, de percipiendis decimis, ad noualium decimas non extendi.*

Idquè ex veriori Interpretum placito.

Quidquid alij repugnent.

40 *Explicatur textus*, in cap. ex parte, 27. de decimis.

41 *Priuilegium de decimis non soluendis, etiamsi de noualibus expressè mentionem faciat, ad noualium decimas, trahi non potest quæ ab aliis erant possessa tempore priuilegij concessi.*

42 *Conclusio, & resolutio finalis traditur in dubio proposito suprà, n. 31.*

PRo dilucida, & distincta *huiusce cap.*
1 explicatione, obseruandum, atque constituendum erit primo loco, his, quæ *capite proximo præcedenti* scripsimus, propriè, & peculiariter pertinere nonnulla dubia, quæ huic loco explananda, atque explicanda reliquimus. Et primum quidem, si proponamus, quod Episcopus, præscriptione immemoriali, vel alio legitimo modo acquisierat ius percipiendi decimas in suo Episcopatu, integrè, & absque vlla diminutione, ex rebus omnibus, aut fructibus, qui percipiebantur in certis agris, fundis, vel terris, ita quod Tertias Regibus Hispaniæ nunquam soluerit, idque immemorialis, aut alterius tituli legitimi intuitu, vt dixi, an idem ius non soluendi Tertias conseruare debeat, si in eisdem agris, aut terris seminentur, & colligantur alij fructus diuersi generis. Quod est in effectu inquirere, an mutatio superueniens de qualitate fructuum, iuri non soluendi Tertias, ex fructibus antiquis, qui antea percipiebantur, præiudicet aliquo modo: siue an idem ius retineatur, ita vt præscriptio immemorialis prosit etiam respectu fructuum, qui de nouo seminantur, atque percipiuntur.

2 Qua sane in re, duæ erunt constituendæ regulæ, seu conclusiones, ex quibus dubij propositi vera apparebit explicatio, atque resolutio. Prima sit, quod decimas percipiendi, ex certo genere fructuum, aut ex certis fundis, agris, vel terris, ius alicui competens, priuilegio, seu legitimo titulo, aut immemoriali præscriptione, integrè conseruatur, & retinetur, item & possessio, etiã si diuersi fructus colligantur, & seminentur. Et quamuis fructuum qualitas mutetur, ius tamen ipsum decimarum non alteratur: & ad hæc in effectu reducuntur quamplurima, quæ variis in locis Interpretes nostri tradiderunt, & quorum nonnulla *numeris sequentibus* commemorantur.

3 Sanè in comprobationem huiusce resolutionis expendi solet communiter textus, *in capit. commissum, 4. de decimis*, vbi sic scribitur: *Commissum est nobis, & infrà. Peruenit ad nos, quod Monachi de Bosse Ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius Parochia commorantur, decimas ex integro non persoluunt. Ea propter mandamus, quatenus eos, vt decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructæ fuerant, præfatæ Ecclesiæ cum ea integritate persoluant, qua priusquam in eadem Parochia morarentur, solebant persolui, compellas. Et sicut etiam de pascuis, olim decimæ persoluebantur, ita nunc de eisdem, ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione persolui.* Hactenus litera dictæ Decretalis, quæ in hunc modum summari solet communiter: *Monachi tenentur soluere decimas prædiales, de prædiis nouiter cultis, de quibus decima prius soluebantur.* Exornatur etiam nonnullis per Augustin. Barbosam, *in collectanea ad decretales, in eo cap. commissum.* Ioann. Bapt. Valençuel. Velasq. *in consilio 33. numero 51. folio* 146. vbi sic scripsit: *Et facit in maiorem prædictorum comprobationem, text. in capit. commissum. 4. de decimis: sumpto argumento à fortiori, quod validum est, l. finali, iuncta Glossa, qui ætate se excus. libro decimo, vbi Platea, cum in cunctis de electione. l. 3. C. de condict. indebiti l. si quando, C. de testibus l. si non singuli. C. si cert. petat. Euerard. loco, à minori, num. primo: nam in dicto cap. commissum. decisum est, quod is, qui præscripsit decimas in nemoribus, & pascuis, si illa ad culturam, & fruges reducantur, eorum decimas, similiter habebit, vt in specie tradunt Abbas, & alij ibi, Carol. Ruinus, in consilio 163. numero 15. lib. 6. Parisius, in consilio 73. numero 12. libro 4. Rebuffus, de decimis, quæstione 14. numero 22. Felinus, in cap. causam, numero 15. de præscript. Abbas, in consilio 71. part. 2. Couar. variar. libro 1, cap. 17. numero 13. Hostiensis in summa de decimis, versic. Decimoquarto Vincent. de Anna, allegatione 94. Burg. de Paz, in consil. 50. num. 8. & 9. & 11. Prosp. Petra, in addit. ad Capicium, decisione 20. numero primo, litera B.*

Et idipsum, cum aliis Authoribus resoluit Salgados, *de Regia protectione, parte 3 cap. 10. n. 143. & 144. fol.* 140. vbi etiam citat text. *in dicto cap. commissum.*

Et terra, licet mutet qualitatem, quia de vinearia, 4
frumẽtaria fiat, aut versa vice, vel alio quocumque modo, decima nihilominus soluenda est, prout, & quibus antea solui consueuerat. Sicuti notauit Anton de Buttrio, *in dicto cap. commissum, ex n.* 6. Bolognetus, *in cons 29. ex num. 14* Azuadus, & Ioan. Gutierres, cum quibus Valençuela Velasques, *dicto consilio 33. n. 52.* qui ponderat text. *in l. certo generi, 13 ff. de seruitut. rusticor. præd.* dum dicit: *Certo generi agrorum acquiri seruitus potest, veluti vineis, quod ea, ad solum magis, quam ad superficiem pertinet, nam sublatis vineis, seruitus manebit.*

Et possessionem probans, ex priuilegio deci- 5
mandi, in toto territorio, respectu fructuum, qui aliàs ibi nascebantur, inuitor etiam respectu noualium postea repertorum, aut diuersorum fructuum, qui de nouo colligantur; Couarr. *pract. cap. 37. num.* 5. Marescotus, *variar. resol. lib. 1. cap. 11. num. 31. & 32.* Salgadus, *de Regia protectione, part. 3. cap. 10. num. 144. fol. 140.*

Ita etiam, priuilegium percipiendi decimas ex 6
aliquo fundo, conseruatur, & retinetur etiam si varietur modus seminis, & fructuum. Sicuti obseruarunt Antonius, Abbas, Ripa, Rebuffus, Siluester, Hostiensis, Borsarus, Aluarus Valascus, Burgos de Paz, & Pelæs à Mieres, cum quibus ita refert Salgadus, *de Regia protectione, part. 3. cap. 10. num. 314 & duobus sequent. fol.* 257. vbi addit, quod consuetudo soluendi decimam ex tritico fundi, procedit vsque adeò, vt si seminetur milium etiam soluenda sit.

Secundò in eiusdem rei comprobatione ponde- 7
rari solet communiter textus, *in cap. cum in tua 30. de decimis*, vbi Romanus Pontifex in hunc modum
reliquit scriptum: *Cum in tua Diœcesi, quadam Mo-* 8
nasteria, & Conuentuales Ecclesiæ, in multis partibus, maiores decimas percipiant, & minutas, de quibusdam fructibus annuatim perceptis, non fuerunt decimæ persolutæ: & infra. Respondemus, quod si fructus prædicti de illa terra proueniunt, de quã Monasteria, vel Conuentuales Ecclesiæ aliquos recipiebant ratione decimarum prouentus: eis proculdubio decimæ fructuum debentur eorum, cum ipsis de terra illa, ab antiquo fuerit decimalis, & non debeat vna eademque Ecclesia diuerso iure censeri, alioquin Parochialibus Ecclesiis exsoluantur: ad quas de iure communi spectat perceptio decimarum. Hactenus eius Decretalis series, & verba ex qua vnanimiter deducere solent Scribentes, quod præscribens decimas prædiorum, in quibus fuit satum frumentum, consequi debet decimas auenæ, lolij, vel milij, vel alterius generis fructuum; atque ita ex communi Doctorum sententia resoluit Ioannes Bapt. Valençuela Velasquez, *in consilio 33. numero. 26. & 27. & numero 58. folio* 245. vbi sic scripsit. *In cuius consequentiam habet ius, & intentionem fundatam, etiam quoad fructus decimales nouos oliuarum, olei, & croci, qui processerunt ab eisdem prædiis, in quibus*

colligi

colligi solebant, & persolui decimæ grani specierum, &
xon; nam qui præscripsit decimas in prædiis, in qui-
bus satum fuit frumentum, si ibi seminetur auena, aut
lolium, vel milium, consequi debuit, etiam eorum de-
cimam, vt clarè decidit Innocentius III. in cap.
cum tua, de decimis vbi notat Ioann. Andr. numero 1.
Hostiens. Henric. & Anton. de Butrio, num. 2. An-
char. Anan. & Abbas, numero 3. cum aliis de deci-
mis. Balb. de præscript. 2. part. princip. quæst. 1. num. 17.
Petr. Rebuffus, in tractatu de decimis, quæst. 14. nu-
mero 14. & 18. & sequentibus. Et repetit *numer. 33.*
& 34. vbi refert Aluar. Valasc. *consultatione 58. nu-*
mero 14. & sic etiam scribit: *Nam in huiusmodi ca-*
su, idem de oliuis soluent, quod solebant soluere de
vineis. Et hoc ipsum dico in terris frumentariis, &
ita vidi sæpius iudicatum. Et confert id, quod in ter-
minis ait Albericus, in dict. l. certo generi, vbi decidit
9 *hanc quæstionem, quod si in aliqua terra, seu prædio,*
vnus habet decimam vinearum, & alius aliarum ter-
rarum arabilium, si vinea extirpetur, & redigatur
ad culturam, ille, qui habet decimam vinearum, debet
etiam habere decimam soli, licet sit redactum ad cul-
turam, & semper Domino remanebit ius suum, siue
hoc sit in terra certa, siue in vniuersitate agrorum, &c.
Et confert communis Doctorum traditio, *in dicto*
cap. commissum. Per illum text. vbi Augustinus
Barbosa, *numer. 2.* deducit, quod si in agro con-
stituatur domus, eius pensionis decimam soluere
debet Dominus, vel eam saltem, quam prius de
agro soluebat. Et addit *numero tertio*, ex eodem
textu probari, quod de pascuis, id est, de pre-
tio, quo pascua, seu pastura vendita est, decima
solui debet, prout tenent alij plures Authores *ibi*
relati.

10 Tertio pro eadem parte vrget singularis doctri-
na Abbatis, *in cap. pastoralis, numero tertio, de de-*
cimis, vbi ponit conclusionem, quod mutatio
superueniens, de qualitate fructuum, vel de mo-
do percipiendi, non præiudicat iuri priùs quæsi-
to in decimis: refert Valençuela Velasquez, *dicto*
consilio trigesimo tertio, numero 53. vbi ponderat tex-
tum, *in cap. in aliquibus 32. de decimis*, vbi si præ-
dia decimalia conceduntur personis, non solitis
soluere decimas, ista mutatio fieri non potest, vt
generetur præiudicium iuri quæsito. Et Abbas, *no-*
tabili 2. assignat rationem, quia Ecclesia habet ius
Reale, vnde potest compellere Dominum, ne fa-
ciat præiudicium aliquod sibi pro decimis. Et ra-
tio illius textus æqualiter militat, quando muta-
tio fuerit facta de qualitate fructuum, sicut quan-
do facta est, concedendo prædia decimalia perso-
nis, non solitis soluere decimas. Et idipsũ colligitur
ex notatis per eundem Abbatem, *in cap. ex parte,*
el 1. numero tertio, de decimis. quatenus dicit, quod
Monachi de hortis non soluunt decimas, quos co-
lunt ad proprium vsum; de aliis verò tenentur,
vt ipsi non valeant prædia conuertere in hortos, in
præiudicium Ecclesiæ, cui decima debetur. Et sic
mutatio fieri non potest in præiudicium iuris rea-
lis, alteri quæsiti, Aluar. Valascus, *consultatione 58.*
num. 8.

11 Quartò, ipsamet resolutio confirmatur per tex-
tum, *in cap. finali. de priuilegiis*, vbi apparet,
quod priuilegium in aliqua re semel quæsitum,
non mutatur, & si qualitas rei, fructúsve varien-
tur. Et eodem modo, priuilegium ad non soluen-
das decimas ex cultura retinetur, etsi rei qualitas
mutetur, iuxta notata per Ioann. And. Iason &
12 Borg. de Paz, in locis relatis à Valençuela Velas-
quez, *dicto consilio 33. numero 60 fol. 147.* quia (vt
ipse scribit) non mutatur substantia ex tali cultu-
ra noua. & sic licet mutetur qualitas, adhoc eadem
res iudicatur, *l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt.*
l. quæsitum. paragrapho illud. ff. de legat. 3.

Quinto comprobatur ex textu, *in c. ex multipli-*
ci, de decimis, vbi mutatio inducta per priuile- 13
gium impetratum, non præiudicat iuri alteri quæ-
sito, & inde scribit Abbas *in dicto cap. pastoralis, no-*
tabili 1. & numero 3. mutationem qualitatis fru-
ctuum non nocere aliquo modo; & inde, de no-
uis fructibus deberi decimas, sicut de antiquis, re-
fert Valençuela metipse, *præcitato consilio 33. nu-*
mero 72. & addit *num 73.* Abbatem, *in cap. ex parte,*
per textum *ibi, num. 3. de decimis* notasse, quod si 14
Monachi de hortis suis ex priuilegio non soluunt
decimas, quando ad proprium vsum excolunt, de
aliis tamen prædiis soluere tenentur, & quòd non
possunt ea conuertere in hortos, in præiudicium 15
Ecclesiæ, cui decimæ debebantur: refert etiam Va-
lençuela, *num. 74.* Bolognetum, *in consil. 29.* dicen-
tem, quòd licèt de fructibus sicomorum non de-
beantur decimæ in Sicilia, tamen secus de his, quæ
de nouo plantantur in terris decimalibus aliorum
fructuum, quia tunc debebuntur, cùm mutatio qua-
litatis fructuum non admittatur in præiudicium
Ecclesiæ, quæ ius quæsitum habebat. Denique re-
fert ipse Velençuela, *num. 75.* quod hæc fortassè
fuit ratio iustæ determinationis Senatus Tolosani,
de qua per Aufrerium, & Rebuffum, *ibi* relatos. 16
vbi fuit iudicatum, decimas de otorum deberi, licèt
antea huiusmodi fructus non solerent percipi, nec
de eis decima vnquam fuisset soluta.

Sextò tandem, pro eadem resolutione extat
communis Scribentium omnium sententia, iuxta 17
quam, si per priuilegium, aut præscriptionem,
alicui competit ius percipiendi decimas ex fructi-
bus alicuius fundi, agri, vel prati, vel ex terris ali-
quibus, retinet, & conseruat idem ius, vt eodem
modo decimas percipiat, quamuis qualitas fru-
ctuum, & seminis alteretur, & mutetur, & de no-
uo seminentur, & colligantur noui, siue alterius
generis fructus, sicuti ex eisdem Authoribus rela-
tis *numeris præcedentibus* apparet. Et specificè no-
tarunt Ioannes And. Hostiens. Henric. Anton. de
But. Anchar. Anania. Abbas, Balbus, Rebuf. Bolo-
gnet. Aluar. Valascus, Albericus, Gama, Couar.
Azeuedus, Ruinus, Capicius, Parisius, Felinus,
Vincent. de Anna, Ioannes Gutierres, & alij, quos
citat, & latè comprobat (vt *suprà* retuli) Ioann.
Bapt. Valençuela Velasquez, *in consilio 33. num. 28.*
& 33. & 34. & num. 42. & sequentibus, & 65. & se-
quentibus, & num. 71. & sequentibus, vbi vtiliter, &
notanter comprobat, & idcirco videndus est omni-
no, ex *numer. 26. vsque ad numerum 79.* Ripa, *res-*
ponso 65. num. 8. Albert. Brunus, *in tractatu de au-*
gment. conclus. 17. in principio, Alciatus, *responso 56.*
num. 14. Menochius, *in consil. 36. num. 39.* Siluester,
in summa, verbo, decima, quæstione 8. colum. 3. Bursa-
tus, *in consilio 50. num. 36. lib. 1.* Couar. *practicar.*
cap. 37. num. 5. & variar. libro primo, cap. 17. num. 13.
Mieres, *de maioratu, prima parte, quæst 10. num. 112.*
& 113. Marescotus, *variar. resolut. lib. 1. cap. 11. nu-*
mer. 31. & 32. Salgadus, *de Regia protectione, parte 3.*
cap. 10. num. 143. & 144 folio 140. & num. 314. 315.
316. fol. 157. Moneta, *de decimis, cap. 4. quæst. 3.* vi-
dendos *ex num. 79. cum seq. fol. 33.* Augostin. Bar-
bosa (qui Pat. Azor. & alios refert) *in dicto cap. com-*
missum, de decimis.

Conuenit etiam communi resolutioni Burgos 18
de Paz (quem omnes commemorant) *in consilio 50.*
num. 8. vsque ad numerum 16. vbi notanter, atque
in hunc modum loquitur: *Et cum dictus Comes in*
possessione fuerit percipiendi dictas decimas de omni ar-
mento, seu grege, dictis debesis depascentibus, conse-
quenter erit, esse tuendum etiam in quasi possessione per-
cipiendi decimas de omni frumento, seu fructu, dictus

debesis collecte, postquam ad culturam redacta fuerunt, ex textu in cap. commissum, de decimis, vbi ita tenent Hostiensis, Cardin. Antonius, & idem Hostiensis, in rubrica, de decimis, in summa, versiculo, Decimo quaro. quo loco firmat, quod etsi terra qualitas mutetur, nempe, si de vinaria, frumentaria fiat, decima nihilo secius exsoluenda est, prout antea solui consueuerat. Et his accedit textus, in cap. fin. de priuileg. vbi priuilegium, semel aliqua in re quasitum, non mutatur, etsi qualitas rei, fructusve varientur. Et ob id, ibidem sancitur, quod priuilegium ex cultura ad non soluendum decimas, retinetur, etsi rei mutetur qualitas. Pradicta & suadentur ex textu, in cap. cum in tua, de decimis: vbi habetur, quod prascriptio decima in aliqua terra, ad aliam fructus speciem extenditur: quod & mihi notat Anchar. Abbas, column. 1. & cateri Doctores, Cardinal. Parisius, in consilio 73. num. 12. & sequent. libro quarto, abunde ibidem probans, quod si ex pradio aliquid, cum esset incultum, percipiebatur, & exinde ad culturam reducitur, quod ex dicta cultura, decima debentur, sicut & de antiquis prascriptis, &c.

Et hactenus de prima conclusione.

Secunda deinde cooclusio sit, quæ ex hactenus adnotatis, & scriptis, manifestè deducitur, prout etiam vera resolutio, atque explanatio quæstionis propositæ suprà, *ex numero primo*; vt scilicet Epis-
19 copus, qui præscriptione immemoriali, vel alio legitimo titulo acquisierit ius percipiendi decimas, integrè, & absque vlla diminutione, ex rebus omnibus, & fructibus, qui percipiebantur ex certis agris, pratis, fundis, vel terris, seo generaliter ex omnibus, ita quod Tertias nuoquam soluisset (idque immemorialis, aut alterius tituli intuito) idem ius non soluendi Tertias conseruare, & illæsum retinere debeat, si in eisdem agris, aut terris seminoentur, & colligaoturalij fructus, diuersi generis. Quemadmodum ergo, possessionem, & ius percipiendi decimas, ex fructibus nobis conseruat, ita quoque, & ius, aut exemptionem non soluendi Tertias conseruare debebit, nam etsi qualitas seminis, & fructuum alterata fuerit, res tameo eadem remanet, prout inferius dicetur.

Hæc autem conclusio, ex sequentibus rationibus, & fundamentis, concludenter comprobari potest. Ac primò quidem, quia immemorialis præscriptio, quæ habet vires Apostolicæ, & Regiæ concessionis, factæ cum causa, atque ex certa scientia, & tituli loco habetur, *l. hoc iure §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & astiu. cap. super quibusdam. §. praterea de verbor. significat. & alio cap. suprà*, latè comprobaui, & latius comprobabitur *infra, alio cap.* Quemadmodum fundabat intentionem, quod exemptionem Tertiarum ex fructibus antiquis ita fundat, & operatur quoad fructus nouos, vt ex vtrisque Tertiæ exigi oon valeant, nec debeantur; sic sanè in simili casu, & multum ad propositum nostrum argumeotatur Valençuela Velasquez, *in consilio 33. num. 27. & 28.* vbi sic scribit: *Supposito, quod D. Antonius Carrillo habet ita concludenter probatam immemorialem possessionem, in qua existit sua dignitas habendi decimales omnes terras, & territoria dicta Parochialis Ecclesia. Et quod habet fundatam intentionem suam, ex perceptione fructuum decimalium antiquorum, qua ab eis processerunt, & cum dictum tempus immemoriali habeat vires Apostolica concessionis, in eius consequentiam habet ius, & intentionem fundatam, etiam quoad fructus decimales nouos oliuarum, olei, & croci, qui processerunt ab eisdem pradiis, in quibus colligi solebant, & persolui decima grani specierum, & vini, &c.*

20 Secundo etiam comprobatur, quia fructus noui subrogaorur loco eorum, qui antea semioabantur, & colligebantur, vnde subrogatio intelligi debet cum eisdem iuribus, & qualitatibus, atque ita cum supradicta qualitate noo soluendi Tertias, quæ vi, & intuitu immemorialis præscriptionis, aut alterius tituli legitimi, antea non soluebantur, quia subrogatum debet esse eiusdem iuris, & qualitatis, vt erat illud, in cuius locum subrogatur, & sapit eiusdem oaturam, & gaudet eisdem priuilegiis. Et res, alterius loco subrogata, ooo dicitur ooua, prout hæc considerauit doctè Burgos de Paz, *dicto consilio 50. num. 14. 15. & 16.* io hæc verba: *Nec dicere oberis, noualia fructus frumenti, nouè redactis ex cultura, non ideo sub dicta quasi possessione comprehendi. Nam cum compertum sit, ante culturam, ex dictis dehesis herbarum, fructus percipi, & ex eis decimas, non quidem noualia dici possunt, qua ex agricultura proueniunt, vt constat in dicto cap. commissum, & cum tam herbarum fructus, quam frumenti sit eiusdem agri, & terra, diuerso iure censeri non debent, l. cum quis, ff. de vsucap. item, etsi ex cultura mutetur qualitas, non verò substantia, eadémque res iudicatur, l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. l. quasitum. §. illud. ff. de leg. 3. & fauet regula generalis, subrogatum naturam subrogati sapere, &c.* Eodem etiam modo argumentatur, & latius comprobat Valençuela Velasquez, *pracitato consilio 33. numer. 54. vsque ad numerum 60. folio 247.* vbi sic scribit: *Praterea, quia huiusmodi decima oliuarum, olei, & croci, subrogantur, & succedunt in locum antiquorum, & primorum fructuum, quorum dicima prastimonio soluebantur, & ideo illi pertinent nouorum fructuum decima quia eodem iure regulari debent, nam subrogatum debet esse eiusdem iuris, & conditionis, l. Imperator, §. finali, cum l. sequent. ff. de legat. 2. l. fideicommissa, §. si rem suam, ff. de legat. 3. ita vt res subrogata in alterius locum, non possit dici res noua in totum, sed de natura eius, in cuius locum subrogatur, l. certi condictio. ff. si cert. petat. Bald. Decius, Ioan. Andr. & Butrius. Et eodem priuilegio gaudeat, sicut pensio subrogata alterius pensionis loco, eius naturam sapit, vt post Ruinum, in consilio 179. lib. 1. tradit Anton. Gabriel, conclusione 2. de regul. iur. num 54. Ergo idem dicendum est in his decimalibus pensionibus, vt benè aduertit Rota Paleoti, decis. 70 qua hodie est decisio 423. numero 2. & 5. inter decisiones Rota Romana, volum. 2. parte tertia. lib. 3.*

Comprobatur etiam idipsum, quia cum Episco- 21
pus decimas prædictas integrè perciperet, & absque vlla diminurione, seo detractione Tertiarum, vel alterius partis, idque vi, & effectu immemorialis præscriptionis, aut alterius tituli legitimi, mutatio quidem seminis, aut fructuum noo potuit fieri in præiudicium iuris iam ei quæsiti; sicuti scripsi suprà, *num. 10. & 13.* oec ex nooa seminatione, aut plantatiooe, debebit eidem præiudicium aliquod generari, argumento *l. finalis, ff. de pactis, & cap. quod nostrum, de regul. iur. in 6. & in l. finali, ff. de vsu, & habitat.* vbi non potest proprietarius alterare, nec mutare rem, in præiudicium vsuarij. Et *ibi* generaliter ootatur, quod mutatio voluntaria non præiudicat iuri quæsito. Facit etiam text. *in l. si domus, ff. de seruit. vrbanor. pradior. & in l. si eo loco. ff. si seruit. vindicet.* vbi in præiudicium seruitutis quæsitæ. Dominus nihil facere potest, & hæc, & alia iura, & fundamenta expendunt Bolognerus, *in consilio 29. num. 33.* Ioannes Bapt. Valençuela Velasques, *pracitato consilio trigesimo tertio, ex numer. 29. vsque ad numerum 36. & num. 67. & 68. & 70.* vbi 22
etiam generaliter tradit, quod mutatio, aut interuersio non fit in præiudicium eius, qui ius, antea acquisitum habebat. Et facit textus, *in l. seruus, ff. de liberali causa.* vbi formam rei propriæ, in alterius præiudicium ooo licet sine causa mutare, *l. repeti.*

§. finali ff. quib. mod. vsusf. amit. l. finali, ff. de vsufructu. l. sed etsi rem. ff. quæ in fraud. quæ iura allegat ipse Valençuela, *num. 35.* Et iterum confirmat *ex numero 62. vsque ad numerum 65. folio* 247. vbi notabiliter, atque in hunc modum scribit, & superiorum rationem reddit: *Et supposito, quod non est in facultate Domini dicti præstimonij, nec aliorum beneficiorum, qui habent interesse in decimis dicta Parochialis prohibere, quod in prædiis decimalibus non mutetur cultura, & seminatio nouorum fructuum, diuersorum ab illis, qui seminari solebant, & decima persolui, vt tenet Rebuffus, de decimis, quæstione sexta, numero trigesimo quinto. Hostiensis, in summa. §. & vtrum versicul. Decimo. Couar. in practic. cap. 37. numero quinto, in princip. Ioannes Gutier. libro secundo, dicto cap. 21. numer. 100. Azeuedus, in dicta l. 2. numero quinto, per dict. caput, commissum, non debet esse in damnum illius, qui decimas percipere solebat. Et ita ait Rebuffus, quod is, qui solitus erat habere decimam frumenti, si terra frumentaria mutetur in vineam, eam habebit & mutatio qualitatis non alterabit obligationem, nec ob id perdet suam decimam is, qui prius eam habebat, quamuis alius haberet decimam vini, tenent Collectarius, & alij, in dicto cap. commissum, per quem idem Rebuffus, numero trigesimo quarto, vbi proximè, idem tenet, quando ex domus pensione, decimas percipiebat aliquis integraliter, nam si ea destructa, fiat vinea, eius decimas etiam consequetur. Et idem, si vinea fiat castanetum, aut alius fructus plantetur, aut nascatur, Ioann. Gutier. dict. cap. 21. numero 97. & 99.*

Sed aliam rationem superiorum assignat ipse Valençuela Velasques, *eodem consilio 33 ex num. 36. vsque ad numerum* 47. quod scilicet decimæ sunt onus reale, & tributis comparantur. Et dicuntur reales præstationes, nam qui habet partem in fructu, censetur etiam habere partem in fundo. Et ideo ius decimarum, loci, & non personarum conditionem sequitur. Vnde non mirum, si prædia afficiat, & non species fructuum, quæ ex ipsis proficiscuntor, prout insinuat textus, *in cap. cum in tua de decimis*, ibi: *Cum ipsis terra ab antiquo fuerit decimalis.* Et onus decimãdi adhęret pręd!o, & est onus reale, prædiis, fructibúsque decimalibus, & eorum possessoribus inhærens. *cum non sint, de decimis.* Et latiùs hæc omnia ipse Valençuela comprobat *vbi suprà.* comprobauit etiam Augustin. Barbosa, *in cap. cum sint, 18. num. 5. & in cap. tua. 26. numer. 13. de decimis.*

Aliam denique rationem adducit Valençuela metipse; *dicto consil. 33. num* 47. quod cum agri, fundi, aut terræ, ex quibus antiqui fructus percipiebantur, & noui percipiuntur, eædem sint, & remaneant, quæ antea erant, ex mutatione seminis, aut fructuum, non debent diuerso iure censeri; quo etiam modo argumentatur Burgos de Paz, *in consil. 50. in fine*; prout *suprà* retuli eum.

24 Et regulariter, vna & eadem res non diuerso iure censeri, *l. eum qui ades. ff. de vsucap. c. cognouimus, 12. quæst. 2.*

25 Vrget etiam, quod præscribens decimas in vno prædio, in quo satum fuit frumentum, habebit etiam decimas alterius fructos, qui seminetur, atque ita vtriusque; quia in dubio, decimæ præscriptio, realis est censenda, id est, terram concernens non speciem fructuum perceptorum; ita vt de vnis, & alteris, & de omni genere fructuum, æqualiter diiudicari debeat; sicuti relatis Authoribus permultis, notauit Valençuela metipse, *eodem consilio trigesimo tertio, num. 65. & 66.* atque ita præscriptio, quæ prodest ad vnam, siue ad antiquam fructuum speciem, ad nouam quoque, siue ad fructus nouos, æqualiter prodesse debet, prout *ibidem* comprobat is Author, vt exemptio scilicet non soluendi Tertias, æquali ratione procedat, & duret. Et comprobat etiam Salgadus, *de Regia protectione, tertia parte, cap. 10. numero 314. 315. & 316.*

Confert etiam, quod præscriptio, in illa specie, 26
quæ præscripta est, extendi potest de persona ad personam, & de vna specie, seu de vno actu ad aliom; sicuti notarunt Baldus, Felinus, Ias. Cravetta, Zazius, & Ludouic. Molina, eósque referens, Salgadus, *de Regia protectione, parte tertia, capit. decimo, numero 123.* & notanter Ioann. Garcia, *de expens. & meliorat. cap. 9. num. 38. & 39.* nam effe- 27
ctus præscriptionis causatæ à iure reali, extenditur ad omnes illos, aduersus quos præscriptum non fuit, & ad particularem speciem iuris comprehensi sub vnico iure vniuersali; vt cum Abbate Antonio de Buttio, Rebuffo, & Mieres, notarunt Ioannes Garcia, *vbi suprà*, & Salgadus, *num* 124. vbi
addit *num. 130.* quod ex possessione rei principalis, 28
censetur etiam continuari possessio in annexis, & accessoriis, & similibus; prout tenent quamplurimi, ab eo *ibidem* relati. Qui *eodem cap. decimo, partis tertia, ex numero 306. cum sequentibus, in fine, & 137.* comprobauit etiam nonnullis, quod rei mutatio, & alteratio, nec beneficium mutat, nec prioris causæ ius extinguit, nec priuilegia perdere facit, vbi videri poterit.

Nec silentio prætermisit doctrinam superiorem, 29
traditam *suprà, numero 26.* Imò expressè expendit eam, *num. 48. dicti consilij 33.* Valençuela Velasques, in hæc verba: *Vlterius, quia alicuius iuris, vt vniuersalis præscriptio, extenditur ad particularia, sub eodem iure comprehensa. Et ita præscriptio iuris decimandi, seu decimas percipiendi ex aliquo prædio, de fructibus antiquis, quia vniuersalis est ad totum prædium, extenditur ad omnes fructus decimales, de nouo productos, tanquam sub illo iure vniuersali comprehensos, vt doctè notat Anton. de Butrio in dicto cap. cum in tua, numero 3. Baldus, dicta quæstione secunda, numero secundo. Rebuffus, dict. quæst. 14. num. 19. Ioannes Gutierres, libro 2. Canonicar. cap. 21. num. 88. Crauetta, consilio 55. numero 1.* Quod etiam notauit Molina, *lib. 5. de Hispanor. primogen. cap. 6. numer. 17. & 18.* Et hactenus de primo dubio, de quo *suprà, ex num 1.*

Secundum autem dubium in eo consistit, vtrum 30
Episcopus, qui vniuersaliter, & integrè percepit semper in suo Episcopatu fructus certi generis, nec de eis vnquam Tertias soluit (idque immemorialis præscriptionis, aut alterius tituli legitimi virtute, & intuitu) Tertias soluere non debeat ex eisdem fructibus, qui tamen de noualibus percipiantur: an verò ex his fructibus, qui ex noualibus colliguntur, Tertiæ præstari, & solui debeant Regibus nostris Hispaniæ.

Et inter hunc casum, & propositum, atque explicatum suprà, *ex numero primo, cum sequentibus*, differentiæ ratio consistit in hoc; quod in casu superiori, proponitur, ex agris, aut terris, iam ab antiquo seminatis, & ex quibus fructibus colligebantur certi generis; alios fructus seminatos, & collectos, eósque, diuersi generis, atque ita, ex terris ipsis, ante nouam culturam nouorum fructuom, nouique seminis, fructus perceptus fuisse; vnde nullo pacto, seu modo, fundi, aut terræ, noualia dici possunt; sicuti cum aliis pluribus Authoribus annotauit Moneta, *de decimis, cap. 4. quæstione 3. numer. 89.* & Burgos de Paz, referendus statim: In casu autem præsenti, eiusdem generis fructus percipiuntur; ex noualibus tamen, id est, ex agris, fundis, aut terris, ex quibus ante culturam, nulli fructus percipiebantur, quæ tantum

noualia

noualia propriè dicuntur, *cap. quid per nouale*, & *ibi* Innocent. & Doctores, *de verbor. significat.* & ita specificè adnotauit Burgos de Paz, *dicto consil.* 30. *num.* 14.

31 Hoc sanè in dubio constanter asserendum est, ex decimis, quæ ex noualibus percipiuntur, Tertias Regibus nostris integrè deberi, nec præscriptionem immemorialem non soluendi Tertias, quoad decimas noualium, vllo modo prodesse; quamuis iidem fructus colligantur, siue eiusdem generis, atque ex non noualibus, nunquam Tertiæ ijs sit soluerentur.

Quod ex sequentibus manifestè & concludenter probari potest, ac primo quidem ex his, quæ *capite proximo præcedenti* adnotara, atque scripta reliqui, vbi latè comprobaui, Tertias deberi, & soluendas esse ex omnibus, ex quibus decimæ percipiantur, idque iuxta claram, & expressam decisionem *legis primæ, titul.* 21, *lib.* 9. *nouæ collectionis Regiæ*, & siue decimæ ab antiquo, & tempore conditæ illius legis præstarentur, & soluerentur, siue postmodum decimarum ipsarum solutio inciperet; nam semper verum erit, quod vbi qualitas decimandi verificetur, & Tertiarum soluendarum obligatio in viridi obseruantia manebit, quocumque tempore decimarum solutio, & exactio incæperit; ex quo ergo de noualibus his, siue de fructibus eorum, decimæ soluuntur. & Tertiæ quoque de ipsis decimis solui debebunt, iuxta regulam generalem traditam *in dicta l. prima, tit.* 21. *lib.* 9. & rationes omnes illæ, quæ in contrarium militant, & vrgent, quando alij fructus seminantur, & colliguntur loco aliorum, qui antea percipi solebant, atque ita ex terris iam cultis & seminatis, non autem de noualibus; cessant quidem quando de noualibus, fructus, licet eiusdem generis, percipiantur: quod est his quæ Burgos de Paz, *in dicto consilio* 50. notauit, manifestè deducitur. Ex his etiam, quæ longa serie, & eruditè quidem scripsit Ioann. Bapt. Valençuela Velasqoes, *dicto consil.* 33. *ex num* 27. *vsque ad num.* 77. Aliud ergo, & longe quidem diuersum est, ex terris iam seminatis & cultis, & ex quibus vnius generis fructus colligebantur, alios fructus alterius generis, & diuersi seminis subrogare & colligere; qui idem fructus, per subrogationem iudicantur, idemque ius de ipsis, quod de antiquis statuendum est; aliud vero, ex noualibus, atque ita ex terris de nouo seminatis, atque ad culturam redactis, fructus nouos colligere, quamuis eiusdem seminis, aut generis cum aliis, qui ex aliis multis terris percipiuntur; cum neque subrogatio aliqua considerari valeat, neque negari vllo pacto possit, hos esse nouos fructus, nouásque decimas ex eis percipiendas, atque exigendas, nec eorundem fructuum respectu, qui nunquam in rerum natura fuere, nec in rei veritate, nec per aliquam fictionem aut subrogationem, & qui iam decimarũ ius causare incæperunt, præscriptionem aliquam considerari posse, vel aliud ius, cuius intuitu, Tertiarum obligatio, quæ ex origino decimarum, initium obligationis sumit, impediri queat, cùm qualitas decimandi, de nouo producta ex fructibus noualium, Tertiarum quoque fundamentum, & obligationem, necessariam consequentiam producat, ob claram, & expressam decisionem *dicta l. primæ, titulo* 21. *lib.* 9. *nouæ collect. Regiæ*.

32 Secundo deinde in comprobationem eiusdem partis vrget textus, *in capit. cum contingat*, 29 *de decimis* vbi Romanus Pontifex, in hanc modum reliquit scriptum: *Cum contingat interdum in tua Diœcesi, & infrà. Cum in quibusdam Parochiis, ad quasdam Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas, ab antiquo pertinere perceptio decimarum, & de nouo fiant noualia in eisdem: queris à nobis, ad quem huiusmodi noualium decima incipiat pertinere? Vnde inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod cum perceptio decimarum ad Parochiales Ecclesias de iure communi pertineat, decimæ noualium, quæ fiunt in Parochiis earundem, ad ipsas proculdubio pertinere noscuntur, nisi ab his, qui alias percipiunt decimas, rationabilis causa ostendatur, per quam appareat, noualium ad eos decimas pertinere.* Hactenus decretalis est, ex cuius serie Interpretes deducere, & colligere solent, quod qui præscribit decimas in aliena Parochia, si ibi insurgunt noualia, ipsorum decimas non habebit: atque ita, præscriptionem percipiendi decimas intra alienam Parochiam, ad noualia minimè extendi, nisi rationabilis causa ostendatur. Præscriptio ergo decimarum in vna Parochia, non causat, nec producit ius percipiendi decimas ex rebus, & fructibus, qui ex noualibus percipiantur, vt *in ipso cap. cum contingat*, & *in cap. sequenti*, probarunt, & *in cap. vltimo* §.
finali. de decimis, lib. 6. vbi loquitur textus in conces- 33
sione decimarum alicuius loci, vt non intelligantur concessæ decimæ noualium agrorum eiusdem loci.

Probatur etiam *in cap. tua.* §. *finali. de decimis.* vbi 34
priuilegium, de decimis percipiendis, laicis concessum, non extenditur ad noualia, sicuti constat ex illis verbis: *Nec occasione decimationis antiquæ, licet in feudum decimæ noualium vsurpandæ, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda.*

Vlterius Probatur ex textu, *in cap.* 2. *in principio*, 35
& in §. 1. *de decimis, lib.* 6. vbi non satis est, quod quis habeat priuilegium percipiendi decimas, intra alterius confinia, vt percipere possit noualium decimas, nisi & quoad noualia, priuilegium speciale fuerit consequutus: imò *ibi* cauetur, priuilegium hoc de percipiendis noualium decimis, strictè esse interpretandum. Atque ita textum hunc ponderauit Ioan. Gutierres, *canonicarum lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 120.

Ratio autem decidendi ad text. *in dicto cap. cum* 36
contingat, de decimis, est ex communi Interpretum sententia, quod tantum præscriptum, quantum possessũ; sine possessione enim præscriptio non procedit, *cap. si diligenti. de præscript.* & *in regula, sine possessione, de reg. iur. lib.* 6. sed ille, de quo in ea decretali, non possedit decimas noualium, cum nullæ essent, ergo in eis præscriptio non procedit, iuxta tex. *in l. prima* § *si quis hoc interdicto. ff. de itine. act. priuque priua.* vbi Bart. & Angel. Innocent, *in cap. Cumana, de electione. l. qui fundum.* §. *primo. ff. de vsucap. pro empt.* quem textu singularem dicunt Romanus, *singulari* 577. & Balb. *de præscrip.* 2 *part. princip. quæst. num.* 17. Præterea, præscriptio ad futuram non extenditur, etiam similia, ideo ad nouales decimas non trahitur, quia in præscriptione, stricta fieri debet interpretatio. Est enim strictissimi iuris, & non extenditur ad non possessa. Actus enim taciti non sunt interpretandi, vltra quàm se extendant. Et quamuis præscriptio fauorabiliter disponat, adhuc tamen ad similia non extenditur; prout hæc, Authorum allegatione comprobat. Ioan. Gutier. *canonic. lib.* 2. *dicto cap.* 21. *num* 83. *& duobus sequent.* qui inde cum communi infert, id maximam habere æquitatem in terminis *dict. cap. cum contingat* videlicet, vt Ecclesia Parochialis, quæ fortealias non habet decimas, & pauca alia, vel forte nulla bona, noualium saltem decimas habeat. Infert etiam idem Ioann. Gutierres, quod præscriptio non habet locum, nisi illo actu, quo præscribens fuit vsus, vt *in dict. l. prima.* §. *si quis hoc interdicto*. Et eandem rationem decidendi ad textum, *in*

dicto

dicto cap. cum contingat. adducit Moneta, *de decimis, capit. quarto, quæstione tertia, numero* 79. *& sequentibus.*

37 Confert etiam in prædictorum confirmationem, Ioannis eiusdem Gutierres, *dicto cap.* 21. *n.*81 adnotatio illa, vt si quis ex consuetudine, antiquas decimas percepit; tamen noualia, in cuius territorio sunt, non habebit, secundum Hostiensem, *ibi* relatum, & Rebuffum etiam. Quia consuetudo, & priuilegium æquiparantur, nec posset trahi consuetudo ad illa, de quibus non est consuetum. Et limitat statim cum eodem Rebuffo, quando noualia possedisset per tempus immemoriale, nam eodem tempore præscribi possunt decimæ nouales, quo veteres. Si verò de noualibus habeat titulum coloratum, tunc quadraginta anni sufficient ad præscribendum decimas noualium, sicut in aliis decimis, & citat idem Gutierres, Felinum sic tenentem. Et cum aliis Authoribus, vtrumque quoque

38 notauit Moneta, *de decimis, cap.* 4. *quæst.* 3. *n.*85. *& tribus sequentibus,* dicens, quod per tempus immemoriale præscribi possunt decimæ nouales sicut veteres. Per tempus etiam quadraginta annorum, cum titulo colorato. Et satisfacit, responsúmque præbet obiectioni cuidam, quomodo scilicet sine possessione noualia præscribi possint, prout *ibidem* videri poterit.

39 Facit quoque in eiusdem rei comprobationem, sententia eorum, qui constanter affirmant, priuilegium concessum Clericis, de percipiendis decimis, ad noualium decimas non extendi; quæ quidem verior est, & omninò tenenda, quidquid in contrarium exter aliorum opinio, sic sanè relatis Anchar. Collect. Rebuf. Fortunio Garcia, & aliis, hanc partem magis probauit Didac. Couarruu *variar. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 1 3. *in versiculo, Sed profectò.* Ioannes Gutierres, *Canonicar. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 1 2 3. *&* 124 Moneta, *de decimis, capite* 4. *quæst.* 3 *ex n.*79. Augustinus Barbosa, *in cap. quæ circa, de priuilegiis, num.* 11. 53. *&* 1 3. *in dicto cap. cum contingat, de decimis, num.* 2. Vnde Ioannes Gutierres, cùm antea retulisset, *num.* 116. contrariam sententiam quorundam, quod scilicet priuilegium, personæ Ecclesiasticæ concessum, de decimis percipiendis, noualia comprehendat, idque per text. *in cap. ex parte,* 27. *de decimis*, & Authores, *ibi* relatos, statim improbat eam, & contrariam secutè tuetur, *dicto numero* 123. *&* 124 & fundamenta expendit, *ex numero* 120. contrariisque alterius partis satisfacit, responsúmque præbet, prout *ibi* videri poterit.

Et ita quidem tenendum est, cum priuilegium restringendum de iure sit, quatenus concernit præiudicium tertij, *cap. olim, de verbor. significat.* & in eo debeat accipi sensu, quo minus ius alterius lædat, *cap. cum olim. de consuetudine*, & comprobat Ioannes Gutierres, *vbi supra num.* 121. cum etiam, priuilegium ad futura non extendatur, *Clementina finalis, de rescript.* quia, quod non est, concessum non videtur; sed tempore priuilegij, decimæ nullæ erat noualium, ergo concessæ non videntur. Ac denique, quia beneficia Principum, licèt latissimè sint interpretanda, *capit. cum dilecti, de donat. l. final. ff. de constitut. Princip.* id tamen intelligitur, quatenus Principis concedentis solum præiudicium continent, prout verò, si tertij præiudicium contineant, prout etiam comprobat ipse Ioan. Gutier. *num.*122. *&* 123. *dicto capit.* 21.

40 Nec obstat textus, qui in contrarium vrgere videtur, & ponderari solet communiter, *in cap ex parte* 27. *de decimis*, ad hoc, vt priuilegium Ecclesiasticæ personæ concessum de decimis percipiendis, noualia quoque comprehendat: nam diuersimodè respondent Didac. Couarr. *variar. lib.* 1. *dicto cap.* 57. *n.* 1 3 Rebuffus, *de decimis, quæst.* 14. *num.*6. Ioan. Gutierr. *Canonicar. lib.* 2. *dicto cap.* 21. *n.* 124. Soarez, *de Religione, tom.* 1. *tractatu, de decimis, lib.* 5. *cap.* 23. *ex n.*4. Augustinus Barbosa, *in eodem cap. ex parte, in principio, & in cap. quæ circa, de priuilegiis, n.* 13. Moneta, *de decimis, cap.* 4. *q.* 3. *ex n.*65 *atque n.*81 Valençuela, *dict. consil.* 33. *num.*50. in eo tamen firmiter residens intellectu, quod reiecta distinctione illa, an priuilegium concessum sit Ecclesiasticis personis, & tunc noualia quoque comprehendat; an verò laicis, vt tunc contrarium dicendum sit & indistinctè tenendo, quod etiamsi personis Ecclesiasticis priuilegium concessum fuerit, noualia non comprehendat; decisio eius specialem rationem habeat, quippe quæ meminerit priuilegij concessi his; quibus iure communi, & ordinario, decimæ competant, licet ab eis, ius eas percipiendi, præscriptione, iure speciali sublatum sit; quod quidem priuilegium fauorabilem causam habet, ideo ita largè accipitur, vt noualia includat, cùm per hanc interpretationem, ad ius commune reducantur. Atque ita ex mente concedentis textus ipse procedit, cum non agatur *ibi* de priuilegio percipiendi decimas in aliena Parochia, quod esset restringendum: atque ita constat manifestè ex littera ipsius Decretalis, vbi sic scribitur: *Ex parte tua, & infra. Cum tibi, quod tuum est, sit concessum, vt videlicet decimas de laboribus terræ Parochiarum tuarum, cum integritate percipias, de noualibus eas exigere fatis poteris; quia vbi maius conceditur, minus concessum esse videtur.*

Quod attinet verò ad præsentem nostrum articulum, ego considero dissimilem esse casum priuilegij percipiendi decimas, Ecclesiasticæ personæ concessi, à casu proposito suprà, *ex num.* 30. præscriptionis immemorialis, aut alterius tituli legitimi, cuius intuitu, à solutione Tertiarum se eximere Episcopus intendebat, noualium etiam respectu: in terminis namque eius casus, & *dicti cap. ex parte,* priuilegium erat de percipiendis decimis; in specie autem proposita, à solutione Tertiarum, quæ pars decimarum sunt, & quæ à decimis ipsis detrahitur, Episcopus se eximere intendit, atque ita sumus in casu diuerso ab specie *eiusdem cap. ex parte.* & in quo, præscriptione, aut alio modo legitimo, priuilegium acquisitum percipiendi integrè decimas, extendi non potest, vt à solutione Tertiarum, respectu noualium ipsorum liberatio contingat, sicuti deducitur manifestè ex his, quæ *numeris præcedentibus* tradidimus. Et notarunt Anton. de Butrio, *in cap. tua. el.* 1. *vol. vlt. de decimis*, Socinus, *in consil.* 297. *lib.* 2. Rebuffus, *quæst.* 14. *n.*30. Moneta, *de decimis, cap.* 4. *quæst.* 3. *num.*67. *& n.*77. *& sequentibus.* Ioan. Gutiert. *Canonicar. lib.* 2. *dicto cap* 21. *num.* 83. *& sequent.* Sed eorundem noualium respectu, immemorialis præscriptio necessaria est, vt Episcopus, ex noualibus integrè valeat decimas percipere, nec duos nouenos debeat Regibus nostris persoluere, absque immemoriali namque, aut alio titulo legitimo, à solutione Tertiarum se eximere non valebit, nec ad noualia præscriptio extenditur. vt *numeris præcedentibus* adnotaui, & tradiderunt Bertrandus, *in consil.* 184. *column.* 5. *volum.* 2. Rebuffus, *de decimis, quæst.* 14. *num.* 17. Moneta, *dicto cap.* 4. *quæst.* 3. *numer.* 85. *& sequentibus.*

Imò, & si priuilegium de decimis non soluendis, expressè de noualibus mentionem faciat, adhuc ad noualium decimas trahi non potest, quæ ab aliis erant possessæ tempore priuilegij concessi, vt decidit textus, *in cap. dudum,* 31. *de decimis*, quæ cum aliis Authoribus exornat Augustinus 41

Barbosa, *in cap. quia circa. de priuilegiis, num.* 14. & 15. vbi vide.

42 Redeundo ergo ad propositum nostrum, & resolutioni superiori, hactenus dicta applicando; quemadmodum priuilegium, aut præscriptio decimarum non extenditur ad noualia, atque ita in præiudicium eius, qui iure communi habet fundatam intentionem super decimis, ita & eodem modo, præscriptio immemorialis Episcopi, qui acquisierat ius percipiendi decimas integrè, & absque vlla detractione, aut solutione Tertiarum, ita quod nunquam eas soluerit, non extenditur, nec extendi potest ad noualia; ex his namque, si decimæ percipiantur, & Tertiæ integrè ex decimis ipsis deduci debebunt, nec ad ipsa noualia præscriptio extenditur, cum sine possessione non detur præscriptio, & noualium fructus nunquam possessi sint, cùm nondum essent, quod concludenter deducitur ex his, quæ *numeris præcedentibus* adnotaui, & scriptis per Ioan. Gutierr. *Canonicar. lib. 2. dicto cap. 21. n. 83. & sequentibus.*

Sanè in primo casu proposito *suprà, ex n. 31. cum sequent.* prodest præscriptio immemorialis, respectu alterius generis, quia per subrogationem, iidem diiudicantur, & censentur fructus, qui percipiuntur ex noualibus, sed ex terris, aut agris, iam antea cultis, & seminatis, & ex quibus alij fructus percipiebantur: vnde perinde haberi debet, ac si ipsi fructus antiqui colligerentur, ex quibus Tertiæ non soluebantur, prout *suprà* notaui, *n. 30. & 31.* in secundo autem casu prodesse non potest immemorialis (prout etiam obseruaui, *dict. n. 30. & 31.*) quia respectu noualium, nulli fructus antea erant, nec colligebantur, quorum intuitu possessio daretur, atque ita cessante omnino possessione, & præscriptio præcisè cessare debuit, atque ex regula generali *dicta leg. primæ, tit. 21. lib. 9. nouæ collect. Regiæ* Tertiæ integrè debentur, quod verissimum, & certissimum putamus.

CAPVT XVI.

A Solutione, & præstatione Tertiarum (in quibus, Reges nostri Hispaniæ, de iure fundant, & fundatam habent suam intentionē) liberari, immunésque esse eos, qui titulo valido, & legitimo, seu immemoriali præscriptione se tueantur, quod *capitibus sequentibus*, latiùs explicatur. Et an in proposito, causatiuè saltem, titulus statim produci atque exhiberi debeat.

Titulum suæ possessionis, siue rei quam possidet, regulariter nullus tenetur ostendere.

Quod procedit in omni actu, materia, & dispositione.

Et etiam respectu fisci, aut Principis Supremi, superiorem non recognoscentis, ex generali regula *l. cogi. C. de petitione hæreditatis*, quæ exornatur, & octo modis principaliter limitatur.

Tertiæ si vendantur, an decima, seu gabella ex venditione debeatur. Et an Ecclesiasticum subsidium.

Reges nostri, an iure possint Tertias, gabellas, & alia iura Regalia distrahere, & donare. An etiam concessionem, seu priuilegium semel concessum reuocare. Et vtrumque ex professo, & longa serie explicatur *capitibus sequentibus.*

SVMMARIVM.

1 *A Solutione Tertiarum, in quibus Reges Hispaniæ fundatam habent suam intentionem, eamque fundant ex decisione* leg. primæ, titulo 21. lib. 9. nouæ collect. Regiæ.
Liberari eos, qui titulo valido, & legitimo, seu immemoriali præscript. se tueantur.
Idque ex decisione expressa eiusdem leg. primæ, tit. 21. lib. 9.

2 *Titulus legitimus in proposito, qualis dicatur.*
Et an statim exhiberi debeat, causatiuè scilicet, & ad defensionem eius, qui à Tertiarum solutione se eximere intendat.

3 *Titulum suæ possessionis, siue rei, quam possidet, regulariter nullus tenetur ostendere.*
Et numeris sequentibus, vbi exornatur decisio l. cogi. C. de pet. hæred.

4 *Quæ procedit tam in profanis, quam in Ecclesiasticis, & in omni actu, materia, & dispositione.*

5 *Procedit etiam respectu fisci, & Regis, seu Principis Supremi, superiorem non recognoscentis, qui non potest citare vassallos, vt ostendant titulos, quibus possident terras aut bona sua.*
Quod tamen limitatur, & declaratur infra, num. 10. & 12.
Et dictæ l. cogi, *ratio redditur.*

6 *Titulum suæ possessionis, siue rei, quam possidet, tenetur quis ostendere, quando ius commune tali possessioni resistit.*

7 *Aut quando titulus necessarius est ad fundandam intentionem.*

8 *Et quando res est talis, quod sine titulo possideri non potest.*

9 *Aut quando possessor habet præsumptionem contra se.*

10 *Vel quando quis Regalia possidet, aut super Regalibus agitur.*

11 *Aut respectu iurisdictionis.*

12 *Velut Duces, Comites, vel Marchiones ostendant titulos suarum Dignitatum.*

13 *Vel quando actor habet fundatam intentionem.*

14 *Laici Tertias vendentes, aut permutantes, vtrum decimam ex venditione, hoc est,* la alcauala, *soluere cogantur.*
Et an Ecclesiasticum subsidium.

15 *Reges Hispaniæ, & alij Principes Supremi non modo Tertias, hoc est,* los dos nouenos, *ex omnibus rebus, & fructibus, qui decimantur sed & alia iura Regalia, & Principatus, veluti tributa, pedagia, vectigalia, & alia similia vendere, & in alium, quocunque titulo transferre possunt.*

16 *Expenditur textus* in cap. super quibusdam. §. præterea. de verborum significat.

17 *Reges, & Principes Supremi, superiorem non recognoscentes, quòd possunt alienare, & ex causa remunerationis donare bona, & iura Regalia, quemadmodum intelligi, atque explicari debeat.*
Et Ioannis Gutierrez annotationes nonnullæ probantur, & capit. sequentibus latius explicantur

18 *Princeps, vtrum possit reuocare priuilegium colligendi*

gendi gabellas aut [illegible] *rum subdito datum & conces*[illegible]

Et latius, atque ex pr[illegible]

1
RO dilucida [illegible] *tis* explicatione, obseruandum [illegible] constituendum erit primò loco, *que aunque su Magestad funda derecho, y tiene fundada su intēcion, para percebir, y cobrar las Tercias Reales, que son los dos nouenos enteramente, de todos los frutos, y cosas que se diezman*, idque, ob expressam decisionem *dicta leg. prima, titulo 21. lib 9. noua collectionis Regia*, attamen in ipsa lege prima, *estàn exceptuados dos casos, en los quales se quita, y excluye el derecho de su Magestad, y de los Señores Reyes de Castilla, para cobrar las dichas tercias, y se alcança essempcion, y libertad para no pagarlas.*

El primero es quando ay titulo, para escursase de la dicha paga, los que aliàs *deuieren pagar.*

El segundo, quando ay immemorial prescripcion, con sus requisitos necessarios, que de tiempo immemorial no se pagan: ita sanè probatur ex verbis eiusdem legis primæ, ibi. *Y cerca de las dichas Tercias, y dos nouenos. Nos fundamos, y tenemos, fundada nuestra intencion, contra qualesquier personas, ansi Ecclesiasticas, como Seglares, que no tengan, muestren, ni prueuen tener legitimo titulo, o prescripcion immemorial*, & in fine, ibi: *Y que los que las tienen entradas, tomadas, y ocupadas, no teniendo, y mostrando tener legitimo titulo, o prescripcion immemorial, las dessembarguen bueluan, y restituyan.*

Ex titulo igitur legitimo, aut præscriptione immemoriali, excluditur ius prædictum Regium exigendi Tertias, ex rebus omnibus, & fructibus qui decimantur.

De singulis suo ordine videndum, atque agendum est, & primò de titulo; postmodùm verò de immemoriali præscriptione.

2 Quòd attinet ad titulum, is dicetur titulum legitimum, & sufficientem habere, vt à Tertiarum solutione, & præstatione se eximere valeat, qui ex venditione, permutatione, donatione, aut concessione, siue ex priuilegio Regum Hispaniæ, vel ex alio quocumque contractu, aut dispositione eorum, vel illorum, qui ab ipsis Regibus, titulo legitimo eas consequuti fuere, Tertias habuerit atque possederit; & ij quidem tenebuntur statim ostendere, atque exhibere titulum legitimum, aut clara probatione verificare, quod illum habeant, vt *in ipsa lege prima*, specificè exprimitur iterum, atque iterum; vt constat ex verbis relatis, ibi: *Que no tengan, muestren, ni prueuen tener legitimo titulo, o prescripcion immemorial.* & ibi: *No teniendo, y mostrando tener legitimo titulo, o prescripcion immemorial.* idque caosatinè scilicèt, & ad defensionem suam, si velint, à solutione, & præstatione Tertiarum se liberare atque immunes reddere: aliàs enim ad soluendum Tertias ipsas adstringi, & compelli inte possunt.

3 Vndè hoc in casu, ex clara decisione ipsius *leg. prima, titulo 21. lib. 9.* limitatur atque temperatur regula generalis *leg. cogi. C. de petitione hæreditatis*, quod titulum suæ possessionis, siue rei quam possider. nullos tenetur ostendere: sic enim in ipsa lege scriptum reperitur: *Cogi possessorem ab eo, qui expetit, titulum sua possessionis dicere, incivile est.* Et idem probatur *in l. in specialı. ff. de rei vendication. & in l. vltima. C. eodem. & in l. extat decretum*, aliàs est. *decretum, ff. de iure fisci.* vbi si bona à te possessa deferam in fiscum, mihi incumbit onus probandi, quo pacto ad fiscum pertineant, non autem tu cogeris probare, quo iure habeas: *& in l. 2. C. de prob.* cum similibus: & dictam regulam generalem latiùs corroborant, exornant, atque explicant Bartol. Baldus, Iason, Platea, Decius, Chassaneus, Afflict. Gregorius Lopez, & Rodericus Xuarez, quos refert, & nonnulla obseruat D. Anton. de Padilla, *in, l. altius, C. de seruitut. & aqua, ex num. 4. vsque ad num. 8.* idem Baldus, *in l. fine possidetis, n 1. C. de probat.* Felinus, *in cap. licet Hels. n. 10. de Simonia*, idem Felinus, *in cons. 2. ex num. 27.* Oldradus, *in cons. 1. num. 20.* Corrius inn *in cons. 50. n. 1. lib. 2.* Ancharanus *in cons. 327.* Calderinus, *in cons. 105.* Socin. *in cons. 96. num. 15. lib. 1.* Menchaca; *resolut. lib. 1. §. 7. num. 19. & 20.* Auendañus, *de exeq. mandat. cap. 1. num. 7.* Didac. Couar. *in regul. possess. 2. p §. 10. n. 8.* Rebuffus, *ad leges Gallia, de const. reddit. art. 2. glossa vna, num. 24. pag. 429. & in praxi benef. in tit. de rescriptis ad benefic. vacan. n. 19.* Iacob. Nouellus, *in reg. 217. in verbo, Titulus.* Socinus, *in reg. 525. in verbo, Titulus.* Boërios, *decis 8.* Guiliel. Benedict. *in cap. Raiunntius de testam. verbo, & vxorem nomine Adelasiam, decis. 3, n. 21.* Paluc. Rub. *in repet. capit. per vestras, §. 48. n 46 & 47.* Auiles, *cap. 1. Prætorum, glossa 1. num. 18.* Tiraq. *in legibus connubialibus, lege 11. n. 11. & glossa prima, part. 11. n. 12.* Albertus Brunus, *in cons. 108.* Corneus, *in consilio 282. columna 2. & in cons. 314. col. 2. lib. 4.* Afflict. *in cap. 1. num. 83. in titulo de controuers. inuestitura.* vbi vide omnino, tradit enim viginti limitationea ad regulam *dicta l. cogi.* & eam quoque exornant Aluarus Valascus, *de iure emphyteutico, quæstion. 8. n. 6. & num. 20 & pluribus sequentibus*, Achilles Pedrocha, *in cons. 3. n. 123.* Hippol. Riminald. *in cons. 31 num. 54. volum. 1.* Iacob. Cancerius, *variar. lib. 1. cap. 11. n. 34. & 36. & 37. & lib. 2. cap. 2. num. 306. & seq.* Mascard. *de probat. to. 1. concl. 590.* latiùs *tom. 3. conclusione 1373.* Tiber. Decian, *in consilio 7. num. 21. vol. 3.* Fuluius Pacianus, *de probat. lib. 1. cap. 7. ex num. 81. cum seq. & cap 61. ex num. 7. vsque ad numerum 48.* vbi vide omnino: Riccius, *collectaneo 192. num 4. parte 3.* Tuschus, *tom. 6. litera P, conclusione 539.* Peregrin. *de iure fisci, lib. 7. tit. 1. ex num. 13. vsque ad num. 22.* Antonius Faber, *ad tit. C. de pet heredit. definitione 8.* Babadilla, *lib. 2. c. 16. num. 92.* Mastrillus, *de magistratib. lib. 3. c. 2. ex num. 12. & 17.*

Et ij omnes vnanimiter tradiderunt, quod regula *dicta l. cogi.* procedit tam in profanis, quam in Ecclesiasticis, & in beneficialibus, & in omni actu, materia, & dispositione regulariter, & in indiuiduo, ex sententia communi notauit Mascard. *dicta concl. 1373. num. 1. in fine*, sed non procedere in beneficialibus, nullo quidem Authore relato, nec re vllo modo discussa, obseruauit Riccius, *dicto collectaneo 191. num. 4. parte 3.* quod ad nos, nec ad præsens institutum non attinet: pro vera tamen, & exacta declaratione; sunt casus nonnulli distinguendi, & accuratè magis explicandi: quod vt fiat, legendus est Fuluius Pacianus, *dicto cap. 61. ex num. 36. cum seq.* vbi notabiliter declarat, atque distinguit: vide etiam Mascardus *dicta conclusione 1373. per totam.* 4

Tradiderunt etiam vnanimiter, tanto magis, *eiusdem l. cogi*, decisionem procedere, si possessio esset antiqua, tunc enim præsumitur pro titulo, ob id non cogitur illum probare; & exornat Mascardus, *dicta conclusione 1373. ex n. 2.*

Procedit etiam ipsius legis decisio, etiam respectu fisci, & Regis, seu Principis Supremi, non recognoscentis superiorem, qui non potest citare vassallos, vt ostendant titulos, quibus possident bona, aut terras suas; ita sanè post Bart. Ang. & alios plures resoluit Peregrin. *de iure fisci. libr. 7. dicto titul. 3. ex num. 13* vbi inquit quòd possessor à fisco conuentus, non cogitur docere titulum suæ 5

possessionis, sed fiscus actor tenetur implere suam intentionem idque per textum *in dicta l. excus. ff. de iure fisci*; & conuenit cum aliis pluribus D. Antonius de Padilla, *in dicta l. altius, C. de seruitut. & aqua.* vbi *num.* 3. inquit, Ducem, Comitem, vel Marchionem in dubio præsumendum esse possidere Ducatum, Comitatum, & Marchionatum, iure proprio tanquam liberum, & allodialem, non tanquam feudum habitum à Principe; & quod ita voluerunt Ioann. And. Hostiensis. Alciatus, Arelatanus, & Ioannes Orosc[ius], *ibi* relati. Ex quo infert, *n.* 4. videri, non posse Reges, in cuius Regno, hi Domini habent hæc bona, citare ipsos, vt ostendant titulos quibus possident res illas cùm suo iure libere eas possidere præsumantur; & quod ita voluerunt Batt And. de Barulo, Platea, Iason, Decius, Chassan. & Palaci. Rub. quod hæc opinio, vera est, & communis, quicquid alij contrarium teneant: nam cùm iuris præsumptione, hi Domini libere has res possideant, cogi non possunt earum titulum docere, iuxtà decisionem *dicta l. cogi.* præterquam, cùm Reges agunt de iurisdictione, aut de Regaliis, in quibus fundant, & fundatam habent de iure intentionem suam, prout inferius dicetur: & id ipsum cum aliis Authoribus resoluit Aluar. Valasc. *de iure emphyteutico, quæstione octaua, numero* 20.

Superiorum, & eiusdem *l. cogi.* ratio communis est, quòd fiscus, aut alius quicunque vti actor, tenetur implere intentionem suam, alioquin reus absoluendus est, *l. qui accusare, cum seq. C. de edendo, l. final. C de rei vendicatione.* & nec fiscus actor potest excipere, seu replicare de iure tertij; & ita notauit Peregrinus, *de iure fisci, lib.* 7. *titulo* 3, *num.* 13. Fulnius Pacianus, *de probation. lib.* 1. *cap.* 61. *n.* 7. & 8. vbi sic scribit: *In primis enim inferiur, reum non posse cogi dicere ius suum, nec ostendere titulum sua possessionis, cum non sit disputandum de nomine ipsius, sed de iure actoris, l. cogi. C. de pet. hared. & l in speciali, ff. de rei vendicatione, vbi dicitur, quod neque in rei vendicatione, neque in Publiciana, potest cogi possessor dicere titulum sua possessionis, quoniam hoc est petitoris munus & non possessoris. Ob quam rem scienter dixit Speculator, quòd interrogationi, vel positioni, quam facit actor de iure rei, & non de iure ipsius actoris, non tenetur respondere reus, quoniam & si nullam illi ius habeat, tamen absoluitur, actore non probante &c.* Pluribus autem modis limitari, atque explicari solet eiusdem *legis cogi.* decisio prout superiores notarunt, & omnes ferè limitationes *dicta legis prime, tit.* 21. *lib.* 9. *noua collect. Regia* constitutioni conueniunt. Quod vt euidenter appareat, & ostendatur, in memoriam reuocandum erit, in *ipsa lege* 1. iterum atque iterum expressum fuisse, Reges Hispaniæ, ad Tertiarum exactionem, & vt integrè duos nouenos percipiant ex fructibus, & rebus omnibus, quæ decimantur, fundare, & fundatam habere suam intentionem.

Deinde, Tertias ipsas, ex concessione Romanorum Pontificum, habuisse, consequentérque fuisse ius ipsarum, quod absque gratia, & indultis ipsorum habere non potuissent, prout compertum est: sicque eius naturæ, & conditionis esse Tertias met ipsas, vt absque gratia, & concessione Sedis Apostolicæ, in sui origine, & principio haberi non potuissent, vt pote, cum ex decimis ipsis, pars hæc fructuum deducatur: postmodùm autem, nec in alios Tertiæ ipsæ transire, aut vllo modo transferri potuerunt, nisi titulo, dispositione, aut concessione quæ à Regibus ipsis deriuaretur. Vt ergo Reges Hispaniæ Tertias possideant, plenóque iure habeant, & iuris, & titulorum, seu gratiarum Sedis Apostolicæ ratio vrget, & absque titulo nec incipi poterunt possideri, nec hodie possidebuntur: & Reges ipsi, dum tertias exigunt, de iure fundant suam intentionem, & his, à quibus, Tertiæ ipsæ petuntur, ius commune resistit, & pro Regibus Hispaniæ assistit specificè, sicut ex *eadem lege prima, tit.* 21. *lib.* 9. adeò expressè constat: meritò igitur, & de iure, *in eadem leg. prima*, cauetur, omnes teneri soluere Tertias ex fructibus, & rebus, quæ decimantur, & eos, qui se à solutione earum eximere velint, statim, & in continenti teneri, titulum suæ possessionis ostendere, atque exhibere, & in eo iuris communis resolutionibus, & communibus Interpretum traditionibus conuenit omnino: quod ex sequentibus limitationibus euidenter apparet.

6 Ac primò quidem, quoniam *dicta l. cogi.* decisio non procedit, quando ius commune, possidenti, & eius possessioni resistit, tunc enim tenetur possessor ostendere titulum suæ possessionis, siue rei quam possidet: ita sane scripsit, & notauit Curtius iunior, *in consi.* 50. *n.* 2. *lib.* 2. & omnes probarunt, atque specificè Aluarus Valascus, *de iure emphyteut. quæst.* 8. *n.* 6. notanter etiam Fuluius Pacianus, *de probation. lib.* 1 *dicto cap.* 61. *num.* 26. vbi sic scribit: *Sextò limitatur, quando præsumptio iuris, vel ius commune est contra illum, qui possidet: tunc enim reus tenetur ostendere titulum possessionis*: & citat Glossam, Baldum, Innocent. Bellameram, Afflict. Isern. Felinum, Alberic. & Rolandum, ita tenentes, & huius limitationis exemplum esse dicit, quando Laici possident Ecclesiam, Decimas, vel quid aliud spirituale, quod de iure communi possidere non possunt, ve pet Alberic. Bald. & Afflict. *ibi* relatos: addit etiam, quòd aliud exemplum poni potest in omnibus, qui possident rem, quam de iure communi non possunt habere sine assensu Superioris: nam tunc possessores tenentur demonstrare assensum illius, cuius requiritur; *cap. contra morem*, 100. *distinctione.* & hinc esse, (subiungit *n.* 27.) quòd cum feudum & emphyteusis, domino requirenti ostendere debent titulum suæ possessionis, prout latiùs *ibi.* Sanè, cùm hi, qui à Tertiarum ipsarum solutione se eximere contendunt, sine gratia, & concessione Romanorum Pontificum, aut sine assensu Superioris, Regum scilicèt Hispaniæ, Tertias habere non potuerint, præcisè tenentur ostendere titulum, & demonstrare assensum eius, qui assentire, & concedere eas potuerit: atque ita limitatio hæc, mitè aptatur *dicta leg. prima, tit.* 21. *lib* 9. decisioni.

7 Secundò limitatur regula *eiusdem l. cogi.* quando titulus necessarius est ad fundandam intentionem, vel exceptionem, tunc enim tenetur quis ostendere titulum suæ possessionis: ita sane notarunt Socinus, *dicta regula* 40. *in principio.* Tuschus, *tom.* 6. *littera P, conclusione* 539. *n.* 4.

8 Et quando res est talis, quòd sine titulo possideri non potest, vt cum Angelo, & Felino notauit Peregrinus, *de iure fisci lib.* 7. *dicto tit.* 3. *num.* 21. qui addit, id esse generale in ea, qui possidet quod ad se de iure communi non spectat, sed ad alium, sicuti latiùs deducit Lucas de Peona, *in loco ibi relato.* & id ipsum obseruauit Fuluius Pacianus, *dicto cap.* 61. *n.* 36. vbi latiùs explicat.

9 Item quis tenetur ostendere titulum suæ possessionis, quando possessor habet præsumptionem contra se, & actor in sui fauorem, vt post alios notauit Tuschus, *dicta conclusione* 539. *num.* 5. & cum Hyp. Riminaldo, Achilles Pedrocha, *in consi.* 3. *num.* 124.

10 Et quando quis Regalia possidet, aut super Regalibus agitur; tunc enim possessorem tenetur ostendere titulum suæ possessionis, alioquin ad fisci

fisci Regij instantiam, & eius procuratoris Fiscalis, rectè priuari poterit; sicuti Lucas de Penna, Roland. & Afflict. notarunt, & cum eis Peregrinus, *lib. 7. dicto tit. 3. num.* 21. vbi reddit rationem, quia Regalium priuati sunt incapaces, ideo iure communi ab horum possessione sunt depellendi: & citat etiam Grammaticum, qui ponit exemplum in eo, qui habet molendinum in aquis publicis, quæ de Regalibus sunt, *cap. 1. in titulo, quæ sint Regalia.* D. Anton. de Padilla, *in dicta l. altius, n. 6. & 7.* Aluarus Valascus, *dicta quæst. 8. ex num. 22. & numero 36.*

11 Quando etiam super iurisdictione contenditur, tenetur possessor ostendere titulum suæ possessionis, & manifestissimè de suo iure docere; nam & iuris communis decisio, & præsumptio ei resistit, & regulæ omnes, in fauorem Regis assistunt, sicuti latius, & multis Authoribus relatis comprobat Valascus, *dicta quæst. 8. de iure emphyt. ex num.* 22. Padilla, *num 7. in dicta l. aquam.* Couarruu. *pract. cap. 1. n. 11.* Rodericus Xuarez. *allegation. 7. numer. 7.* Mastrillus, *de Magist. lib. 3. cap. 2. numero 12. & 17.*

12 Vt etiam Duces, Comites, & Marchiones ostendant titulus suarum Dignitatum, adstringi iure possunt. vt Padilla, *vbi suprà* notauit. & Aluarus Valascus, *dict. q. 8. in fine, versiculo, adde septimum concl.*

13 Ac denique, vbicumque ex legis dispositione, vel alio modo, actor habet fundatam intentionem (prout Reges Hispaniæ ex decisione *dict. leg. prima, tit. 21. lib. 5.* fundatam habent) possessor tenetur ostendere titulum suæ possessionis; quod latiùs comprobat Valascus, *vbi supra, ex num 37 cum sequentibus* & antea ex *num.* 20. Fuluius Pacianus, *lib. 1. dict. cap 61. num. 24.* vbi inquit, quòd quando sumus in decisoriis litis, & actor habet fundatam intentionem, quòd tunc reus causatiuè ad vtilitatem suam cogitur dicere titulum suum. si non vult condemnari, licèt in præparatoriis litis, illum dicere ad vtilitatem actoris non teneretur, *l. sine possidetis. C. de probat.* & citat Bartol. Buttigari. Cinum, Bald. Castren. Salic. Ang & Afflict. ita tenentes.

Posse autem Regem nostrum potentissimum, & potuisse Reges omnes Hispaniæ. Tertias has, liberè alienare, & vendere & titulo quocumque in alios transferre, ex quo temporalizatæ sunt, & effectæ merè temporales, profanæ, & sæculares, & propriam ipsorum patrimonium, ita vt inter cætera Regia bona connumerentur; vnanimiter asseuerarunt permolti illi iuris Interpretes, quos *suprà hoc eodem tractatu, cap.* 2. in vnum congessi, & in indiuiduo, & specificè tradiderunt relati suprà, *cap.* 10.

14 Qui inde inferunt, quòd laici tertias Decimales habentes, & possidentes, eas iure vendere, & permutare, & alio quouis titulo concedere possunt, ex quo ipsæ desierunt esse Ecclesiasticæ, & spirituales; & consequenter, quòd ex earum venditione, aut permutatione decima debetur, quoniam fructus merè temporales, & sæculares venduntur. Ita etiam Ecclesiasticum subsidium, quod ex bonis Ecclesiasticis in hoc Regno soluitur, non præstatur, ob eandem rationem, quia quid merè temporale. non autem Ecclesiasticum sunt; & ita vtrumque latiùs comprobat. & verè resoluit Lasarte, *de decima venditionis cap. 19. ex num. 28. vsque ad num. 38. fol.* 181. & sequuntur P. Ludou. Molin. *tom. 3. disp. 663. num. 9. & 10. pag 798 & 799.* Ioan. Gutierr. *de gabellis, quæst* 42. & concludunt resolutiones atque obseruationes Ioannes Garc. *de expens. & meliorat. cap. nono, numero 98. & sequent.* & aliorum, quos commemoraui suprà, *dicto cap.* 10.

15 Et non modo Tertias, hoc est, *los dos nouenos*, ex omnibus rebus, & fructibus qui decimantur, Reges Hispaniæ, & alij Principes Supremi, vendere, donare, concedere, & in alium quocumque titulo transferre possunt; sed & alia iura Regalia Principatus, veluti tributa, pedagia, vectigalia. & his similia; quod relatis permultis Authoribus, qui ita in indiuiduo notarunt, egometipse obseruaui, & comprobaui *in commentariis tom. 5 cap 89. ex n 85. vsque ad n. 95.* ideo nunc non repeto eos quoniam eo loco videri possunt. *& alio cap. infrà,* ex professo magis attinguam, latè etiam comprobat D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, lib. 2. cap.* 18 ferè per totum. Ioannes Gutierrez, *de gabellis, quæst.* 4. vbi excitat dubium in terminis, an Rex iure possit gabellas & cætera iura Regalia distrahere; & nonnulla fundamenta in contrarium expendit; tandem *n.* 4. inquit, contrarium verius esse, prout vidimus introductum, & passim fieri, nempe posse Reges nostros, iura gabellarum, pedagia, & cætera vectigalia priuatis ex priuilegio concedere, atque alienare; idque per textum *in cap. super quibusdam, § præterea, de verborum significat.* vbi sic scribitur: 16 *Præterea, cum pedagia, guidagia, salinaria, tibi Legatus interdixerit memoratus, authoritate Apostolica duximus declarandum, illa esse pedagia, salinaria, guidagia interdicta, quæ non apparent, Imperatorum, vel Regum, vel Lateranensis Concilij largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine, à tempore, cuius non extat memoria, introducta, &c.*

Quamuis autem, textus non loquatur specificè in Tertiis, cùm tamen eadem ratio æqualiter militet in eis, quæ in pedagiis, guidagiis, & salinariis, imo & virtualiter, atque ex mente, & ratione Romani Pontificis, *ibi* expressa, ius ipsum Tertiatum, & quodcumque aliud simile ius contineatur, siquidem omnia sunt iura Regalia, nec inter ea, aliqua differentiæ ratio reddi possit, aut intersit, iuridicè quidem, & rectè, illius textus decisio, Tertiis ipsis applicatur, & conuenit, sicuti conuenit gabellis (in quibus specificè non loquitur) & has distrahi quocumque modo, & alienari posse, prout quotidie venduntur, & donantur, & aliis titulis, in alios transferuntur; rectè post Bartol. Bertachinum, Auiles, Lasarte, & Girondam, adnotauit Ioannes Gutierrez, *de Gabellis, quæst. 4. n. 4. & 5.* & repetit *n. 10. & 11. & 21. & 22.* & probatur *in l. prima, tit. 11. lib. 6 noua collect. Regia.*

17 Vt autem Ioannes ipse Gutierrez satisfaceret, responsumque præberet argumentis nonnullis, quæ *ipsamet quæst. 4. n. 2. & 3.* arguendo ponderauerat, vt fundaret, Regem iure non posse gabellas, & alia iura Regalia distrahere; & retenta opinione contraria affirmatiua, quòd Rex possit ea iure vendere, *n. 10. & 11.* inquit, non obstare primum fundamentum, nempe, quòd Rex non possit alienare bona, & res ipsius Regiæ dignitatis; hoc namque intelligit procedere, vbi alienatio tenderet in maximum præiudicium Regni, secus si in modicum, tunc enim valeret quidem iure alienatio; secundum Abbatem, & antiquos, & communem Doctorum sententiam de qua testantur Couar. Menchaca & Azeuedus, *ibi* relati.

Similiter etiam inquit, quòd Rex potest caussa remunerationis, rem aliquam ad Dignitatem Regiam pertinentem, donationis titulo, in aliquem transferre, qui de ipsa Republica sit benemeritus: & repetit *n.* 21. dicens, non obstare tradita per Auilesium *ibi* relatum; quia respondet concedendo, verum esse Principem non posse dare suam supremam iurisdictionem, nec donare claues Im-

perij. ſeu Regni, nec viſcera Imperij eniſcerare, quia eſſet homicida ſuæ Dignitatis; non tamen inde aliquid deduci, quod ſuperiori reſolutioni contradicat, cum alienatio iuris percipiendi gabellas, & vectigalia aliquorum oppidorum, vel quarundam ciuitatum, non ſit huiuſmodi, vt pote, remanentibus Regi aliis redditibus Regalibus, ex quibus viuere poſſit. & conſeruare ſuam Regiam Dignitatem.

18 Scribit etiam idem Ioannes Gutierrez, *eadem q. 4. n. 6 vſque ad num.* 10. quòd ſi Princeps conceſſerit priuilegium colligendi gabellas, non poterit illud reuocare, quia tranſiuit in vim pacti, vel conuentionis: & reddit rationem, quoniam Princeps ius quæſitum ex contractu, etiam in ſpe, abſque cauſa publica tollere non poteſt; prout tenent Authores *ibi* relati. Nec obſtare quod dici ſolet, Principé priuilegium à ſe ſubdito conceſſum moderari, tollere, & reuocare poſſe; Quia reſpondet id procedere in priuilegiis gratioſis, ea namque Princeps reuocare poteſt; ſecus verò eſt in priuilegiis, quæ tranſierunt in vim contractus, & conuentionis, nempe ex cauſa onerosa propter ſeruitia impenſa, vel pretium, hæc enim reuocari non poſſunt, ſi iuſta cauſa non interueniat, ſicuti cum aliis Authoribus *ibi* comprobat.

Hactenus de his, quæ Ioannes Gutierrez *præcitato loco* annotauit, quæ ſanè altiorem, & magis exactam diſputationem requirunt, maiorique declaratione indigent, idcirco *capitibus ſequentibus* reſeruantur, quibus ex profeſſo de eiſdem agendom eſt.

CAPVT XVII.

Reges Hiſpaniæ, aliósque Supremos Principes, ſuperiorem non recognoſcentes, iure poſſe alienare, & diſtrahere, & modo quocumque concedere Tertias, vectigalia, gabellas & alia iura Regalia; quod reſolutum fuit *capite præcedenti*, nunc exornari, declarari, & latius comprobari; reſtringi etiam, vt non procedat, quando alienatio, ſeu conceſſio, magnum damnum, & detrimentum afferret Regno, & Principatui, quia tunc infringi, & reuocari poſſet.

Reges, & Principes Supremi, vtrum poſſint vendere, alienare, & quocumque modo diſtrahere, ac etiam donare res, & bona Coronæ, & patrimonij Regij; ciuitates quoque, oppida, & caſtra, & iuriſdictiones: vbi contrariæ ſententiæ, variæque, & multa Interpretum noſtrorum placita, in medium proferuntur; & affirmatiua opinio, etiam in terminis iuris communis, magis probatur, dummodò alienatio, aut donatio, in magnum Regni, & Principatus detrimentum non redundet.

Fundamenta contraria diluuntur; & explicatur text. *in cap. intellecto*, 33. *de iureiurando*.

Conſtituitur etiam differentia inter Regnum, Regéſque inuictos Hiſpaniæ, & alia Regna, eorúmque Reges, quoad facultatem alienandi, & donandi bona Principatus, & ditionis ſuæ.

Et leges Regiæ non ponderantur, quibus, eidem alienationes, & donationes permiſſæ ſunt. & non Adminiſtratores, ſed Domini bonorum Regni nuncupantur: adhuc tamen, quoad Reges ipſos Hiſpaniæ, obſeruandam diſtinctionem illam (quæ in terminis iuris communis obtinuit) an ſcilicet alienatio, vel donatio, magnum afferat damnum, & detrimentum, vel non dilucidè, & notanter obſeruatur.

An etiam vaſſalli inuiti alienari poſſint, & de vera reſolutione huius articuli.

Regum, & Principum obligationē, vt ob benemerita, & ſeruitia donent; magnam eſſe, & velut naſci, & creari cum Dignitate Regia, atque ex ipſa originem trahere, ſempérque exceptam cenſeri.

Et prædictorum omnium, memorabilis, atque inſignis traditur explanatio, & reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Reges Hiſpaniæ, aliósque Supremos Principes ſuperiorem non recognoſcentes, iure poſſe alienare, & diſtrahere Tertias, vectigalia, gabellas, & alia iura Regalia; prout dictum fuit capite præcedenti.*

2 *Nec vrgere in contrarium adnotata per Doctores,* in cap. intellecto, *per text.* ibi, de iureiurando, *aliiſque in locis, & infrà num.* 8.

Ob expreſſam, & claram legum huius Regni deciſionem, in Tertiis ipſis, & vectigalibus loquentium ſpecificè.

3 *Dummodo leges ipſæ temperentur, & ſemper intelligantur, ſi alienatio non tendat in magnum & admodum conſiderabile Regni, & Principatus damnum, & detrimentum.*

4 *Quamuis enim id legibus eiſdem Regiis expreſſum non fuerit, eadem ratio militat, & vrget in his, quæ in aliis bonis, & rebus Coronæ, & patrimonij Regij.*

5 *Et leges ipſæ Regiæ nouæ, à legibus antiquis, & à communibus Doctorum doctrinis atque reſolutionibus, declarationem, & reſtrictionem accipiunt.*

6 *Nec eſt veriſimile, quòd alienationes; aut conceſſiones, iiſdemmet legibus nouæ collectionis Regiæ approbentur, quæ in magnum Regni detrimentum redundent.*

7 *Atque ita regula generalis earum legum reſtringi debet, quando damnum notabile admodum, ex alienatione ipſa redundaret: tunc enim infringi, & annullari ea poſſet.*

Iſque caſus videtur ſemper exceptus.

8 *Reges, & Principes Supremi, vtrum poſſint vendere, & alienare, & quouis modo diſtrahere, ac etiam donare res, & bona Coronæ, & Patrimonij Regij, ciuitates quoque, oppida, & caſtra, & iuriſdictiones.*

Quòd non poſſint, ex ſententia quorundam.

Et de eorum fundamentis.

Quæ per Menochium expenduntur ex professo, & suo o dine.

Eisdem etiam omnibus specificè respondetur per eundem Authorem.

9 *Ponderatur etiam, & aliud fundamentum deductum ex textu,* in cap. intellecto, 33. de iureiurao.

*Ex ***** ipse fortiùs & aliter inducitur & ponderatur, quam per Menochium inductus, & ponderatus fuisset.*

10 *Et adhuc communis intellectus sustinetur per Authorem, & aliter, quam antea factum fuisset, comprobatur.*

11 *Reges Hispaniæ, non tantum Administratores, sed etiam Domini sunt bonorum, ciuitatum, & oppidorum sui Regni.*

12 *Aliud quoque fundamentum, pro eadem negatiua opinione ponderatur.*

13 *Et statim diluitur.*

14 *Expenditur denique, & authoritas quorundam Autharum, qui alienationes Principum absolutè, & in quacumque quantitate, aut æstimatione impugnant.*

Et Principum quorundam, in initio sui Principatus, omnium alenationum, & donationum antecessorum renocationes.

Et eisdem satisfacit, responsumque probet Author.

15 *Adducitur contraria, affirmatiuáque opinio in dubio proposito supra, num 8. quòd scilicè Reges, & Principes Supremi possint vendere, alienare, & donare res, & bona patrimonij Regij, & Coronæ, ciuitates quoque oppida, & castra, & iurisdictiones. Dummodo alienatio ipsa aut translatio, siue etiam donatio, magnum non afferat detrimentum ipsi Regno & Principatui.*

16 *Et huius opinionis fundamenta ad octo principaliter reducuntur, prout Menochius congerit ea.*

17 *Et distinctio prædicta, an alienatio, seu donatio, magnum afferat detrimentum Regno, & Principatui, an modicum, exornatur, & exemplis nonnullis comprobatur.*

18 *Et ostenditur, hisce in Regnis, & respectu Regum Hispaniæ, magnam esse differentiam cum aliis Regnis, & Regibus, & indubitatè magis in Regibus Hispaniæ procedere opinionem affirmatiuam propositam supra n. 15.*

Quamuis respectu aliorum Regum, & Regnorum, contradictionem & difficultatem aliquam haberet.

19 *Adhuc tamen in Regibus nostris Hispaniæ, & in his Regnis seruandam distinctionem eandem, an scilicèt alienatio, vel donatio, magnum, aut modicum afferat detrimentum & damnum. Prout hic obseruntur.*

Et Ludouici Molinæ locus singularis expenditur.

Fernand. etiam Loazes resolutiones in eodem articulo, in medium proferuntur.

20 *In bonis tamen, quæ propria sunt Regis, aut Principis, & Regiæ Coronæ non incorporata; distinctio mei ipsa non procedit.*

Sed indistinctè, & absque vlla causa potest Rex de illis disponere, prout priuatus quicunque.

21 *Vassalli inuiti, vtrum alienari possint & de resolutione huius materiæ.*

22 *Propter benemerita, & seruitia donari, & alienari possunt bona Coronæ, & patrimonij Regis. Item oppida, & ciuitates quæ alias iure alienari prohibentur.*

Vbi, & alia conclusiones proponuntur in materia donationis ob benemerita, & ex causa remunerationis seruitiorum.

Et hanc Principibus, & Regibus, nunquam fuisse prohibitam, nec prohiberi potuisse.

Quoniam obligatio hec, cum dignitate Regia nascitur, atque ex ipsa originem trahit, semperque censetur excepta.

REGES nostros Hispaniæ, aliósque Principes Supremos, Superiorem non recognoscentes, iure posse vendere, alienare, seu quocumque modo, & titulo distrahere, & in alios transferre Tertias, de quibus præsens nostrum institutum est. Item gabellas pedagia, & cætera vectigalia, aliásque iura Regalia, *capite proximo præcedenti* adnotatum, atque scriptum reliqui, & maiorem, exactiorémque disputationem, atque declarationem huic loco obseruaui: idcirco ante alia meminisse oportebit, quod attinet ad Tertias ipsas, & vectigalia, id videri, velut indubitanter procedere, & tenendum omnino, atque ita quotidie, sententiis diffinitiuis, & decretis Senatuum Superiorum, venditiones huiusmodi, & alienationes Tertiarum, & vectigalium approbatas, & confirmatas fuisse. Nec in consideratione habita, aut non excitasse in contrarium Auditores, & Iudices Regios, ea, quæ Doctores communiter adnotare solent *in cap. intellecto* per textum *ibi, de iureiurando.* & relatis aliis Authoribus, Andr. Tiraquel. *de retractu lignag.* § 16. *glossa prima, num.* 78 Boërius, *in tractatu magni consilij, num* 17 Rodericus Soarez, *allegatione* 9. *ex num.* 6. Menchaca *controuers. illust. lib.* 1 *cap.* 4. *num.* 2. *& cap.* 5. Capicius, *decis.* 166 Neuizan. *in cons.* 12. *inter consilia Bruni,* Gregorius Lopez *in l.* 10. *verbo,* de aquel Rey, *tit.* 18. *partita* 3. relati per Menochium, *in cons.* 1003. *num.* 18. *in fine, & sequentibus,* Ioannes Garcia, *de nobilitate, glossa prima.* 4.1 *num.* 10. *& sequentib.* Matienços, *in l.* 3. *tit.* 10. *glossa* 7. *lib.* 5. & alij à me commemorati infrà, *num.* 8. ipsa namque, quando in alienatione aliorum bonorum, & rerum Coronæ, & patrimonij Regij vrgeant, & alienationi iurium, & rerum Regalium obstent, impedimentúmque præstent, idque maximè ex decisione textus, *in dicto cap intellecto.* in Tertiis tamen & in vectigalibus locum habere non possunt; nec dubium iam congruenter excitari valet; ob expressam & claram constitutionem regum huius Regni, quibus specificè cautum est, ea iura vendi, & alienari posse, & venditionem, aut translationem in alium, vires, & effectum habituram, & seruandam; sic sane multorum locorum Tertiæ, multis ab hinc annis alienatæ, venditæque sunt, & ab emptoribus, in alios translatæ, vectigaliáque, assiduè venduntur; ita enim in vectigalibus ipsis, pro regula generali sancitum est *in l. prima tit.* 18 *lib.* 9. *noua collect. Regia,* dummodo venditionis titulus, aut priuilegij concessio reperiatur in libris *de los Saluadoe,* vt in *ipsa lege prima* cauetur: & in Tertiis, idem quoque expressum est *in l. prima tit.* 21. *lib.* 9. *noua collect. Regia.* vbi venditionis, aut alius quicumque titulus legitimus admittitur, vt à solutione Tertiarum, qui se eximere valeat. Item & immemorialis præscriptio admissa est, quæ tamen in vectigalibus reiicitur, & nullo modo admittitur, *præcitata lege prima, tit* 18. 1

Tertias ergo, & vectigalia vendi, & distrahi quocumque modo posse, dubitandum non est, cum legibus nostris Regiis, ita expressè cautum, sancitúmque fuerit, & etiam in terminis iuris communis, à multis Authoribus probatum, vt patet ex traditis in gabellis, per Ioannem Gutierrez, *de gabellis, cap.* 4. *per totum.* 2

Dummo

3 Dummodò leges ipsæ de Tertiis, & vectigalibus loquentes temperentur, & sempee intelligantur, si alienatio non tendit in magnum, & admodùm considerabile Regnis, & Principatus damnum, & detrimentum.

4 Quamuis enim id, legibus eisdem Regiis expressum non fuerit, eadem tamen ratio militat, & vrget in his, quæ in bonis, & rebus Coronæ, & patrimonij Regij; nec vlla differentiæ ratio reddi potest: & tamen communiter admittitur in illis restrictio ea, an magnum, & notabile detrimentum, alienatio afferat; eáque obtinere debet, non modò in terminis iuris communis, sed & attentis legibus ipsis Regiis, aut post eas editas, vt inferiùs obseruabitur.

5 Et leges eædem nouæ, à legibus antiquis, & à communibus Doctorum doctrinis, atque resolutionibus, declarationem, & restrictionem accipiunt, quando lege noua expressè non excluditur, siue contrarium specificè non cauetur sicuti post Glossam primam, *in l sciendum. ff. qui satis dare cogantur.* notauit *ibidem* Alexand *num.* 4. Iason. *in l. si fideiussor. §. finali, num.* 16 *eodem titul. & in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. qui iusiurandum, ad finem, ff. de iureiurando.* Folgosius, *in l. in testament.* & in *consil* 84. *column.* 2. *ad finem.* Imola, *in l. si vero. § de viro. num* 10 *ff. soluto matrimonio.* Craueta, *cons.* 70. *n.* 5 Socinus, *in cons* 89. *num.* 4 *lib* 4 Casan. *in cons.* 7. *num.* 24. notanter Barbosa, *in l.* 5. *ff. soluto matrimonio, prima parte n.* 8. & 9. & vltra eum Rodericus Suarez, *in l. a titulo* de los emplacamientos, *lib.* 2. *fori, & in proœmio fori, fol.* 5.

6 Nec est verisimile, quòd alienationes, aut concessiones istiusmodi legibus nouæ collectionis Regiæ approbentur, quæ in magnum Regni detrimentum redundent, ex quo id expressè, & specificè cautum non est; iuxta resolutiones communes, de quibus per Barbosam, *vbi suprà*, & in terminis iuris communis, contrarium traditum est communiter.

7 Atque ita regula generalis earum legum restringi debet, quando magnum, & notabile damnum, ex alienatione ipsa redundaret, tunc enim infringi, & annullari ea posset, isque casus videtur semper exceptus, iuxta ea, quæ *numeris sequentibus* annotabimus, & in gabellis expressè obseruauit Ioannes Gutierrez, *dicta quæst.* 4 *de gabellis*, *num.* 10 cum enim defendisset, Regem iure posse gabellas, & cætera iura Regalia distrahere, in contrarium nonnulla antea fundamenta expendisset: vt eisdem respondeat, *dicto num.* 10 sic scribit: *Non obstat primum, nempe, quòd Rex non possit alienare bona, & res ipsius Regiæ dignitatis. Hoc namque intelligendum est, vbi alienatio tenderet in magnum præiudicium Regni; secus, si in modicum, tunc enim valeret iure huiusmodi alienatio. &c.* Et in eisdem terminis Matienços, *in l.* 3. *tit.* 10. *gloss.* 7. *ex n.* 9.

8 Vt autem superiora, magis certa, & indubitata remaneant, & ad limitationem legum huius Regni, quæ de Tertiis, & gabellis loquũtur, nunc adnotata comprobentur, ex professo explicandus, atque resoluendus est articulus ille, Vtrùm inquam Reges, & Principes supremi possint vendere, alienare, & quouis modo distrahere, ac etiam donare res, & bona Coronæ, & patrimonij Regij, ciuitates quoque, oppida, & castra, & iurisdictiones: Quo in dubio, nonnulli partem negatiuam tuentur, quos referunt Menochius, *in cons.* 1003. *num.* 18. *in fine.* Georg. Cabedus, *decisione Lusitania* 17. *num.* 1. & alij ex relatis *suprà*, *num.* 1. & per Mieres, *quarta parte, quæst.* 1. *ex num.* 217 *vsque ad num* 266. per Peregrinum, *de iure fisci, lib* 1. *tit.* 3. *num.* 73. & 74. Augustin. Barbosam, *in collectan. ad decretales, ad dictum caput, Intellecto n.* 2. quamplurimos etiam refert Matienços, *in dicta lege* 3. *tit.* 10. *glossa* 7. *n.* 1. huius negatiuæ partis, quòd Reges scilicet alienare non possint, nec donare res, & bona Coronæ, & patrimonij Regij; fundamenta sex principalia, ponderauit eruditè Menochius, *dicto cons.* 1003. *ex num* 19. *vsque ad num.* 49. vbi suo ordine, & summa distinctione, & claritate, eisdem satisfacit, responsúmque præbet ita concludenter, vt vim vnius cuiuscumque elidat, & ostendat, licere principibus alienare, & donare: ex *numero* etiam 32. *vsque ad dictum numer.* 49. latè explicat *leg.* 3. *tit.* 10. *lib* 5 *nouæ collect. Regia.* quæ vulgò dicitur *la ley de Valladolid.* & hæc quidem non repeto, quoniam *ibi* videri possunt; & transcribendi vitium ab instituto, & conditione mea multùm abhorret.

Inter alia autem Menochij motiua, & argumenta expenditur textus, *in cap. intellecto* 33. *de iureiurando.* vbi Honorius Tertius, sic scriptum reliquit: 9
Intellecto iamdudum, quòd charissimus in Christo filius noster, Vngaria Rex illustris, alienationes quasdam fecerit in præiudicium Regni sui, & contra Regis honorem. Nos eidem Regi dirigimus scripta nostra, vt alienationes prædictas, non obstante iuramento, si quod fecit de non reuocando, eisdem studeat reuocare, quia cum teneatur, & in sua coronatione iurauerit, iura Regni sui, & honorem Coronæ illibata seruare: illicitum profecto fuit, si præstitit de non reuocandis alienationibus huiusmodi iuramentum, & propterea penitus non seruandum.

Hactenus Decretalis hæc, quæ fortiùs quidem, & strictè magis ponderari potest quam Menoch. *dict. cons.* 1003. *n.* 22. ipsam ponderauerit, ibi namque sic ponderauit, quòd Reges, & Principes, dum coronantur, & Regni, ac Principatus administrationem suscipiunt, iureiurando promittunt, iura Regni, & Principatus, eiúsque honorem tueri, & defendere, prout ille textus probat: atqui alienando Regni, & Principatus ciuitatem, vel oppidum, non videtur tueri, & defendere, sed perdere & dilapidare, contrauenniendo ipsi iuramento, *l. iubemus §. sanè. versiculo, œconomus, C. de Sacrosanct. Ecclesiis*; ergo Rex, & Princeps alienare non potest vnam ex ciuitatibus, vel aliquod oppidum Regni, & Principatus.

Ego autem fortiùs induco textum ipsum, primò, dum dicit Honorius Tertius: *Quia cum teneatur, & in sua coronatione iurauerit, iura Regni sui, & honorem Coronæ illibata seruare.* Ecce vbi Romanus Pontifex considerat duo vincula, siue obligationes duas, quibus Reges adstringuntur, prout Reges scilicèt; & propter vim iuramenti, ad conseruanda iura Regni, absque vlla diminutione, atque ita sine qualibet alienatione, aut distractione; id enim denotat proprietas verbi, *illibata*, sicuti constat ex *l.* 2. *§. primo. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.* dum dicit, *Domini potestatem in seruos suos, illibatam esse oportet, nec cuiquã hominum ius suum detrahi.* & in *leg. si filia nupta* 20. *§. Papinianus ait* aliàs, *si vnus* 21. *ff familia erciscunda.* ibi: *Quadrans illibatus dicitur, cui nihil deest.* l. generali. C. de sententiam passis. ibi: *Integram, atque illibatam existimationem reseruanus.*

Deindè, ius, & proprietas verbi ipsius, *illibata*, vsqueadeo operari, & omnem alienationem excludere videtur, vt etiam excludat, siuè non admitteat aliquo pacto, argumentum à contrario sensu, quod deduci solet communiter; & sæpè, *eodem in loco*, Menochius deduxit; & maximè, *num.* 8 & *n* 22. *in versiculo respondetur.* vt duntaxat eo textu prohibeantur alienationes, & donationes, quæ Regi, & Regno, nimis præiudiciales sunt: à sensu tamen cõtrario admittantur alienationes, & donationes, quæ

in

in Regnorum modicum præiudicium sunt, & quæ honorem Regium non lædunt: & mirum est; quòd si Romanus Pontifex id intendisset ita absolutè, & simpliciter decidisset, nec inter has alienationes, aut donationes distinxisset, imo (quod grauius est) iuramentum non seruandum, indistinctè iussisset.

Item; quia argumentum à contrario sensu non videtur posse deduci iuxta propositionem casus, ibi occurrentis, sed iuxta rationem, qua textus, principaliter excitatur, atque eiusdem decisio subsistit: atque ita, quamuis casus, qui occurrit, fuit alienationis, aut donationis, quæ in præiudicium Regni, & contra Regis honorem tendebat; ratio tamen decisiua textus eiusdem, principaliter dirigitur, atque respectum, & considerasionem habet ad strictam Regis obligationem, vt bona Regia non alienet, nec diminuat, sed ea potius, integra, & absque vlla diminutione conseruet: quasi hæc magis videantur iura Regni, quam sua propria, prout Decretalis ea significat, dum dicit, *iura Regni sui*, & ita videtur accipere Lucas de Penna, *in l. quicumque. C. de omni agro, libro vndecimo.* Renatus Chopinus, *de doman. Franc. libro secundo, titulo primo; numero secundo*, vbi sic scribit: *Lege Iulia, dos est marito inalienabilis, ita Regum Coronæ patrimonium, indiuidua Republicæ dos.* Et titulo 14. *numero* 25. ait Regem cum Regno eandem rationem habere, quam tutor cum pupillo, curator cum adolescente, maritus cum vxore, gubernator cum nauigante nauem, templi Sacerdos cum Ecclesia sacta. Francisc. Othomanus *in cap. primo, quæstionum illustrium*, sic etiam scripsit: Rex tanquam populi sui tutor, præscriptam tutoribus regulam seruare debet, vt tunc denique pro Domino habeatur, cum pupillis prouidet, hoc est, cum salutem, & incolumitatem populi tuetur, *l. tutor. 27. ff. de administr. tutor. l. 7. § si tutor. ff. pro emptore.* Menchaca, *de successior. creat. libro 3. §. 16. limitatione 31. numero 46. & 51.* vbi ait: Quòd Rex non habet iura Regni in bonis suis, quia sunt publica, & per consequens in nullius bonis. Et dicitur Rex à regendo, quia administrationem potiùs habet, quam dominium, & per consequens non potest compromittere causam ad Regnum pertinentem.

Et ita quoque argumentantur Bartol. Bal. Isern. Zabarella, & Petra, dum contendunt, quod Reges, & Principes non dicuntur Domini ciuitatum, oppidorum, & castrorum Regni, sed Administratores; & ob id alienare non possunt res commissas suæ administrationi, nec bona sui Regij patrimonij, & eos refert, & ita quoque arguit Menochius, *dicto cons.* 1003. *num.* 53.

10 Adhuc tamen, licet considerationes prædictæ, ita vrgeant, & adstringant prima facie, sustineri potest distinctio relata, & iam in terminis iuris communis, quæ est intellectus, communiter magis receptus; quòd textus scilicet *in dicto cap. intellecto*, intelligi debeat de alienatione, aut donatione, quæ allatura est magnum detrimentum Regno, & Principatui, non de ea, quæ modicum, aut non ita graue detrimentum afferret; prout distingui solet, in terminis etiam iuris communis, vt dixi, & inferiùs probabitur. Et verè, quando alienationes, aut donationes non afferunt magnum detrimentum, nec sunt magnæ considerationis, æstimationis, aut importantiæ, nec Regno dicitur præiudicium fieri, cùm non ita restringi debeat potestas Regia, vt nec alienare, nec donare valeant indistinctè, esset enim miserrima Regum conditio, si absolutè facultas ea fuisset ablata, aut si aliqua bona alienare non possent, siue vnam ex ciuitatibus, aut oppidis donare prohiberentur, vt scripsit Albericus, *in §. discipuli, numero 18. versiculo Septimò quare in proœmio Digestor.* Nec regni etiam, aut Coronæ honor offenditur, imo & illibatus remanet, prout & iura Regni illibata relinquuntur, tametsi Reges, aut Principes alienauerint, siue donauerint, imò & Coronæ, & Regni honor offenderetur, & velut nota afficeretur, si Reges indistinctè alienare, & donare fuissent prohibiti, cum liberalitas, & clementia, potentissima dos sit in Principe, & donare proprium sit Regum, liberalitatémque, circa subditos, & vassallos exercere debeant: & Regni, atque Reipublicæ intersit, quòd subditi, & vassalli, qui fideliter seruieruñt, remunerentur à Regibus; & quòd benemeritis donationes fiant, prout hæc omnia, ex Tiraquello, Piuello, & aliis Authoribus comprobat Matienzus, *in lege prima, titulo decimo, glossa prima, per totam folio* 175. Menochius, *dicto consilio* 1003. *numero* 49. *& sequentibus.*

Vbicumque ergo, Reges, & Principes, alienationes, aut donationes fecerint in præiudicium Regni, & contra Regis honorem simul, idque iuxta casum occurrentem, & Honorio Tertio, Romano Pontifici propositum *in dicto cap. intellecto*, vbi refertur copulatiuè, & simul, alienationes fuisse in præiudicium Regni, & contra Regis honorem; atque ita denotatur, & insinuatur apertè, in graue detrimentum redundasse, ex quo enuntiatur, contra Regis honorem fuisse: siue iuxta rationem decisiuam eiusdem textus, ita alienauerint, aut donauerint, vt & iura Regni, & honor Coronæ illibata non seruentur, tunc proculdubio verificatur, in magnum Regni, & Principatus detrimentum redundare, & consequenter firmas non mansuras, sed reuocandas: aliud autem statuendum esse, quando iuxta magnitudinem, & amplitudinem Regni, regiámque potestatem, & reddituum patrimonij Regij valorem, & æstimationem, Principísque potentiam, & substantiam, considerari non possit magnum detrimentum, nec contra Regis honorem fieri, si enim alienationes ex causa vrgenti, & necessaria, vel ob publicas, & instantes necessitates fiant, aut ob benemerita, & seruitia, donationes procedant, nec Regiam Coronam ita grauiter lædant, vt magnum, & notabile detrimentum, inde sequatur, proculdubio non erit locus constitutioni illius textus, imo alienationes, & donationes firmæ manebunt.

Et semper obseruandum erit, vt retractentur, quod copulatiuè interueniant requisita illa duo, quæ tam in specie proposita, seu casu occurrenti *dicti capitis, Intellecto*, quàm in decisione exprimuntur atque requiruntur, in præiudicium scilicet Regni, & contra Regis honorem fieri; aut ita, vt iura Regni, & honor Coronæ illibata non seruentur, prout semper ea Decretali exprimitur, & verè, ita vt dixi, denotatur apertissimè, vt communis distinctio sustineri valeat; quæ non ita sustineri posset, si superiora non obseruarentur, & mens, atque sensus verborum eiusdem Decretalis detegeretur.

Denique, non adeo certum, aut indubitatum est, Reges, & Principes Supremos, Administratores duntaxat esse Regni, non autem Dominos, vt alij Authores, contrarium non statuerint, siue

ad alium modum rem hanc non acceperint, sicuti constat ex Authoribus relatis supra *num.* 1. & 15.

11 Idque in Regibus nostris Hispaniæ, vnanimiter ab omnibus receptum est, communitérque traditum, Reges ipsos Hispaniæ, siue Castellæ, non tantum Administratores, sed etiam veros Dominos esse booorum, ciuitatum, & oppidorum sui Regoi, & verum dominium obtinere omnium rerum, quæ io Regno sunt, itaut liberè de eis disponere possint, quod Ioannes Matienzuš, *in l. tertia, titulo decimo, glossa septima, numero secundo, & quatuor sequentibus, folio* 285. Menochius, *dicto consilio* 1003. *numero* 13. latè comprobant, & leges expressas huius Regni ponderant: probatúrque speeificè *in leg. octaua, titulo primo, partita secunda*, ibi: *Porque han Señorio por heredad, l. prima titulo decimo octauo, eadem partita*, ibi. *Que maguer son suyos por Señorio.* Et vtrobique agnoscit Greg. Lopex.

12 Facit etiam pro eadem negatiua parte, quod maioratus obseruatio in Regni suceessione, à Rege Pelagio prioeipium assumpsit: ante ipsum namque, Regnum, electione, non iore primogenituræ competebat: post Pelagium verò, iure maioratus in Regno suceeditur, & maioratus, & Regni suceessio, omninò æquiparatur, & eisdem regulis, & doctrinis gubernatur: & Regnum est caput omnium maioratuum Hispaniæ, ita quod successio Regni, & maioratus semper sit vna; prout hæc, & alia similia tradit Ludouicus Molina, post alios plures Authores, *de Hispanor. primogenitu, libro primo, capite secundo numero* 11. & 12. & 16. & 17. & 21. & *cap.* 3. *numero vndecimo, & sequentibus, & cap.* 8. *per totum*, Ioannes Gutiertez, *Canonic. lib.* 2. *cap.* 14. *ex numero* 15. *cum sequentib.* P. Ludou. Molin. *tomo* 3. *de iustitia, & iure, disputat.* 576. Mieres, *de maioratu, part.* 4. *quæst.* 1. *ex numero* 142. Lancelotus, Conrad. *in templo Iudicum, capite* 2. §. *de origine Regum, quæstione* 1. *numero* 3. vnde Regnum est indiuiduum, & perpetuum, provt maioratus omnes Hispaniæ, sui natura, indiuidui, & indioisibiles sunt, in eisque alienatio quæcumque est interdicta maioratuum ipsorum possessoribus, itavt sua alienatione grauare successores, aut eis aliquod præiudicium inferre non valeant, quia iure sanguinis suecessio defertur, provt hæc etiam annotauit Molina, *dictis in locis, & libro primo, capite* 11. & *libr.* 4. *cap. primo*. Mieres, 4 *parte, dicta quæstione prima, ex numero* 183. & *quæstione* 6. *partis secundæ, ex numero* 303. *cum sequentibus*, Pat. Molina, *tomo* 3. *disputatione* 617. Auendañus, *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 1. Matiens. *in l.* 1. *numero* 5. & 10. & 11. *titulo* 7. Honded. *in consilio* 45. *numero* 6. & 8. & 53. *libro* 1. Valenzuela Velazquez, *in consilio* 69. *ex numero* 20. vnde videtur uecessariò dicendum, quòd Reges ipsi, nec alienare vllo modo possunt res, aut bona Regni, nec etiam ciuitates, oppida, & castra, in præiudicium successorum, nec iura Regni, & eorum minuere, idque ad instar aliorum, qui maioratus inferiores possident, sicuti latiùs comprobaoit Molina, *libro quarto, dicto capite primo*. Mieres, 3. *parte, quæstione nona, & quarta parte, quæstione prima, & sequentibus, & 2. parte, quæstione* 6. *ex numero* 305. *cum sequentibus*. Ioann. Anton. Bellonios, *in consilio primo, &* 17. & 36. & 43. & 47. & 61. Peregrinus, *de fideicommissis, articulo* 40. Cald. Pereira, *receptar. sentent. quæstione* 23. D. Spino, *in specul. testam. glossa* 19. *de maioratu, ex numero* 16. Anton. Faber, *de erroribus pragmaticorum, tomo quarto, decad.* 88. *errore primo, &* 2. & in suceessionibus, quæ iure sanguiois deferuntur, prout Regnum, & alius maioratus quicumque defertur, latè probauit Molina, *libro primo, capite nono*, Pelaez à Mierez, *parte* 2. *quæstione quarta*. Pat. Ludoo. Molina, *tomo* 3. *disputatione* 654. Ioseph de Sese, *decisione* 272. 273. & 274. Et probatur *ex l.* 3. *ff. de interd. & relegat. l. si arrogator, ff. de adopt.* & notanter Castrensis, *in consilio* 70. *numero sexto, parte prima*, in illis verbis: *Nam constitutio Regni, seu Monarchia, non solum fuit facta pro illis, qui consenserunt: licèt ergo illi potuerint consentire in eorum præiudicium, non verò suorum posteriorum, qui non erant habituri ab illis consentientibus, sed à primis progenitoribus, qui Regnum constituerunt, & à iure gentium.* sic sane Ludoo. ipse Molina, *lib* 1. *d. cap.* 3. *n.* 17. pro regula generali statuit, bona Regni, & maioratus inalienabilia esse.

Sed nec istæ considerationes, & æquiparationes vim faciunt, aut ita vrgent, vt pars ipsa negatiua, etiam in terminis iuris communis, & quoad alios Reges, & Regna etiam, sustioeri non valeat; vtpote cùm etiam in terminis iuris communis, & quorumcumque Regum respectu, probari debeat communis illa distioctio, quam ad explicationem textus *in dicto cap. intellecto*, adduxi *sup.* & inferius latiùs comprobabo. Nec de aliis maioratuum suceessionibus, & successoribus, ad Regni, & Regum suceessionem, argomentum, sut æquiparatio, æqualiter procedit; sed duntaxàt vbi eadem militat ratio, nec congrua differentia reddi potest. Cum ergo, quoad effectum alienandi, & donandi adeo diuersa ratio vrgeat, & militet inter Reges, & maioratuum possessores, æquiparatio prædicta, quoad hoc non procedit, nec locum habere potest; cùm Reges, non ita adstricti debeant esse, vt quilibet alius priuatus: & sat sit, prohiberi eisdem alienationes, & donationes, ex quibus magnum, & notabile detrimentum Regno resultet: quod Ludou. Molina, *libro primo, dicto cap.* 3. *ex numero* 17. *vsque ad numerum* 22 notabiliter. & magistraliter obseruauit, & inferiùs specificè magis eiusdem mentio fiet. 13

Et qnamuis leges Partitæ certò scirent, bona Regni, & Coronæ Regiæ, maioratus iure deferri, Regnúmque esse eaput omnium maioratuom, & in eo iure sanguinis suecedi, atque ita videri, quod in præiudicium sueeessorum alienare, aut donare non possent, adhuc regulam permissiuam in fauorem Regum ipsorum constituerunt, vt non solum durante sua vita alienare, & donare possent, sed etiam tempore mortis suæ, sicuti expresse dispositum est *in l. octaua, titulo primo, partita secunda*, in illis verbis: *Todos aquellos poderes que de suso diximos, que los Emperadores han, è deuen auer en las gentes de su Imperio, essos mismos han los Reyes en las de sus Reynos è maiores. Ca ellos non tansolamente son Señores de sus tierras, mientras viuen, mas aun a sus finamientos, las puedon dexar a sus herederos, porque han el Señorio por heredad.* Et hanc ipsam legem retuli *sup. n.* 11.

14 Atqoe ex his eliditur etiam, & fundamentum aliud, ab authoritate quorundam Authorum deductum, qui alienationes, & donationes Principum, absolutè, & indistinctè, & in quacumque quantitate impugnant, & in certis casibus, Principnm quorundam, in initio sui Principatus, omnium alienationum, & donationum suorum

rum anteceſſorum reuocationes, & annullationes referunt, ita ſanè conſtat ex his, quæ tradiderunt Baldus, *in conſilio 327. numero ſexto, libro primo.* Ioannes de Platea, *in l. prædia. numero octauo C. de locat. præd. Fiſcal.* Lucas de Penna, *in l. quicumque, C. de omni agro deſerto, numero 9. & 11.* Socinus, *in conſilio 7. numero 6. libro primo*, Burſatus, *in conſilio 350. numero 4. libro 4.* Boſſius, *in tractatu de Princip. n. 384 & de Regaliis, num. 32.* Mieres, *de maioratu, quarta parte, quæſt. 1. ex num. 231. atque ex num 241.* Rolandus, *in conſilio primo, num. 111. volum. 2.* & de prædictis reuocationibus Principum teſtantur Suetonius, *de duodecim Cæſaribus lib. 9. cap. 15.* vbi commemorat, Galbam, in initio ſui Principatus reuocaſſe alienationes ſui anteceſſoris Neronis: & id ipſum feciſſe Imperatorem Michael. refert Zonotas, & Pet. Flerod. *lib. 2. rerum iudicatar. titulo, de conſtit. cap. 4.* & de Henrico II. Rege Angliæ, ſcribit Renatus Chopinus, *lib. 2. de doman. Gallico, tit. 1. num. 10.* quòd reuocauit publicos fundos, Regaléſque prouentus, quos Stephanus Rex priuatis mancipauerat: & *num. 4.* commemorat reuocationes Regum Galliæ, Caroli Quarti, Quinti, Sexti, Philippi Sexti, & aliorum: & Pet. Gregor. *lib. 3. de Republica, capit. 10. numer. 6.* expendit ſpecificè reuocationem multarum alienationum in Regnis Poloniæ, Angliæ, & aliarum Prouinciarum: & in dominio Venetorum: Principes etiam Status Pedemontani reuocarunt infeudationes multorum locorum, quia contendebatur, non interueniſſe in conceſſione plenam cauſæ cognitionem; ſicuti refert Menochius, *in conſilio 264. lib. 3.* & de Amadeo, Duce Sabaudiæ, refert Ludou. Morotius, *reſponſo 45. num. 41.* cum conſilio Procerum ſuorum, & adiunctis Doctoribus Vniuerſitatis Turinenſis, aliiſque Viris doctis, quos miſit Ludouic. Rex Galliæ, reuocaſſe anno 1470. omnes alienationes, quas prædeceſſores ſui fecerant, & ſimul infeudationes, & in futurum alienationem prohibuiſſe. In Curia quoque Capuana reuocatæ fuere donationes omnes, & conceſſiones factæ ab Imperatore Federico, quia conſtabat, factas fuiſſe ob importunitatem eorum, qui eas obtinuerunt, Lucas de Penna, *in dicta l. quicunque, num. 13. C. de omni agro deſerto,* Afflict. *de Capitan. qui Cur. vend §. ſimiliter, n. 16.*

Diluitur inquam fundamentum, quod ab authoritate Authorum prædictorum deducitur, ex his, quæ antea adnotaui, atque ex dicendis infrà. Item ex communi diſtinctione relata ſuprà, ad limitationem *dicti capit. intellecto*, de qua latiùs ſtatim, an alienationes afferant magnum, & notabile detrimentum, an non, ſed modicum; quidquid Boſſius, & alij ex relatis ſuprà, contrarium malè tueantur. Item etiam, quia in vnoquoque eorum caſuum, qui ab his Anthoribus expenduntur, peculiaris aderat, iuſtáque, & vrgens cauſa, ob quam alienationes, & donationes reuocari deberent, & de iure poſſent; vel quia ſine legitima cauſa, nec vrgente neceſſitate factæ fuerant; iuxta ea, quæ Pet. Belluga latiùs obſeruat *in Speculo Principum, in rubr. de iur. pen. princip. facien. numero 2. cum ſequentibus*, vel quia ex abrupto, & non interueniente plena cauſæ cognitione, aut per nimiam importunitatem petentium proceſſerunt, aut ſubreptionis & obreptionis vitium aderat, quod gratias & conceſſiones vitiat, *cap. ſuper literis 20. cap. poſtulaſti 27. de reſcriptis, cap. ſi motu proprio de præbendis lib. 6. cap. fin. de filiis Preſbyt.* aut quia Regiam Coronam, vel Principatum nimis lædebant, aut aliis iuſtis de cauſis, quæ ab eiſdem Authoribus exprimuntur.

Et hactenus de prima opinione negatiua in propoſito articulo.

15 Succedit ergo ſecunda, & affirmatiua opinio, quod ſcilicet Reges, & Principes ſupremi poſſint vendere, alienare, & quocumque modo transferre, & diſtrahere, donare etiam res, & bona Patrimonij Regij, & Coronæ, ciuitates quoque, oppida, & caſtra, & iuriſdictiones, dummodo alienatio ipſa, translatio, conceſſio, aut donatio, magnum non afferat detrimentum ipſi Regno, & Principatui. Et huius opinionis fuerunt duo & triginta Authores, quos in vnum congeſſit Menochius, *in conſilio 962. numero 21. libro 10.* qui ipſe, ingenti ſtudio, diligentia, & labore, quatuor & quinquaginta eiuſdem ſententiæ Doctores cumulauit, *dicto conſil. 1003. numer. 18.* Oldrad. inquam; Speculat. Ioan. Andr. Bartol. Bald. Angel. Alberic. Abbat. Caſtrenſ. Imol. Iſerniam, Martin, Laudenſ. Ioan. Rainer. Aluar. Ioannes de Anan. Præpoſit. Alexand. Afflict. Luc. de Penna, Iaſon. Felin. Socin. ſen. Roch. Curt. Anton. Corſet. Ruin. Decium, Gozadin. Igneum, Claud. Seiſellium. Bertran. Pet. Bellugam, Brunum, Nettizan. Pariſium, Socin. ion. Capicium, Reſtaur. Grammaticum, Ripam, Alban. Crauetam, Rolandum, Guid. Pancirolum, Did. Couar. Oſaſcum, Petram, Seraphin. Ludouic. Molinam, Azeuedum, Anton. Gabriel. Marcabrun. Petr. Gregor. Cuman. & Schrader.

Addiderim ego & alios nonnullos, qui in eodem placito ſecurè remanſerunt, & diſtinctionem prædictam, an alienatio, vel donatio, aut conceſſio magnum afferat damnum, & detrimentum, vel non; amplexi ſunt. Pet. inquam, Surdum, *in conſil. 323. num. 22. lib. 3.* Hippolit. Riminaldum. *in conſil. 601. num. 14. & pluribus ſequentibus, lib. 6.* Burſatum, *in conſil. 124. ex num. 35. lib. 1.* Ioann. Gutierrez, *de Gabellis, quæſtione 4. num. 10. & 11.* Ioan. Matienzum, *in l. 3. tit. 10. lib. 5. gloſſ. 7. num. 9. & ſequent.* Ludou. Morot. *reſponſ. 4. ex num. 16. cum ſeq.* D. Carlos de Tapia. *ad l. final. ff. de conſtit. Princip 2. part. cap. 9. num. 35. & 36.* Cæſar. Barzium, *deciſ. 118* Fernand. Loazes, *in loco referendo infra, num. 19. ad fin.* D. Garciam Maſtrillum, *de magiſtrat. lib. 1 cap. 18. ferè per totum*, & maximè, *ex num. 6. & 26. & 38. & 52.* Cenedum, *in collectan. iur Canon. collectaneo 103. part. 2.* Philip. Paſchalis, *de viribus pat. poteſt. 1. part. cap. primo, num. 109. & 110* Georg. de Cabedo, *deciſione 17. num. 5. part. 2.* vbi inquit, quod Rex iure communi attento, poteſt alienare, aut donare vnam ex ſuis ciuitatibus, etiam ſine conſenſu ciuium, ſi modò talis alienatio, aut donatio, graue, aut enorme detrimentum non inferat Regno, aut Regiæ Coronæ; & repetit *deciſ. 18. num. 19. 20. & 21. & deciſ. 19. ead. part. 2.* vbi etiam repetit diſtinctionem ipſam communem: Marta *de iuriſdictione, prima parte, caſu 30.* & maximè, *ex n. 21.*

16 Huius opinionis plura fundamenta ponderari poſſent, quæ Fernand. Loazes expendit, in loco referendo *infra, numero 19. ad finem.* Et octo præcipua adducit Menochius, *dicto conſilio 1003. ex numero primo, vſque ad numerum 19.* ad quæ in effectu reducuntur omnia, & quæcumque in propoſito ex-

cogitari,& expendi valent,ideo non repetam ea, cum *ibidem* videri poſſint , & tranſcribendi vitium(vt etiam dixi ſuprà)ab inſtituto, & conditione mea multùm abhorreat:in ſumma tamen, primum deducitur *ex l.cum multa. C. de bonis quæ liber.* prout eam ponderat Menochius ipſe , *numero primo , & ſecundo* , & addi poteſt *l. donationes quas Diuus. C. de donat. inter.* Secundum *ex l.bene à Zenone , C. de quadrienn. præſcrip.* Tertium,*ex capit.Conſtantinus,96.diſtinctione* , prout *ibi* ponderatur *numero quinto , ſexto , & ſeptimo.* Quartum *ex capit. intellecto de iureiurand.* Quintum *ex capit. Abbate ſane , de ſentent. & re iud. libro ſexto.* vbi pro conſtanti præſupponitur,validam fuiſſe donationem Regis Aragoniæ,qui donauerat oppidum Roſellis , Abbati, & Monaſterio de Bonifacio , prout latius *ibi numero nono.*Sextum,ex multis legibus huius Regni Hiſpaniarum , quibus ſancitum eſt , Reges ipſos poſſe donare ciuitates ,oppida , & caſtra, & bona quoque Regni , & Coronæ alienare, prout ſtatuit *l. octaua , titulo primo , partita ſecunda,& l.vigeſima ſecunda , titulo decimo tertio, partita ſecunda , & lex quinta , titulo quinto , ead. part.& l.prima,titulo 17.ead.part.& lex ſecunda,titulo 10.libro 5. noua collect. Regia* , cum aliis, de quibus *ibidem,n.11.& 12.* Septimum,quod Rex Hiſpaniarum eſt Dominus , tam quoad vtile, quàm quoad directum dominium bonorum Regni,& ciuitatum,caſtrorum , & oppidorum,quæ apud ſe habet,& alteri non conceſſit in feudum, vnde ea alienare,& donare poteſt , prout latius exornat,& comprobat Menoch.*num. 13. & quatuor ſequent.*vbi videri poterit.Octauum, & vltimum deduxit ab authoritate, & ſententia , quatuor & quinquaginta Doctorum , quos *ibidem* congerit *n.18.*& *ſuprà* retuli,qui ita diſtinguunt, & reſoluunt,prout *n.præcedenti* recenſui.

17 Addiderim ego,non modo apud nos,ex vi deciſionum dictarum legum *Partita*,ſuperiorem diſtinctionem,an alienatio, vel donatio magnum, ſeu enorme afferat detrimentum,necnè,ſuſtinendam,& probandam omnino,ſed etiam in terminis iuris communis , magis communiter receptam , & probatam , & etiam amplectendam, eámque(vt ex dictis apparet) ad duos caſus reduci.

Primus eſt,venditionem,alienationem,aut diſtractionem,quocumque modo factam,donationem etiam, aut conceſſionem , non eſſe firmam, nec tenere,ſi magnum Regi,& Regno afferat detrimentum , & contra Regis eiuſdem honorem, & authoritatem redundet;prout copulatiuè expreſſum eſt *in dict.c. intellecto , de iureiur.* & huius caſus exempla tria conſtituit Menoch. *præcitato conſ.1003.n.57.58.& 59.*Primum eſt,quando Regnum,ſeu Prouincia,ſatis anguſta eſt,& modicas habet ciuitates,oppida,vel caſtra;& ciuitas, quæ donatur,eſt præcipua,& inſignis,hanc enim donare,ſeu alienare non poteſt,ſicuti reſponderunt Iaſon,& Bertrandus,*ibi* relati.

Addiderim ego,quod in his terminis,& quando ciuitas,quæ donatur,eſt inſignis,etiam ſi non eſſet præcipua Regni;& quamuis Regnum eſſet amplum, & magnum (quale eſt Hiſpaniæ Regnum)adhuc videretur, in magnum Regni detrimentum,& contra Regis honorem redundare;& conſequenter infringi , & annullari poſſet:vrget enim ratio diſtinctionis communis,& Pontificię conſtitutionis,*in dict.c.intellecto*,& ita conſtitutio ipſa locum haberet:vnde in his Regnis,iam iterum,atque iterum,ita obſeruatum , & receptum vidimus,& conuenit quidem his omnibus , quæ ſuperius ſcripſimus, & inferius annotabimus.

Secundum exemplum eſt,quando ciuitas, oppidum,vel caſtrum,valde munita,in finibus Regni,vel Prouinciæ ſita , & poſita ſunt : horum enim alienatione magnum detrimentum euenire poteſt ipſi Regno,& Prouinciæ;ſicuti in ſpecie tradiderunt Neuizan.& Gratus,*ibid.*à Menochio relati.

Tertium exemplum eſt,quando ciuitas, oppidum,vel caſtrum ita donatur,& alienatur,vt nullum penitus dominium , nullaque ſuperioritas remaneat apud Principem donantem,& alienantem,nam tunc Regnum , vel Prouincia dicitur multùm lædi,ſicuti obſeruarunt Authores commemorati ab eodem Menoch.*n.59.*

His quidem addendum erit, non modo in his caſibus,& aliis ſimilibus, ſed etiam generaliter, primi caſus reſolutionem locum habituram , & ſeruandam , vbicumque alienatio,donatio , ſeu conceſſio, eius qualitatis , & conditionis ſit , vt quamuis Regnum, non modicum , ſed amplum potius,& magnum ſit;adhuc tamen enorme, aut magnum detrimentum afferre videatur,vt purà, ſi rem magni valoris,& æſtimationis, aut redditùum,& prouentuum non modicæ , ſed magnæ potius æſtimationis Princeps donaſſet,& verè ex hoc damnum conſiderabile proueniret,quod iuxta caſuum occurrentium qualitates , & circunſtantias congruentius,& melius definiri poterit, quam generali aliqua regula , aut reſolutione terminari.

Secundus caſus communis diſtinctionis eſt, valere firmamque manere alienationem,ſeu donationem,quæ non magnum, & enorme afferat detrimentum Regi,& Regno, ſed modicum potius;quod etiam ex qualitatibus , & circunſtantiis caſuum occurrentium,& rerum,quæ alienatæ ſunt,valore,& æſtimatione , & amplitudine, ſeu modicitate, aut ſtatu Patrimonij Regij , melius definiri poterit , quam vlla generali regula comprehendi : & quidem conſiderata magnitudine Regis donantis,aut alienantis, & amplitudine Regni,ſeu Prouinciæ , reputatur alienatio, vel donatio modici præiudicij,& non verificantur verba *dicti c.intellecto*,ibi:*In præiudicium Regni ſui,& contra Regis honorem.* Sic ſane, ex illis quatuor & quinquaginta Authoribus per Menoch. relatis,*dict.conſ.1003.n.* 18. multi ſpecificè aſſeuerarunt,poſſe Regem,ſeu Principem ſupremum alienare vnam ciuitatem,& alienationem obſeruari debere , tanquam non afferentem magnum præiudicium;& ita ſcripſerunt Bartol.*in l. prohibere,§.planè,n.5.ff.quod vi,aut clam.& in conſ.196. Ciuitatis Camerinenſis,lib.1.* Bald. *in præludiis feudorum,in 3.diuiſ.n 32.& in l.1.§ 1 ff.de offic. Præfecti vrbis,& in l.cum multa,C de bonis quæ liber.* Albericus,*in §.diſcipulis,n.18.verſ.Septimo quæro,in proœmio Digeſtorum:*qui loquitur in donatione ciuitatis cuiuſdam,facta per Regem Aragoniæ. Ioan. Andr.*in addit.ad Speculatorem , in tit. de iuriſdict. omn.iudic n.16.in verſ. Paſtoralis :* qui loquitur de donatione Conſtãtini ciuitatum, & oppidorum: Iaſ.*in conſ.227.col.5.lib.2.& in conſ.56.col.1. lib.1. & in conſ.10.col. 3. l. 3.* qui reſpondit de oppido Sauiliani,donato à Principe Sabaudiæ, & de caſtro Sumaniripæ , conceſſo ab ipſo Duce. Et in eodem caſu Socinus ſenior,*in conſ 4.lib.2.*Ruinus, *in conſ.31.lib.1.& in conſ.25.n.16.lib.2.* qui loquitur in donatione ciuitatum,& oppidorum facta à

Rege

Rege Catholico: Ioannes de Anania, *in conf.* 81. qui agit de donatione ciuitatis Astensis, facta à Duce Mediolani: Menochius etiam *in conf.* 962. *lib.* 10. *& dict. conf.* 1003. *n.* 18. *& per totum*, qui loquitur in donatione Regis Henrici IV. & defendit, iure potuisse eum donare vnam sui Regni ciuitatem, oppidum, vel castrum, mille vassallos habentem, quod & cæteri *ibi* relati defendunt, vt dixi.

Id tamen semper intelligendum est iuxta distinctionem prædictam, & attentis qualitatibus, & circunstantiis temporum, rerum, & casuum occurrentium, opulentia etiam, aut necessitate Regis donantis, eiusq; Regij Patrimonij, & Regni statu: ex his enim definiendum aliquando erit, ciuitatis, aut oppidi magni donationem, aut alienationem valere: aliquando verò contrarium dicendū erit, nec dici ita generaliter potest, vnius ciuitatis, aut oppidi, etiam magni, alienationem, aut donationem inualidam esse, cum aliquando ipsa, ex casibus, & circunstantiis occurrentibus forsan valitura sit, aliquando verò infirmari, & annullari debeat, si ex ipsa, aut alterius cuiuscūque rei alienatione, seu donatione magnum detrimentum Regno, & Regi proueniat, & eiusmodi sit, quod contra Regis eiusdem honorem redundet. Iuxta qualitates ergo, & circunstantias rerum, & temporū, & status Regni, & Patrimonij Regij definiendū erit, an donatio, seu alienatio magnum afferat detrimentum, necnè? Quod si magnum afferat, erit sane infirmanda de iure; si modicum autem, attentis considerationibus antea factis, tunc obseruari debebit.

Et hæc quidē non ita distinxit, nec annotauit, nec præfatā distinctionem communē, præ oculis habuit, non etiam certam aliquā resolutionē scriptam reliquit Pelaes à Mieres, *de maior. 4. par qu.* 1. *ex n.* 21. *fol.* 214. *vsque ad n.* 266. qui multa congessit, & varias Authorum resolutiones cumulauit, vt probaret, Reges, nihil in præiudicium successorum disponere posse, nec bonorum, & redditutum Regni aliquid diminuere, alienando scilicet, contrahendo, aut donando: quod tamen (vt vides) ita simpliciter statui non pot. nec etiā affirmatiua, seu negatiua opinio indistinctè probari, & admitti; distingui potius debet, prout quatuor & 50. illi Authores à Menoch. relati distinguunt, & alij etiā cōmemorati *sup.* attendi etiā, & considerari debebunt ea, quæ *sup.* obseruaui.

18 Superiora autē, quæ in terminis etiā iuris communis, magis cōmuniter probātur, iuxta distinctionē communem, apud nos, in his Regnis, & in Regno, & Principatu Inuictissimi nostri Regis Philippi IV. cæterorúmq; Hisp. Regum, fortiori, & validiori iure, & ratione obtinebunt, attentis legib. *Partita*, & *noua collect. Regiæ*, ponderatis *sup.* & per Menoch. *dict. conf.* 1003. *ex n.* 10. *vsque ad n.* 13. & verè si ea Pelaes à Mieres attentè legisset, si ad Ludou. etiam Mol. in loco referendo *infrà*, attendisset, & communem distinctionem perpendisset; aliter quidem se habuisset, & materiā hanc explicasset, nec iura communia, & huius Regni iura, & leges confudisset, nonnullisq; legibus absonum, & non verum intellectum assignasset.

Vt ergo ostendatur, in hoc Regno, & attentis dictis legibus Regiis, indubitatè magis superiora procedere, & euidenter, atq; concludenter conuinci, & confutari Pelaes a Mieres traditiones, atq; obseruationes, in loco relato *sup. ex dict. nu.* 217. *vsque ad n.* 266. obseruandum erit singulariter, & notanter, quòd attinet ad propositum articulum, an Reges alienare, & donare possint res, & bona Regij sui patrimonij, ciuitates quoque, oppida, & castra, differentiam videri constituendam inter ius commune, & ius nostrum Regium, siue leges Regias, hisce de rebus agentes. Iure namq; communi attento, formari solet regula à nonnullis contra Reges, vt non possint alienare, nec minus donare bona Regiæ Coronæ, & hos retuli *sup. n.* 2. *& n.* 8. & refert quamplurimos Pelaes à Mieres, *vbi sup.* & ita firmiter contendit. Alij verò distinguunt magis communiter, prout *sup.* etiam latè ostendi *ex n.* 15 *cum seq.* In his autem Regnis, & attentis dictis legibus Regiis, & præcipuè *leg.* 1. *tit.* 17. *par.* 2. *& in l.* 8. *tit.* 1. *par.* 2. *& in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua collect. Reg & in l.* 1. *tit.* 10. *eod. lib.* 5. & in aliis legibus, quas congerunt, & expēdunt Menchaca, *de success. creat.* §. 3. *n.* 4. Matienços, *in l.* 3 *tit.* 10 *glos.* 7. *ex n.* 2. Menoch. *dict. conf.* 1003. *ex n.* 10. absque contradictione aliqua formari debet regula in fauorem Regum Hispan. vt liberè possint vendere, alienare, & donare bona, & res Coronæ, & Patrimonij Regij, ac etiam ciuitates, oppida, & castra; ita enim literaliter in ipsis legibus cauetur, & expressè disponitur.

Ratio differentiæ inter Reges Hispaniæ, & alios Reges, ex eo procedit, quod alij Reges habent potestatem Regiam, quam in eos transtulit lex Regia, de qua mentio habetur *in l.* 1. *ff de const. Princip.* quæ processit ex voluntate ciuium, & vassallorum, qui non transtulerūt dictam Regiam potestatem, nec se Regibus ipsis tradiderunt, & subiecerunt, vt Regnum, & bona Regni dissiparent, sed potius, vt ea illibata conseruarent. Regia autem Regum Hispaniæ potestas, non processit ex lege Regia, quæ ex voluntate vassallorum dependeret, sed de noua debellatione, Hispano sermone, *de nueua conquista*. Romani namque abstulerunt Regnum à Græcis, & Carthaginens. Gothi à Romanis; à Gothis Mauri; & ab eis Pelagius, & alij Reges successores, vel noua acquisitione, & debellatione (vt dixi) vel recuperatione dominij Gothorum; vnde tanquam in bonis debellationis, Reges Hispaniæ fundant dominium liberum omnium, quæ in Regno sunt, ex Glossa vulgari, *in c. Adrian.* 63. *distinct.* & natura eorum, quæ in bello capiuntur, quorum dominium absolutum acquiritur, *l. naturalem*, §. *fin. ff. de acquir. rer domin. l. si quid in bello. ff. de captiu. & postlim. reuers.* Sic sanè, Reges ipsi Hispaniæ, non modò fundant in dominio vniuersali, sed etiam in particulari eorum omnium, quæ vassallis, & subditis non distribuerint, & donauerint, prout notarunt Auendan. *de exequend. mandat. lib.* 2. *c.* 2. *&* 32. Aluarus Valascus, qui multorum authoritate comprobat, *de iure emphyt. c* 8. *n.* 41. *&* 42. vnde tanquam Domini absoluti dominij superioris, & inferioris; maiori vi, potestate, & excellentia, quam cæteri Reges, habent eandem facultatem alienandi, & donandi, & de rebus Regij Patrimonij disponendi, quam alius quicumq. priuatus, de rebus suis familiaribus, cùm non debeat esse deterioris conditionis; sicuti notarunt Matienzus, *in l.* 1. *tit.* 10 *gl* 21. *n.* 2. *&* 4 *& in l.* 3. *glos.* 7. *n.* 2. *& glos.* 14. *n.* 6. *lib.* 5. eruditè admodum, atq; eleganter Iacob. Menoch. *dict. conf.* 1003 *n.* 13. *& tribus seq. lib.* 11. vbi notanter, atque in hæc verba scribit: *Septimo suffragatur ratio, & argumentum, quod Rex Hispaniarum est Dominus, tam quoad vtile, quam quoad directum dominium, illarum ciuitatum, castrorum, & oppidorum, qua apud se habet, & alteri non concessit in feudum, & feudalium vtile dominium habet.*

bet. Nam constat, Reges ipsos, maximis laboribus, periculis, & impensis, per septingentos annos Hispaniarum Regna, vrbes, oppida, ab Arabibus occupata, vendicasse, & liberasse, & ob id effectos esse absolutè ipsorum Regnorum, vrbium, & oppidorum Dominos, non recognoscentes aliquem in Superiorem, vt scribunt Glossa in c. Adrianus, 63. distinct. Oldrad. Ioan. Lup. Gasp. Valasc. & Didac. Couar. & rectè quidem, cum capta in bello iusto, capientis liberè efficiantur, l. naturalem, §. vlt. ff. de acq. rer. dominio, l. prima in princip. ff. de acquir. poss. & l. hostes, & l. si quid in bello, ff. de capti. & postlim. reuer. & post alios tradit Couar. Si ergo Hispaniarum Rex est Dominus Ciuitatum, Oppidorum, & Castrorum apud se existentium, sequitur quòd pro suo libito & voluntate, ea alienare, & donare potest. Nam quilibet est (vt dici solet) arbiter, & moderator rei suæ, l. in re mandata, C. mandati l. sed etsi lege §. consuluit. ff. de petit. hæred. Quod si permissum ita est priuato rei Domino, quanto magis Principi, qui omnium est præsul, etsi aliter diceremus, esset Rex, & Princeps seruilis conditionis, vt passim scribunt Doctores, quos referam infra. Et accedit, quod in specie respondit Marc. Salon de Paze, in cons. 25. n. 14. cum dixit, Principem facilius posse alienare recenter acquisita.

19 Hactenus Iacobi Menochij placita, & obseruationes in proposito, quibus ego verè, & notabiliter addendum putaui vnum, quod singulari consideratione obseruaui, & est admodū necessarium, & vtile, nec ab aliquo Recētiorum omniū, ita in indiuiduo tactum, atq; explicatum; videlicet, quod cum maioratus obseruatio in Regni successione, à Rege ipso Pelaio principiū assumpserit, & post ipsum, dictamq; debellationem, & nouā acquisitionem, seu recuperationē, iure maioratus, & sanguinis, & velut in aliis maioratib. in Regno succedatur, ita quod Regni, & maioratus successio, semper sit vna, & ita vtraq; æquiparetur, & adæquetur, vt eisdem regulis & doctrinis gubernetur, & Regnum sit caput omnium maioratuum Hispan. & quēadmodum maioratus cæteri à primo institutore capiuntur, ita & Regnum ab eodem Rege Pelaio, & aliis successoribus, post eum, qui dictam debellationem, & nouam acquisitionem fecerunt, captum videatur, & habitum, prout ex Ludou. Molin. & aliis tradidi *supr. sub n. 11.* & dictam debellationē, seu nouam acquisitionem non fecerint Inuictissimus Rex noster Philipp. IV. nec eius immediati antecessores, sed multis retrò temporibus, tótque, & tantis annis antea facta fuisset, & ex tunc ab infinitis Regibus Castellæ, qui post Pelaium ipsum, & alios debellatores successerunt, vsq; ad præsentia tempora, Regnum ipsum, & omnia bona, ciuitates, & oppida cæteráque, iure recuperationis, & nouæ acquisitionis habita, velut maioratus iure, ab omnibus Regibus possessa fuerint, & ab vnis in alios translata: non ita vrgeant rationes, & considerationes illæ Menoch. relatæ *sup.* & ab eo, *dict. cons. 1003. ex n. 11.* ponderatæ, in cæteris Regni successoribus, qui non fecerunt dictam debellationē, & recuperationem Regni, prout in eodem Pelaio Rege, & aliis, temporibus illis, immediatè succedentibus, qui maximis laboribus, periculis, & impensis, per tam longum, tantorumq; annorum cursum, Hispaniarum Regna, vrbes, oppida, & cætera iura Regalia, ab Arabib. occupata, & ab inimicis detenta vendicarūt, & recuperarunt, atq; ita dominiū Regni, tanquam aliarum rerū, quæ in bello capiuntur, acquisierunt, idcirco non esse concedendam Regibus ipsis adeo absolutam, & liberam alienandi, & donandi facultatem, & potestatem, ac si Regnum, & bona Coronæ, iuráq, Regni libera essent absolutè, & non iure sanguinis, & maioratus possessa. Iam enim omnia hæc, vnita trāsennt, & transierunt, & maioratus diiudicantur, & censentur, & sēper ab illis retro tēporibus fuerunt. Ex quo tamē, cæteri Reges, & Rex noster Philipp. IV. eiusque ascendentes, Regnum ipsum, multis quoq; vigiliis, & laboribus, & impensis, bellisq; & dissentionibus, assiduè occurrētibus, retinuerunt, & illibatum non modò conseruarunt, sed etiā ad hæc vsq; tempora auctum, & ampliatum obtinent; & contra honorem Maiestatis Regiæ videretur, Regibúsq; ipsis dedecus, & indecens esset, si eorum potestas, & facultas, ita restringeretur, & strictè acciperetur, vt iuxta aliorum maioratuum possessores se habere, & gerere deberent, nec potestas ipsa, vltrà progredi posset; quod esset maximum absurdum, & inconueniens, adhuc sane, etsi maioratus iure Regnum hoc habeatur, & possideatur, maior quidem facultas, & amplior potestas eisdē concedi debuit, & verè competit, nec ita restringēda est, vt adinstar possessorum aliorū maioratuū in omnibus, & per omnia diiudicentur; poterunt ergo hodie, sicut olim, Reges nostri Hispaniæ alienare, vendere, & donare (quod dignitati Regiæ adeò conuenit, vt ab ea separari non valeat) dūmodo facultas ea nō ita latè accipiatur, vt alienationes, aut donationes in magnum, & enorme Regni detrimentum redundent; & communis Doctorum distinctio, etiam post editas dictas leges *Partita*, & alias huius Regni nouiores, in viridi obseruantia remaneat, suamq; vim, & authoritatem retineat, legesq; ipsæ huius Regni, à iure cōmuni, & communibus Doctorū interpretationibus, & doctrinis, declarationē, atq; intelligentiā accipiant, nec sit verisimile, quod alienationes, aut cōcessiones, iisdemmet legibus Regibus approbentur, quæ in magnum Regni detrimentum redundent, prout suprà annotaui, *n. 5. 6. & 7.* Media ergo via eligenda est, vt nec absolutè alienare, & donare prohibeantur Reges nostri Hispaniæ, prout maioratuum omnium possessores prohibentur indistinctè: nec etiam absoluta alienandi, & donandi potestas, & facultas eisdē competat, sed adhibita distinctione superiori, an alienatio, in magnum detrimentū, & damnum redundet, necnè. Id autē, iuxta statum temporum, & qualitates, & circunstantias, quæ occurrāt, melius definiri, & cognosci poterit, quàm aliqua certa regula, aut doctrina, quæ omnibus temporibus, Regum, & Regni statui, & necessitatibus occurrentibus, terminari.

Pro hac autem resolutione, & obseruatione vrget quorundam huius Regni Authorum authoritas, & sententia, qui etiam post editas dictas leges huius Regni, quæ statuunt, Reges nostros esse Dominos absolutos Regni, & liberè alienare, & donare posse; adhuc temperant, & limitant, dummodo alienationes, aut donationes non tendant in magnum Regni, & Principatus detrimentum; prout specificè asserit Ioannes Matienzus, *in dicta l. 3. tit. 10. lib. 5. Glossa 7. num. 9. & 10.* Ioann. Gutierrez, *de Gabellis, quæst. 4. num. 10.* Et alios refert Menochius, *dicto consilio 1003. numero 18.* & ita quoque explicat, & temperat leges ipsas Regni, vt *dicto numero 18.* & per *totum consilium* apparet specificè.

Extat quoque Ludouici Molinæ locus insignis, & memorabilis in indiuiduo, *de Hispanor. primogen. libro primo, capit. 3. numero 17. & 18. & 19.*

& 19. & 29. vbi notanter, atque in hunc modum scribit: *Duodecimum, & vltimum, quod sicut bona Regni inalienabilia sunt, nec potest Rex alienare Regalia in praeiudicium successorum. tex. in cap. intellecto, de iureiur. ita similiter maioratus possessor non possit bona maioratus alienare in successorum praeiudicium. Vnum tamen in hoc aduertendum est, quod etsi bona Regni, & maioratus inalienabilia sint, non tamen ita astrictus debet esse Rex in alienando, vt quilibet alius maioratus possessor. Nam possessor maioratus non potest rem maioratus, quantumcunque minimam, alienare, seu donare: Regis autem donatio, seu alienatio de bonis Regni facta valet, dummodo ex ea ingens Regni laesio non contingat: praesertim, si ea donatio, seu alienatio fiat in remunerationem seruitiorum.* Et citat Oldrad. Bald. Abbat. Imolam, Ioann. Igneum, Afflictum, Felin. & Couarr. ita tenentes; & *numero* 19. sic progreditur: *Nec exto, quod in hoc, & etiam in aliis, in Rege, & maioratus successore, aliqua diuersimodè disposita inueniamus, possumus de Regni, & maioratus aequiparatione dubitare. Nam in aequiparatis, dispositum in vno, ita demum in alio etiam procedit, si de vno ad aliud in casu contingenti, diuersa ratio non inueniatur. In Rege autem, longè diuersa ratio est in casu, de quo agimus, quàm in maioratus possessore, cum Regem deceat esse largum, beneficum, & liberalem, vt inquit Tullius, propriùmque Regum sit donare, vt inquit Oldrad. cons. 94. Tiraquell. qui plura cumulat, de nobilitate, capite 37. numero 40. cum sequentib. quae caeteris maioratuum possessoribus non omnino conueniunt.*

Hactenus Ludou. Molin. qui quamuis articulum principalem *huius cap.* ex professo non assumpserit, nec disputauerit, nec etiam mentionem aliquam fecerit legum *Partita*, & *noua collectionis Regia huius Regni*; expressè tamen, etiam quoad Reges nostros Hispaniae, & quoecunque iure, tam communi, quàm huius Regni attento, amplectitur distinctionem communem, an scilicet alienatio; seu donatio magnum afferat detrimentum, necne, enormémque laesionem inducat, vt vides.

Et eodemmodo se habuit Ferdinand. Loazes, *in allegatione super lite oppidi de Mula*: is namque Author, in propriis terminis, atque specificè attigit quaestionem praefatam, vtrum Reges, caeterique eiusmodi Principes possint donare, & quocunque modo alienare vrbes, ciuitates, oppida, ac castra, aliáque bona sui Regni; & pro parte negatiua, quod non possint, octo adducit fundamenta, *ex n. 1. folio mihi 17. vsque ad folium 75.* ex quo *folio, vsque ad fol. 136.* alia plura fundamenta, pro parte affirmatiua, quod Reges donare, & alienare possint, expendit. Atque *ex fol. 136. & 137.* omnibus fundamentis partis negatiuae satisfacit, responsumque praebet suo ordine. Et in effectu semper concludit idipsum, quod iuxta distinctionem, & resolutionem communem, suprà tradidi *ex numero 15. cum sequentibus*: & fundamento primo, pro Marchione de los Veles, *numero primo, & sequentibus*, id latè comprobat: & *numero 6. folio mihi 74.* sic scribit: *Possunt tamen oppida, & castra, quinimo & suorum Regnorum Ciuitates suis subditis donare, solùm enim Regibus alienatio interdicitur, quando eorum alienatio, seu donatio, in grauem & magnam Regni diminutionem, atque iacturam cederet, magnúmque, atque irreparabile damnum Regno inferret. quo cessante, absque dubio Imperator, Rex, & quilibet alius Princeps, res sui Regni immobiles, putà oppida, castra, & ciuitates infeudare, atque donare posset, vt concludunt communiter Doctores in dict. cap. intellecto, de iureiur. dicentes, illum text. debere intelligi, quando Reges donationes faciunt, per quas grauiter, atque enormiter Regiam dignitatem laedunt.* Et per totum fundamentum latè comprobat: vbi *in fine, folio mihi 91.* sic scribit: *Remanet igitur, Illustrissime Marchio, firma, certa, atque indubitata conclusio, potuisse Imperatores, Reges, necnon caeteros Principes, superiorem non recognoscentes, & semper posse, & signanter nostrae Castellae Reges, sui Imperij, suorúmque Regnorum, ac Principatuum oppida, & castra, necnon ciuitates, quae de Regia Corona existunt, quibuscumque sibi subditis liberè donare, eaque in subditorum dominium, ditionem, atque potestatem transferre. Et hoc tam de iure nostro communi, quam etiam de iure Regni Castellae particulari.* Et repetit Loazes metipse, in vltimo fundamento pro Marchione, *ex num. 1. fol. mihi 195.* & in responsione ad secundum fundamentum pro parte oppidi de Mula adductum *numer. 1. & 2. folio 238. & 239.* vbi eandem distinctionem communem adducit, an alienationes, & donationes enormiter Regnum laedant, an non ita grauiter, atque enormiter. Et dicto vltimo fundamento pro Marchione, *numero 108. folio mihi 133.* notabiliter, atque in hunc modum declarat: *Ex quibus omnibus clarissimè patet, posse Imperatores, Reges ac Principes omnes, absque aliqua dubitatione, & difficultate, parua suorum Regnorum iura, & sic oppida, atque castra, quibuscumque suis subditis donare. Nam quamuis praefata oppida, & castra, in se magna, ac grandia esse videantur, attenta tamen ipsorum Principum donantium potentia, ac maiestate, & considerata suorum subditorum conditione, atque qualitate, parua, ac minima donaria esse dicuntur, ac reputantur. In talibus enim, & similibus donationibus, an parua, vel magna existant, tam donantium, quam etiam recipientium personae, earúmque qualitates considerantur.* Et refert Glossam, & nonnullos Authores, ita tenentes. Et concludit, *numero 110. folio 234. Et quae modica, quaeve minima, & quae magna esse videantur, arbitrio boni iudicantis relinquuntur, vt concludunt communiter Doctores.* Et citat quamplurimos Authores sic tenentes. 20
Et hactenus de dubio principali *huiusce cap.* & de annotationibus praedictis; quae sanè in bonis ipsius Regni, Coronaeque Regiae procedunt: nam bona, quae pertinent ad Regem, ex proprio, ac peculiari patrimonio, siue etiam ex confiscatione, vel inuentione, seu alio modo, si nondum Regiae dignitati incorporata sint, Rex poterit, prout sibi libuerit, donare, & alienare, & tanquam quilibet priuatus, etiam absque vlla causa, nec in eis intelligitur, siue non habet locum distinctio praefata, an alienatio afferat magnum, & enorme, vel modicum detrimentum, quod post Luc. de Penna, Bald. & Iason. notauit Ludou. Molina, *libro primo, dicto cap. 3. num. 18. in fine.* Matienzus etiam, *in l. 3. titulo 10. lib. 5. Glossa 7. num. 11. 13. & 14.* Renatus Chopinus, *de domanio Franciae, lib. 1. tit. 1. num. 17.*

Procedunt autem omnia superiora, & distinctio praefata, an alienationes, & donationes magnum, & enorme afferant detrimentum, vel non; ob eandem, & aequalem rationem, cum iurisdictiones locorum, & oppidorum Regni, vel etiam vassalli alienati fuerint, aut donati; in iurisdictionum namque & vassallorum Regni alienatione, & donatione, idem ius, ipsaque distinctio obseruari debebit, & omnia hactenus adnotata, locú habebunt, nec vlla potest considerari, aut reddi differentiae ratio; sic sane postquam

haec

hæc scripseram, in terminis inueni obseruasse Barbosam, 2. *part. leg. 2. in princip. num. 46, in fin. fol. 710. ff. solut. matr.* vbi in hunc modum scripsit: *Præterea, neque procedit communis traditio, de qua suprà, quando ea alienatio fuerit nimis præiudicialis vassallis, vel Regno, tunc enim inuitis vassallis, non valebit, arg. doctrinæ Bart. l. 3. §. planè ff. quod vi, aut clam. & tradunt Aret. hic ad fin Parpalia, numer. 107. Neuizan. consil. 12. à num. 66. inter consilia Bruni.*

Quod tamen, vt dilucidè magis explicetur, & distincta, & vera resolutio tradatur, meminisse oportebit, Interpretes nostros, variis in locis excitasse dubium illud, vtrum scilicet vassalli inuiti alienari possint; & hos quidem, suo ordine, ego metipse commemorarem, & in vnum congererem, prout olim ingenti studio, & diligentia congesseram; si Recentiores nonnulli Authores, referendi *infra*, & maximè Philip. Paschalis, D. Garcia Mastrillus, *duobus in locis*, Ioseph de Sese, Sfortia Odd. & alij, eosdem Authores, ita ex proposito non congessissent, atque retulissent, vt transcribendi vitium, quod ego semper abhorrui, in me considerari, & etiam condemnari posset. Pro vera itaque, & distincta resolutione, primo loco constituendum erit, ex communiori Doctorum traditione, & sententia, vassallos inuitos, & contradicentes alienari non posse; idque procedere, siue sint vassalli Regis, siue Baronis, siue alterius cuiusque Domini inferioris, vt est textus, *in cap. primo §. si quis, quo tempore miles, cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, de prohib. seu alienat. per Federic.* & est Glossa communiter approbata, *in l. inuitus, ff. de fideicommiss. libert. & in cap dilecti, de maiorit. & obedient.* & cum infinitis Authoribus comprobauit Fernand. Loazes, *in allegat. super controu. oppidi de Mula, quinto*, pro parte oppidi, *fundamento, per totum, folio mihi 23. & sequentibus*, Anton. Gabriel, *commun. opinion. lib. 3. titul. de iure quæsito non tollendo, conclusione 8. in principio.* Pet. Surdus, *in consilio 323. numero primo.* Eruditè Barbosa, *in dicta l. 2. ff. soluto matrim. 2. parte, ex numero 41. versic. Et resoluendum est, folio 706. & 707. & numero 42. & 43. & sequentib.* D. Garcia Mastrillus, *in consilio vnico*, quod habetur post *primam partem decisionum, ex numero 3. vsque ad numerum 10. folio 119. & folio 149. ex numero 29. vsque ad numer. 35. & de Magistratibus, lib. 3. cap. 10. ex numero 35. vsque ad numer. 39.* vbi citat Philip. Port. Anton. Gabriel. Nicol. Intrigliol. Anton. Solam, Isern. Couarru. Felin. Afflict. Aleiat. Neuizan. Roland. Parisium, Gratum, Cranet. Bursat. Menochium, Osaschum, Ripam, Annam, Raudens. Fabium de Monte, Purpurat. Panceirolum, Lancelot. Gall. And. de S. Georgio, & infinitos alios: Philippus Paschalis, *de viribus patriæ potestat. cap. primo, ex numero 25. vsque ad numerum 38.* vbi etiam infinitos cumulat Authores, Sfortia Oddi, *de fideicom. per prohibit. alienat. inducend. quæstione 3. articulo 3. & 4. folio 21.* vbi etiam congerit permultos Authores, Bobadilla, in Politica, *lib. 2. capit. 16. ex numero 12. folio 676.* vbi nonnullos huius Regni Authores commemorat, *littera F.* Loazes inquàm, Rodericum Xuarez, Couarr. Didac. Perez, & Azeuedum, Ioseph. de Sese, *decisione Aragon. 36.* vbi latè etiam de materia.

Et regula prædicta procedit etiam in Rege, in Imperatore, & Principe supremo, & in quocumque alio Domino inferiori, vt *suprà* dixi, & vnanimiter tenent *suprà* relati: & Sfortia, *dict. art. 4. n. 39. & 40.*

Procedit etiam non solum in vassallis ratione feudi, de quibus exteri Authores, magis communiter loquuntur; sed etiam in vassallis, ratione iurisdictionis, iuxta text. *in cap. primo, qualis, vassal. iuram. deb. fidelit.* & in omnibus vassallis, indistinctè intelligunt superius relati, & specificè, ita vt dixi, obseruauit Barbosa, *dicta 2. parte, leg. 2. in principio, num. 42.*

Procedit etiam vltra omnem dubitationem, quando alienatio fit in inferiorem, vt cum aliis annotauit Pet. Surdus, *dicto numero primo*, & Bobadilla, *dicto numero duodecimo*, & omnes conueniunt. Quando autem alienatio fit in Parem, vel Superiorem; interse Authores dissentiunt, Mastrillus namque, *de Magistrat. libro 3. dicto cap. 10. numero 43. folio 408.* ex sententia aliorum, quos refert, securè resoluit, quod ex quo tunc cessat vassallorum interesse, cùm alienati sint in parem, vel superiorem, eis etiam inuitis, alienatio fieri potest. Et tenuit etiam *in dicto consilio vnico, numero 37. folio 142.* Alij verò contradicunt, & etiam, quando alienatio fit in parem, vel superiorem, procedere regulam negatiuam, ne alienentur inuiti, & contradicentes, contendunt; & cum Cino, Saliceto, Fabro, Cacherano, & Bursato, sic resoluit Philip. Paschalis, *de viribus pat. potest. dicto cap. primo, numero 34. & 35. folio mihi 9.* & hæc opinio magis communiter probata videtur.

Rationes autem decem, quare vassalli inuiti non alienentur, considerat Ripa singulariter, *in consilio 179. numero tertio*, & alij relati per Surdum, *dicto consilio 323. numero primo*, Sfortia, *dicta quæstione 3. articulo quarto, numero 35. & tribus sequentib. folio 22.* Philip. Paschalis, *de viribus pat. potest. dicto cap. primo, prima partis, ex numero 28. vsque ad numero 34.* horum Authorum rationes nonnullæ ita militant, quando alienantur inuiti in Dominum etiam parem, vel superiorem. Quando autem alienantur in inferiorem per Regem, aut Principem supremum, prout in Hispania alienari solent frequenter per Reges, & maximè tempore necessitatis. Ratio patet manifestissimè; cum vassallorum intersit non mutare Dominum supremum, & indecens sit à dominio Regis, in alterius priuati, & inferioris dominium transire: vltra quod quando fit translatio à Rege in inferiorem Dominum, multis oneribus vassalli subiiciuntur, sicuti cum Baldo, & aliis notauit Rolandus, *in consilio primo, numero 39. libro primo*, & refert Paschalis, *vbi suprà, numero 32. & 33.* & notanter agnoscit, atque maxima damna, & inconuenientia vassallorum, ex venditione, & translatione eorum à Rege in inferiorem, considerat Bobadilla, videndus omnino, *in Politica, libro secundo dicto cap. 16. numero. 12. 13. & 14.*

Limitatur etiam communiter dicta regula generalis negatiua, quod vassalli inuiti, & contradicentes non alienantur, vt non procedat, quando vassalli venduntur, simul cum Curia, aut cum territorio, vel vniuersitate bonorum; quamuis enim de per se soli non alienentur inuiti, cum vniuersitate tamen, aut territorio simul, etiam inuiti venduntur, & transferuntur in alium, sicuti ex vltima conclusione textus, *in cap. primo, §. ex eadem lege, de lege Conradi*, deducit, & dicit magis communiter probari, Barbosa, *dicta 2. parte, l. 2. ff. solut. matrim. numero 42. & 43. folio 707.* & repetit *numero 44.* contrariámque opinionem improbat concludenter, & explicat text. *in cap. primo, de Capitaneo, qui curiam vendidit,* prout

prout *ibi* latius videri poterit. Et eandem opinionem, cum multis aliis Authoribus, securè probarunt D. Garcia Mastrillus, *in consilio vnico, post primam partem decisionum posito, numero* 33. *&* 34. *folio mihi* 51. vbi citat quamplurimos ita tenentes, & dicit hanc resolutionem, communiter receptam, quidquid nonnolli, sed pauci contradicant. Idem Mastrillus, *de Magistratibus, libro tertio, cap. decimo, numero* 39. *&* 40. latè Sfortia Odd. *de fideicomm. per prohibit. alienat. quæstione* 3. *articulo quinto, per totum,* vbi latè: Philip. Paschalis, *de viribus patria potestat. prima parte, dicto cap.* 1. *n.* 114. 115. *&* 116. *folio mihi* 23. vbi explicat, & contrariam opinionem tenentes commemorat.

Inquit etiam procedere posse, quando prohibitio alienandi solùm à iure procedit; secus verò esse, quando cum legis prohibitione concurrit etiam prohibitio hominis, vt putà, quando Princeps amplissimis verbis promisisset nunquam alienare; nam tunc omnino prohibita esset vassallorum alienatio, etiam cum vniuersitate, nam duo vincula fortiùs stringunt; quod *numeris sequentibus*, latius comprobat, & resoluit quoque Barbosa, 2. *parte dicta l.* 2. *numer.* 46. *versiculo, Vltimo adde, quod licet, folio* 709.

Secundò limitatur regula ipsa negatiua, vt non procedat, quando ex iusta, & necessaria causa, atque ex necessitate Domini, siue Regis, aut Principis, alienatio fieret, quia ob necessitatem, siue ob causam publicam, vassalli etiam inuiti, & contradicentes alienantur. Sic sanè in his Regnis, ob causam publicam bellorum, & inimicorum, & necessitates, quæ imminent, iurisdictiones quamplurimæ, & vassalli permulti alienantur, & distrahuntur; idque iure fieri posse, cum aliis multis authoribus resoluit Mastrillus, *in dicto consilio vnico, numero* 35. *folio* 142. & *de Magistratib us, libro* 3. *capit.* 10. *numero* 41. Sfortia, *dicta quæstione* 3. *articulo* 4. *numero* 49. Philip. Paschalis, *dicto cap. primo, ex numero* [illegible]. *vsque ad numerum* 83. vbi vide omnino. Et aduerte, quod adhuc periculum imminet in alienatione, quamuis ob necessitatem facta fuisset, si in magnum Regni, & Principatus detrimentum, & contra Regum honorem redundaret, & tunc à successoribus infringi facilè posset, iuxta ea, quæ *suprà* adnotauimus, & dicemus *infrà*, *cap.* 18. & in indiuiduo traditionem Barbosæ, relatam *suprà*. Quod est notandum, cùm ita specificè alij non tradiderunt. Et nihilominus considerari deberet omnino causa publicæ vtilitatis, & necessitatis; quæ tempore alienationis aderat, & vrgebat, aliæ etiam qualitates & circunstantiæ attendi debebunt tunc occurrentes, ex quibus congruentiùs, & iuridicè magis, res ipsa definiri valebit, quàm aliquâ regulâ generali terminari: quamuis (vt dixi) magno periculo reuocationis, alienationes huiusmodi subiectæ remaneant, si enorme detrimentum, & damnum Regni, & Regum contineant, & contra eorum honorem redundent.

Tertiò limitatur eadem conclusio, aut regula generalis negatiua, vt non procedat, stante in contrarium consuetudine; ex vi namque contrarij vsus, & consuetudinis, & vbi ea vigeret, vassalli etiam inuiti, & contradicentes alienantur. sic sanè, Mediolani, hoc non obseruari, sed posse vassallum inuitum transferri in Dominum quemcumque, probat textus, *in dicto cap. primo, §. ex eadem lege, de lege Conradi,* & doctè deducit, atque explicat Barbosa, *dicta* 2. *parte, leg.* 2. *in principio, ff. solut. matrim. numero* 42. *folio* 707. & tenent infiniti Authores, cum quibus Mastrillus, *in dicto consilio vnico, post primam partem decisionum, numero* 7. *&* 8. *folio* 129. *& numero* 36. *folio* 142. *& de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *numero* 42. Sfortia, *dicta quæstione* 3. *articulo* 4. *num.* 56. Philip. Paschalis, *dicto capit. primo, ex numero* 119. Pet. Surdus, *dicto consilio* 323. *numero* 26 *ex versiculo, non itaque resistit*, vbi inquit, quod quando Princeps consueuit sic facere, nihil est, quod ei obiici possit, & refert alios plures Authores, ita tenentes.

Addiderim ego, quod attinet ad Reges nostros Inuictissimos, Regnúmque Hispaniæ, non ita absolutè, aut indistinctè, præfaram resolutionem accipiendam, sed præ oculis habenda potius ea, quæ *suprà* resoluimus; cum verè consuetudo ipsa non posset successoribus ita præiudicium generare, vt alienationes infringere, & reuocare non valerent, si in magnum Regni, & Principatus, & contra Regum honorem redundarent, nec tunc posset consuetudo, etiam immemorialis, ius infringendi & reuocandi eas successoribus ipsis auferre, quod *cap.* 28. infrà *hoc eodem tractatu*, aduertendum, & comprobandum relinquo. Et verè, Authores omnes relati *suprà*, maiori ex parte in feudis, aut in materia feudali loquuntur, in quibus non æqualis omnino, aut non ita stricta militat prohibitionis alienationis ratio.

Quartò limitatur regula metipsa negatiua, vt non procedat, quando vassalli ipsi, volentes, & non contradicentes, nec vllam protestationem facientes, atque ita consentientes, vt tacuerint, & alienationi acquieuerint, alienati fuerint; tunc enim reclamare non poterunt, sicuti cum aliis Authoribus annotauit Paschalis, *dicto cap. primo, primæ partis, numero* 123. *folio* 24. qui explicauit antea, *numero* 38. *&* 39. *folio* 10. vt omnes debeant vnanimiter consentire, & quod maioris partis vassallorum consensus non præiudicet, ex quo tendit contra libertatem, & ideò, quod minoris partis contradictio præfertur; sicuti Paul. Castrens. Nenizan, & alij *ibi* relati obseruant: & vltra eos, notanter Per. Surdus, *dicto consilio* 323. *numero* 12. vbi inquit, quod ad probandum consensum, non sufficit, quòd singuli diuersis temporibus acquieuerint, vel actus aliquos fecerint, nisi tota Vniuersitas congregata, id faciat. Et quod Vniuersitas non dicitur consensum præstare, quando omnes de Vniuersitate consenserunt, sed vnus hodie, alter cras, quia simultaneus debet esse consensus. Et quod non dicitur scite Vniuersitas, nisi id sciat quando est legitimè congregata, prout *ibidem* comprobat ex sententia aliorum Authorum. Et repetit *num.* 28. dicens, vassallorum alienationem tenere, quando de ipsorum consensu expresso, vel tacito processit, & quamuis ab initio protestationem fecerint, si postea tacuerunt: Sfortia etiam, *de fideicommissis, dicta quæstione* 3. *articulo quarto, numero* 54. *&* 55. vbi quod sufficit, quod longo tempore tacuerunt: Barbosa, 2. *parte, dicta l.* 2. *numer.* 42. *&* 43. latiùs D. Garcia Mastrillus, *dicto consilio vnico, n.* 87. *&* 88 *folio* 126. & latiùs *folio* 129. *ex num.* 1. *vsque ad numerum* 15. vbi ex sententia multorum scribit, quod dicitur, vassallos non posse alienari, intelligi, ipsis contradicentibus;

tibus; secùs quando non contradixerunt, nec conquesti sunt, & ita acquiescendo consenserunt, vel actus fecerunt, ex quibus tacitus consensus clici valeat, prout *ibidem, numero* 24. 25. *& 26. & sequentibus, vsque ad numerum* 36. *eod. folio* 119. Mastrillus ipse, *de Magistratibus, libro tertio, cap.* 10. *numero* 68. & extat Fernand. Loazes, *in allegatione, super controuersia oppidi de Mula, in responsione ad quartum* pro parte dicti oppidi de Mula *fundamentum, ex folio* 251. *vsque ad folium* 289. vbi latissimè, & quamplurimis doctrinis cumulatis comprobat, vassallos alienatos reclamare non posse, nec aduersus alienationem venire, quando alienationi consenserunt expressè, vel tacitè, aut non contradixerunt, siue actus aliquos fecerunt, ex quibus acquiescere, & consentire videantur, siue cum scientia, & patientia, diuturnitas temporis fluxerit, prout latissimè *ibi*. Ex *numero* etiam 48. *fol* 275. *& sequentibus*, plenissimè satisfacit obiectioni cuidam, quam fecerunt nonnulli, & in terminis fecit Philip. Paschalis, *de viribus pat. potest. prima parte, capit. primo, numero* 3 *folio decimo*, quod scilicet consensus præstitus intuitu literarum, aut mandati Principis, præsumeretur meticulosus.

His quidem addendum erit vnum admodum necessarium, & à nullo superiorum sic annotatum; quod quamuis consensus expressus, siue tacitus, aut scientia, patientia, & tolerantia, cum diuturnitate temporis, & in effectu non contradicere, & non reclamare, & acquiescere, vassallis ipsis alienatis, & non contradicentibus, præiudicium generet omnino; quoniam renuntiantibus iura sua, non datur amplius regressus, *l. item quaeritur*, §. *si venditor ff. de aedilitio edicto, l. quamuis, C. de transact. l. final. C. de remissione pignor.* Regibus tamen, & Principibus, in Regno, aut in Principatu, in futurum successuris, consensus ipse vassallorum, nullum quidem præiudicium causare, aut generare poterit quouis modo, si eorundem alienationes, in magnum & enorme Regni detrimentum redundent, ex regula, *quod nostrum est, de regul. iur. in* 6. *& l. finali, ff. de pactis*, & communi distinctione, atque resolutione relata *sup.* & sæpè repetita, ex dicendis etiam *infra, c.* 18. *huiusce tractatus*.

An autem, & qualiter, vassalli venditi inuiti, & contradicentes, admitti debeant ad se redimendum, si pretium soluere velint, & se redimere; non explicauit Philip. Paschalis, *de viribus pat. potest. prima parte, dicto cap. primo, numer.* 128. *folio* 24. sed se remittit ad Vincent. de Franchis, & alios plures Authores, qui latissimè tractant: Barbosa etiam, *dicta* 2. *parte legis*, 1. *ff. solut. matrim. numer.* 47. disputationem omisit. D. Garcia Mastrillus, *in dicto consilio vnico, ex numero primo, folio* 119. *& folio* 120. *vsque ad numerum* 30. omnia fundamenta & rationes congerit, quibus suaderi potest, vassallos alienatos audiri debere, si velint se redimere, vbi etiam Authores huius opinionis citat. Et repetit *de magistratibus, lib.* 3. *cap.* 10. *ex num.* 56. *&* 57.

Ipse etiam Mastrillus, *dicto consilio vnico, ex numero* 30. *folio* 120. *vsque ad numerum* 49. fundamenta omnia contrariæ, & negatiuæ partis adducit, & constanter negatiuam ipsam partem tuetur, quod scilicet vassalli se redimere non valeant. Et *ipso consilio vnico, ex numero* 49. *vsque ad numerum* 66. huius opinionis negatiuæ Authores permultos commemorat, & respondet his, qui affirmatiuam sustinent, & fundamentis quoque illius opinionis. Et iterum repetit longa serie Mastrillus idem; *de Magistrat. lib.* 3. *c.* 10. *ex n.* 45. *vsque ad numerum* 70. vbi videri poterit latissimè.

Ego sanè, ex proposito, maiorem huiusce rei disputationem silentio prætermitto, quoniam per Mastrillum plenissima manu explicatam, & prosequutam video, & vnius, & alterius partis fundamenta ponderata. Item ex eo, quod in his Regnis, & apud nos, primam partem, & opinionem affirmatiuam, frequentissimè practicari, & seruari video; & vassallos, qui inuiti, & contradicentes, alienati sunt, & nec expressè, nec tacitè consenserunt, pretio emptoribus, verè, & realiter oblato, ad se redimendum admitti. Et pro hac quidem sententia, & opinione, quam praxis huius Regni, & omnium Tribunalium stilus, & obseruatio amplexa est, fortissimè vrgent plura illa fundamenta, & authoritates simul Doctorum, quæ per Mastrillum, & alios ponderantur. Et in Curia Aragonum fuisse decisum, quod vassallis competat retractus, & ius se redimendi; firmauit Ioseph. de Sese, *decisione* 36. *Regni Aragonia*, & refert D. Garcia Mastrillus, *de Magistrat. libro tertio, dicto cap.* 10. *numero* 69. & sic quotidie fieri, & practicari, asserunt Couarr. *in cap. quamuis pactum*, 2. *parte*, §. *primo, numero quarto* Didac. Perea, *in l.* 14. *Glossa prima, titulo vndecimo, libro quarto, ordinamenti, pag.* 1542. Azeuedus, *in l* 6. *titulo vndecimo, libro quinto, numero secundo, fol* 298. vbi securè resoluit, quod vassalli, venditi inuiti, possunt se redimere, & excusare, traditionem faciendam emptori: Bobadilla, in Politica, *libro secundo, cap.* 16. *numero duodecimo & decimo tertio*. vbi etiam citat Montaluum ita tenentem *in l.* 2. *titulo* 24. *partita quarta, & littera G.* affirmat, sic praxim obseruasse. Et *dicto numero* 12. *&* 13. sic scribit: *Y de aqui es, que por ser grande esse interes, los vassallos no pueden contra su voluntad ser enagenados, mayormente en dueño inferior. Y quando lo son, los admiten con facilidad, y aun deuero de quatro meses, termino extraordinario al retrato, y tanteo.*

Et hactenus de prædicto dubio, an vassalli inuiti alienari, & distrahi possint, in quo, iuxta superiora, & Bobadillæ resolutionem, necessaria non erit indagatio illa, vtrùm Princeps de plenitudine potestatis possit eos inuitos vendere, de qua latè per Philip. Paschal. *de viribus pat. potestat. prima parte, dicto cap. primo, ex numero* 85. *& sequent.*

Procedunt autem æqualiter doctrinæ omnes, 24
numeris præcedentibus relatæ, & casus illi duo communis distinctionis, sæpe repetiti, in donatione, sicut in venditione, aut alia quacumque alienatione, vt scilicet robur, & firmitatem obtineant donationes à Regibus, & Principibus supremis factæ, & maximè si ex iusta, & probabili causa processerint; sic sanè, propter benemerita, & seruitia, sicut alienari, & donari poterunt bona Coronæ, & Patrimonij Regij, item oppida, & ciuitates, quæ aliàs, iure donari, & alienari prohibentur; præsertim, quando benemerita, & seruitia, notabilia, & magnæ considerationis fuerint. Idcirco, ex quatuor & quinquaginta illis Authoribus, quos ex Menochij relatione recensui *suprà, numer.* 15. Quibus ego, & nonnullos alios addidi, nonnulli loquuntur in venditione, & alienatione;

alienatione; Alij verò in donatione; Alij denique æqualiter, & simul in alienatione, & donatione, nec differentiam constituunt. Io eisdem etiam terminis donationis simplicis, aut ex causa remunerationis, aut venditionis; & alienationis titulo oneroso loquuntur permulti relati per Mastrillum, *de magistrat. libro primo, cap. 18. per totum*, quem etiam retuli *ibidem*. Et ij omnes eandem distinctionem communem probarunt; an scilicet donatio afferat enorme damnum, & detrimentum, necne? Et ego metipse notaui quoque *in commentariis tomi quinti, cap. 89. ex num. 85. vsque ad n. 94.* vbi nonnulla in proposito scripsi, & tradidi, Principem donare, & alienare posse ciuitatem aliquam, vel oppidum, vel castrum, dummodo non sit magni detrimenti Principatus, & ditionis suæ. Et *dictan. 85.* retuli quamplurimos ita tenentes: *num.* etiam 86. *& sequentibus*, addidi, ex causa remunerationis seruitiorum, multo magis certum esse, Principem id efficere posse, & oppida, siue bona sui Principatus donare. Et alienatione prohibita, non censeri prohibitam donationem, ob seruitia, & benemerita, prout in minore, in Ciuitate, & Decurionibus, in Prælato, in administratore, totore, & curatore, & in aliis scribi solet. Adieci etiam *n. 89.* non debere necessariò, donatarij benemerita, & seruitia æquiualere rei donatæ, à Rege, & Principe; nam satis est, ea respondere liberalitati Principis, quæ maior esse debet, quàm alterius priuati. Imò Principi asserenti, se ob benemerita donare, credendum omnino, atque ita benemerita probari assertione eiusdem Principis; proot latius comprobant Authores *ibi* relati, *num. 90.* & notabiliter Natta, *in consilio 122. num. 7. lib. 1.* nec reuocari posse donationem, ob seruitia, & benemerita factam, vel à Principe concedente, vel ab eius successoribus, nec etiam modificari, prout latius *ibi numer. 91. & 92. & 93.* vbi explicaui. Et de his omnibus, & alienatione, aut donatione ex causa seruitiorum, & ob benemerita, facta à Principe, & de eius priuilegiis, & fauore, & non contineri donationem ob seruitia, & benemerita, sub prohibitione rerum, aut personarum generali, & de multis aliis vtilibus in terminis huiusmodi donationis à Principe factæ; vltra relatos à me, *dicto in loco*, commendo Fernand. Loazes, *in allegatione super controuersia oppidi de Mula, tertio pro parte Marchionis fundamento, ex folio 106. vsque ad folium 138.* vbi plena manu congerit permulta, singularia, & vtilia. Et conuenit Ioan. Gutierrez, *quæst. 4. de Gabellis, numer. 11.*

Ex quibus sanè, atque ex his, quæ *precitato cap. 89.* scripta reliqui, euidenter deducitur, ob seruitia, & benemerita prohiberi non posse, nec prohibitum fuisse Regibus, & Principibus supremis donare, & seruitia ipsa remunerare, sicuti Loazes, & Menochius, latius ostendunt; quoniam obligatio hæc, cum dignitate Regia nascitur, atque ex ipsa originem trahit, sempérque censetur excepta; quod alio in loco Loazes metipse latè comprobauit, *fundamento* scilicet *primo, pro parte Marchionis, ex folio 73. vsque ad folium 93.* vbi plenissimè comprobat, quod Reges, & Principes donare possunt castra & oppida, & alia Regni sui iura, & quod proprium est Regum donare. Et *numero 29. folio 92.* sic scribit: *Et in tantum etiam, hoc liberalitatis donum, est Imperatoribus, ac Regibus, cæterisque Principibus, ab ipsa sui natura proprium, & annexum; quod si in suis concessionibus apposuerint clausulam illam, non obstantibus scilicet priuilegiis; per talem clausulam non censebitur derogatum priuilegiis, liberalitatem Principum continentibus, vt pulchrè voluit Oldrad. in consilio 300. incip. Factum tale est, magister militia, quem refert, & sequitur Felinus, in cap. nonnulli, in, 27, colum. in 12. conclusione de rescript.*

Nulla itaque lex prohibitiua est, quæ donationem remuneratoriam, ex causa seruitiorum, & meritorum excludat, aut quo modo impediat, vt eum Bartolo, Gomezio, Couarr. Ludou. Molina, Axeuedo, Matienço, Marcabruno, & Schader. concludit Menochius, *dicto consilio 1003. numero 49. & sequentibus*, dicens, donationes Principum remuneratorias, & ob benemerita factas, non modò esse fauorabiles, & à quacumque lege, aut decreto irritanti, & prohibitiuo, semper exceptas; sed quòd etiam Reges successores in Regno tenentur eas præcisè seruare; prout *dicto cap. 89. tomi quinti*. Ego metipse, ex *numero 85.* notaui etiam: Et comprobarunt Belluga, *in Speculo Principum, rubrica nona numero sexto*. Tiraquellus, *in l. si vnquam, verbo, donatione largitus, numero 46.* Fernand. Loazes, *vbi suprà. fundamento tertio, pro Marchione, ex numero 2. vsque ad numerum 25. folio 107.* vbi sic scribit: *Et ideo, cum talis remuneratoria donatio, non donatio, sed potius permutatio, & compensatio appelletur, quantumcunque Rex, Regni sui bona, tam per leges, quam per prædecessores suos alienare prohibeatur, nullo tamen modo in benemeritorum remunerationem alienare prohibetur, &c.* vbi latius comprobat. Et id in his Regnis, maiori ratione procedere debere, ob claram, & expressam legum Regiarum decisionem; & quod leges ipsæ, ex communi distinctione toties repetita temperari, & explicari debeant, dilucidè, & distinctè explicaui *numeris precedentibus*.

CAPVT XVIII.

Author, qua ratione adductus, atque excitatus fuerit, vt huiusce capitis tractatum, & disputationem susciperet, & de fine, atque intentione eiusdem, quæ eò tendit, vt breuem, & distinctam tradat resolutionem, & ad summam, certásque obseruationes, & conclusiones reducat indagationem, atque disceptationem adeò latam, & diffusam dubiorum plurium quæ excitantur, & proponuntur, eisdemq; placita communia circunscribat, quæ per manus circunferuntur quotidie, & in ore Aduocatorum, & Iudicum versantur assiduè.

Principes legibus esse solutos, quod aliquando scribitur; aliquando verò, legibus alligatos, & eisdem viuere debere, & decens, & conueniens esse; quemadmodum intelligi, atque explicati debeat; vbi nonnulla singulariter

adnotantur, *numero secundo, & tertio.*

Reges, & Principes, ex pacto, & conuentione sua, & regulariter ex contractibus, cum subditis, initis, & celebratis, an efficaciter obligentur, prout obligantur, si cum extraneis, & non subditis contraxerint Et an naturaliter tantùm, an etiam ciuiliter obligati remaneant: *ex n. 4. vsque ad num.* 10.

Reges, & Principes, qui cū subditis suis contraxerunt, vtrum pacta, & conuentiones seruare, & contractus initos implere debeant; nec ad instar priuati cuiuslibet, illis possint contrauenire, nec etiam de plenitudine potestatis, vllomodo alterare, aut minuere: *numer.* 10. 11.

Rationes plures assignātur, & egregia, memorabiliaque Baldi, & aliorum Authorum dicta, & placita permulta commemorantur: *ex num.* 12. *vsque ad numerum* 45. Ex quibus euidenter euincitur, Principes, cum suis subditis contrahentes, debere pacta, & conuentiones suas seruare, & contractus semel celebratos reuocare non posse, etiam de potestate absoluta: idque adeò latè, vt nullus Recentiorum omnium ita diligenter ea omnia cumulauerit, quæ ad obseruantiam contractuum Principes astringunt, & hactenus scripta sunt.

Principes, & Reges ligati suis conuentionibus, promissionibus, & pactis; indubitantur magis procedere, quando pacta, & conuentiones transierunt in contractum; id est, quando ex aliqua causa onerosa factæ sunt, veluti ob pecuniam, vel ob aliquod datum, vel dandum, factum, vel faciendum per eum cui conceditur: Aut si remunerationis gratia, quid fuerit concessum.

Quia concessioni remuneratoriæ contrauenire non possunt, nec reuocare eam, etiam de plenitudine potestatis.

Et quod aliàs esset reuocabile, fit irreuocabile, si factum sit ob benemerita.

Et in Principibus, sufficit, quod benemerita constent per solam ipsorum assertionem.

Quia donatio remuneratoria, aut concessio ob benemerita, magis continet titulum onerosum, quàm lucratiuum: *ex n. 45. vsque ad numerum* 62.

Vassallus Regi inseruiens in bello, an ita videatur de eo benemeritus, vt dignus censeatur remuneratione, & donatio ei facta ob seruitia, reuocari non possit: *n.* 56. *&* 57. *&* 62.

Donatio, siue concessio remuneratoria, ex causa seruitiorum, & ob benemerita, facta à Principe, vt irreuocabilis fiat, & in vim contractus transeat; an merita æquiualere debeant rei concessæ, ita vt ad minus attingant dimidiam valoris rei donatæ, & quomodo cognoscantur æquiualere.

Et an in consideratione habenda sit persona donantis ob benemerita, & eius, cui donatur, quamuis merita non respondeant tantæ donationi: *ex n.* 63. *vsque ad numerum* 74.

Reges, & Principes, liberales esse decere, & liberalitatem, & largitatem in subditos exercere: *ex numer.* 66. *vsque ad num.* 73.

In donatione merè gratuita, in remuneratoria etiam, vtrùm habeat locum decisio *leg.* 2. *C. de rescind. vend.*

Donationes etiam Principum remuneratoriæ, an ob læsionem enormissimam infringi, & rescindi valeant. *ex n.* 37. *vsque ad numerum* 78.

Læsio probanda est ab eo, qui illam allegat, nec præsumitur in dubio: *numer.* 78.

Et de computatione, & exemplo enormis læsionis *n.* 80.

Pro enormi, & enormissima læsione, actio competens, quanto tempore duret: *num.* 81.

Enormissima læsio, quæ dicatur, vbi hactenus ab aliis scripta, & variæ Interpretum sententiæ commemorantur: *ex n.* 83. *vsque ad numerum* 92.

Ex læsione enormissima, dolus aduersarij, re ipsa arguitur, atque inducitur: & an æquiparetur dolo ex proposito: *num.* 92 *& duob. seq.*

Dolus re ipsa; qui ex enormissima læsione resultat, vtrùm nullitatem contractus operetur ipso iure, actúmque gestum efficiat nullum.

Et de tribus effectibus, qui inde resultant, quod scilicet agi possit, vel non, rei vendicatione, contra tertium possessorem.

Quòd fructus omnes restituendi sint à die celebrati contractus, vel à die litis contestationis.

Et quod non detur, aut dari debeat electio supplendi iusti pretij.

Et de his omnibus, *ex num.* 95. *vsque ad num* 112.

Scienti valorem rei, tempore contractus, an detur actio competens ex remedio *l.* 2. *C. de rescin. vend. n.* 105.

Læsioni enormi, & enormissimæ vtrùm renunciari possit, & renuncianti noceat

noceat renunciatio, *ex n.* 112. *vsque ad numerum* 120.

Læsionis enormis, & enormissimæ remedium, vtrum cesset, si in venditione, aut in alio contractu adiiciatur, *Et quod pluris res est, dono*, ex *num.* 120. *vsque ad num.* 123.

Reges, & Principes, vtrum possint reuocare contractus, cum subditis initos, & celebratos, si causa iusta, & necessaria, siue necessitatis publicæ superueniat: & de contrariis opinionibus in proposito: *ex num.* 123. *vsque ad numerum* 126.

Et an legem generalem condendo. *num.* 130.

Et an causa iusta præsumatur in Principe: *num.* 137.

Reges, aut Principes, qui ex causa publicæ vtilitatis, vel ob necessitatem vrgentem, reuocent, aut infringant contractus cum subditis initos, an teneantur eis integram satisfactionem præstare, aut acceptum reddere.

Et qualis necessitas esse debeat: 134. *&* 135.

Contractus, qui ab initio non contineant læsionem, si tractu temporis, quia est successiuus, læsionem contineret, an posset rescindi *n.* 132. *&* 133.

Priuilegium subdito concessum an possit etiam absque causa pro libito voluntatis, à Regibus, & Principibus reuocari.

Et de contrariis sententiis in proposito.

Et distinctione quorundam, inter ordinariam, & absolutam potestatem.

Quid etiam, quando in contractum priuilegia transierunt.

Aut ex causa remunerationis facta sunt

An denique sit differentia inter donationes, & concessiones gratuitas, & priuilegia, quoad effectum reuocandi eas.

Et de his omnibus, *ex n.* 138. *vsque ad num.* 151.

Iurisdictio, per viam priuilegij concessa, an liberè, & sine causa etiam reuocari possit: & *de consilio* 43. Ludouici Casanate, quod est memorabile, & egregium in hac materia, & notabiliter ab Authore explicatur. *ex num.* 151. *vsque ad numerum* 155.

Iurisdictiones omnes à Principe, veluti à fonte manasse, & in eo radicatas esse originaliter.

Sic Reges, & Principes, in toto suo Regno, & Principatu, quoad iurisdictionalia fundatam habere intentionem suam

Et qui aliquo in loco iurisdictionem prætendit, apertissimè id probare debet.

Et titulum possessionis ostendere tenetur.

Reges, & Principes, an & qualiter iurisdictiones dismembrare, diuidere, & supprimere valeant.

Aldeas etiam erigere, & creare villas cum iurisdictione, & villas facere ciuitates.

Et de his omnibus, quæ ad iurisdictionalia pertinent: *ex num.* 155. *vsque ad num.* 163.

Successores in Regno, & Principatu, an teneantur seruare pacta, conuentiones, & contractus suorum prædecessorum, nec etiam ex plenitudine potestatis, possint impugnare, aut reuocare illos.

Et quid si in magnum, & enorme Regni, & Principatus damnum redundent.

Aut Regalia reseruata concessa sint

Et quando enormis læsio resultat, an Princeps ipse, qui contraxit, vel qui concessit, reuocare, & infringere valeat: Et de his, *ex num.* 163. *vsque ad n.* 172.

Ius impugnandi, & reuocandi contractus, alienationes, & concessiones, in magnum Regni, & Principatus detrimentum factas, successoribus in Regno competens, vtrùm aduersus eos præscribi possit, vel immemoriali, vel minori tempore.

Et an tempore ipso, defectus quilibet concessionis, aut alienationis suppleatur.

Et de materia *l. final.* §. *fin. C. de fund. patrim. lib.* 11.

Quando etiam quis contra iura mercatur, an tempore immemoriali præscribere possit: *ex num.* 172. *vsque ad num.* 183.

Et horum omnium diligens, & notanda, accurata etiam, & memorabilis traditur explanatio, & resolutio, prout hic videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Author, qua ratione adductus, atque excitatus fuerit, vt huiusce capitis tractatum, & disputationem susciperet.*

Et de fine, atque intentione eiusdem:

Quæ eò tendit, vt breuem, & distinctam tradat resolutionem, & ad summam, certásque obseruationes, & conclusiones reducat indagationem, atque disceptationem adeò latam, & diffusam dubio

dubiorum plurium, quæ numeris sequentibus proponuntur.

Eisdémque placita communia circunscribat, quæ per manus circunferuntur quotidie.

Et in ore Aduocatorum, & Iudicum versantur assiduè.

2 *Principes, legibus esse solutos; quod aliquando scribitur.*

Aliquando verò, legibus alligatos, & eisdem viuere debere, decens, & conueniens esse.

Quemadmodum intelligi, atque explicari debeat.

Vbi communior Doctorum distinctio, magis probatur.

Nonnullàque singulariter adnotantur.

3 *Et Antonij Fabri locus in proposito expenditur. Et ita explicatur, vt communi Doctorum sententia, & distinctioni conueniat.*

Principem inquam legibus esse solutum quoad vim coactiuam; decere tamen, se legibus alligatum profiteri, cum lege directiua rationis non sit solutus, imò potius astrictus.

4 *Reges, & Principes, ex pacto & conuentione sua, & regulariter ex contractibus cum subditis initis & celebratis efficaciter obligari.*

Prout certum est, obligatos manere si cum extraneis, & non subditis contraxerint.

5 *Reges, & Principes, cum subditis contrahentes, naturaliter tantum obligantur, ex sententia quorundam.*

Quæ tamen naturalis obligatio, efficax est ad agendum, & omnem effectum, atq; actionem producit.

6 *Ex sententia verò aliorum (quæ magis communiter probatur) & ciuiliter, & naturaliter obligantur.*

7 *Et verè ciuilis obligatio, ex tacita quidem voluntate, & mente Principis procedere, atque oriri videtur, prout hic adnotatur.*

8 *Princeps præsumitur semper iustitia plenus, & velle quod leges volunt.*

9 *Et talis præsumitur mens eius, qualis esse debet, etiam de iure.*

10 *Reges, & Principes, qui cum subditis suis contraxerunt, debere pacta, & conuentiones seruare, & contractus initos implere, nec posse illis contrauenire vllo modo.*

Imo ad eorum obseruantiam, prout priuatum quemcunque teneri.

11 *Idque procedere vsque adeo, vt nec de plenitudine potestatis possint reuocare in totum, vel pro parte, nec alterare aut modificare, vel minuere contractus semel initos, & celebratos.*

Et de rationibus præcipuis ab interpretibus omnibus consideratis, ob quas Principes, ex contractibus obligantur, illosque seruare, & adimplere tenentur, numeris sequentibus.

12 *Princeps, ideo ligatur contractu, conuentione sua, & pacto, quia contractus sunt de iure gentium, & non insunt sub potestate Regis, vel Principis.*

13 *Princeps ex suo contractu obligatur ratione consensus, qui est de iure naturali, cui Princeps subiicitur.*

14 *Et pacta, & conuentiones sunt de iure gentium.*

15 *Iura autem gentium immutabilia sunt.*

16 *Naturales consuetudines astringunt Principes, quia potentius ius naturale, quàm Principatus existit.*

Et in ore eorum firmior cæteris priuatis, veritas esse debet.

17 *Princeps contrahens cum suis subditis fidelibus, tenetur eis, de iure naturali, gentium, & ciuili.*

Quia ciuilis ratio naturali comparatur.

18 *Quædam elementa esse, seu elementorum naturam habere contractus Summorum Pontificum, Imperatorum, & Principum.*

Et propterea, sicut Papa, & Imperator, & Princeps non sunt Domini elementorum.

Pari modo non sunt Domini contractuum ab eis celebratorum.

19 *Princeps, altius peccat, frangendo fidem, quàm inferior.*

20 *Contractus fidem non seruare, est mentiri.*

21 *Mendacium in Principe abominabile est, & stellionatus horribilis.*

22 *Fidem fallere grauibus graue est, grauioribus grauius, & iuris exemplaribus grauissimum.*

23 *Exemplum bonum, quod à famosis viris nascitur, magis expedit vulgo, quam bona rei substantia ab ignotis.*

24 *Deus licèt Principi subiecerit leges, non tamen contractus, aut conuentiones.*

25 *Idcirco, Princeps in contractibus vtitur iure communi aliorum, & iudicatur vt priuatus.*

26 *Et licet positiua lege non ligetur, ligatur tamen dictamine rectæ rationis, aut legis æternæ.*

Nec authoritas Regia eum absoluit à lege naturæ.

Vtpotè, cùm sit animal rationale, politicum, & morale.

27 *Astrictusque sit rationi obedire.*

28 *Nam & ipse Deus ex sua promissione obligatur.*

29 *Adeo quod si contraxisset, neutiquam suum contractum irritum fecisset.*

30 *Ex rationis naturalis dictamine, Principes potissimum obligantur.*

31 *Principi nihil ita conuenire, eiúsque fidei, quam pacta, & conuentiones seruare, & promissa implere.*

Nihil enim est, quod naturæ humanæ magis conueniat, quàm ea, quæ inter homines placuerint, seruare.

Hoc enim suadet naturalis æquitas.

32 *Princeps, si reluctaret adimplere contractum, aduersus iustitiam faceret, non obseruando fidem, quæ est eius fundamentum.*

33 *Sic sane, nihil est, quod luce clariore præfulgeat in Principe, quam recta fides, & obseruantia.*

34 *Cùm etiam hosti sit seruanda fides.*

35 *Contractus cum Principe celebrati, naturam obtinent bonæ fidei.*

36 *Et vim legis habere dicuntur.*

37 *Princeps si sua conuentione, & contractu non obligaretur, nullus quidem esset, qui cum eo vellet contrahere, & ita omnium priuaretur consortio, quod pergraue esset.*

Et tanquam exul esset, qui omnium Præsul est.

Et si aliis non obligaretur, ita nec illi alij, ex correlatiuorum natura, & regula, obligati manerent.

38 *Principes constantes esse debent, & ab omni inconstantia alieni.*

Nam licet habeant summam potestatem, & Domini mundi dicantur, sunt tamen subditi rationi naturali.

Et idem intelligitur quoad bonum, & modo naturali rationi pareant.

Ne iniuriarum nascatur occasio, vnde iura oriuntur.

39 *Principes cùm sint velut Dei in terris, illud eis præcipuè conuenit,* Semel loquutus est Deus, *&*

& Quod scripsi, scripsi.

Et debent habere vnum calamum, & vnam linguam, & non plures.

Quia scriptum est, Quæ processerunt de labiis meis, non faciam irrita.

Et debent esse immobiles, sicut lapis angularis, & sicut polus in cælo.

40 Et Regiæ Maiestatis proprium, & peculiare est, concessa non alterare, aut auferre.

41 In contractibus æqualitas omnimoda adesse debet, nec concedendum est, contractum claudicare.

42 Aut à voluntate Principis contrahentis pendere.

43 Petri Calisti Ramirez, in tractatu de lege Regia, memorabilis, & notandus locus in proposito eorum omnium, quæ superiùs adnotata sunt, expenditur.

44 Cui & alius Hieronymi de Zeuallos, en el arte Real, adiungitur.

45 Principes, & Reges, ligari suis conuentionibus, promissionibus & pactis; quæ hactenus dicta sunt, multo magis indubitanter procedere, quando pacta, & conuentiones transierunt in contractum.

Id est, quando ex aliqua causa onerosa facta sunt.

Veluti ob pecuniam.

Vel ob aliquod datum, vel dandum, factum, vel faciendum per eum, cui conceditur.

46 Aut si remunerationis gratia; quid fuerit concessum.

Quia concessioni remuneratoriæ contrauenire non possunt, etiam de plenitudine potestatis. Et vide infra, num. 50. & sequent.

47 Remunerationis causa est admodum fauorabilis, & ex ea specialia multa inducta sunt.

Et quod alias esset reuocabile, fit irreuocabile, si factum sit ob benemerita: & vide infra, ex n. 50. cum sequentibus.

48 Benefacienti benefacere, procedit ex naturæ instinctu.

49 Benemerita, quamuis regulariter debeant aliter constare & apparere, quam per solam assertionem concedentis.

Id tamen procedit in prohibitis, non autem in non, prohibitis donare.

Atque ita non habet locum in Principibus.

Sufficit enim, quod benemerita constent per solam ipsorum assertionem. Et numero 50. & sequent.

50 Rolandi à Valle placita, & resolutiones, in consilio 13. volum. 3. ponderantur ex proposito.

Quæ omnino conueniunt traditis suprà, n. 45. & quatuor sequentibus.

51 Aliorum etiam Authorum resolutiones, eisdem conuenientes, expenduntur.

52 Adducitur quoque Fernandi Loazes locus admodùm copiosus in eorundem omnium comprobationem.

53 Petri Anton. de Petra obseruationes conformes, in medium proferuntur.

54 Peregrini etiam, Mastrilli, & Caroli de Tapia vniformes annotationes referuntur.

55 Improbatur opinio eorum, qui existimarunt donationem, seu concessionem, ex causa remunerationis seruitiorum, & ob benemerita factam, gratuitatem videri, atque ex mera liberalitate procedere, non ex causa onerosa.

Et ideo reuocari posse.

Vbi & Arij Pinelli, in materia remuneratoriæ donationis, placitum contra communem enuntiatur: & vide infrà, n. 61.

56 Vassallus, ex debito subiectionis, & vassallagij, debet concomitari Dominum in bello, & illi opem ferre.

57 Et vassallus sic Domino inseruiens, non videtur de eo benemeritus, nec beneficium aliquod contulisse, cùm ex officij sui debito id facere teneretur.

Quod declaratur statim, n. 62.

58 Explicantur Authores nonnulli, qui ponderari solent communiter in fauorem assumpti, propositi suprà, n. 55.

59 Et Rolandi à Valle, & Petri Surdi traditiones indiuiduæ, in comprobationem ponderantur.

Quæ eò tendunt, vt donatio remuneratoria aut concessio ob benemerita, magis contineat titulum onerosum, quam lucratiuum, aut gratuitum, & ideo reuocari non possit.

60 Baldi, & aliorum dictum improbari communiter, prout hic ostenditur.

61 Arij Pinelli placitum contra communem, de quo suprà, num. 55. in actu practico, nunquam obtinuisse.

Quod scilicet donationis remuneratoriæ nulli sint effectus, nisi merita sint deducibilia in iudicium, & actione peti possint.

Et eiusdem fundamentis Didac. Couar. doctè respondisse.

Et nonnullis, nouè, & singulariter consideratis, respondetur etiam per Authorem.

62 Vassalli Domino in bello seruientes, quamuis id facere teneantur, adhuc tamen dicuntur beneficium in eum conferre, & de eo benemeriti, & ob id digni efficiuntur remuneratione.

Et explicatur dictum suprà, n. 56. & 57.

Et nonnulla egregiè adnotantur.

65 Donatio, siue concessio remuneratoria, ex causa seruitiorum, & ob benemerita, facta à Principe, vt irreuocabilis fiat, & in vim contractus transeat, an merita æquiualere debeant rei concessæ.

Ita vt ad minus merita attingant dimidium valoris rei donatæ.

Aliàs si donatio excederet in plus merita, dicatur simplex donatio, & reuocari possit.

Et merita vel seruitia quomodo cognoscantur æquiualentia rei donatæ.

Aut excedere valorem donationis vltrà dimidium valoris meritorum.

Et an in consideratione habenda sit persona donantis ob benemerita, & eius, cui conceditur.

Et quod gratiæ, & donationes Principum non debent commensurari ad vnguem ad merita, sicut donationes priuatorum.

Et quod liberalitas, quam Principes habere, atque exercere decet, supplet meritorum æqualitatem.

Quod numeris sequentibus comprobatur, atque exornatur.

Et Caroli de Tapia, & Tiberij Deciani obseruationes in proposito referuntur.

64 Barbatiæ etiam dictum notabile expenditur pro defensione donationis cuiusdam, à Principe factæ ob merita, quæ ob id impugnabatur, quod merita non responderent tantæ donationi.

65 Et Iacobi Menochij annotationes nonnulla singulares in medium proferuntur.

Quæ

Quæ eò tendunt, quod quamuis liberalitas, & donatio Principis excedat merita, attamen Principis eiusdem persona, eiúsque Celsitudo, & munificentia, merita supplet.

Et sufficit, Principem iudicasse, æqualia fuisse merita, & tanta recompensatione digna.

66 *Reges, & Principes liberales esse, decere, quorum præ cæteris omnibus proprium est, liberalitatem, & largitatem in subditos exercere.*

67 *Principes, parua se concedere putant, licet multa, magnáque largiantur.*

68 *Nec vnquam immensa videri debet eius liberalitas.*

69 *Principes donant multa, meliora, & facilè.*

70 *Inter laudes Regias, hoc præ cæteris extollit Cicero, quod Rex sit largus, beneficus, & liberalis.*

71 *Iacobi Menochij traditiones*, in consilio 1003. ex num. 60. vsque ad numerum 68. *commemorantur, & commendantur.*

Quæ eò tendunt, quod donatarij benemerita non debeant necessariò æquiualere rei donatæ à Rege, & Principe, qui donare non est prohibitus, nec alienare.

Secus autem in priuato, qui alienare prohibetur.

Quod si alienare non prohibeatur; idipsum, quod in Rege, in eo statuendum est.

Et generaliter in Principe, quod merita non debeant esse æqualia, aut æquiualere rei donatæ, quando ob egregia, & magna seruitia, aut merita, ipse donauerit.

72 *Fernandi quoque Loazes locus egregius in proposito adducitur, vbi copiosè exornat & comprobat easdem Menochij resolutiones.*

Et notanter explicat articulum illum, scilicet, an, & quando inter personas prohibitas, benemerita dicantur æquiualentia; & quando donatio, ob benemerita facta, immoderata, vel moderata iudicetur.

Et concludit, quod cùm Reges, & Principes, remunerationis causa donare non prohibeantur, attendi non debet in eorum donationibus remuneratoriis, illud, quod de æquiualentia meritorum dici solet.

73 *Petri etiam Barbosæ locus enuntiatur, & explicatur.*

74 *Et Arij Pinelli locus alius refertur, quo dubium excitauit, an in donatione merè gratuita, aut in remuneratorio, locum haberet decisio* l. 2. de rescind. vendit. *& quid si læsio enormissima fuisset.*

75 *Pinelli ipsius*, eodem in loco, *resolutio, opportunè, & subtiliter expenditur, vt proponatur, donationes, Principum remuneratorias videri, nec ob læsionem enormissimam infringi, aut rescindi posse.*

Prout hic notatur, & in Principibus ipsis magnam differentiæ rationem versari ostenditur.

Nec argui posse à donationibus priuatorum remuneratoriis.

76 *Rex remunerans, ex sententia quorundam, nunquam dicitur læsus.*

77 *Rex, aut Princeps, si in contractibus à se initis, & celebratis, enormiter, aut enormissimè læderetur, remedia ordinaria intentare posset, & ea omnia, quæ priuatis competunt.*

78 *Læsio probanda est ab eo, qui illam allegat.*

Nec præsumitur nisi probetur.

79 *Læsio quadruplex est, alia modica, seu minima alia magna, alia maior, quæ communiter appellatur enormis, alia autem maxima, quæ enormissima nuncupatur.*

80 *Læsionis enormis computatio, & exemplum, quemadmodum constitui soleat magis communiter.*

81 *Pro enormi læsione, actio datur de iure huius Regni intra quadriennium.*

Pro enormissima læsione, actio durat vsque ad triginta annos: hodie apud nos, viginti annis finitur.

82 *In restitutionis in integrum beneficio, quantum ad tempus actionis, idem obseruari, quod in enormi, & enormissima læsione.*

83 *Enormissima læsio quæ dicatur, adeo controuersum est, vt adhuc sub iudice lis esse videatur, & lege Regia lata, res hæc deberet definiri.*

84 *Enormissima læsio, ex sententia Arij Pinelli, ea est quæ dimidium rei valorem excedit.*

Quæ tamen opinio improbari solet communiter, prout hic adnotatur.

85 *Enormissima læsio dicitur, ex sententia aliorum Authorum, quæ multum excedit dimidiam partem.*

Aut cum multo plus dimidio iusti pretij exuberat.

Siue, quando in maximo excessu, dimidiam partem excedit.

Enormis vero læsio dicitur, quæ est simpliciter vltra dimidiam.

86 *Enormissima læsio (prout alij arbitrantur) dicitur, quando est de toto pretio, vel quasi, aut de tota summa.*

87 *Aut quando quantitas ad dimidium non ascendit.*

Et de exemplis Didac. Couar. in hoc articulo.

88 *Gregorij Lopez opinio, circa computationem enormissimæ læsionis, refertur.*

89 *Læsio, ex sententia Grati, & aliorum, dicitur, quæ excedit triplum, vel quadruplum pretij, vel valoris rei, vel (quod idem sonat) quando quis non accepit, quantum est tertia, vel quarta pars iusti pretij, aut in triplo, vel quadruplo iusti valoris deceptus fuit.*

Aut in duplo tantum, ex sententia Cornei.

Aut quando est vltra tres, ex quatuor partibus, sicuti Castrensis scripsit.

Et siue in triplo sit, siue in quadruplo, dolus, semper consideratur re ipsa.

90 *Senatus Regius Pincianus, circa enormissimam læsionem, & eius computationem, quam sententiam magis communiter probauerit.*

91 *Enormissima læsio, quæ dicatur, ex tutiori, & communiori Interpretum placito, iudicis arbitrio, & Religioni relinquitur.*

Et ex quibus iudex possit, ac debeat sumere arbitrium.

92 *Ex læsione enormissima, dolus aduersarij reipsa inducitur, & arguitur.*

93 *Et an is dolus sit verus, an præsumptus.*

Et an differat à dolo ex proposito, & in quibus.

An denique diuisio hæc doli reipsa, & doli ex proposito, iure probari possit, remissiuè.

94 *Dolus reipsa, & dolus ex proposito æquiparantur, quoad rescindendum contractum.*

95 *Dolus reipsa, qui ex enormissima læsione resultat, nullitatem contractus operatur ipso iure, ex sententia multorum.*

Actúmque gestum etiam iuratum, obtenta absolutione, efficit nullum.

96 *Ex quo tres effectus maximi momenti resultant; si communi Scribentium sententiæ standum est.*

Quorum

Quorum primus constitui solet communiter, Ex læsione enormissima, agi posse rei vendicatione contra tertium possessorem.

Et de veritate infrà, num. 101.

Secundus effectus est, Læsione enormissima probata, fructus omnes restituendos esse à die celebrati contractus, non solùm à die litis contestatæ.

Tertius effectus est, Læsione ipsa enormissima probata, non dari electionem emptori supplendi iusti pretij, sed præcisè teneri rem restituere: & vide infrà, num. 106. & sequentibus, & anteà ex numer. 102.

97 Circa primum effectum ponderatur in terminis, Gabrielis Pereiræ locus decisione Lusitan. 15. de qua infrà, num. 101.

98 Circa secundum, & tertium effectum, expenduntur primo D. Garciæ Mastrilli obseruationes, decisione Siciliæ 247. numer. 1. & quatuor sequentibus.

99 Secundo loco refertur Marij Giurbæ decisio 105. num. 8. & 9. & sequentibus, & aliorum conformes sententiæ recensentur.

100 Tertio adducuntur Caroli Bardellonij resolutiones, in consilio 59. volumine primo.

Et vide infrà, n. 107.

101 Et quod attinet ad primum effectum, Antonij Fabri obseruationes probantur, & opinio contraria confutatur.

Defenditúrque, ex læsione enormissima agi non posse rei vendicatione contra tertium possessorem.

Et explicatur quid dicendum sit in enormi læsione.

102 Inquiritur, an sit verus, secundus, & tertius effectus, ex enormissima læsione resultans, de quibus suprà, n. 96. circa electionem scilicet, & fructuum restitutionem.

Et vide infrà, post numerum 106.

Et numero 107. & sequentibus.

103 Actio ex remedio l. 2. C. de rescind. vend. competens, an detur contra tertium possessorem.

104 Et an fructus restitui debeant, quando rescinditur contractus, eiusdem legis beneficio, in læsione enormi, vltra dimidiam scilicet.

105 Læso etiam scienti, tempore contractus læsionem, & valorem rei, de qua agitur, an detur actio; ex constitutione eiusdem l. 2. competens.

An potius excludatur ex scientia, tam in enormi, quàm in enormissima læsione.

106 Et Didaci Couar. resolutio in proposito recensetur.

107 Referuntur Beroius, & Cagnolus in fauorem opinionis relatæ suprà, n. 96. & n. 102.

108 Et pro contraria parte, quod scilicet contractus non irritetur, siue non efficiatur nullus, læsione enormissima interueniente, & consequenter, quod ius electionis non denegetur, ex dict. l. 2. competens; nec fructuum restitutio fiat, nisi à die litis contestationis; Didac. Couar. & Arij Pinelli placita expenduntur.

109 Adducitur etiam Antonij Fabri locus insignis, quo eandem opinionem constanter, & ingeniosè tuetur.

110 Pro eadem etiam resolutione, Celsi Bargallij obseruationes in medium proferuntur.

Quæ fortissimè astringunt.

111 D. Antonij de Padilla locus explicatur.

112 Læsioni enormi, & enormissimæ vtrùm renuntiari possit, itaut omnino valida sit, collátque remedium, & beneficium dictæ l. 2. C. de rescinden. vendit.

Vbi Didaci Couar. placita originalia, primo loco referuntur, atque explicantur.

113 Ioannis etiam Matienzi resolutiones in medium proferuntur.

Et confutantur per Authorem.

114 Blasij quoque Florez de Mena, ex Pragmaticorum obseruantia sententia commemoratur.

115 Petri Merquechi, in ipsomet proposito, vtrum enormi, & enormissimæ læsioni renuntiari possit, locus copiosus expenditur.

Et pro affirmatiua parte, quod læsioni cuicumque renuntiari valeat, Authores nonnulli ponderantur.

116 Enormissimæ læsioni renuntiari non potest, ex sententia multorum.

117 Et pro concordia contrarietatis prædictæ, obseruatio quorundam proponitur.

Et ab Authore ita explicatur, vt aliquando probari possit.

118 Merquechi etiam eiusdem consideratio quædam adducitur.

119 Et alia communis obseruatio proponitur.

Vbi & iudicium, placitúmque Authoris enuntiatur.

120 Læsionis enormis & enormissimæ remedium, vtrum cesset, si in venditione, aut in alio contractu adiiciatur, Et quod pluris res est, & valet, dono.

Vbi opiniones contrariæ referuntur.

121 Et Andreæ Tiraquelli obseruatio quædam, in proposito memorabilis expenditur, quam alij silentio prætermittunt.

122 Eiusdem quoque Tiraquel (ex Baldi traditione) ad donationes Principum remuneratorias, obseruatio alia notabilis quoque refertur.

Vt scilicet, si contractus, aut donatio Principis misceatur simul in pecunia, & seruitiis, quamuis pecunia non æquetur pretio, suppletur pretium ipsum per æstimationem seruitiorum.

123 Reges, & Principes, vtrum possint reuocare contractus cum subditis initos, & celebratos, cum causa.

Quod possint, dummodò causa iusta interueniat.

Et quòd causa iusta dicitur ea, quæ noua sit, aut de nouo superueniat, & ab initio non fuit cognita, nec cogitata, atque ita non præuisa.

Secus, si causa prouisa, & cognita fuisset.

Atque ita causa debet esse noua; vel si antiqua, non præuisa tempore contractus, sed quasi fuisset præuisa, Princeps non contraxisset.

Idque ex sententia quamplurimorum, qui aggregantur hoc loco.

124 Et eorum fundamenta ad duodecim Pet. Anton. de Petra reduxit, prout hic adnotatur.

125 Contra verò ex sententia aliorum, qui indistinctè contrarium asseuerarunt.

Atque ita, non posse Reges, & Principes reuocare contractus, cum subditis initos, & celebratos, nec iura eorum lædere, etiam ex causa iusta, & necessaria, siue necessitatis publicæ, quæ post contractum superuenerit.

126 Et huius opinionis fundamenta ad nouem Principalia reduxit, & contrariæ partis fundamentis, ex proposito satisfecit, responsumq; præbuit Pet. Ant. de Petra, prout hic adnotatur.

Et ibidem etiam authoritates Doctorum, in contrarium declarauit.

127 Explicatur tex. in l. quod semel. ff. de decret. ab ord. faci. & in c. in nostra, de iniuriis.

128 Ponderantur iura nonnulla in fauorem opinionis relatæ suprà, n. 125.

129 Et concordia quædam cogitatur pro conciliandis

opinionibus prædictis, relatis suprà, num. 123. & 125.

130 Quæ in terminis hic propositis, admitti potest, & num. sequen.

131 Contractus, & pacta non sunt seruanda, quando insurgit necessitas, quod periculum verteretur publicum, si pacta seruarentur.

132 Contractus ab initio, quamuis non contineat læsionem, si tractu temporis, propter mutationem temporum, contineret læsionem enormem, potest rescindi, & regulari debet secundum qualitatem temporum, si contractus est successiuus respiciens plura tempora.

133 Quod nonnullis cumulatis Authoribus, exornatur.

Et Caroli Bardellonij consilium singulare in terminis expenditur.

134 Reges aut Principes, qui ex causa publica vtilitatis, vel ob necessitatem vrgentem, reuocent, aut infringant contractus, cum subditis initos, tenentur eis integram satisfactionem præstare, aut acceptum reddere.

135 Et requiritur, quod causa publica, aut necessitas ita astringat, & vrgeat, vt aliter ei non possit succurri, aut prouideri.

136 Reges, & Principes, an possint reuocare contractus, aut ius tertij auferre, legem generalem condendo cum causa.

137 Causa iusta non præsumitur in Principe, vt à contractibus cum subditis initis recedere possit, vel cum aufert dominium, de iure gentium quæsitum, sed de causa legitimè constare debet.

Nec sola Principis ipsius assertio sufficit.

Et contraria opinio confutatur.

138 Priuilegium subdito concessum posse Principes, & Reges, pro libito suæ voluntatis reuocare, & quod nulla causa requiritur, sed simplex, & sola sufficit pro ratione voluntas.

Idque ex sententia multorum iuris Interpretum.

Qui vnanimiter statuunt, quod si priuilegium habet tractum successiuum, reuocari poterit quoad futuros actus, licet non quoad præteritos.

Item, priuilegium non subdito, aut Ecclesiæ concessum, reuocari non posse.

Nec quando priuilegium esset sortitum effectum suum.

Vt si Princeps aliquem Officialem creasset, quem non posset absque causa reuocare.

Aut si per priuilegium transfertur dominium, quod sequuta traditione vera, vel ficta, non potest Princeps ampliùs reuocare.

139 Priuilegium subdito concessum, posse sola voluntate Principis reuocari, etiam sine causa, quamuis in eodem priuilegio promiserit Princeps illud non reuocare.

140 Priuilegium à Regibus, & Principibus, subdito concessum, absque causa iusta, & legitima reuocari non posse.

Ex sententia aliorum Authorum, quæ per Authorem probatur, numeris sequen.

Et Ludou. Molinæ locus singularis expenditur in proposito.

141 Priuilegium merum, & simplex non potest Princeps reuocare, quando promisit perpetuò seruare, & seruari facere.

142 Princeps non præsumitur priuilegium semel concessum reuocare voluisse.

143 L. qui fundos, C. de omni agro deserto, libro 11. optimè explicatur ab aliis, & non probare opinionem relatam suprà, n. 138.

144 Inter priuilegia pura, & simplicia, & donationes, aut conuentiones, & concessiones gratuitas, quoad effectum reuocandi eas, cum causa, vel sine causa; quæ differentia constitui soleat inter Scribentes, & numero sequent.

Ad quod Recentiores non sic attendunt, nec in declaratione insistunt.

Et ibidem, quod Princeps reuocare non potest donationem à se perfectè alicui factam, nisi ex causa legitima.

Nec etiam reuocat sine iusta causa, priuilegium, per quod transfertur dominium.

Idque ex communi omnium traditione.

Quando autem, dominium directum, nec vtile non transfertur; tunc Interpretes dissentiunt, prout numero sequenti adnotatur.

145 Et Iosephi de Sese locus expressus ponderatur, quo differentiam communem inter priuilegia pura, & donationes, specificè attigit.

146 Priuilegium à Regibus, & Principibus concessum subdito, de potestate ordinaria non posse reuocari sine causa.

Posse tamen de potestate absoluta, siue de plenitudine potestatis.

Sed honestum aut decens non esse, quod Principes reuocent proprium priuilegium.

Idque ex sententia aliorum plurium.

147 Princeps in dubio non censetur vti plenitudine potestatis, aut absoluta potestate, sed ordinaria tantùm, & iure communi.

Nisi manifestè appareat de eius mente.

148 Priuilegia subdito concessa, quæ in contractum transierunt, Princeps reuocare non potest.

Etiam de plenitudine potestatis.

Et dicuntur in contractum transire, & non remanere in suis terminis puris, cum conceduntur non subdito.

Vel dantur subdito, sed accepto ab eo pretio aut mediante pecunia, aut aliqua obligatione, quæ loco pretij succedat, vt si subditus promittat certum quid facere.

Vel ob aliquod datum, vel factum implendum, vel impletum.

Quod tamen sit commensuratum, vel prope ad priuilegium concessum.

Nam si gratia longè præponderaret, non desineret esse gratia, nec priuilegij nomen amitteret.

Vbi autem pretium, vel pecunia interuenit, non attenditur, quod adsit verbum, Indulgemus, Donamus, aut Concedimus, vel aliud simile.

149 Priuilegium ob benemerita, aut seruitia, & in remunerationem concessum, dicitur in contractum transire, & reuocari non potest.

Etiam de plenitudine potestatis.

150 Priuilegia, quæ in contractum transierunt vtrum ex iusta, & legitima causa reuocari possint.

151 Iurisdictionalium facta concessione, per viam priuilegij, vtrum iurisdictio liberè reuocari possit per Principem concedentem.

An verò sine iusta, & legitima causa, reuocatio fieri nequeat.

Idque maximè, quando priuilegium, aut concessio in contractum transierit.

Aut facta fuerit ob benemerita, & seruitia, & in remunerationem.

152 Baldi doctrina circa priuilegia, & concessiones iurisdictionalium, in l. qui se patris, n. 14. C. vnde liberi, singulariter explicatur, & num. seq.

Et Ludou. Casanat. egregium, & notabile consil. in proposito 43. in ordine, ponderatur.

Et

Et eiusdem obstructiones in medium proferuntur.

153 *Iurisdictionis concessio, semper praesumitur precaria.*

Et à voluntate concedentis pendens omnino, vt ab eo possit quandocunque reuocari.

154 *Quod vt accuratè, & radicitus magis explicetur, ex penduntur, atq; exornantur casus nonnulli, ab eodem Luden. Casan. considerati.*

Et casus metipsi egregiè declarantur, ad quos Recentiorum omnium nullus aduertit.

155 *Iurisdictiones omnes, à Principe, veluti à fonte manasse, & ab eo, & ad eum fluere, & refluere, sicut aquas à mari, & ad mare.*

Sic Princeps dicitur Dominus, & fons omnium iurisdictionum.

156 *Iurisdictio omnis plenaria radicata est originaliter in Principe, & ab eo alia, pro iustitia administratione communicantur.*

Et Magistratus omnes, nullam de per se iurisdictionem habent, nisi quatenus à Principe, sibi concessa reperitur.

157 *Quoad iurisdictionem plenariam in toto suo Regno, & Principatu, Reges, & Principes fundatam habent de iure intentionem suam.*

158 *Iurisdictionem in aliquo loco habere praetendens contra Regem, apertissimè id probare debet, quod pro fundamento sui iuris allegauerit.*

159 *Iurisdictio ad aliquem pertinere non potest, absque Principis concessione mediata, vel immediata.*

160 *Iurisdictionem aliquam possidentes in hoc Regno, titulum suae possessionis ostendere tenentur.*

161 *Principes, & Reges supremi liberam habent facultatem vniendi, dismembrandi, diuidendi, & supprimendi iurisdictiones pro libito voluntatis.*

162 *Possunt etiam separare, atque diuidere castrum à castro, oppidum ab oppido, villam à ciuitate, & similia loca.*

Et aldeas erigere, & creare villas, cum iurisdictione, & villas facere ciuitates.

163 *Successores in Regno, & Principatu, tenentur seruare pacta, conuentiones, & contractus suorum praedecessorum, nec de iure possunt illos, aut negotia gesta validè, & legitimè impugnare, nec minus reuocare.*

Et iam de plenitudine potestatis.

Et consequenter contractus Principis, nomine dignitatis, etiam cum subditis initi, non modò ligant eum, sed etiam successores.

Princeps enim, si cupit mandata sua & conuentiones à se facta, à successoribus obseruari, debet & ipse mandatis, & placitis praedecessorum venerationem praestare, & custodire, aliàs dat materiam successori, dissoluendi eius gesta.

164 *Vbi & alia ratio communis assignatur.*

165 *Principis contractus, vbi nullitatem aliquam contineret, siue non valeret de iure, aut illicitus aliqua ratione esset, potest per eum, & per eius successores reuocari.*

Aut vbi incoeperit esse perniciosus Statui & dignitati Principis.

166 *Successores in Regno, & Principatu, reuocare, & infringere de iure possunt praedecessorum conuentiones, contractus, & concessiones, quae in magnum, & enorme damnum & praeiudicium Regni redundarent.*

167 *Princeps, nec per contractum, nec alio modo, potest concedere Regalia in praeiudicium successorum.*

Et si concesserit, tam ipse, quàm eius successores reuocare poterunt.

168 *Alienatio, seu concessio facta per Regem, tam in maximam quàm in minimam diminutionem Regni, potest tam per eum, quam per successorem reuocari.*

Idque ex sententia Authorum quorundam.

Sed contraria sententia verior, & communiter probari solet, quando diminutio non est magna.

Praeterquam si Regalium reseruatorum concessio facta fuisset, quia tunc indistinctè reuocari posset, licet magnum damnum non afferat.

169 *Alienatio meri, & mixti Imperij, per Regem facta in maximam Regni laesionem, reuocari potest à successore.*

Etiam ex casu superueniente.

170 *Alienatio iurium Regalium, etiam facta per legis promulgationem, si est maximi praeiudicij, potest reuocari per successorem.*

Secus, si modicum laederet.

171 *Principis contractus, alienatio seu concessio, quando in magnum Regni & Principatus detrimentum redundat, vtrum Princeps ipse possit eam infringere, impugnare, atque reuocare.*

172 *Ius infringendi, & reuocandi contractus, alienationes & concessiones, in magnum Regni, & Principatus detrimentum factas, successoribus in Regno competens, vtrum aduersus eos praescribi valeat tempore immemoriali, vel minori, & num. seq.*

173 *Regalia etiam Principi reseruata immemoriali praescriptione acquiri possunt.*

Et veniunt in generali Regalium concessione, exceptis his, quae rarissimè per Principem concedi solet.

Quod latiùs explicatum traditur remissiuè.

174 *Petri Barbosa, ad explicationem* l. fin. §. fin. C. de feudis patrimonialibus lib. 11. *obseruationes singulares expenduntur.*

Quae in summa concludunt, quod alienatio aut concessio Principis, confirmata, cursu, & possessione 40. ann. & multo magis, si immemoriali praescriptione confirmetur, tametsi nullitatem quamlibet in se habuerit, ita operatur, & plenam securitatem possidenti praestat, quod defectus omnis concessionis suppletur, & possessor amplius inquietari non potest.

Idque siue nullitas ex defectu solemnitatis, siue alia quacumque ratione procedat.

175 *Iosephi Ramonij specifica obseruatio in terminis propositis supra n. 172. adducitur.*

176 *Praescriptio immemorialis in rebus maioratus admittitur contra omnes successores, atque ita nondum etiam natis, & futuris omnibus successoribus praeiudicat.*

177 *Priuilegium de Regalibus, tacitè per lapsum temporis immemorialis acquisitum, reuocari non potest.*

178 *Ius acquisitum semel praescriptione, per Principem tolli, aut reuocari non potest.*

Quamuis praescriptio ipsa prohiberi posset.

179 *Ius infringendi, & reuocandi alienata, & concessa in graue, & enorme damnum Regni, & Principatus, aduersus successores in Regno, nullo tempore, etiam immemoriali praescribi posse, suadere fortissima quaedam fundamenta.*

Quorum primum hic expenditur.

180 *Secundum etiam pro eadem parte ponderatur fundamentum.*

181 *Tertium ipsius opinionis fundamentũ adducitur.*

Et ibidem notatur, quod text in l. finali, §. finali. C. de fund. patrimoniali, lib. 11. *non*

Procedit, si ex parte præscribentis detur mala fides.

Et quod præscriptio immemorialis procedit, etiam si ius commune resistat, vel sit præsumptio contra præscribentem.

Id tamen limitatur, quando apparet titulus vitiosus, & inualidus.

182 *Quando quis contra iuris mercatur, est præsumptio contra eum, propter quam, etiam tempore immemoriali non præscribet.*

Et de opinione quadam Ludouici Molina.

183 *Quartum, & vltimum fundamentum, pro eadem opiniene consideratur.*

1 EGES, & Principes Supremos, superiorem non recognoscentes, iure posse Tertias, gabellas, & cætera iura Regalia, ciuitates etiam, & oppida, & castra alienare, & quocumque modo distrahere, ex causa quoque remunerationis seruitiorum, in aliquem donationis titulo transferre, siue ob benemerita, rem aliquam, ad dignitatem Regiam pertinentem, benemerito donare; vsque adeo verum, & communiter receptum, Ioannes Gutierrez existimauit, de gabellis, *quæst. 4. per totam*, prout enim tetuli, & expendi suprà *cap. 16. & 17.* vt securè asseuerauerit *ibidem num. 6.* priuilegium colligendi gabellas, à Principe concessum, non posse reuocari, quia transiuit in vim pacti, vel conuentionis; & reddit rationem, *n. 7.* quoniam Princeps, ius quæsitum ex contractu, etiam in spe, absque causa publica tollere non potest. Et *eadem quæstione quarta*, constituit differentiam, inter priuilegia, quæ transierunt in contractum, atque ex causa onerosa, propter pretium acceptum, vel seruitia impensa, vt ea Princeps reuocare non possit: & priuilegia gratiosa, vt ea liberè reuocare valeat.

Et hæc quidem, si vera sunt, in Tertiarum donatione, seu concessione, ob seruitia, & benemerita, vel ob pretium acceptum, aut aliam causam, à Principe facta; æqualiter locum habebunt, & seruari debebunt, cùm Tertiæ Regalia sint, & eadem omnino ratio militet. Sed maiori sanè indagatione, atque explicatione indigent: & verè, si hucusque Scribentes omnes originaliter, & attentè euolueris, nullum quidem inuenies, qui absolutam adeò rerum omnium, quæ ad hæc spectant, resolutionem tradiderit, & vel omnes casus, omniáque necessaria attigerit, atque comprehenderit, siue absolutam omnium, quæ passim occurrunt, explanationem reliquerit, vt alibi, sine alios Authores quærendi, ampliúsque discutiendi, laborem excuser; idcirco, admodum vtile, & necessarium mihi visum est, indagationem, atque disceptationem hanc adeo assiduam, & frequentem, & mille in locis ab Scribentibus tractatam, ad breuem summam, certásque obseruationes, & conclusiones reducere, atque ex regulis generalibus, omnia ferè circunscribere, quæ ad hunc tractatum pertinent, & per manus circumferuntur quotidie.

Id autem, vt distinctè, & radicitus fiat, primo loco constituendum, atque obseruandum erit, assiduè enuntiari, & in ore Aduocatorum, & Iudicum, frequentissimè versari, quod Reges, & Principes Supremi quamuis sint legibus soluti, siue non ligentur lege legis, non tamen sunt contractibus soluti, siue lege conuentionis ligantur, & dictamine rationis naturalis, quæ pro eorum obseruantia vrget: licèt enim Deus subiecerit Principi leges, non tamen contractus, aut conuentiones; sicuti scripserunt Iason *in l. prima, num. 4. ff. de pactis*, Parisius, *in consilio 35. n. 2. volum. 1.* Roland. à Valle, *in consil. 66. n. 30. volum. 2.* Burgos de Paz, *in consilio 25. n. 51. cum sequentibus.* Anton. Galeatius Maluassia, *in consilio 1. n. 6. & 7.* Valenzuela Velazquez, *in consilio 2. n. 64. & 65.* alios plures, sciens, consultóque prætereo, quoniam inferiùs eos commemorabo.

De legibus primò agendum est, postmodum de contractibus. Quod attinet ad leges, vulgatissima & trita admodum est disputatio illa, vtrùm Princeps, legibus sit solutus, an verò ita astrictus, vt leges seruare, eisque viuere debeat. Huic altercationi, iura sanè ipsa, & rationes nonnullæ, ab Scribentibus consideratæ, ansam, & occasionem semper præstiterunt; aliquando namque legibus ipsis scriptum est, Principem legibus esse solutum: aliquando verò, dignam esse vocem maiestate Regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri: aliquando etiam, quod deceat Principes legibus viuere, quibus ipsi soluti sunt. *In l. Princeps legibus, ff. de legibus*, expresè dicitur, *Principē, legibus solutum esse*, in *l. ex imperfecto, ff. de legatis 3.* dicitur etiam, *Decet enim, tanta maiestas, eas seruare leges, quibus ipse solutus videtur.* in *§. vltimo, Institut. quib. mod. testam. infirm.* inquit Imperator, *licèt legibus soluti simus, legibus tamen viuimus.* in *l. ex imperfecto, C. de testam.* Alexander Imperator scribit: *licet enim lex Imperij solemnibus iuris Imperatorem soluerit, nihil tamen tam proprium Imperij est, quàm legibus viuere.* 2

Locus etiam Diui Matthæi, *cap. 3.* & Platonis, *lib. 4. de legibus*, id ipsum denotat, Principes inquam, legibus viuere debere: Quamuis quodcumque eorum placitum, pro lege habeatur, vt *in l. 1. ff. de constitut. Princip.* statuitur. Denique, *in l. Digna vox, C. de legibus*, sic scriptum est: *Digna vox est maiestate Regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri, & submittere legibus Principatum:* ex qua lege deducere, atque adnotare solent Interpretes, Principes legibus non esse solutos, sed eis subesse. Ex textu etiam *in l. prima, ff. quod quisque iuris in alium statu.* &c. Vlpianus dixit: *Quis enim aspernabitur, idem ius sibi dici, quod alij dixit, vel dici effecit.* Et *in capite, cum omnes 6. de constitut.* vbi Sapientis dictum refertur: *Patere legem, quàm ipse tuleris.* Locum etiam Ciceronis, in hoc ipso proposito expendit Paulus Christinæus, *decis. 1. num. 12. & 13.* qui *num. 8.* inquit, magis communiter probasse Doctores ferè omnes; Principem quidem teneri legibus naturalibus, legibus tamen suis esse solutum, exceptis his, quæ spectant ad contractus.

Latiorem verò, & exactam magis explicationem, & disceptationem prædicti articuli, an scilicet Princeps sit legibus solutus, an potiùs astrictus, assumpserunt permulti.

Diu. inquam Thom. 1. 2 *quæst. 96. art. 5.*

Caietanus *ibidem*, & omnes ordinarij, tam antiqui, quam recentiores, *super eadem parte* scribentes.

Sotus, *de iustitia & iure, lib. 1. quæstione 6. articulo 7.*

Pat. Gabriel Vazquez, *in primam secunda, tom. 2. disp. 167. cap. 3.*

Doctores communiter, *in cap. 1. de constit.* post Glossam, *verbo, ab omnibus.*

Anastasius Germonius *lib. 1. animaduersionum, capit. 1.*

Ioann.

Ioann. Corasius, *miscellan. iur. libr. secundo, capite* 25.

Iacobus Cuiacius, *libro* 15. *obseruat. capite* 30.

Fernand. Vazquez de Menchaca, *controuer. illustr. lib. 1. cap. 26. n.* 15.

Burchardus, *libro* 15. *decretalium, cap.* 42.

D. Fernand. Mendoza, *de pactis, lib.* 1. *cap.* 5. *ex n.* 3. *cum sequent.*

Marcus Mantua, *singulari* 21.

Gulielmus Budæus, *in annotationibus ad Pandectas, ad dictam l. Princeps legibus, ff. de legibus.*

Vldaric. Zazius, & Ioan. Orosicius, *ibid.*

Didac. Couarr. *in c. alma mater, de sentent. excom. lib. 6 prima parte, §.* 1. *n.* 6.

Franeisc. Connan. *Commentar. iur. ciuil. lib.* 1. *cap.* 16.

Fortunius Garcia, *in l. Gallus, §. & quid si tantum, n.* 194. *de lib & posth.*

Pat. Gregor. de Valencia, *tom.* 1. *comment. Theolog. disp.* 7. *quæst* 5. *art.* 4.

Per. August. Morla, *emporij* 1. *parte, titulo de legibus, q.* 2. *per totam*, vbi laté, atque ex proposito disputat.

Felinus, *in c.* 1. *de probat. ex n.* 30.

Hyp. Riminald, *in l.* 1. *ff. quod quisque iuris, numer.* 167.

And. Fachinæus, *controuersi. iuris, lib.* 1. *cap.* 1. *per totum.*

Decius, Nauarrus, Rebuffus, & Gonzalez, Mendez de Vasconcellos, quos cum Diuo Thoma, & Soto, refert Georgius de Cabedo, *decisione* 78. *p.* 2. vbi etiam ex professo agit de hac quæstione.

Cabedus metipse, *decisione* 11. *ferè per totam*, vbi vide, & maximè, *n.* 18. *&* 19.

Ioannes Matienzus, *in l. tertia, tit.* 10. *lib.* 5 *gloss.* 2. *n.* 1. *& tribus sequentibus.*

Ioann. Andr. Georgius, *allegation. siue quæstion. feudal. quæst.* 54. *num.* 5. *& seq.* & vide *quæstionem* 55.

Philip. Paschalis, *de viribus patriæ potestatis, prima parte, cap.* 1. *n.* 90.

Ioannes de Salas, *in tractatu de legibus, tractatu* 14. *quæst.* 96. *disp.* 14 *sect.* 2. vbi latè, & relatis multis Theologis.

Gregor. Sayr. *in claui Regia, lib.* 3. *cap.* 4. *ex n.* 3. *cum sequentibus.*

Antonius Mereoda, *controuersiar. iuris libro secundo, capite decimoquarto, folio mihi.* 195.

Bañez, *de legibus, libro primo, quæstione* 6. *articulo* 7. *p.* 2.

Marius Salomon, *in d. l. Princeps legibus, ex num.* 1. *cum seq.*

Mexia, *in pragmatica taxa panis, quæstion.* 5. *numer.* 51.

Ioseph. Gonzalez, *variarum cap.* 41. *numer.* 11. *&* 12.

Medices, *in cap. erit autem lex, dist.* 4. *ex n.* 34. *& de legibus, & statutis, qu.* 3. *p.* 4.

D. Franeiscus de Alfaro, *de officio Fiscalis, glossa* 34. *n.* 10. *&* 11.

Hieronym. Zeuallos; *en el Arte Real, capite* 13.

Nicolaus Serrarius, *tomo secundo opusculorum Theologicorum, disputatione de legibus, à* 52. *p.* 40.

Azorius, *inst. moral. p* 1. *lib.* 3. *capite* 11. *ex numer.* 1.

Lessius, *de iustitia, & iure, lib.* 2. *cap.* 35. *dubio* 5. *ex num.* 33.

Malderus, *in primam secundæ Diui Thom. quæst.* 96. *art.* 5. *columna prima, fol.* 405.

Granadus *ibidem, controuersia* 7. *tract.* 3. *part.* 1. *disp.* 6 *sect.* 1.

Laiman, *Theolog. moral. tr.* 4. *c.* 9.

Beeanus, *in summa Theologia par.* 2. *tract.* 3. *c.* 6. *q.* 12. *per tot.*

Ioannes de la Cruz, *in relectione conscientiæ, in proœmio, dub.* 3. *concl.* 2.

Lorca, *in primam secundæ, tom.* 2. *tr. de legibus, disp.* 16 *membro* 3.

Reginald. *in praxi, tom.* 1 *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 167. *&* 168.

Ignatius del Villar, *in sylua responsorum, responso* 8. *num.* 15. *&* 23.

Pat. Franciscus Soarez, *de legibus, lib.* 3. *c.* 35. *vtrum legislator, suis legibus obligetur, pag.* 233. *&* 234. *& seq.* vbi vide omnino.

D. Ioannes de Balboa, *in cap.* 1. *de probationibus, ex num.* 19. *vsque ad numerum* 31. *folio mihi* 135.

Paul. Christinæus, *decisione* 9. *per totam, libro* 1.

Antoninus Diana, *resolut. moral. prima parte, titulo de legibus, resolutione* 10. *folio* 252. *&* 253.

Ex his omnibus, quatuor principales deducuntur sententiæ, & opiniones, quas ideo non refero specificè, & suo ordine, quod transcribendi vitium semper abhorruerim, & quia eas distinctè satis commemorauit And. Fachinæus, *controuersiarum iuris, libro primo, cap.* 2. quod etiam videš, communiori Interpretum omnium placito receptam Diui Thomæ sententiam, *prima secundæ, quæstione* 96. *articulo* 5. dum dixit, Principem subesse legibus, quatenus dirigunt, non quatenus puniunt, aut præcipiunt, vbi Par. Gabriel Vasques scripsit, Legislatorem debere seruare legem suam, ne dissonet toti corpori, non quia legi tanquam Inferior parere debeat. Sic sane, ex D. Thoma, Soto, Couarr. & aliis permultis relatis *suprà*, distinctio illa semper probati solet, Principem legibus esse solutum, quoad vim coactiuam, quia nemo potest Reges, & Principes, ad legum obseruantiam cogere; prout Fachinæus, ex communi rectè obseruauit, *dicto cap.* 2. & notabiliter Par. Suarez, *dicto cap.* 35. *num.* 15. D. Ioannes de Balboa, *in dicto cap.* 1. *de probat. num.* 29. vbi optimè improbauit obseruationem quandam Ferdinandi de Mendoça. Et ad hunc modum accepta, iuridicè procedit opinio eorum, qui absolutè dixerunt, Principem legibus esse solutum; eùm & leges nonnullæ, ita absolutè enuntiauerint, vt suprà retuli eas, & quamplures notarunt, ex eisdem suprà relatis. Christinæus etiam, *d. decis.* 9. *lib.* 1. *& decis.* 53. *lib.* 2. sed quantum ad vim directiuam, quæ ita ad legum obseruantiam dirigit Reges, & Principes, sicut priuatos, eos non esse legibus solutos, sed potius ita astrictos, vt tenenantur illas seruare. Inde & generaliter intra illa, quæ Principem legibus solutum esse dicunt, ad vim coactiuam, Interpretes nostri referre solent: alia autem, quæ contrarium, præ se ferre videntur, aut quæ statuunt, Principes, legibus suis viuere debere, & dignam vocem esse maiestate Regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri, ad vim directiuam retulerunt. Et de vi coactiua intelligitur semper textus, *in dict. l. Princeps legibus, ff. de legibus*, Qui tamen, ex

sententia Cuiacij, in loco relato *suprà*, & commemorato à Morla, *dicta quæstione prima, num.* 13. *&* 54. Ioanne de Balboa, *in dicto cap. primo, de probat. num.* 21. Christinæo, *dicta decisione* 9. *num.* 13. non est generaliter accipiendus, siue non est ad omnes leges generaliter referendus, sed tantùm ad legem Iuliam, & Papiam: vt sit sensus, legibus Caducariis, Iulia scilicet, & Papia, principem esse solutum; quem sanè intellectum, *& dicta l. Princeps legibus*, restrictionem confutauit Fachineus, *dicto cap.* 2. *in fine*, & verè quidem, cum & aliæ leges (prout ego, vltra eum considero) idipsum enuntiauerint, & Principem legibus esse solutum, dixerint. Cùm etiam ratio illa, quod Princeps à nulla potestate possit cogi, aut coërceri ad obseruantiam legis, respectu omnium, & quarumcumque legum, æqualiter vrgeat, procedat, & militet, atque ita, nulla facta mentione, aut relatione, siue restrictione ad legem Iuliam, & Papiam, generaliter scriptum sit, Principem legibus esse solutum, omnibus scilicet indistinctè, & indefinitè, cùm ad nullius legis obseruantiam, Princeps compelli, aut constringi possit ab aliquo, idque textus, *in dicta l. Princeps legibus*, apertissimè intenderit, atque voluerit.

Cætera autem iura, quæ allegaui *suprà*, textus inquam, *in dicta l. digna vox. C. de legibus, & in dict. l. ex imperfecto, ff de legatis* 3. *& in l.* 3. *C. de testamentis, & in §. vltim. Institut. quib. mod. testam. infirmen.* & Diui Matth. *cap.* 3. aliæ etiam authoritates, & rationes, ab eisdem Authoribus relatis *suprà*, ponderatæ, & latè adductæ à Patre Suarez, ad vim directiuam referri debent, prout specificè notauit Fachineus, *dicto cap.* 2. & alij plures notarunt.

Quare autem, & quibus rationibus, Principes vi directiua ad legum obseruantiam teneantur, & obligentur; vide penes ipsos Authores relatos *suprà*. Et optimè eas considerauit Pater Suarez, videndus omnino, *de Religione. lib.* 3. *dicto cap.* 35. *per totum*, Christinæus etiam, *dicta decisione* 9. *lib.* 1. *& decisione* 53. *lib.* 2. D. Ioannes de Balboa, *in dicto cap.* 1. *de probat. num.* 24. 25. *&* 27. qui, Reges nostros Hispaniæ ligati suis legibus, quoad vim directiuam, sicut Imperatores Romanos, & alios Reges, rectè, & singulariter notauit. Et verè nulla differentiæ ratio reddi potest, nec considerari, imò rationes omnes, aut motiua, quibus Scribentes adducuntur, vt statuerint, Principes vi directiua ligari ad obseruantiam legum, ita æqualiter militant in ipsis Regibus Hispaniæ, sicut in Imperatoribus, & aliis Regibus quibuscumque. Quamuis enim Reges Hispaniæ, iure proprio, Regnum pòssidere dicantur, & noua debellatione, atque acquisitione, seu recuperatione, & tanquam res captas in bello, prout *cap. præcedenti*, notanter scripsi, adhuc tamen, quocumque modo Regnum possideant, & sine translatione populi, siue noua recuperatione, aut iure sanguinis, aut quocumque modo sit, non excusantur vi directiua, ab obseruantia legum communium, quas Regno suo, & vassallis, vt iustas, & bono publico conuenientes imposuerint.

Nec videntur à superiori distinctione communi, vis scilicet coactiuæ, & directiuæ, dissentire ij Authores, qui Principem legibus esse solutum, indistinctè scripserunt, vtpotè, cùm verisimile non sit, nec credendum, vt ipsi alio modo, quàm ad prædictum intelligere potuerint, solutum inquam esse quoad vim coactiuam, cùm nemo eum cogere, aut aliquo iuris remedio compellere valeat: non autem, quoad vim directiuam, de qua si sensissent, aut interrogati fuissent specificè, ita quidem distinguerent, aut explicarent, & nunquam de vi directiua intelligerent, nec intellexisse videri possunt, ob considerationes, & rationes ab his omnibus Authoribus consideratas, qui distinctionem ipsam communem amplectuntur. Ex his etiam, quæ adnotabuntur statim. Pari etiam ratione, dissentire non videntur ab ipsamet distinctione communi, Authores alij, qui Principem legibus solutum non esse, indistinctè tradiderunt, cum quibus ita voluit D. Ioannes de Balboa, *in dicto cap.* 1. *de probat. numero vigesimo*, vtpote, cum habita consideratione vis directiuæ, & supposito pro certo, quoad vim coactiuam, Principem legibus esse solutum, & neminem eum cogere posse, ita statuerunt, prout D. ipse Balboa, post tradita, *dicto numero* 20. distinguit *numero* 24. *folio mihi* 136. & communem ipsam distinctionem magis amplectitur.

Non etiam dissentire visus est ab eodem placito communi, Antonius Faber, *Iurispr. Papini. scientia, titul.* 2. *de iure nat. genti. & ciuili, illatione* 2. *de potestate Principis suprà leges, folio* 66. *&* 67. vbi contendit, Principes re vera esse supra leges, eisque verè solutos esse indistinctè, nec admittit Iacobi Cuiacij interpretationem, seu restrictionem, ad *dict. l. Princeps legibus*. Sed eam confutat, prout confutauit quoque And. Fachineus, *lib.* 2. *dicto cap.* 2. nec facit aliquam mentionem communis distinctionis suprà relatæ, solutos inquam esse principes quoad vim coactiuam, non autem quoad vim directiuam. Fatetur tamen specificè, quod multo decentius Principi sit, se legibus alligatum profiteri, quamuis verè solutus sit. Et obseruat, quod iura, quæ contrarium indicant, non tam ad rei veritatem, & substantiam, quàm ad bonos Principis mores, referenda sunt. Digna siquidem vox maiestate Regnantis, legibus se alligatum, non solutum profiteri. Id tamen, quod dixerat, Principem scilicet esse suprà leges, intelligit, vt sit supra leges ciuiles, non etiam supra eas, quæ sunt iuris naturalis, aut gentium, & in hæc verba, reddit rationem: *Neque enim populus, lege Regia, potuit transferre in Principem plus iuris, quam ipse populus haberet suo iure: vulg. l. nemo pluris, de regul. iur. nunquam autem licuit populo, naturale ius, aut gentium violare, §. vltimo de iure nat. gent. & ciu. ex quo infero, nullam esse in Principe, quamuis supremo, si non etiam tyranno, absolutam potestatem, per quam possit, eam rem, quæ tua sit iure gentium, tibi inuito auferre, pro suo arbitrio. Nec si pro pretio tibi offerat duplum, aut triplum æstimationis. Nisi fortè, ex causa publica vtilitatis, cui aliter prospici non possit, &c.*

Hactenus Antonij Fabri placitum, cui etiam conuenit Matienzus, *in l.* 3. *titu.* 10. *lib.* 5. *glossa* 2. *n.* 4. Paul. Christinæus, *decis.* 9. *n.* 8. *lib.* 1. *& decis.* 53. *num.* 1. *lib.* 2.

Congruè tamen, eiusdem Antonij Fabri locus, ita explicari potest, vt communi distinctioni conueniat, prout conuenire videri omnes Authores, qui in ipso placito fuerunt, superius dicebam; iuridicè namque Faber statuit, Principem legibus esse solutum; decentius tamen, & honestius esse, si se legibus alligatum profiteatur; cùm ideo non excludatur communis declaratio, id

scilicet

scilicet intelligendum esse, quoad vim coactiuam, cùm nullus sit Principi æqualis, nec minus superior, qui eum cogere valeat, ex quo omnis potestas Regia penes ipsum resideat, & à populo translata fuerit, vt pro ratione tradidit Faber idem, *in initio dicta illationis 2.* adhuc tamen iuridica interpretatio fiat, quod absque alicuius coactione, aut superioritate, vi directiua rationis naturalis, aut iuris gentium, Princeps sit adstrictus, etsi nullus eum compellere valeat, vt dixi. Nec translatio iurisdictionis, & potestatis omnis, à populo facta in Principem, quæ quoad vim coactiuam operatur, vt Princeps sit supra legem, quia à nemine cogi, aut iudicari potest; aut potestas alia quæcumque Regia, quæ alio modo, quàm ex translatione populi processerit, quoad vim directiuam rationis naturalis, aut iuris gentium operari poterit, cùm ipsa absque vllo facto, seu hominis ministerio, aut coactione aliqua, Principes diriget, vt Diuus Thomas, & omnes probarunt, & notanter explicauit Fortunius Garcia, *in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 195. & sequent.* & notauit Ignatius del Villar, *responso 8. num. 15. & 23.* egregiè etiam Ioann. Matienzus, *in dicta l. 3. titulo 10. glossa 2. num. secundo, folio 283.* vbi sic scribit, & in eodem Antonij Fabri placito fuisse videtur: *Cæterum, quò Deus eum liberiorem fecit, legúmque coactione, longiùs exemptum, eò rationi debet vigilantiùs, & diuino nutui obediens esse, ac subinde, legibus, quas aliis ponit, obtemperare, non coactus, sed ratione ductus. Et non solum Princeps sæcularis, sed & Summus Pontifex astringitur lege honestatis, & naturalis iustitia, ea seruare, quæ ipse, vel prædecessores eius condiderunt, vt probat D. Thom. 1. 2. quæst. 96. & textus noster Regni, in l. 16. tit. 1. partita prima, vbi Gregorius Lopez, in glossa prima, authoritate Alberici probat, subditos lege teneri, non solum ob eius decentiam, verum etiam per coactionem, atque ita duobus subsidiis ad virtutem ducuntur. Princeps autem, altero destituitur est, quippe quem nemo cogere possit, aut reprehendere audeat: imo vix vllus est, qui veritatem doceat, vt rectè aduertit Dominic. à Soto, lib. 1. de inst. & iur. quæst. 6. art. 7. col. 3. in princip. iniusta enim est Principum authoritas, si qua populus prohibent, sibi licere patiuntur, cap. iustum est, 9. distinct.* Et hactenus Matienzi locus, & de prima conclusione, seu obseruatione in hac materia, dum inquiritur, an Princeps sit legibus solutus, an à strictus.

4 Secunda deinde obseruatio, & conclusio sit, Reges, & Principes, ex pacto, & conuentione sua, & regulariter ex contractibus initis cum subditis, efficaciter obligari, prout certum est, obligatos manere, si cum extraneis, & non subditis contraxerint: proni etiam indubitatum est, subditos ipsos, efficacissimè obligari ex contractibus suis, ad Principum fauorem, quod assiduè notari solet per text. *in c. 1. de probationibus*, vbi Scribentes omnes, sic obseruatur per illum text. & *in c. 1. de natura successionis feudi*, per text. ipsum. Sic sanè, Cardinalis, & Beroius, *num. 2.* Felinus, *num. 1 in eodem cap. 1. de probat.* Fulgosius, *in l. digna vox, n. 5. C. de legibus*, singularem existimant esse textum illum ad hoc propositum. Mandosius tamen, *ibid. n. 4.* contendit constanter, id non probare Decretalem illam, sed in ea, præcipuam dubitationem fuisse de instrumentorum editione, illud autem, quod de obseruantia pactorum dictum est, non inducere iuris dispositionem, sed solam partis allegationem continere, & esse verba narratiua, iuxta Glossam, *in l. vnica. C. quando non petentium partes.* Sed non ideo recedendum est à communi traditione, & intellectu, sed potiùs probandum, communem allegationem sustinendam esse; nam cùm Recaredus peteret, quod Romanus Pontifex Imperatori scriberet, vt ederet propria instrumenta, ad probanda pacta celebrata inter ipsum, & Imperatorem, & responsum fuerit, Imperatorem edere non teneri; pro constanti supponitur, pacta illa firma fuisse, & seruari debere, aliàs namque frustra de obligatione edendi instrumenta ageretur, aut in dubium id excitaretur, si editis instrumentis, de efficacia obligationis dubitari posset aliquo modo; quod D. Ioan. de Balboa, *in commentariis ad ipsum text. num. 13.* singulariter, & verè adnotauit. Probationes ergo in eo textu, exquirebantur, vt de pactis ipsis celebratis constaret, de vi autem obligationis non dubitabatur, nec dubitari iure poterat, prout deprehenditur ex textu, *in dicto cap. primo, de natura successionis feudi, & cap. 1. de noua forma fidelitatis, & l. 1. & 2. ff. de officio procurat. Cæsar. & l. bene à Zenone. C. de quadriennij præscript.* sic itaque obseruarunt communiter Interpretes nostri, *ibidem.* Baldus etiam, Paulus, Decius, Parisius, Rolandus, Romanus, Alciatus, Iason, Craueta, Menochius, Olibanus, Rodericus Xuares, Nicolaus Festasius, Ayala, Camillus Gallinius, Bursatus, Conrad. Nauarrus, Boërius, Dueñas, & Peregrinus, cum quibus Pet. Ramirez Calixtus, *de lege Regia, §. 30. n. 31. & trib. sequentibus, folio 317 in contextu, & littera V. & X.* Anton. Gomezius, Rodericus Suarez, Menchaca, Corasius, Matienzus, & alij relati à Cenedo, *ad decretales, collectaneo 167. num. 5 pag. 371.* Mendoza, *de pactis lib. 1. cap. 5. quæst. 2* Pat. Gabriel Vasquez, & Pat. Suarez, cum quibus D. Ioann. de Balboa, *in dicto c. 1. de probat. num. 14.* Fernandus Loazes, *in allegatione, super controuersia oppidi de Mula, quarto pro parte oppidi, fundamento, n. 8. in fine. & n. 9. & seq. folio mihi 28. in fine, & 29.* vbi exornat conclusionem prædictam, quod Princeps pactis, conuentionibus, & contractibus suis efficaciter obligetur, & citat ex antiquioribus permultos ita tenentes; tenuerunt etiam Cinus, Bartol. Bald. Castrensis. Abbas, Felinus, Decius, Aretinus, Salicet. Iaf. Alex. Romanus, Socinus vterque, Parisius, Craueta, Gratus, Ruinus, Grammaticus, & Cephalus, cum quibus Alexand. Trentacinquius, *variar. lib. 3. tit. de pactis, resol. 1. ex num. 1. folio 30. & 31.* Bartol. Decius, Felinus, Beroius, Tiraquellus, Conradus, Rolandus, Padilla, Bursatus, Gama, Didac. Perez, Burgos de Paz, Nauarrus, Azeuedus, Matienzus, Menochius, Flaminius, Olibanus, Sese, Peregrinus, Menchaca, Cald. Pereira, Brunotius à Sole, cum quibus sic quoque notauit Augustin. Barbosa, *in collectanea ad Decretales, in dict. cap. 1. de probat. n. 4. folio 459.* notanter Beroius, alio in loco, non in relato à prædictis, *in consilio* scilicet 146. *num. 23. cum sequent. lib. 3.* Rebuffus, *in concordantiis, titulo de collat. pag. 256.* Siluanus, *in consilio 34. num. 17.* Parisius, *in consilio 2. ex num. 119. cum pluribus sequent. lib. 4.* Ioann. Cephalus, *in consil. 58. num. 77. cum sequentibus, lib. 1 & in consil. 168. num. 29. lib. 2. & in consilio 341. num. 43. lib. 3.* Bursatus, *in consilio 151. num. 130. lib. 2 & in consil. 131. num. 99. ead. lib. & in consil. 16. num. 45. lib. 1.* Tiberius Decianus egregiè, *in cons. 15. per totum, lib. 1. & in consil. 18. eod. lib.* Castaldus, *de Imperatore, quæst. 111. versic. 81. fol. 240.* Anton. Gabriel, *lib. 3. tit. de iure quæsito non tollendo, conclusione 5. 6. & 7.* Francisc. Viuius, *lib. 5.*

opinione 135. Ioannes Neuizanus, *inter consilia Alberti Bruni, consilio* 12. Pat. Ludou. Molina, *tom.* 2. *disp.* 261. *colum. vltima, versicul. Vtrum autem, si Princeps, pag.* 51. Pelaes à Mieres *de maioratu, quarta parte, quæst.* 1. *n.* 265. *& seq. folio* 116. notabiliter Rolandus, alio in loco, non in relato à prædictis, hoc est, *in consilio primo, ex num.* 20. *vsque ad numerum* 37. *volumine* 2. *& in consilio* 13. *per totum, lib.* 3. vbi est videndus omnino: Menochius, *in cons.* 1003. *n.* 90. *in princip. & num.* 91. *& sequent.* Peregrinus, *de iure fisci, lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 44. *&* 45 *folio* 18. *& lib.* 6. *tit.* 1. *ex num.* 8. *vsque ad numerum* 13. Anton. Galeat. Maluassia, *in consilio primo, ex num.* 5. *vsque ad numerum* 19 Rendinus, *in tract. de ma-*
1 *iestate Principis, super verbo, sed etiam per legitimos tramites, n.* 19. *&* 20. Ioann. And. Georgius, *quæst. sine allegation. feudal. cap.* 55. *n.* 15. *atque ex n.* 51. Carol. de Tapia, *ad l. finalem, ff. de constitut. Principum,* 2. *part. cap.* 9. *per totum*, vbi latè, atque ex professo de hac materia. D. Franciscus de Alfaro, *de officio fiscalis, glossa* 34. *ex num.* 4. *vsque ad numerum* 14. Carolus Bardellonius, *in consilio* 22. *& in consilio* 75. *ex num.* 20. Philip. Paschalis, *de viribus patriæ potestatis, prima parte, cap.* 1. *num.* 41. 43. *&* 44. *& n.* 90. *&* 91. Cevallos, *en el arte Real, documento decimotertio.* Valençuela Velasques, *in consilio* 2. *num.* 51. *& pluribus sequent. & in cons.* 93. *ex num.* 2. *vsque ad numerum* 14. Sextinius, *de Regalibus, lib.* 1. *cap.* 6. *ex num.* 1. *cum sequentibus*, Camillus de Medicis, *in cons.* 118. *num.* 39. D. Garcia Mastril. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *ex num.* 314. *vsque ad num.* 364. *& num.* 420 *vsque ad n.* 427. Tuschus, *tom.* 6. *littera P. conclusion.* 690. *fol.* 537. Ioseph. Ramonius, *in cons.* 14. *ex n.* 68. *cum pluribus sequentib.* Ignatius del Villar, *resp.* 8. *n.* 10. *&* 11. *& ferè per totum.* Pet. Surdus, *in cons.* 419. videndus omninò *per totum consilium.* Et specificè notauit *ibi n.* 55. *lib.* 3. Pet. Anton. de Petra, *de potestate Principis, quæst.* 32. *ex num.* 56. *vsque ad num.* 63. *& num.* 72. *& quatuor sequent.* Ioseph. de Sese, *decis.* 79 *ex num.* 11. *vsque ad num.* 15. *& decis.* 187. *num.* 1. *& sequent.* Ponte, *in cons.* 53. *ex num.* 6. *cum sequent.* Azeuedus, *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *num.* 18. Steph. Gratianus, *discept forens. tom.* 5. *cap.* 891. *num.* 9. 11. *&* 12. *&* 13. Didac. à Brito, *de locato, & conducto*, 1. *p. rubrica, num.* 8. *in vers. Cum certum sit, & meliori sententia receptum, fol.* 11. Diana, *res. moral. tract. de legib. res.* 16. *fol.* 252. Reginaldus, *in praxi, tom.* 1. *lib.* 13. *c.* 17. *num.* 167. *& sequent.* Salas, *de legibus, disp.* 14. *sect.* 2. *num.* 27. Azorius, *institut. moralium, p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 1. Filliucius, *tom.* 2. *tr.* 21. *cap. vltim. n.* 426. Villalobos, *in summa, tom.* 1. *tract.* 1. *dub.* 30. *num.* 6.

Principes autem, ex contractibus cum subditis initis, & celebratis, efficaciter obligari, intelligitur vnanimiter ab omnibus; siue obligatio naturalis, & ciuilis contrahatur simul, siue naturalis tantum: sola namque naturalis, efficax est in contractibus Principum, vt ipsi maneant efficaciter obligati, ac si naturalis & ciuilis simul interueniret.

Dissentiunt tamen Interpretes nostri, quia nonnulli arbitrantur, solam naturalem obligationem interuenire in contractibus Principum, alij verò existimant, ciuilem & naturalem simul contrahi. Quod sola naturalis interueniat, voluerunt antiqui nonnulli, *in l. Princeps legibus, ff. de legibus, & in l. digna vox, C. eod tit.* Abbas, Decius, Imola, & Butrius, *in cap.* 1. *de probat.* vbi dicunt, quod licèt Princeps, ex contractu cum subditis celebrato, ciuiliter non obligetur, quia ea, quæ iuris ciuilis sunt, mutari per Principes possunt: naturaliter tamen astringuntur, & obligantur, & à naturali obligatione nullatenus excusantur. Et addunt, quod talis obligatio naturalis efficax est ad agendum, & omnem effectum, atque actionem in iudicium deducibilem producit. Et hanc opinionem, relatis nonnullis Doctoribus antiquis, probauit Fernand. Loazes, *in dicta allegatione super controuersia oppidi de Mula, quæ in pro parte oppidi fundamento, num.* 10. *fol.* 29. *& num.* 23. *fol.* 34. & cum Cino, Castrense, & aliis antiquis, cum eadem sententia remanet Anton. Galeat. Maluassia, *in consilio primo, numero* 5. Ramirez, *de lege Regia*, §. 30. *numero* 39. *&* 40. *folio* 318.

Pro hac parte, illud præcipuum expenditur fundamentum, quod ciuilis obligatio ortum habet à iure ciuili positiuo, quo (vt suprà diximus) Princeps solutus est, & mutare valet quæ iuris ciuilis sunt, vt nunc dicebam.

E contrario tamen, quod Princeps, ex contractu cum subditis celebrato, ciuiliter & naturaliter obligetur, magis communiter probari solet: & tenuerunt Baldus, *in dict. l. Princepe legibus*, vbi etiam Castrensis, *num.* 4. & Zasius, *num.* 5. Felinus, *in dict. cap.* 1. *de probat. in princip.* Lofredus, *in consilio* 38. *colum. penult.* Cardinalis, *in cons.* 148. *num.* 6. Decius, *in cons.* 186. *num.* 7. Romanus, *in consilio* 351. Rodericus Xuares, *allegatione* 10. *n.* 2. Menchaca, *controu. illustr. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 14. Antonius Gomezius, *tom.* 2. *var. cap.* 1. *numer.* 1. Padilla, *in l. interpositas, num.* 33. *C. de transact.* Pat. Ludou. Molina, *tom.* 2. *de iust. & iur. disp.* 261. *in fin. versicul. Vtrum autem si Princeps, folio* 51. Matienzus, *in l.* 3. *titul.* 10. *glossa secunda, numer.* 6. *folio.* 283. Siluanus, *in cons.* 34. *num.* 8. Alexand. Trentacinquius, *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *de pactis, num.* 20. 21. *&* 22. Peregrinus, *de iure fisci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 9. dicens, verius esse, quod Princeps ex contractu ciuiliter obligetur: Valençuela Velasques, *in consilio* 2. *numer.* 51. *&* 53. D. Francis. de Alfaro, *de officio Fiscalis, glossa* 34. *ex num.* 8 *folio.* 263. *vsque ad numerum* 13. vbi satisfacit fundamento præcipuo contrariæ partis, ponderato *suprà, num.* 5. *in fine.* Et respondet, quod Princeps in his contractibus non obligatur vigore legis, actionem producentis, cùm sit supra leges ciuiles, sed vi, & virtute ipsius contractus, iure gentium comprobati. Et addit, quod hæc quæstio potest dici de nomine, cum omnes concludant, efficaciter Principem obligari ex suo contractu. Eandem etiam opinionem, quod naturalis & ciuilis obligatio contrahatur; tenuerunt Didac. à Brito, *de locato, & conducto, prima parte rubrica, numero octauo, versiculo, Cum certum sit, folio* 11. Augustinus Barbosa, *in cap. primo, de probat. num.* 6. *folio* 459. & dixit originaliter Baldus, *in dicta l. Princepe legibus, ff. de legibus.* Quod Princeps contrahens cum suis subditis fidelibus, tenetur eis de iure naturali, gentium, & ciuili: quia ciuilis ratio, naturali comparatur; *l. bona fides, ff. deposit*: refert Roland. à Valle, *in cons.* 13. *num.* 35. *& sequentibus, volum.* 3. Tiberius Decianus, *respons.* 25. *num.* 23. *volum.* 1.

Pro hac sententia, & opinione, nonnulla expendunt fundamenta Authores prædicti, quæ penes ipsos videri possunt; & verè, ciuilis hæc obligatio Principis, ex tacita quidem voluntate, & mente Principis, qui contraxit, oriri, atque procedere videtur. Is namque, eo ipso, quod contractum cum subdito iniuit, visus est iure priuati cuiuslibet,

bet,& maximè eius,cum quo contrahit, vti voluisse, & se subiicere legibus, de contractibus loquentibus, & actionem ciuilem & naturalem producentibus, & æqualitatem, quam omnia iura appetunt,atque exclamant, seruari voluisse.Sic sane, quamuis iure ciuili positiuo Princeps sit solutus, atque exemptus, suo tamen consensu,& voluntate,se illi submittere,& subiicere potuit,atque ideo,& ciuiliter, & naturaliter obligatus remanet, prout alius priuatus quicumque;& hoc apertissimè Baldus præsen-
7 sit, dum dixit, quod Princeps contrahens cum suis subditis,tenetur eis,de iure naturæ,gentium, & ciuili; quia semper præsumitur iustitiæ ple-
8 nus,& velle quod leges volunt: *§. omnes, in authent.de iudiciis*,& tradit Bald.*in consil. 395. col. 1. in fin.*& Calcanus, *in cons. 2. in fin.* Decian. *dict.*
9 *resp. 25. n. 14. vol. 1.* & talis præsumitur mens Principis,qualis esse debet,etiam de iure, vt dixit idem Bald.*in l.ex facto,in princip. in 4.notab.* & *ibi* Alexand.*ff.de vulg.& pupil.*& Iaso.*in l.fin. num.35.ff.de constit. Princip.* Parisius, *in cons. 1. num.114.lib. 1.* refert Decianus ipse, *vbi suprà, num.15.*

In eo tamen, vnius,& alterius opinionis Authores conueniunt vnanimiter,prout omnes etiam,commemorati *suprà,n.4.* atque ex prædicta conclusione secunda,*ipso n.4.*proposita, deducitur apertè,& in necessariam consequentiam in-
10 fertur,Reges inquam,& Principes,qui ex pacto, & conuentione sua, atque ex contractibus cum subditis initis,& celebratis, efficaciter obligantur,vt dixi, debere pacta ipsa, & conuentiones seruare, & contractus cum subditis initos implere, nec posse illis contrauenire vllo modo; imò ad eorum obseruantiam, prout priuatum quemcumque teneri:& in contractibus,ad instar aliorum priuatorum haberi;cum contractus sint de iure gentium,& non insint sub potestate Regis,vel Imperatoris Resolutio, atque obseruatio hæc,adeò communiter recepta est ab omnibus, vt nullus quidem, eidem contradicat, sed omnes assentiant, eámque amplectuntur permulti illi,cumulati *suprà,dicto numero 4.* & specificè, cum Antonio Gabriele referente quamplures,& aliis,Burgos de Paz, *in consilio 25. ex numero 51.cum sequentibus*,Anton. Galeat. Maluassia,*in consilio primo,ex numero primo, vsque ad numer.10.*Pet.Anton.de Petra, *de potest. Princip. quæstione 32. ex numero 56. vsque ad 63. & num. 74. & quatuor sequentibus.* Fernand. Loazes, *in allegatione super controuersia oppidi de Mula, dubitatione prima,quinto pro parte oppidi fundamento, ex fol. 28.vsque ad fol. 55.* vbi latissimè comprobat.Rolandus à Valle,*in consilio prime, ex numero 26.vsque ad numerum 37. lib. 2.* Tiberius Decianus, *responso 25.volum. primo, ferè per totum.* Peregrinus,*de iure fisci,lib.1. titul. 3. numero 19. melius numero 44.& lib.6.titulo primo, ex numero 7.*Pet.Surdus,*in consilio 419.lib.3. ferè per totum,* Ponte,*in consilio 53 ex numero 6. vsque ad numerum 12.*Ioseph.Ramonius, *in consilio 24.numero 73. & 81. & 108. & 110.* Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. titulo de pactis,resolutione prima, per totam.* Valençuela Velasques, *in cons. 2. ex num. 51. vsque ad numerum 71. & in cons.93 ex num.2.*Menoch.*in consil.1003.num.97.* Cenallos,*en el arte Real,documento 32.per totum, ex fol.119.*D.Carlos de Tapia,*ad l.fin. ff. de constit.Princip.2.part.cap.9.& decis.5.num.35. 36. & 37. & 40. & 86. & 99.* alios innumeros con-

sultò prætereo, quoniam omnes in hoc conueniunt.

Tertia deinde conclusio, & obseruatio sit, quæ etiam ex hactenus dictis, in necessariam consequentiam infertur, & ab eisdem omnibus Authoribus *ex numero quarto* relatis probari so-
let communiter,Reges,& Principes, cum subditis contrahentes,non posse etiam de plenitudine potestatis reuocare in totum,vel pro parte, nec alterare, aut modificare, vel minuere contractus à se gestos; prout priuati, cum quibus contrahunt, iure reuocare non valent, sed ad eorum obseruantiam, omnibus remediis necessariis astringuntur; ita sane in indiuiduo obseruarunt cum aliis multis, Loazes, *dicto fundamento 5. pro parte oppidi, numero decimo septimo, folio 30. & 31.* vbi quamplures antiquos Interpretes refert, & in hunc modum scribit: *Adeo enim Principes, suos contractus, suásque conuentiones tenentur obseruare, quod nullo modo, etiam de plenitudine potestatis, licet eis contrauenire,vel illas reuocare.* Anton. Gabriel, *commun. conclusion. libro tertio, titulo de iure quæsito non tollendo, conclusione quinta, numero primo,* vbi sic scribit: *Successiuè quæritur, an Princeps possit contractum cum subdito gestum reuocare? & dicendum est, quod non.* Et per totam vnam columnam citat infinitos Authores ita tenentes:& *numero decimo octauo*,in hæc verba ampliat: *Tertio principaliter amplia,etiamsi Princeps procedat de plenitudine potestatis.*Et citat quoque permultos,ita notantes. Et cum Bald. Decio, & Castrense,Tiberius Decianus,*dict. resp. 25.num. 21.vol.1.*ibi: *Quinimo,neque de plenitudine potestatis potest contrauenire, aut reuocare*: & repetit *num.27.& 30.& 51.& 54.*Peregrinus,*de iure fisci, lib. 1.dict.tit. 3 ex n.67.vsque ad numer.70.* & antea,*num 44.fol.18.* vbi sic scribit:*In quarto autem articulo,cum Princeps procedit contrahendo, notandum est, quod ex contractu Princeps adeo obligatur, vt nec etiam possit contractum ipsum, de plenitudine potestatis reuocare;siue celebratus sit cum subdito,siue cum alio.*Grammaticus, *decisione 65.numer. 26.* Rolandus à Valle,*consilio 13.n.33.& cons.45.n.8. vol. 3.* Beccios,*in cons.45.nu.26.*Hippolyt.Riminald.*in cons.49.num.88. volum. 1. & in cons. 601. numer.28.& 94.vol.6.* Menochius, *in cons. 264. numer.14.*Ponte,*in consilio 53. numer. 7.* & referens quamplures, idipsum scripsit Pet. Surdus, *in consilio 419.* vbi sæpè repetit, quod Princeps non reuocat pacta,conuentiones,& contractus, etiam de plenitudine potestatis.Petr. Anton. de Petra,*de potestate Principis, dicta quæstione 32. ex numero 56. atque ex numero 76.* Alexand. Trentacinquius, *variar. resolut. libro tertio, titulo de pactis,resolutione prima,numero quinto, & duodecimo.* Pelaes à Mieres, *de maioratu, 4. parte, quæstione prima,numero 168.* Paulus Christinæus, *decisione 53.numero 5.parte 2.* Cardinalis Tuschus, *tomo sexto, conclusione 690 littera P. folio 537.* Ioseph.de Sese, *decisione 79. ex numero 11. & decisione 187.ex numero primo, cum multis sequentibus.* Carolus Bardellonius, *in consilio 39. numero 38. & 39.& in consilio 75.numero 21. & sequentibus.* D.Carolus de Tapia, *decisione 5.num. 38. & 40.* latiùs *ex numer.55.vsque ad numerum 61.*vbi notanter inquit ex sententia aliorum, quos citat, quod Princeps non potest præiudicare tertio, respectu iuris quæsiti. Et licet Principis potestas summa sit,ita ut de illa disputare, quasi sacrilegij crimen sit;tamen potestas ea intelligi-

tur solum quod ea, quæ iuris ciuilis sunt, & merè positiua, secùs quoad ea, quæ sunt iuris naturalis, vel gentium, prout sunt contractus, quos reuocare non potest in præiudicium tertij, etiam ex plenitudine potestatis. Et addit, quod hoc non est lædere potestatem Principis, imò illam augere, cùm eius intersit, contractus ab ipso celebratos perpetuam firmitatem habere, eiúsque authoritati, & & decori conuenire, fidem seruare. Et vsque adeo (subdit) quod ius alteri quæsitum tollere non potest: quod nedum fundatur ex defectu potestatis Principis, immò in sua propria Maiestate radicatur, & innititur rationi naturali: quemadmodum nec ius ciuile tollere potest fundatum in æquitate naturali. Et hæc omnia, iurium, & Authorum allegatione comprobat.

Neque his obstare (addit ipse D. Carol. de Tapia) *ex num. 64. versic. Neque his obstare, vsque ad numerum* 73. quod ex sententia quorundam, liceat Principi, vigore supremæ & absolutæ potestatis, reuocare contractus, & concessiones, & tollere ius alteri quæsitum ex sua dispositione, vel ex dispositione iuris positiui, quod possit etiam de plenitudine potestatis, rem vnius, alteri concedere. Et licet non possit statuere contra ius gentium, tamen de plenitudine potestatis, id facere potest. Et quod mentiuntur hi, qui negant, Principem, de plenitudine potestatis, sine causa, dominium auferre posse, prout tenent Authores commemorati ab eo, *dict. n. 64. 65. & 66.* alij etiam relati, *eadem decis. 5. n. 74. & tribus sequentib.* idipsum asserunt: & quod disputare, an Rex possit suis concessionibus, contractibus, & priuilegiis derogare, sacrilegium est. Et qui disputat de potestate Principis, quòd facit se superiorem ipso Principe, & ponit sedem suam in Aquilone, tentando esse similis Altissimo; quia Princeps, nulli formæ astringitur, nec est exquirenda ab eo ratio, cur ita facis; quia sufficit pro ratione voluntas. Hæc inquam (dicit Carol. de Tapia) non obstare, quia contraria opinio verior est, & magis communiter probata, & recepta, sicuti constat ex his omnibus, quæ tradidit ipse *ex n. 32. 33. & 34. cum pluribus seq.* Constat etiam ex Interpretibus omnibus cumulatis à me *suprà, n. 10. & 11.* & asserit, quod relata opinio; quæ ex absoluta Principis voluntate fundamentum capit, omni ratione, & æquitate caret; & est contra iuris regulas. Et ipsa potestatis absolutæ vis, nequaquam conuenit his, quæ iure naturali, vel gentium sunt instituta, quæ proculdubio Princeps tollere non potest, nec ordinaria; nec potestate absoluta, cum absoluta potestas non detur in Principibus humanis, & Christianis; & idcirco potestatis absolutæ, & ordinariæ distinctionem, admodum execrantur, & improbant Authores plures relati ab eodem Carolo de Tapia, *ex num. 66. vsque ad num. 74.* qui asserunt etiam, clausulas ordinarias, *de plenitudine potestatis, motus proprij, & ex certa scientia*, contra Reges ipsos, & Principes operari posse, non verò in præiudicium tertij, nec vt reuocent concessiones, pacta, & contractus à se gestos, & quod semper censentur magis appositæ ex consuetudine, & stilo notariorum, quam ex Principis voluntate: quæ omnia ego metipse notaui quoque, & latius exornaui *in commentariis tom. 3. cap. 28. per totum*, & antea *tomo 2. capit.* 28. & vide omnino meipsum, *dicto tomo 3. capite 6. per totum*, vbi etiam egi de prædictis; & improbaui cum aliis multis Authoribus, eandem potestatis absolutæ, & ordinariæ distinctionem: prout latiùs *ibi* videri potest. Et iunge Anton. Fabrum, *Iurisp. Papi. scient. principio octauo, illatione secunda, folio 67. & definitione prima, C. si contra ius, vel vtilit. publi.* vbi etiam confutat absolutæ potestatis nomen, & effectus.

Conclusionum autem, seu obseruationum prædictarum, quod scilicet Reges, & Principes, ex suis contractibus, efficaciter obligentur, quod pactis, & concessionibus contrauenire non valeant, sed ad earum obseruantiam, sicut priuati sint astricti; quod contractus, & conuentiones reuocare non valeant, etiam de plenitudine potestatis, rationes plures assignarunt Scribentes *multis in locis*, sed nullus Recentiorum omnium, eas simul cumulauit, aut in vnum congessit, vt cumulandi, & congerendi omnes, laborem excusaret; quod ego nunc faciam, præ cæteris autem, nonnulla adducit, & Baldi, & aliorum Authorum singularia dicta commemorat Burgos de Paz, *in consil. 25. ex n. 52. vsque ad n.* 58. Parisius etiam, *in cons. 2. n. 129. & pluribus sequentib. lib.* 4. Aimon Sabilla, *in cons. 241. ex num.* 18. Ioannes Neuizanus, *inter consilia Alberti Bruni, consil. 12. ex num. 23.* Iacob. Leonardus, *in eisdem consiliis, consilio 117. ex num. 240. cum sequent.* Fernandus Loazes, *in allegatione super controuersia oppidi de Mula quinto pro parte oppidi fundamento, ex numero nono, vsque ad numerum 29. ex folio 29 vsque ad folium 36.* Rolandus, *in cons. 1. ex n. 26. vsque ad num. 37. lib. 2. & in cons. 13. ex n. 52. vsque ad num. 60. lib. 3. & in cons. 2. num. 150. & sequentib. lib.* 1. egregiè Tiberius Decianus, *in consilio 25. numero 21. vsque ad numerum 28. volumine primo.* Menochius, *in consilio 1003. numero 90. 91. & 97.* Antonius Galeatius Maluassia, *in consilio primo, ex num. 5. vsque ad numerum 19.* Pet. Anton. de Petra, *de potestate Principis, quæstione 32. ex numero 56. & sequentibus.* Valençuela Velasquez, *in consilio 2. ex numero 56. vsque ad numerum 72. & in consilio 93. ex numero 2. vsque ad numerum 13.* Peregrinus, *de iure fisci, lib. 1. titul. 3. & lib. 6. tit. 1.* D. Carol. de Tapia, *ad l. finalem, ff. de constitut. Princip. 2. part. cap. 9. num. 1. & quatuor sequentibus.* Ignatius del Villar. *responso 8. ex num. 10. cum sequentibus*, Carolus Bardellonius, *in consilio 74. ex numero 20.* Pet. Surdus, *in consilio 419. ex numer. 46. cum sequent.* horum 12
Authorum, & cæterorum hucusque scribentium motiua, & rationes, ad sequentes in summa reducuntur; quod licèt Princeps, regulariter sit solutus legibus, attamen ideo ligatur contractu, conuentione sua, & pacto, quia contractus sunt de iure gentium, & non insunt sub potestate Regis, vel Principis, sicuti referens Pet. Surdum, & Hieronym. Gonçalez, notauit Augustinus Barbosa, *in collectan. ad Decretales, in cap. primo, de probat. numero 5. folio* 459. & dixi *suprà, numero primo, in fine*, vbi addidi, quod licet Deus subiecerit Principi leges, non tamen contractus, aut conuentiones; atque ita, quod lege contractus, aut conuentionis ligatur; & retuli Iasonem, Parisium, Rolandum, Burg. de Paz, Maluassiam, & Valençuelam ita notantes; & alij inferiùs referendi *num.* 24. idipsum notarunt, & sæpè repetit D. Carol. de Tapia, *dict. decis. 5.* & maximè, *nu. 36. & 37. & 56. & 57.* vbi ex sententia communi scripsit, quod Princeps obligatur iure gentium, quo non est solutus, atque

ita

ita lege contractus : ad quod expendit text. *in l.*
Cæsar.ff.de public. & vectig. & inquit facere text.
in l.cum heredes.C.qui testam. fac.poss. in illis ver-
bis:*Ius commune,cum cæteris habeant*, & *in l. final.*
*C.de appellat.in Cod. Theodos.*ibi:*Salua enim nostra*
reuerentia Maiestatis,ius nobiscum priuatis non de-
13 *dignamur esse commune.*Obligatur enim Princeps
ex suo contractu, ratione consensus , qui est de
iure naturali,cui Princeps subiiciunt , *Clementi-*
14 *na,Pastoralis,de re iudicata,*& pacta , ac conuen-
tiones sunt de iure gentium, *l. ex hoc iure , ff. de*
15 *iust.& iure,*iura autem gentium sunt immutabi-
lia , etiam in Principe , vt *in eadem Clementina*
probatur , & *in l. 30. & 31. titul. 18. Part. 3.* &
comprobat Burgos de Paz,*dicto consilio 25.num.*
53.vers. Tum etiam. Loazes , *in allegation. 5. pro*
parte oppidi fundamento,num.10.11.& 12. & post
Bartol.& Abbatem , in his ipsis terminis nota-
uit Maluassia,*in consilio primo,num.12. 13. & 14.*
Valençuela Velasques,*dicto consilio 2. num. 55.*
& Burgos de Paz,*dicto consilio 25.num. 54.* com-
16 memorat Baldum dicentem , quod naturales
consuetudines Principem astringunt , quia po-
tentius ius naturale , quam Principatus existit,
& in ore eorum,firmint cæteris priuatis , veri-
tas esse debet , vt etiam Valençuela refert *vbi*
*suprà,num.66.& sequent.*vnde Baldus ipse,*in præ-*
17 *citata l.Princeps legibus,*scriptum reliquit , quod
Princeps contrahens cum suis subditis fideli-
bus,tenetur eis,de iure naturali,gentium , & ci-
uili;quia ciuilis ratio,naturali comparatur,*l.bo-*
*na fides,ff.depositi:*refert Rolandus , *dicto consilio*
13.ex num.35 lib. 3.& Valençuela,*præcitato consi-*
*lio 2.numer.53.*Baldus etiam ipse,*in consilio 159.*
Super eo, quod quæritur , vol. 3. & in consilio 275.
18 *Quod pro regula , in penult. colum. lib. 2.* notanter
scripsit , quædam elementa esse , seu elemento-
rum naturam habere contractus summorum
Pontificum , Imperatorum , & Principum : &
propterea,sicut Papa , & Imperator , & Prin-
ceps non sunt Domini elementorum, pari mo-
do non sunt Domini contractuum ab eis cele-
bratorum,sed ad ipsorum obseruantiam tenen-
tur:quod dictum Baldi referunt , & extollunt
19 nonnulli,relati à Fernan.Loazes,*pro parte oppidi*
fundamento,numer.16.fol. 30. sic sane , Princeps
altius peccat,frangendo fidem , quàm inferior;
Baldus ipse, *in consilio 324. volum. 1.* Rolandus,
20 *in consilio primo,ex num. 32. vsque ad numer. 37.*
lib.2.& non seruare fidem contractus, est men-
tiri,*l.dolus,ff.mandati :* Baldus , *in consilio 24. vo-*
lumine 2. Abominabile est autem mendacium,
21 & stellionatus crimen in Principe horribile,
Rolandus,*vbi suprà,numer.trigesimo quarto,* & fi-
22 dem fallere , grauibus graue est ; grauioribus,
grauius;grauissimis,& exemplaribus Viris, gra-
uissimum:quia in se malum , & extra se dat ma-
lum exemplum:*l.prima.ff.de constit. pecun.* & ita
ipse Bald.scripsit *in cons.343.col. 2. vers. Ex ista,*
23 *vol.1.*& cum Caccialup.refert Rolandus , *num.*
35. subdens post Bald. *num. 3.* quod magis ex-
pedit vulgo bonum exemplum , quod à famo-
sis Viris nascitur, quàm bonæ rei substantia ab
ignotis.Et nonnulla ex his refert etiam Decia-
nus,*resp. 25.n. 26. & 27.vol. 1.* Valençuela Ve-
lasques,*dict.cons.2.num 54. & septem sequentibus,*
24 & *num.65.& sequent.*vbi etiam repetit, quod di-
xi *sup.num.12.* quod licèt Deus sobiecerit Prin-
cipi leges, non tamen contractus, aut conuen-
tiones,& ideirco quod in contractibus Princeps
vtitur iure communi,& iudicatur vt priuatus,vt

iure gentium æqualiter astringatur,& teneatur, 25
prout priuati tenentur;nec aliquid speciale ha-
beat,quo ab obligatione implendi promissa, sit
immunis;vt per Decianum,*vbi supra,n. 28.* Me-
nochium,*in cons.1003. n. 97.* Maluassiam , *dicto*
*cons.1.n.16.*Burg.de Paz,*dict.cons.25.n. 55.* Igna-
tium del Villar, *resp.8.num. 10.* Valençuela Ve-
lasques,*dict.cons.2. n. 60. & 71.* notarunt etiam
Martha,Albert. Brun. Sigism. Loffred. Ludou.
Romanus , Deci. Bertrand. Antonius Faber,&
Roderic.Xuarez,cum quibus Mastrillus, *de ma-*
gistrat.lib.3.c.4.n.333. Ioao. Francisc.de Ponte,
*in cons.53.n.6.*D.Carolus de Tapia,*decis. 5.n. 35.*
vbi ad hoc,quod Princeps vtatur iure priuati in
conuentionibus,& contractibus,ponderauit iu- 26
ra nonnulla,quæ retuli *supr.n.12.* licet enim po-
sitiua lege non ligetur Princeps (vt dictum est)
ligatur tamen dictamine rationis aut legis æter-
næ ; nec authoritas Regia eum absoluit à lege
naturæ;vtpotè,cùm sit animal rationale , poli-
ticum,& mortale:vt tradit Bald.*in l.2.n.45.C.de*
seruit.& aqua.& cum Iasone,Rolando,Tiraquel-
lo,Rebuffo,Gregorio Lopez, & Aldobrandino,
refert Valençuela Velasques,*dict.cons.2.n. 67. &*
*consil.93.n.4 & 5.*Anton.Galeat.Maluassia , *dict.*
*cons.1.n.7.*astrictúsque sit,rationi obedire , vt *in* 27
auth.de Monachis, in princ. collat. 1. Nam & ipse 28
Deus ex sua promissione obligatur,atque ex cō-
uentione facta cum Abraham , & aliis Patriar-
chis,voluit ligari;vt inquit etiam Bald.referen-
do Magist.sententiarum,*in l.1.in princ.ff de pact.*
refert Maluassia,post Decium , & Roland. quos
citat,*dict.cons.1.n.10* Valençuela,*dict. cons. 93.n.*
*3 & 4.*adeo quòd si Deus ipse contraxisset, neu- 29
tiquam contractum suum irritum fecisset , vt
cum Baldo etiam , *in l.final. C. de transact.* refert
Fernand.Loazes,*in dict.allegat 5 pro parte oppidi*
*fundamento,n.11.fol.29.*Vdalric.Zazius , *in cons.* 30
*15.n.241.lib.1.*dicens, quod ex rationis naturalis
lis dictamine Principes potissimùm obligantur.
Et comprobat Valençuela Velasques, *dict. cons.*
93.ex n. 5. vbi etiam scribit , Principi nihil ita 31
conuenire,eiusque fidei congruere,quam pacta,
& contractus seruare,& promissa implere.Nihil
enim est,quod naturæ humanæ magis congruat,
quàm ea,quæ inter homines placuerint,seruare;
hoc enim suadet naturalis æquitas : *l.1.in prin-*
cip.ff.de pact.l.legem.C.eod.l.1.ff. de. constit. pecun.
vbi sic scribitur : *Hoc edictò Prætor fauet naturali*
æquitati , qui constituta ex consensu facta custodit,
quoniam graue est fidem fallere. Et in his termi-
nis, conuentionum scilicet , & contractuum,
quos Principes inierint , notarunt Burgos de
Paz,*dict.consil.25.sub num.53.versic.Tum item, fol.*
*106.*Anton.Galeat.Maluassia,*dict.cons.1.n.9* Ro-
land.*in consil.54.n.8.volum.4.* Valençuela Velas-
ques,*dict consil.2.num.54.*vbi addit,quod si Prin- 32
ceps reluctaret adimplere contractum , aduer-
sus iustitiam faceret , non obseruando fidem,
quæ est eius fundamentum;teste Cicerone , *lib.*
*1 officiorum,n.12.*sic sane nihil est,quod luce cla-
riori præfulgeat in Principe , quàm recta fides; 33
& obseruantia,vt inquit textus *in epistola , inter*
claras,C.de summa Trin. & Fid. Catholic. & nota-
runt Burgos de Paz,*vbi suprà,*Rolandus , *in con-*
silio 13.num.53. lib. 3. Valençuela , *in consilio 2.*
*numer.58.*cùm hosti etiam , sit seruanda fides,
cap. noli existimare , 23. quæstione prima. Rolan- 34
dus , *in consilio 85. numero quarto , libro quarto.*
Menochius , *libro secundo de arbitrariis iudic.*
casu 330. numero 26. Et ideo , contractus

35 cum Principe celebrati,naturam obtinenr bonæ
fidei, vt egregiè quoque alio in loco dixit Bald.
& cum aliis Aurhoribus tefert Loazes , dicto
fundamento 5.pro parte oppidi , num. 22. folio 34.
36 Matienzus, in l.3.tit.10.glos. 2.num. 7. Ignacius
del Villar,responso 8.num.17.& vim legis habere
dicuntur ; vt cum mulris alijs scripserunr Loa-
zes ipse,vbi suprà,num.25.fol.94.Peregrinus , de
iure fisci,lib.6.tit.1.num.37.Ramirez , de lege Re-
gia,§.30.num.36. Valençuela Velasquez , in con-
silio secundo,num.62.& 63.vbi comprobat , & in
consilio 93.num.10.& 11. Ignacius del Villar , di-
37 cto num.17. Er si aliter diceremus, Princépsque,
sua conuentione,& contractu non obligaretur ,
nullus quidem esset , qui cum eo vellet contra-
here , & ita omnium priuaretur commercio,
quod pergraue esser , vr considerant Romanus,
& Crauera,quos citat Burgos de Paz , dicto con-
silio 25.sub.num.53.in versic. Tum quia si Princepe.
Et addit Baldum,in l.Princeps legibus , ff. de legi-
bus, dicentem , quòd si Princeps contractibus
non esset astrictus,& cuntrahendo,non manerer
efficaciter obligatus , illi esset inhibitum com-
mercium , & tanquam exul esset , quí omnium
Præsul est;& si aliis non obligaretur,ita nec il-
li,alij,ex correlatiuorum narura,& regula, obli-
gati manerenr.Quod Baldi dictum, & hanc ra-
tionem,circa contractus Principum expendunt
omnes fere , qui hactenus hac de re sermonem
instituerunr.Er specifice adducit, referens mul-
tos,Tiberius Decianus,dicto responso 25. num.22.
volum.1.Rolandus,in consilio 1.num. 30. volum. 2.
& in consilio 53.num.53 volum.3. Menochius, in
consilio 1003.num. 99. Camillus de Medicis , in
consilio 118 n.38. & 39. Valençuela Velasqoez,
in consilio 2.num.56.& 57. Ignacius del Villar.
dicto responso 8.num.18.Mastrillus , de magistrati-
bus,lib.3.cap.4. num. 337. D. Carolus de Tapia,
decis.5.num.37.& 38.vbi addit , idipsum consi-
derasse respectu minorum , Iure Consulrum , in
l.quod si minor,§.non semper.ff.de minoribus,vbi sic
scribitur:Non semper ea,quæ cum minoribus gerun-
tur , rescindenda sunt,ne magno incommodo huius
ætatis homines afficiantur , nemine cum his contra-
38 hente. Item , quia Principes constantes esse de-
bent,& ab omni inconstantia alieni,§. illud , in
authent.constitutio quæ dignitatibus. Nam etsi ha-
beant summam potestatem , & Domini mundi
dicantur , sunr tamen subditi rationi naturali,
& id intelligitur quoad bonum , & modò na-
turali rationi pareant , ne iniuriarum nascatur
occasio,vnde iura nascuntur,l.meminerint,C.vn-
de vi. Et cum sint fons iustitiæ , & iustitia sit
constans,& perpetua voluntas,l. 1. §. iustitia,ff.
de iust.& iure,sequirur necessarium consequens,
quod Principes debeant esse constanres , & non
mutabiles,vt singulariter scripsit Baldus,in cons.
279.vol.3.refert Tiberius Decian.dict.respons.25.
num.24.& 25.Philip.Paschalis,de viribus pat. po-
39 test.1.p.cap.1.num.44.Velascus,de priuileg.pauper.
1.part.q.6.ex n.32. Item cum Principes sint ve-
luti Dij in terris , illud eis præcipuè conuenit,
Semel loquutus est Deus,& Quod scripsi, scripsi. Et
debent habere vnum calamum , & vnam lin-
guam,& non plures:quia scriptum est,Quæ pro-
cesserint de labiis meis,non faciam irrita. Et debent
esse immobiles , sicur lapis angularis , & sicut
polus in cælo ; prout hæc tradidit egregiè Bal-
dus, in dict. consil.279. lib. 3.& cum aliis refert
Burgos de Paz,præcitato cons.25. num. 27. Tibe-
rius Decian.dict resp. 25. num. 25. volum.1. Ro-
land.in consil.2.num.150. & sequent. volum. 1. &
in cons.13.num.55.& tribus sequent.lib.3.Pet.Surd.
in cons.419.ex num.46.lib.3.Philip.Paschalis , de
virib.pat.potest.1.part.cap.1.num.44. Ludou. Mo-
rotius,in resp.45. ex num. 11. Fuluius Pacianus,
in cons.149.num.64. & quatuor sequent. vbi refert
easdem Baldi tradiriones , in dict. cons. 327. &
aliis comprobat,& addit in hunc modum:Quod
igitur semel declarauit Imperator , non solum ab om-
nibus est reuerenter,& summa cum religione obser-
uandum, sed etiam ab eadem Maiestate decet omni-
no ratum haberi ; quia fundamentum iustitiæ collo-
catum est in constantia voluntatis perpetua, & nihil
est quod Principem magis dedeceat, quam vacillatio,
& inconstantia,vt notauit Baldus,in dict.cons. 327.
Pridie num.4.col.2.vol.3. vbi tradidit , quod varie-
tas, & vacillatio , est legibus inimica , & doli mali
ministra,estque fugienda,tanquam pestis , à Regibus,
quibus maximè conuenit illud verbum , Semel loqu-
tus est Deus,&c.

Er Regiæ Maiestati, proprium , & peculiare 40
est,concessa non alterare,aur auferre, vt in auth.
de Referend.sacr.palat.tit.5.collat.2.& in l.5. tit.2.
lib.1.nouæ collect.Regia.

Denique , quia in contractibus omnimoda 41
æqualitas adesse debet , nec concedendum est,
contractum claudicare,l.Iulianus, §. si quis à pu-
pillo,ff.de act. empt. vnde Princeps obligatus re-
manere debet,cum contrahit, ita vt contraueni-
re non possit , prout enim ipso contrahentes
obligari remanenr, nec contrauenire vllomodo
possunt , aliàs ab eius voluntate dependerent
contractus,contra l.in vendentis,C.de contrahenda
emptione. Et ita in indiuiduo , contra Reges , & 42
Principes,vt pactiones,& contractus seruent, &
inæqualitatem abhorreant , cum aliis Authori-
bus fundamentum , & argumentum sumit Va-
lençuela Velasques,dicto consilio 93.num.8. & 9.
& vltra relatos ab eo, noratunt quoque Burgos
de Paz,dicto consilio 25.num.56.Maluassia, præci-
tato consilio 1.num.15.atque ex Theologis, Regi-
naldus , in praxi tom.1.lib. 13. cap. 17, num. 168.
Suarez,de legibus,lib.3.cap. 35. num.23. Salas,in
eodem tractatu,disputat.14.section. 2.num.27. Azo-
rius,institut.moral.part.1.lib.5.cap.11.num.1. Fil-
lucius,tom.1.tract.2.dub.30.num.6.vbi sic scribit:
En todo contracto,el Principe se obliga a quel , con
quien contrahe,aunque sea subdito,y queda obligado,
como el:esta es comun sentencia , y lo dicta la razon
natural, porque el contrato ha de ser igual , y no ha
de claudicar:y assi pues el subdito , le queda a el obli-
gado en el contrato,tambien el ha de quedar obliga-
do Er obseruauit etiam Antonius Diana , mora-
lium resolutionum , in tractatu de legibus , resolu-
tione 10.versicul.Notandum est etiam,folio 252.

Et his omnibus addendus est notabilis Petri 43
Calixti Ramirez locus,de lege Regia §.30.ex num.
35.fol. 217. vsque ad numerum 41. vbi singulari-
ter,atque in hunc modum scripsit , vt superiora
comprehenderet:Tertio, ex eodem principio sequi-
tur , quod cum plenitudo potestatis non extendatur
ad ius naturale,vt supra diximus,& frangere fidem,
violaréque contractum initum , iuri naturali repu-
gnet , non debebit Princeps , quantumuis supremus,
etiam de plenitudine potestatis , contrauenire fidei à
se præstita , conuentionique cum subdito initæ;si enim
æqualitas in contractibus nonseruaretur , non inue-
niretur,qui cum Principe vellet contrahere. & homi-
num consortio priuaretur,essetque(vt inquit Baldus)
quasi exul , qui est omnium Præsul ; quod & valde
graue esset,ideóque, nulla potestatis plenitudine , ab
obserua

obseruatione fidei semel præstita, quæ nihil aquè in eo præfulgere debet, eximi valet; cùm eius simplex promissum, sanctius debeat esse quouis aliorum iureiurando: & ideo omnes Principum conuentiones, & iudicia sunt bonæ fidei; cùm turpe sit, aliquem sub eorum fide, & authoritate decipi, & in extremum malorum perueniretur, si inde damna, & iniuria venirent, vnde auxilia sperantur. Et si priuato non licet, contra factum, & promissum proprium venire; quanto magis indecens erit Principi, sibi ipsi contradicere, & fidem fallere? imo, vt respondit Franciscus, Galliarum Rex, Magnatibus in aurem suadentibus, vt eum perfidia nota, Carolum Quintum Imperatorem, & Regem nostrum, quem Lutetia, qua decuit magnificentia, & fide, hospitem excepit, detineret: Absit, absit, inquit ille Rex Christianissimus, quia etsi fides toto orbe exulet, à Regibus tamen tenenda est, qui nullo metu, nulla pœna, nisi virtutis, & fidei reuerentia, vt eam præstent, cogi, astringique possunt: & ita fuit etiam responsum à quodam Comite, suo assessori sibi consulenti, vt non obstante fide data, extractum ab Ecclesia retineret, & puniret; cui respondit: Tu alias leges, ego à fidei obseruandæ ratione, legem didici. Vnde cum Princeps contrahit, aut aliquid promittit, efficaciter obligatur, quia supremus Princeps, sub lege non est, nec etiam de plenitudine potestatis, legem contractus tollere potest. Licet enim multi, eum legibus vniuersalibus solutum tradiderunt, attamen legibus priuatis, vt sunt contractus, nemo est qui eum solutum contendat: cùm quando eos celebrat Princeps, non Principis, sed priuati personam induit, communique omnium hominum iure vtitur.

44 Hactenus præfati Authoris locus, cui etiam addi poterit Hieronym. Ceuallos, *en el Arte Real, documento 21. folio 119.* obseruatio similis, in hæc verba: *Sabida cosa es en las diuinas, y humanas letras, la obligacion, que tiene vn Principe Christiano, de cumplir su fee, y palabra, aunque la aya dado a vn enemigo, porque los Reyes siempre han de ser imitadores de Dios, que cumple sus promessas. Ipse dixit, & facta sunt. Y a este proposito dize Pedro Gregorio, que dezia el señor Rey don Alonso el Sabio, que tanto obliga el Rey su simple palabra, como à los demas el iuramento, &c.*

45 Quarta deinde obseruatio, atque conclusio
sit, præcedentes obseruationes indubitanter
procedere, & Reges, & Principes, multo magis
ligari suis contractibus, & obseruare teneri
pacta, conuentiones, promissiones, & contra-
ctus, neque illis contrauenire posse vllomodo,
quando transierunt in contractum, idest, quan-
do ex aliqua causa onerosa factæ fuerunt, veluti
ob pecuniam, vel ob aliquod datum, vel dan-
dum; factum, vel faciendum per eum, cui con-
ceditur, quod redundaret in vtilitatem Princi-
pis, vt si pretium interuenit, aut aliud æquiua-
lens datum fuisset ab eo, qui gratiam accepit;
quia tunc, etiam de plenitudine potestatis, Re-
ges, & Principes reuocare non possunt ea, quæ
in contractum transierunt, & ex causa onerosa
facta sunt; ita sane tradiderunt Baldus, Castren-
sis, Cardinalis, Decius, Craneta, Iason, Socinus,
Grammaticus, & Brunus, cum quibus, sic re-
soluit Tiberius Decianus, *respons. 25. num. 29. vo-*
46 *lum 1.* qui *num. 30.* vt certum statuit, idem dicen-
dum esse, si remunerationis gratia, & ob bene-
merita quid fuerit concessum à Principe, aut
promissum, quia concessioni remuneratoriæ
contrauenire non potest, etiam de plenitudine
potestatis; prout scripserunt Glossa, Baldus,
Alexander, Socinus, Abbas, Ias. Parisius, Ruinus,
& Grammaticus, quos *ibidem* refert ipse De-
cianus.

Et est ratio; quia causa remunerationis, est 47
admodum fauorabilis, & ob eam, specialia
multa inducta sunt, & quod aliàs esset reuoca-
bile, fit irreuocabile, si factum sit ob benemeri-
ta. Et priuilegia concessa à Principe, ob remune-
rationem, transeunt in contractum, & sunt ir-
reuocabilia; sicuti hæc tria assumpta specifice
proponit, & relatis aliis Authoribus, compro-
bat idem Decianus, *dicto responso 25. ex num. 31.*
& quinque sequentibus. Et *num. 36. & 69.* inquit, 48
horum rationem esse, quia antidorali obliga-
tione ligamur de iure naturæ, quia etiam bruta
ligantur; cùm benefacienti benefacere, proce-
dat ex instinctu naturæ, prout *ibidem* compro-
bat. Et addit *n. 37. & quatuor sequentibus.* Quod 49
licet regulariter, benemerita aliter constare, &
apparere debeant, quam per assertionem con-
cedentis; sufficere tamen in proposito, quod de
illis constet per solam assertionem Principis,
qui concessit, & qui ob causam remuneratio-
nis adductus, atque excitatus fuit; quod ego me-
tipse notaui quoque cum aliis Authoribus, *in*
commentariis tom. 5. cap. 89. num. 90. vbi scripsi,
Principi asserenti se ob benemerita donare, cre-
dendum esse, atque ita benemerita probari pos-
se assertione eiusdem Principis, cum ipse dona-
re non sit prohibitus ex causa remunerationis
seruitiorum, prout *ibi* notaui, *ex numero 86.* quid-
quid inter personas prohibitas aliter statuatur,
& assertioni donantis non stetur, sed aliter, at-
que legitimè de meritis constare debeat, ob quæ
remuneratio fit, sicuti tenent plures Authores
à me relati, *dicto numero 90.* Natta etiam, *in con-*
silio 122. num. 7. lib. 1. Matienzus, *in l. 15. tit. 10.*
lib. 5. glossa 11. & cum aliis pluribus Carolus de
Tapia, *decisione 5. numero 41. & quatuor sequen-*
tibus.

Ex his omnibus resolutionibus traditis su- 50
prà, *ex num. 45.* conuenit omnino Rolandus a
Valle, *in consilio 13. per totum, volumine 3.* & ma-
ximè, *ex numero 21. vsque ad numerum. 45.* vbi et-
iam, ex communi Doctorum sententia notauit,
contractum, ex causa onerosa, pecunia, vel ali-
quo dato, vel facto, aut accepto, celebratum,
non posse à Principe reuocari. Item, idipsum
obseruandum esse in contractu, conuentione,
aut concessione, ex causa remunerationis facta,
prout in casu, super quo consuluit, concessa fuit
immunitas, ex causa remunerationis; quia eo
ipso, quod ex causa remunerationis facta sit, di-
citur transire in contractum, & neque ex ple-
nitudine potestatis reuocari valet: idque primò
probat *numero 22. & quatuor sequentibus,* nonnul-
lis Doctorum obseruationibus; ex notatis in-
quam per Baldum, *in l. si eum mihi, ff. de dolo,* vbi
post Nicol. de Matth. dicit, quod si statuto ca-
ueatur, sicut erat Paduæ, quod quicumque vene-
rit ad habitandum, & steterit ibi per certum
tempus, sit exemptus à collectis; si commune
facit statutum in contrarium, in præiudicium
illorum, qui venerunt ibi ad habitandum, pote-
runt se iuuare exceptione, vel per actionem de
dolo. Item, & quod priuilegium concessum,
quod non pendet ex sola authoritate conce-
dentis, sed ex iure alteri quæsito propter illius
factum, non potest reuocari. Et quod per hoc,
alia die consuluit in ciuitate Senarum, quod
priuilegium datum quibusdam bannitis, quod

possint secure morari, eo quod illorum operâ, illud commune occupauerat quoddam castrum, erat irreuocabile, per *dictam leg.* ac Glossam, *in l. decurionibus, C. de silent. lib.* 12. & per *l. Aquilius Regulus, ff. de donat.* vbi donatio facta ob certa, & remuneratoria merita, non potest reuocari, nec eget insinuatione. Et quod Baldum sequuntur Alexand. Iaf. Parisius, & Ruinus, *ibi* relati. Et accedere, quod etiam voluit Abbas, *in consilio* 3. *in* 26. *dubio, volum.* 2. vbi consuluit, quod Rex Franciæ non poterat reuocare donationem Comitatus Bigorræ, quem donauerat Comiti de Fuxo, propter benemerita. Item notasse Baldum ipsum, quem *ibi* refert Rolandus, *num.* 26. quod licet aliàs priuilegium exemptionis possit reuocari propter ingratitudinem, tamen vbi esset concessum in remunerationem, tunc non potest reuocari, quia transit in contractum. Et sequuntur Alexand. Marsilius, Ruin. & Parisius, qui aliis similibus comprobant.

Secundò comprobat ipse Rolandus, *eodem consilio* 13. *ex num.* 23. *vsque ad numerum* 31. ex eo, quod concessio remuneratoria, non dicitur merè donatio, vel liberalitas, & ideo non indiget insinuatione, vt nunc diecbam ex textu *in dict. l. Aquilius Regulus.* Ex textu etiam *in l. si pater,* §. *si quis aliquem, ff. de donat.* per quem text. notarunt plures Authores, à Rolando relati, quòd id, quod aliàs est reuocabile, fit irreuocabile, si factum sit ob benemerita. Et inde, quod donatio, aut concessio, facta ob benemerita, nulla potest ingratitudine reuocari. Item, quod In generali derogatione priuilegiorum, non intelligitur derogatum priuilegio remuneratorio, quod transiuit in contractum, vt per Romanum, ibi relatum. Item comprobat Rolandus metipse, ex eo, quod voluit Alexander *in consilio* 30. *volum.* 5. vbi concludit, quod notata *in l. si ex toto, ff. de legatis primo,* non habent locum in donatione remuneratoria. Quia donatio ipsa, non est propriè donatio, sed quædam permutatio, ex *l. sed etsi lege,* §. *consuluit, ff. de petit. hered.* ibi: *velut genus quoddam hoc esse permutationis.* Et in dict. l. Aquilius Regulus, ibi: *Desendi non meram donationem esse, verum officij Magistri quadam mercede remuneratum Regulum.* Comprobat etiam ex notatis per plures Authores, quos refert *num.* 31. dispositionem *l. si vnquam, C. de reuocand. donat.* non habere locum in donatione remuneratoria, quia non est propriè donatio.

Tertiò comprobauit ipse Rolandus, *numer.* 31. quod quando concessio, aut donatio remuneratoria transit in contractum, quod est, quando non conceditur simpliciter, sed quando commensuratur ob aliquod factum, seu donationem præteritam, vel futuram, seu implendam ex parte eius, cui conceditur; illud non potest reuocari: vt per Bald. Aretin. Alexan. Iason. Gozadin. Ruin. & Ripam, *ibi* relatos.

Quartò comprobat, *ex numero* 33. *vsque ad numerum* 40. ex his, quæ hactenus diximus, quod quando Princeps facit aliquam conuentionem, vel aliquod pactum, aut contractum cum priuatis, tenetur pacta, & conuentiones seruare, nec potest illis contrauenire, etiam de plenitudine potestatis, prout latiùs *ibi.*

Quintò denique, *ex num.* 40. *cum sequentibus, vsque in finem consilij*, satisfacit, responsiúnque præbet his omnibus, quæ arguendo proposuerat, *ex num.* 2. *eiusdem consilij* 13. *vsque ad numerum* 21. quatenus contendebat probare, quod donatio, aut concessio remuneratoria reuocari possit, quando non transiuit in contractum onerosum, siue ex causa onerosa facta fuerit, hoc est, quod habeat dationem, vel factum æquipollens rei concessæ; & concludit, verius esse, quod donatio, aut concessio remuneratoria, ob benemerita facta, dicatur transisse in contractum, & facta ex causa onerosa, etsi nullum datum, vel factum interueniat; sufficit enim benemerita præcessisse, & ex causa remunerationis fieri, non enim est propriè donatio, aut concessio gratuita, sed potius permutatio, aut facti seruitij solutio, siue compensatio.

51 Conuenit quoque superioribus obseruationibus adductis *supra, ex numero* 45. Petrus Surdus, *in consilio* 419. *ex numero* 51. *cum sequentibus, lib.* 3. Azeuedus etiam, *in l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *ex numero* 13. *vsque ad numerum* 36. vbi etiam late probauit, posse Reges, & Principes subditis suis ex causa remunerationis donare, & gratificare, & donationes huiusmodi remuneratorias, dici in contractum trãsire, & ex causa onerosa factas, & reuocari non posse etiam in casibus, in quibus donationes reuocantur. Item *ex n.* 32. *cum seq.* ex communi omnium sententia annotauit, Principis assertioni super benemeritis, & seruitijs standum esse, nec aliunde seruitia, & benemerita probari debere, cùm Princeps donare possit ob benemerita: inter priuatos autem, & personas donare prohibitas, aliter statuit, vt sæpè dictum est.

Camillus de Medicis, *in consilio* 118. *numero* 29. & *tribus sequentibus*, & *numero* 35. & *sequentibus.*

Iacob. Cancerius, *tomo* 2. *capite* 3. *de priuilegiis, ex numero* 153. *vsque ad numerum* 158.

Ioseph. de Sese, *decisione* 79. *parte* 2.

Iacob. Menochius, *in consilio* 1003. *ex numero* 94. *vsque ad numerum* 99. vbi specificè asserit, quod donatio ob benemerita, reuocari non potest. Et refert 25. Authores, ita tenentes. Et reddit rationem communem, quod donationes, & concessiones ob benemerita, & sic remuneratoriæ, vim habent contractus onerosi, & ideo reuocari non possunt, cùm Principes ex contractu efficaciter obligentur. Et anteà, idipsum comprobauerat, *ex num.* 49. *vsque ad numerum* 57. vbi quod ob remunerationem benemeritorum, alienari possunt bona, quæ aliàs iure alienari prohibentur. Item Decurionibus concessum esse alienare ob benemerita; cum alias, nec donare, nec alienare possint. Prælato etiam concessum alienare ob benemerita: & minori, & tutori, & patri. Et Principem ob benemerita, posse rem vnius, alteri assignare.

Eisdem etiam superioribus conclusionibus 52 conuenit omnino, & ipsas quam plurimis exornat Fernand. Loazes, *in allegatione super controuersia oppidi de Mula, primo pro parte Marchionis fundamento, per totum, ex folio* 73. *vsque ad folium* 91. vbi latè comprobat, quod Reges, & Principes, donationes remuneratorias facere possunt vassallis, & subditis suis, ob benemerita, & seruitia accepta. Et *fundamento* 3. *per totum, pro parte Marchionis, ex folio* 106. *vsque ad folium* 161. longa serie comprobat, quod donatio remuneratoria, non est vera, nec propria donatio, nec titulus lucratiuus; sed potius quædam permutatio, seu compensatio, & sic titulus onerosus; & quod fieri potest etiam in casibus, & à personis prohibitis. Et quod non reuocatur in casibus,

casibus, in quibus aliæ donationes reuocantur. Et quod dicitur titulus onerosus, & non lucratiuus; siue non gratia, aut donatio, si ob pecuniam, vel benemerita, aut ex causa remunerationis facta sit, quamuis in gratia ipsa, aut concessione exprimatur verbum, *Indulgemus*, aut aliud simile, Hispano sermone: *Por os hazer merced*, vt latius *ibi* comprobat *ex num. 26. & 27. fol. 125. & 126.* & in effectu, quod donatio remuneratoria, condicatur adinstar contractus onerosi, & reuocari non potest, quia dicitur in contractum transire, & ex causa onerosa fieri, eo ipso, quod ob benemerita facta fuerit: & *num. 37. & seq. ex fol. 133* latè fundat, simplici Principis assertioni super benemeritis standum esse, & nihil aliud ad meritorum probationem exigi; cùm contrarium procedat inter personas donare prohibitas, non in Principe, qui donare de iure potest; prout latius *ibi*, *vsque ad folium 162.*

53 Sed & Pet. Anton. de Petra, *de potestate Principis, quæstione 32. num 56. 57. & multis sequentibus, ex folio 557. & pluribus sequentibus*, eisdem conclusionibus, atque resolutionibus hactenus propositis, *ex numero 45.* conuenit omninò, & vbicumque concessio, gratia, aut donatio, vel alia quæcumque dispositio facta à Principe, transiuit in contractum, vel ex causa onerosa facta fuit, quod reuocari non possit, comprobat latissimè, & multis exornat; atque *ex num. 153. & quinque sequentibus*, explicat, quando actus celebratus inter Principem, & priuatum, dicatur transire in contractum, atque ex causa onerosa fieri, itavt neque de plenitudine potestatis reuocari possit. Et in effectu post Bald. & innumeros, quos citat, inquit contractum dici, quando propter aliquod datum, vel factum priuati, actus factus fuit per Principem, itavt à suscipiente, prætextu concessionis, aliquid habuerit, quia tunc transit in contractum, & dispositio tamanet irreuocabilis. Et vbicumque fit mentio de pretio, semper dicitur contractus, aut emptio, & venditio, etiamsi Princeps vtatur verbo, *Indulgemus*, vel simili. Et quando concessio facta fuerit ob benemerita, & grata seruitia, indicatur etiam contractus onerosus, & irreuocabilis; & hæc latius exornat, *vsque ad numerum 159.* vt dixi.

54 Peregrinus quoque, *in tractatu de iure fisci, libro primo, titulo 3. num. 28. & 29. folio 17.* superioribus resolutionibus se subscripsit, & latiùs, quàm *in consilio 7. numero sexto, libro primo*, & dicit, quod concessio, priuilegium, aut donatio, duobus modis dicitur in contractum transire; *Primò*, cum conceditur subdito, pretio accepto, nam transit ad venditionem, etiam quòd Princeps vteretur verbo *Indulgemus*, vt per Baldum *ibi* relatum: vel cum conceditur ob aliquod factum, vel datum implendum, vel impletum, commensuratiuum ad priuilegium concessum: nam Princeps videretur dolo facere, illud reuocando, & citat Bald. Castrens. Alexand. Decium, Atatinum, Felinum, Curtium Iun. Ruinum, & Nattam, ita tenentes. *Secundò*, cùm conceditur in remunerationem grati seruitij; nam adhuc reuocari non potest: vt per Roman. Ruinum, Rolandum, & Menochium, *ibi* relatos: & cum altis pluribus, idipsum firmarunt Carol. Bardellonius, *in consilio 22. & in consilio 75. ex numero 20.*

D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libro tertio, cap. 4 ex numero 314. vsque ad numerum 364. ex folio 295. atque ex numero 418. vsque ad numerum 427.* eisdem omnibus traditionibus communibus, *suprà* propositis, assentit omnino, & concludit, Reges, & Principes teneri obseruare promissiones, conuentiones, & concessiones, à se factas; idque indubitatum esse, quando transierunt in vim contractus, atque ita ex causa onerosa factæ sunt, vel ob remunerationem seruitiorum, prout latius *ibi*: & per Calie. *de fisco, dub. 8. inspectione 36.* Anchatan. Regiens. *quæstione 43. num. 13. libro tertio.* Plotum, *in consilio 11. numero sexto.* Berettam, *in consilio primo, numero 26.* Hippolyt. Riminald. *in consilio 540. numero 96. & in consilio 556. numero 107. lib. 5.* Pet. Surd. *in consilio 419. numero 51. & sequentibus, & numero 60. & sequentibus*: & ego metipse notaui *in commentariis tomi quinti, capit. 89. numero 91.*

Itam & ipsismet conclusionibus, atque resolutionibus conuenit D. Carolus de Tapia, *ad l. finalem, ff. de constitut. princip. 2. parte, cap. 9. ex numero primo, vsque ad numerum 11.* & materiam hanc ad tria capita reduxit, dum inquiritur, an Princeps contractum à se gestum, siue donationem, aut concessionem factam reuocare, aut alterare valeat.

Primum est, in concessione, aut gratia facta à Principe ex causa onerosa; & concludit, non posse eam à Principe reuocari, nec ex certa scientia, nec ex plenitudine potestatis, nec per indirectum, etiam si contractus fuerit cum subdito celebratus. Et reddit rationes nonnullas, quas diffusè magis adduxi *suprà*, & huius communis opinionis infinitos Authores commemorat.

Secundum caput est, in concessione facta ob remunerationem, & ex causa meritorum, in qua idipsum statuit, quod in contractu facto ex causa onerosa, vt scilicet reuocari non possit, etiam ex plenitudine potestatis, cùm remuneratoria concessio contractui æquiparetur; & citat Authores permultos sic tenentes. Pluribus etiam modis ampliat *ex numero 11. vsque ad numerum 33.* & maximè, vt contractus, & concessiones, quæ contractus vim obtinent, nec in totum, nec quoad partem reuocare valeat Princeps. Nec mutare tenorem inuestituræ inter aliquos eiusdem agnationis. Nec onus etiam, aut conditionem imponere contractui, iam perfecto, aut gratiæ, semel factæ, quæ in contractum transiuit. Nec interpretando, contractum alterare, aut corrigere, vel reuocare: quia, qui non potest tollere, non potest interpretari ea interpretatione, ex qua sequatur actus correctio. Et quod etiam ex causa ingratitudinis, non potest reuocari contractus à Principe gestus, etiam per indirectum, & etiamsi vsus fuisset in concessione verbo, *Indulgemus*. Et quod Princeps non potest contrauenire contractui celebrato cum subdito, etiam super re aliena, in terminis *l. bene à Zenone, C. de quadrienny præscriptione.*

Tertium caput est in donatione merè gratuita, aut in priuilegio simplici, ex mera Principis liberalitate concesso; de quo agit, *dicto cap. 9. ex numer. 54. cum pluribus sequentibus.* Et inferius agendum est, vbi opportunè magis explicabitur.

Et hactenus de obseruationibus, atque resolutionibus D. Caroli de Tapia, in hac materia; in

in qua etiam nonnulla ipse scripsit, *decisione* 5.
ex num. 32. *cum pluribus sequentibus*. Et in effectu,
easdem comprobauit resolutiones, atque ob-
seruationes, quod Princeps scilicet obligetur
efficaciter ex contractibus, quod conuentiones,
& contractus adimplere, & obseruare teneatur;
quod eos reuocare, aut alterare non possit, et-
iam de plenitudine potestatis. Ita pariter, quod
donationes, & concessiones factæ ob benemeri-
ta, & in remunerationem, dicantur transire in
contractum, & per consequens irreuocabiles
sint: in quo (vt vidimus) vnanimiter omnes con-
55 ueniunt, & inde apparet, falsam esse opinionem
eorum, qui existimarunt, donationem, seu con-
cessionem, ex causa remunerationis seruitiorum,
& ob benemerita factam, gratuitam videri, at-
que ex mera liberalitate procedere, non ex cau-
sa onerosa; quia ad eam cogi non poterat Prin-
ceps, atque ita reuocabilem esse, & dici lucrati-
uam, vt per Socinum Iun. *in consilio* 94. *num.* 14.
& 15. *lib.* 2. Menochium, *in consilio* 112. *lib.* 2.
Ægid. Bossi. *titul. de Principe, num.* 152. *&* 153. vbi
existimauit, quod nulla donatio remuneratoria
dicatur onerosa, nisi concedatur ex necessitate,
vel titulo oneroso: & mouetur per Glossam,
quam dicit communiter approbatam, *in l. sed*
etsi lege, *§ consuluit. ff de petit. hered.* & ex notatis
per Bartol. *in l. Mænius*, *§. duobus*, *col.* 8. *versic. Se-*
cundo quæro, *ff. de legat.* 2. & ideo dixisse Guil. de
Cun. & Baldum, *in l. si tibi pecuniam*, *ff. si cert. pe-*
tat. donationem remuneratoriam posse reuocari
ob ingratitudinem, quia non est obligatoria,
sed potius voluntaria, argumento *l. generaliter*,
in secundo responso, *C. de secund. nupt.* & hos re-
tulerunt Rolandus, *in consilio* 15. *numero* 9. *vo-*
lumine 3. Tiberius Decianus, *responso* 25. *num.* 5.
volum. primo. Petr. Surdus, *in consilio* 419. *numero*
12. *libr.* 3. & coadiuuatur ex his, quæ ingeniosè
(vt adsolet) adnotauit Arias Pinellus, *tertia par-*
te l. prima, *C. de bonis maternis*, *n.* 60. *in principio*,
versic. Ex qua conclusione. dum contendit, verè,
& propriè appellari donationem gratuitam,
eam, quæ fit ob benemerita, & ex causa remu-
nerationis; quando seruitia, vel benemerita non
præstant ius aliquod agendi; aut talia sunt, vt
pro eorum debito, vel remuneratione, donans
posset in iudicium conueniri; quod & alij quo-
que arbitrantur, prout latiùs ego metipse osten-
di *in commentariis*. *tomi* 5. *cap.* 89. *numero* 94.
versicul. Idque euidentius demonstrabitur, *folio*
225.

56 Coadiuuatur etiam ex eo, quod vassalli, &
subditi Regis, teneantur ex debito subiectionis,
& vassallagij, Regi seruire, & concomitari eum
in bello, & in pace, & illi opem ferre; ex quo
57 sequitur, quod vassalli sic Domino inseruientes,
non videntur de eo benemeriti; nec beneficium
aliquod contulisse, cum ex officij sui debito id
facere teneantur, sicuti relatis Authoribus
nonnullis comprobauit Menochius, *in con-*
silio 1003. *numer.* 68. *&* *tribus sequentibus*, *lib.*
11.

Adhuc tamen, constanter tenendum est, fal-
sam esse opinionem prædictam, & seruandam
omnino resolutionem communem, quod dona-
tio, seu concessio, ex causa remunerationis, & ob
benemerita, dicatur in contractum transire, at-
que ex causa onerosa procedere; nec vim ali-
58 quam facere authoritates eorum Authorum,
quos expendi contra communem *suprà*; Soci-
nus namque Iunior, *dicto consilio* 94. *num.* 13.
specificè agnoscit, in opinione prædicta non in-
sistendum, nec ex ea fieri posse fundamentum;
quia magis communiter probatur, quod antido-
ralis, siue remuneratoria donatio, non sit merè
donatio, cum ex causa meritorum, & accepti
seruitij, aut beneficij procedat: quod & Meno-
chius, *præcitato* sæpè *consilio* 1003. nunquam ne-
gauit, imo specificè agnouit, & semper profite-
tur: & maximè, *ex num.* 49. *& seq. & num.* 94. *vs-*
que ad numerum 99 *& num* 79. *& seq.* Et ita non
potest vllum fieri fundamentum in his, quæ
tradidit, *dicto consilio* 112. *num.* 43. vbi non ita
exactè insistit in hoc, prout ibi, nec ex professo,
veritatem inquirit; sed breuiter, & omni dispu-
tatione omissa, sic scribit: *Sed esto, quod non fuerit*
mera gratia, simplexque ex liberalitate concessio; at
tamen dicendum adhuc non est, quod transiuerit in
contractum, itavt Pontifex, eiúsve successor, ex ea,
veluti ex contractu fuerit obligatus. Hæc ergo con-
cessio (admisso, quod præcesserunt singularia beneme-
rita Riarij) dicetur remuneratoria, accedens magis ad
gratiam, & liberalitatem, quam ad contractum one-
rosum, cùm verò à libera voluntate Summi Pontifi-
cis, nulli necessitati subiecta emanauerit, & ob id po-
tuit liberè ab Innocentio ipso VIII. reuocari. Ita
penè ad litteram scripsit Socin. Iun. in consilio 94.
num. 14. *&* 15. *lib.* 2. *qui ita respondit in simili con-*
cessione facta à Summo Pontifice. Et tanto magis, ita
est concludendum in casu nostro, in quo asseritur,
Riario fuisse concessum hoc priuilegium; quia pro Ec-
clesia militabat: hoc quidem significat, ex Pontificis
liberalitate factum, &c. Hactenus Menochius, qui
in his vltimis verbis apertissimè ostendit, pe-
culiarem rationem, in illo casu militare, ob
quam ita existimauit dicendum, sentiens apertè,
regulariter, atque in aliis casibus, aliter statuen-
dum; idque tanto magis, cùm Socinus iunior,
quem ponderat, non firmiter in eo insistat, vt
dixi, & Menochius ipse, securè asseuerauerit, &
sæpè repetierit contrarium, *dicto consilio* 1003.
pluribus in locis.

Item Bossius, *in loco relato suprà*, communiter
improbari solet, vt testantur Decianus, *in con-*
silio 71. *n.* 26. *lib.* 3. Peregrinus, *de iure fisci*, *lib.* 1.
tit. 3. *num* 29. *& in cons.* 7. *num.* 16. *vers. Et quamuis*,
lib. 1. Menochius, *in cons.* 378. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 3.
Eruditè Rolandus, *in consilio* 13. *num.* 59. 60. *&* 61. 59
vbi in hunc modum scripsit: *Similiter non obstat*
secundum, quod immunitas concessa ex causa remune-
ratoria, concedi non videtur, nisi ex liberalitate, & sic
ex causa lucratiua, ex quo beneficium sponte con-
ceditur, secundum Bossium, vbi suprà: Quoniam re-
spondetur, ipsum male loqui, cum de ipsa concessione
iudicandum sit, ac si concessa fuisset ex titulo oneroso,
vt per Alexand. in consilio 78. *num.* 8. *volum.* 4. *vbi*
dicit, quod iura, quæ permittunt, donationes reuocari,
loquuntur de donationibus, merè gratuitis, non au-
tem de factis propter merita, vel ex titulo oneroso,
quia tunc secundum Angel. in l. si vnquam, C. de re-
uocand. donat. de illis donationibus iudicatur, quem-
admodum de titulo oneroso; & sic non poterunt re-
uocari, prætextu ingratitudinis, nec per superuenien-
tiam liberorum. Idem voluit Tiraqu. in dict. l. si vn-
quam, in verbo, donatione largitus, n. 11. *vbi dicit,*
quod donatio remuneratoria, non est merè donatio, sed
vt titulus onerosus.

Et inferius, Rolandus metipse, *num.* 63. idem
prosequitur in hæc verba. *Et ideo non videtur sub-*
sistere decisio Bossij, cum concessio ipsa remunerato-
ria, non sit mera, pura, & gratuita concessio, vt aper-
tè demonstratur ex his, quæ scripta reperiuntur suprà
in

in secunda conclusione, Imo fortius dixit Parisius, in citato consilio secundo, numero 138. *post Decium, ibi citatum per eum, in cap. primo, numero sextò, de probat. quod illud, quod dicitur, Principem posse reuocare suum priuilegium ex gratia concessum subditis; non habet locum, quando priuilegium, & concessio transiuit in vim contractus, & conuentionis; subdens quoque id procedere, etiamsi attenderetur causa lucratiua.*

Et idem concludit Petr. Surdus, *in consilio* 419. *n.* 59. 60. *&* 61. *lib.* 3. vbi ex sententia aliorum multorum, quos refert, secureè tuetur, concessionem ob merita, siue remuneratoriam, continere titulum onerosum, non autem lucratiuum, & ideo nullomodo, nulloque casu reuocari posse, etiam propter ingratitudinem, aut filiorum natiuitatem.

60 Baldi etiam traditio *in dict. l. si tibi pecuniam, ff. si cert. petat.* quod licet merita præcesserint, censetur lucratiua donatio, quia donans remunerare non tenetur, & sponte dat; communiter improbari solet, vt ex infinitis commemoratis à me *supra, numeris præcedentibus*, deducitur manifeste. Et pluribus in locis contrarium docuit, atque statuit expresse Baldus metipse, prout eum referunt Tiberius Decianus, *responso* 25. *numero* 74. 75. *&* 76. *volumine primo.* Rolandus, *consilio primo, volum.* 2. *& dicto consilio* 13. *volum.* 3. Pet. Surdus, *vbi suprà, dicto numero* 60. *&* 61. vbi citat Castrensem, Decium, Barthol. Bald. Socin. Iun. Angel. Oldrad. Romanum, Abbat. Iason. Calean. Crauet. Ruinum, Capicium, Peregrin. Ludou. Molinam, Ripam, Nattam, Osalcum, Riminald. Menochium, Ancharan. & Tiraquellum, qui constanter asseuerarunt contrarium, & de donatione remuneratoria iudicarunt idipsum, quod de contractu, aut titulo alio oneroso: idque Parisius, *in consilio secundo, numero* 127. *volumine* 4 affirmat constantissime, & cum aliis Rolandus, *dicto consilio* 13. *numero* 62. vbi refert Tiraquellum dicentem, quod Gulielm. Cunius, & Baldus, toto cælo errarunt, dum *in locis relatis suprà*, contrarium voluerunt. Rectius ergo, superiores omnes, & alij plures obseruarunt, concessionem remuneratoriam, & donationem quamlibet ob benemerita, potius ex causa onerosa, quàm ex lucratiua, procedere videri, cùm in recompensationem beneficij accepti, & meritorum præcedentium fiat: & sic donans, aut concedens, magis videatur donare, aut concedere, vt naturali obligationi satisfaciat, quàm, vt liberalis appareat. Nec in consideratione habetur, quod ius deducibile in iudicium, siue actio ciuilis non oriatur, nec detur, vt ad remunerandum, quis teneatur; sufficit enim naturalis obligatio, & merita præcessisse, sat est, vt titulus pro oneroso habeatur, quod Rolandus, & Surdus, cum aliis, rectè sunt assequuti; & egregie Tiberius Decianus, *dicto responso* 25. *n.* 74. 75. 76. *&* 77. vbi vide. Et si contrarium teneretur, inane, & frustratorium fieret, quod communi Scribentium placito, & consensu, circa donationes remuneratorias scriptum est, prout Tiraquellus aduertit, & eum refert Rolandus, *vbi suprà.*

61 Et eisdem considerationibus, nec Arij Pinelli placitum contra communem sententiam, relatum *suprà, num.* 55. vim aliquam habebit, nec mouere valebit, dum contendit, quod remuneratoria, nullius sit effectus, sed mera, & pura donatio esse censeatur, etiam si ob seruitia, & benemerita fiat, nisi præcesserint merita obligatoria, ex quibus dari posset actio, vel iudicis officium: idque multo magis, iuxta ea, quæ Didac. Couarr. *in cap. cum in officiis, numero* 9. *&* 10. *de testamentis*, notauit, vbi mirè communem opinionem tuetur, prout *ibi* videri poterit. Nec ego metipse, *in commentariis tomi* 5. *capit.* 89. *numero* 94 *in versiculo, Idque euidentius à communi sententia recessi*, nec articulum hunc, ad examen, seu disputationem aliquam reduxi, sed dumtaxat consideraui placitum illud, à me *ibi* propositum, fortius vrgere, & obtinere debere, attenta opinione prædicta Arij Pinelli, quæ tamen in actu practico, & contra communes, & receptas sententias, locum habere non debet, & eidem Pinello satisfieri, atque responderi concludenter poterit ex his quæ in fauorem remuneratoriæ donationis, tot locis, repetitisq; sæpè doctrinis, Interpretes adnotarunt, & tradita fuere *suprà*; ex his etiam, quæ Couarr. *loco nunc relato* obseruauit, ad quem se remittit Ioannes Matienços, *in l.* 15. *titulo decimo, glossa* 6. *numero primo, in fine, folio* 317. & latè cumulatis à Ioanne Garcia, *cap. de donat. remuneratoria.* Ex his quoque, quæ nouissimè omnium scripsit D. Carolus de Tapia, *decisione* 5. *numero* 49. *folio* 304. qui cum retulisset Arij Pinelli opinionem prædictam, specificè asserit, esse contra communem, & etiam contra Principis liberalitatem, & contra eius vtilitatem; & ponderat contra Pinellum ipsum, Tiberij Deciani locum insignem; & in hunc modum concludit: *Et quamuis in dicta l. finali ff. de constitut. Princip.* 2. *parte, cap.* 9. *numero sexto, dixerimus, opinionem Arij Pinelli veriorem esse; diximus tamen, contrariam esse æquiorem, & hodie post tot annorum curricula, in quibus experientia docuit, quantum subditorum animos excitet Principum liberalitas, & quanti illius intersit, quantúmve bono publico conferat, credimus affirmari posse, æquiorem, tutiorem, & magis proficuam esse communem opinionem.*

Sic sanè Carolus ipse de Tapia, *eadem decisione* 5. *ex numero* 32. *vsque ad numerum* 75. constanter communes resolutiones defendit, prout retuli *suprà*. Et verè contra Pinellum ipsum, & pro efficacia, & virtute remuneratoriæ donationis, & vt reuocari non valeat, sed præcisè implenda seruandáque sit, non leniter vrget, quod substantia, & effectus simplicis donationis, in eo consistit, quod nullo iure cogente, aliquid conceda-datur; prout expresse asserit Iure Consultus, *in l. donari videtur, ff. de regul. iur.* dum dicit, id donari videri, quod ex absoluta, & libera voluntate, & nullo iure, sine iuris vinculo cogente, donatur; quasi velit, quod si aliquo iure impellente, siue cogente, donatio fiat, non est propriè, nec dici potest donatio, quod negatiua illa, *nullo iure*, apertissimè insinuat, tanquam indefinita enim, aut generalis, vtrumque ius, vel ciuile, vel naturale complectitur: nam & genus est coactionis, quod naturaliter ex indecentia, & verecundia non remunerandi benemerito, proficiscitur, vt aduersus Pinellum, notabiliter ponderat Hippol. Riminaldus, *in principio, Institut. de donationibus, numer.* 225. ibi: *Præterea dico, quod si illa verba*, nullo iure cogente, *propriè sumenda sunt, magis propriè sumentur, si comprehendant non tantum ius cogens, mediante vtroque vinculo, ciuili, & naturali; verum etiam, altero tantum, vt naturali. argumento eorum. quæ contra Iasonem tradit Curtius Iunior, in rubrica, de iurisdict. omn. indic.* Pon-

rat etiam Couarr. *in dicto cap. cum in officiis, num.* 9. Addiderim ego, & vltra Riminaldum, & Didac. Couarr. differentiam inter actionem naturalem, & ciuilem, vt meritorum solutio, & remuneratio intentari, & peti in iudicio valeat, dumtaxat considerari posse, ante factam donationem, seu concessionem remuneratoriam, vt contra eum, qui seruitia, aut benemerita accepit, lis formari, & actio intentari valeat; quia naturalis obligatio non producit actionem compulsiuam; vt peti possit, prout ciuilis producit; siue non est iuris vinculum, quo necessitate astringimur, alicuius rei soluendæ, vt *in l. sed etsi lege, §. consuluit, ff. de petit hered.* Cæterum post donationem semel factam, & perfectam, ex causa remunerationis, ob seruitia accepta, & merita præcedentia, & sic re non integra, sed existente in possessione eorum, quæ Princeps donauit, aut concessit, ei, cui concessio facta est; indignum quidem esset, & Maiestati Principis ipsius non conueniens, quod Princeps ipse de reuocatione concessionis ipsius iam factæ, & perfectæ tractaret; prout esset, si contractui alicui contraueniret reciproco, postquam esset consummatus, & perfectus, ad irreuocabilitatem namque, tantam vim habere debet, & vere habet vinculum naturale, sicut ciuile; sicuti notabiliter, & ingeniosè considerauit Fortunius Garcia, *in l. prima, §. ius naturale, ex numero* 61. *ff. de iust. & iure.* Et pulchrè annotauit Oldrad. *in consilio* 266. *In Christi nomine, num.* 7. *vers. Præterea*, vbi inquit, quod priuilegium concessum ob benemerita, non potest reuocari; sicuti non reuocatur debitum naturale solutum.

Notabiliter etiam considerauit Didac. Couarr. *in dicto cap. cum in officiis, numero* 9. in hæc verba: *Illud satis vulgare admonuit glossa Bernardi, donatarium, obligari naturali, quadam honestate, ad beneficij accepti remunerationem l. sed etsi lege, § consuluit, ff. de petit. hered. l. si pater §. vltimo, ff. de donat. l. meum autem, § sed licet, ff. quod met. causa. Nec enim donatio remuneratoria potest propriè donatio dici, l. Aquilius Regulus, ff. de donat.* Et citat multos Authores, ita tenentes, qui dicunt, hanc esse communem opinionem, & remuneratoriæ donationis plures effectus cumulant. Et statim sic prosequitur Didac. ipse: *Ex quibus communem esse constat, licet Decius, in l. donari, ff. de regul. iur. post glossam, in dicto §. consuluit. Teneat, remunerationem, veram, & propriam donationem esse, cùm nullo iure cogente fiat. Cui ipse respondeo, obligationem illam, quæ ex ratione naturali inest hominibus, vt grati sint benefacientibus, inducere ad remunerationem. Nam, vt scribit Seneca, lib. 2. de benefic. c. 18. & quidem diligentius quærendus est beneficij, quam pecuniæ creditor: huic enim reddendum est, quantum accepi, & si reddidi solutus sum, ac liber: at illi plus soluendum est, & nihilominus, relata gratia cohæremus. Vnde, hanc remunerationem, ex ratione naturali procedere, deducit eleganter Fortunius. Quia & ingratitudinem peccatum esse constat; quamuis, qui beneficium intulit, ius exactionis non habeat, cùm animo liberali id egerit, & ideo remuneratio non est debita ex legali obligatione, sed ex honesta, & morali.* Hactenus Couarr. qui in confirmationem eius, quod ex Oldrado nunc retuli, inquit *in eodem capit. cum in officiis, numer.* 10. quod remuneratio habet alium effectum, maximæ considerationis, vt repetitionem impediat eius, quod solutum fuerit, siue scienter, siue errore iuris: nam qui gratificatur alteri, à quo beneficium accepit, credens sese ad id teneri, iam animo consentit naturaliter, vt remuneretur amicum, nec errat in naturæ vinculo, & consensu naturali; licèt errauerit in iure, igitur non repetit: *l. enim quis, C. de iuris & facti ignorant*, cum aliis iuribus, quæ *ibidem* expendit Couarr. metipse, vbi videri poterit.

Addiderim ego vltra eum, certum esse, quod regulariter, naturalis obligatio impedit repetitionem soluti, *l. naturaliter* 13. *ff. de condict. indebit.* & notauit Anton. Pichardus, *in principio, de obligat. num.* 40 *folio mihi* 1588. qui de obligatione naturali scribit nonnulla, *numero* 10. *&* 11. *&* 14. *&* 18. *&* 26. *& sequentibus, & num.* 41. & addit *numero* 32. quod ipsa naturalis obligatio sola, vinculum etiam appellatur, prout ciuilis, sicuti constat *ex l. si fideiussor.* 59. *ff. de condict. indebiti, & l. Stichum,* 95. *§. naturalis, ff. de solut.* in illis verbis: *Quoniam vinculum aquitatis, quo solo sustinebatur,* & loquebatur Iureconsultus expressè de naturali obligatione, sicuti constat *ibi*, dum dicitur, *naturalis obligatio, &c.* Quæ est singularis ponderatio ad obseruationem factam *sup. ad. l. donari videtur, ff. de regul. iur.*

Denique, & contra Pinellum ipsum, fortissimè, & velut concludenter vrgent obseruationes plures Ioannis Garciæ, *in quæstion. de donatione remuneratoria*, post tractatum *de Expens. & Meliorat. ex fol.* 179. vbi *ex numero primo, vsque ad numerum* 45. latè cumulat effectus plures remuneratoriæ donationis, vt scilicet admittatur, & permittatur de iure, etiam in casibus, & in personis, aliàs donare, & donari prohibitis, prout latè *ibi*. Deinde, ex professo defendit contra Pinellum, opinionem communem, quod remuneratio non sit propriè donatio, sed velut contractus onerosus, aut permutationis iudicetur; sicuti probatur *in dicta l. sed et si lege §. consuluit, ff de petit. heredit.* vbi Iureconsultus, verbis expressis, & sine ambage, donationem remuneratoriam, ait pertinere ad permutationem, non verò ad omnimodam liberalitatem, qualem in donatione requirimus, vt constat ex verbis eiusdem textus, ibi: *Planè, si antidora acceperunt, dicendum est, locupletiores factos, quatenus acceperunt,* & subdit statim, *& velut genus hoc esse permutationis.*

Ponderat etiam text. *in d. l. Aquilius Regulus, & in d. l. si pater, §. finali*, & vltra hæc tria iura octo etiam alia expendit pro opinione eadem communi, quam verissimam, & receptissimam appellat, & inductionibus omnibus, siue interpretationibus contrariis Pinelli satisfacit, responsúmque præbet. Et firmiter semper in hoc residet, quod donatio remuneratoria pertinet ad titulum onerosum, non ad lucratiuum, prout *ibi numer.* 5. *& sequentibus*, & quod donatio remuneratoria, non est propriè donatio, quia non procedit ex mera liberalitate, prout *ibi, num.* 3. & quod non reuocatur in casibus, in quibus aliæ donationes reuocantur, prout latè *ex numero* 7. *cum pluribus sequentibus*, & quod priuilegia, aut concessiones factæ à Principe propter merita, reuocari non possunt, & alia multa, quæ *ibidem* videri possunt. Et conuenit omnino Petrus Surdus, *in consilio* 419. *num.* 51. *& sequentib. vsque ad numerum* 65.

Ex his etiam credimus indubitanter, atque concludenter conuinci ea, quæ nullo examine præhabito, & omni disputatione omissa, annotauit, & intricatè quidem, & obscurè, Ioannes Baptist.

Baptist. Costa, *de remediis subsidiariis*, *remedio* 114.*n.*3.4.*&* *sifol.* 518. vbi videtur constituere differentiam inter Reges, & Principes, & alios priuatos, quod attinet ad donationem remuneratoriam; & velle, quod donatio ob benemerita à Principe prouenjens, etiam cum specifica meritorum assertione, non ideò desinit esse titulus lucratiuus, & quod non est titulus onerosus, nec differt à meris gratuitis donationibus, quod expressè asserit *n.*3. quoad alias tamen personas fatetur specificè, quod donatio remuneratoria præ se fert titulum onerosum, siue ex causa onerosa, non autem lucratiua, facta videtur: in quo equidem decipitur manifestè, cum differentiæ ratio nulla reddi possit inter Principes, & alias personas, & vinculum illud æquitatis, quo naturalis obligatio sustinetur, ita in Principe ipso, sicut in priuatis vrgeat, & militet; imò fortius in eo, quàm in aliis personis, cùm benemerita, & seruitia remunerare, & grati esse subditis, atque donare, magis Regibus, & Principibus, quam aliis personis conueniat, & liberaliores ipsi, quàm priuati extituri sint, quamuis inuiti non cogantur remunerare, vt ipse Costa enuntiat, quod verum est, tamen, neque priuati donare ex causa remunerationis, siue grati esse beneficiis acceptis, aut remunerare astringuntur, in quo etiam nulla datur differentia, nec constitui potest inter Principem, & priuatum. Respectu autem constitutionis Mediolani, *de feudis*, §. *beneficium*, quam *ibi* citat, an sit differentia, vel non, ad nos non attinet, cùm iure communi attento, & in terminis constitutionum legum huius Regni, resolutiones nostræ procedant, & seruandæ sint: ipse autem Costa excitatur præcipuè constitutione Mediolani, pro qua citat quoque Bossium, Plotum, & Betretam; & tamen Bossij eiusdem, & sequacium placitum contra communem, supra improbaui: cùm autem ita statuisset, subdit statim in hunc modum: *Tametsi quoad alias personas, donatio ob benemerita, præseferat titulum onerosum: sicuti quoad irreuocabilitatem differt donatio gratuita à donatione ob benemerita, seu à priuilegio remuneratorio; non aliter, ac si recepta pecunia, Princeps id ipsum subdito suo concesserit; cum potius sit quædam solutio, aut extinctio debiti, vel res compensatio, quàm donatio, &c.*

Hactenus Ioannis Baptist. Costæ verba, quæ claè, & expressè admittunt, donationem remuneratoriam, ob benemerita, à priuatis personis factam, irreuocabilem esse, & continere titulum onerosum, quamuis in Principe, non desinat esse titulus lucratiuus; prout summat *num.* 3. *&* 5. *dicti remedij* 114. vt autem donatio remuneratoria Principis, non ex causa onerosa, sed lucratiua potius procedere videatur, citat Petrum Surdum, *in consilio* 419. *num.* 12. qui tamen licet arguendo, ita *ibi* statuerit, postmodùm tamen in decisione, constanter defendit contrarium, & fundamento adducto, *dicto num.* 12. respondet *numer.* 51. *& sequentibus*, *& numer.* 60. *& sequentibus* asserens, donationem Principis remuneratoriam, titulum onerosum, non autem lucratiuum continere videri. Quoad irreuocabilitatem autem attinet, ambigua, & obscura videntur verba huius Authoris; nam vt procedat differentia, quam inter Principes, & personas priuatas adducit *num.*3. quod in his, sit titulus onerosus donatio remuneratoria, in illis autem titulus lucratiuus non desinat esse, deberet statuere, à Principibus factam donationem remu-

neratoriam, reuocabilem esse; & tamen apertè videtur dicere contrarium, irreuocabilem scilicet esse, non aliter, ac si recepta pecunia, Princeps donasset, vel concessisset; & ita tenent Authores omnes, quos citat, vbi etiam expendit Petrum Surdum, *dicto num.* 51. qui asserit (vt dixi) titulum onerosum, non autem lucratiuum continere donationes Principum remuneratorias, & reuocari non posse, & repetit ea *num.* 60. quo loco non citat eum Costa, prout *ibi* apparet. Et secundum hæc, tria principaliter intendit Author metipse.

Primum, quod in Principe, quoad benemeritos, & eos, qui ei inseruierunt, sola consideretur obligatio naturalis, siue antidoralis (vt *ibi* enuntiat *num.* 3.) & quod hæc nullam habet coactionem, cum inuitus non cogatur remunerare, & vtrumque rectè, & iuridicè procedit, & ita æqualiter in priuatis personis, sicut in Principibus seruandum est, cum nec priuati cogantur remunerare, & sola naturali obligatione teneantur, vt *sup.* dixi: & quod in ipsis priuatis personis, ex causa remunerationis donantibus, siue ob benemerita, consideretur titulus onerosus, non autem lucratiuus, rectissimè quoque statuit, & iuxta communem omnium sententiam: dum autem in Principe contrarium obseruat, decipitur sanè, vt *suprà* notaui, & ipse statim apertè videtur confiteri, *n.*5. expressè agnoscens, quod donatio remuneratoria, potius sit quędam solutio, aut extinctio debiti, vel recompensationis actus, quàm gratuita donatio: ergo magis est titulus onerosus, quam lucratiuus, cuius contrarium antea dixerat. Nec valet dicere quod obligatio antidoralis, coactionem non habet, cùm inuitus Princeps non cogatur remunerare: ergo titulus est lucratiuus, si remuneraucrit. Verum enim est dicere, re integra, & donatione non facta, non cogi Principem ad donandum; attamen si ex causa remunerationis donauerit, desinit res esse integra, & quædam solutio, atque debiti naturalis recognitio, & solutio, atque extinctio, potius quàm donatio indicatur, quod ipse affirmat, & primam suam propositionem confundit: rectiùsque percipere videtur Couarr. *in c. cum in officiis, n* 9. *de testam.*

Secunda eiusdem Authoris traditio est, quod non differunt quoad Reges donantes, gratuitæ largitiones, ab his, quæ profectæ sunt cum assertione meritorum, In quo equidem, nec aliquo modo insistit, nec latiùs fundat, & sola Petri Surdi authoritate, *dicto consilio* 419. *numer.* 12. excitatur: qui tamen (vt suprà dixi) contrarium tenet inferius, *ex n.*51. *& n.*60. *& sequent.* & Communis etiam, de qua hactenus adeò latè, contrarium tuetur, vt vidimus; nec in hoc etiam Principes à priuatis differunt, prout non differre, tot Authores relati suprà asserunt.

Tertiò & vltimò statuit idem Costa, quoad irrenocabilitatem, differre gratuitam donationem, à donatione ob benemerita, seu à priuilegio remuneratorio; non aliter, ac si recepta pecunia, Princeps concessisset; in quo (vt vides) communi resolutioni conuenit, & rationem quoque communem expendit, vt suprà retuli; & verè, si irreuocabilis remanet remuneratoria Principis donatio, aut concessio (qui est maximus, & præcipuus eius donationis effectus) malè negari videtur, quod semel facta remuneratio, titulum magis onerosum, quàm gratuitum contineat,

Quamuis etiam, vassalli, & subditi, Regibus, & Principibus suis seruire, & opem ferre debeant, eósque in bello, & in pace concomitari, vt dictum fuit suprà, *num.* 56. & 57. adhuc tamen dicuntur, beneficium in eos conferre, & de de eis benemereri, & ob id digni efficiuntur remunerationis: idque maximè, si seruitia magna, & singularia sint, & vitæ periculo subditi ipsi se, exposuerint; prout latius respondet Menochius, *præcitato consilio* 1003.*n.*72. & *tribus seqq.* & probatur *in l. si pater*, §. *finali*, *ff. de donat.* & *in l.* 51. *titulo* 18. *part.* 3. & notanter confirmat Fernaud. Loazes, *in allegatione, super controuersia oppidi de Mula, dubitatione prima, secunda pro parte Marchionis fundamento, ex num.* 1. *ex fol.* 162. *vsque ad fol.* 171. vbi vide omnino, *ibi* namque, *ex dicta num.* 1. *vsque ad numerum* 11. nonnulla pendit, & singulares Doctorum doctrinas cumulat, vt probet, quod cum vassalli ex suo proprio, & debito seruitutis, & subiectionis officio, tencantur Regibus omne obsequium, & in prælio personale seruitium præstare, si ab eisdem Regibus, donationes recipiant, videri dicendum, non posse dici eas remuneratorias, siue priuilegiatas esse, sed vt alias donationes, puras, & simplices, & absque vlla causa factas diiudicari debere: quibus & addi possunt tradita per Gamam, *decisione* 26.*n* 1. Afflictis, *decis.* 307. *num.* 13. Latius per Matchionem Corsetum, *in l.* 1. & 2. *C. de filiis officialium lib.* 10. *num.* 38. & 39. Ioann. Andr. Georg. *repetition. siue allegation. feudali, cap.* 34. *num.* 4 & 29. Franciscum Ponte, *de potestate Proregis, tit.* 5. *ex num.* 13. *vsque ad num.* 29. *fol.* 232. *in fine*, & 233. vbi asserit, quod donatio remuneratoria non dicitur, quando seruitia sunt facta ex debito officij, vel ex alia obligatione antecedenti, & quod seruitia de iure debita non faciunt donationem remuneratoriam, quanquam dicatur donari ob seruitia, sed pura iudicabitur. Et quod euictio, quæ venit in donatione remuneratoria, in tantum debetur, in quantum si ob seruitia aliàs datetur actio contra donantem, prout latiùs *ibi* comprobat Ponte metipse, & antea tradiderat *in cons.* 59. *ex numer.* 15. *vsque ad num.* 24.

Hæc inquam, cum proposuisset Fernand. Loazes, *vbi suprà*, statim *ex num.* 11. *vsque ad num.* 61. concludenter huic obiectioni satisfacit, responsúmque præbet, & latè fundat, & comprobat, adhuc remuneratorias dici debere, atque ex causa onerosa factas donationes has, quæ ob merita, & remunerationem fiunt: vassalósque ipsos seruientes, dignos esse præmio, & remunerationem: nec ita simpliciter procedere, quod dicitur, vassallos seruire debere in bello, & in pace; imò aliter dicendum, & rem hanc latiùs explicandam, prout adductis multis exemplis, & doctrinis explicat, *ex d. num.* 11. *fol.* 165. *vsque ad num.* 61. & *fol.* 184. vbi vide omnino, quia (vt dixi) concludenter satisfacit difficultati propositæ, & traditiones superiores Ioan. Franc. de Ponte, & aliorum elidit: contra quas etiam extat communis Interpretum nostrorum sententia, qui donationes has, seu concessiones à Principibus factas vassallis, & subditis, ob benemerita, & seruitia, remuneratorias semper, & priuilegiatas diiudicarunt, vt constat ex infinitis relatis *suprà, per discursum totius numeri* 61. & traditionibus omnibus Menochij, longa serie considerratis, *dict. conf.* 1003. *per totum*. Et verè negari non potest, quin Principes, gratias, & donationes facientes, aliquáque his concedentes, à quibus seruitia, & merita acceperunt, vt gratos se ostendant, & ob benemerita ipsa compensanda, principaliter excitentur; atque ideo, re, effectu, & veritate, remuneratoriæ dici debeant, & priuilegiis remunerationum gaudere. Aliàs, prætextu obsequij, & seruitij, Regibus, & Principibus à vassallis debiti, tot tantáque, ab Scribentibus mille in locis, circa donationes Principum remuneratorias, dicta, & resoluta subuerterentur, & inania fierent: quod ferendum non est; cum etiam præhabita consideratione dicti seruitij, quod debetur, ita statuerint, & prætextu seruitij eiusdem, donationes ipsas non amittere nomen, priuilegia, & prærogatiuas remuneratoriarum, semper voluerint apertissimè. Vnde à communi sententia recedendum non erit, eamque validissimè comprobauit Fernand. Loazes, *vbi suprà, ex dict. fol.* 165. *vsque ad folium* 184. vbi *num.* 60. sic concludit: *Ex quibus patet, obsequia seruorum, vxorum, vassallorum, aliorúmque subditorum seruitia, remunerationem minimè impedire: præmaximè in Castella Regno, vbi complura iura disponunt, præcipuè illa, quæ superius allegauimus; posse Regem, imo debere, vassallorum, atque subditorum suorum seruitia remunerare*, &c. Idque latè probauerat, atque fundauerat anteà, *primo pro parte Marchionis fundamento, ex num.* 1. *ex fol.* 73. *vsque ad fol.* 92. vbi longa serie exornat, quod Principes, & Reges donare possunt, ac debent ex causa remunerationis, & ob benemerita, & seruitia, vassallis, & subditis suis. Et nunquam dubitauit, prout nec dubitarunt innumeri illi Authores ab eo commemorati, quin donationes ex causa remunerationis factæ à Regibus, nomen, & effectus remuneratoriæ donationis consequantur, prout latissime *ibi* ostendit.

Eaque procedunt in omnibus subditis, & vassallis indistinctè, qui ob seruitia benemeriti fuerint, & remuneratione Principum digni; siue in bello, siue in pace; alicui præpositi officio, aut ministerio, vel non præpositi, generaliter inseruierint. Et siue eis merces, stipendium, aut salarium certum assignatum fuerit, siue nulla mercede, aut salario constituto, fideliter, diligenter, & vtiliter seruitia Regiæ Coronæ, Regibúsque præstiterint. Si enim ita se habuerint, vt laude, præmio, & remuneratione digni, & benemeriti sint, & in seruitiorum remunerationem, eisdem, aut filiis eorum, Reges aliqua concesserint, aut donauerint, eáque eo intuitu, vt gratas se ostendant, & seruitiis receptis satisfactionem præstent; iudicabuntur quidem huiusmodi gratiæ, concessiones, & donationes eodem iure, quo remuneratoriæ donationes iudicantur, & quasi debiti, seruitiorúmque acceptorum satisfactiones, non autem gratuitæ donationes.

Nec potest differentiæ ratio assignari, aut ob constitutionem certi salarij, aut mercedis, vel seruitij debiti ratione officij, quod ministrarunt, antidotalis obligatio, quæ ex seruitiis ipsis, & benemeritis oritur, & remunerandi ratio excludi, aut cessare; cum simul stare possint seruiendi obligatio, ratione subiectionis, & vassallagij, aut ratione officij, & mercedis, siue salarij, quod præstatur, & remunerandi antidotalis obligatio, quæ Reges, & Principes impellit, vt de se benemeritis, & seruientibus satisfacere debeant; cum mercede sola, vel salario, à communiter accidentibus, non sufficienter satisfieri posse videatur, & seruitia ipsa, & benemerita longè

longè excedant salarij, aut mercedis considerationem. In cuius rei comprobationem, mirè vrgent quamplura, quæ Fernand. ipse Loazes, *vbi suprà* notauit, *ex fol. 162. vsque ad fol. 171.* text. et iam *in cap. 1. de donat.* qui indistinctè loquitur, & omnes casus æqualiter comprehendit, siue ratione officij, aut salarij, vel stipendij constituti, quis Principi inseruierit, siue nullo salario, aut mercede recepta, & etiam officio alieni, vel ministerio non præpositus. Prout etiam dicta iura comprehendunt, liberalitatis, & remunerationis rationes omnes, quæ Principes, & Reges astringunt, vt liberales existant, & vassallos suos magnis beneficiis afficiant; & considerantur infrà, *ex numer. 66. vsque ad numerum 73.* vbi expenditur text. *in dicto capite primo, de donationibus.*

Seruitij etiam iure debiti considerationem non excludere, quin ob benemerita donari possit, etiam inter personas prohibitas, & donatio, non gratuita, sed remuneratoria dicatur, & remuneratoriæ effectus sortiatur; vel ex eo etiam comprobatur, quod etsi dicamus, nulla videri merita filij erga patrem, cum iure ei inseruire, & obsequia præstare teneatur; nihil enim est, quod non à filio debeatur patri, sicuti Platonis, Aristotelis, Ciceronis, & aliorum authoritate scripsit Menochius, *lib. 3. præsumptione 19. numer. 56. 19. 50. & 21.* Attamen aliqua sunt seruitia, & beneficia, à filio in patrem collata, quibus adeo de patre benemeritus dicitur, vt eorum causa, iure ei donare possit pater: sicuti scribunt Bartol. Ioann. Bapt. à Sancto Seuerino, Iason, Decius, Ripa, & Tiraquellus, quos refert Menochius, *dicto consilio 1003. numero 74.* dicens, quod ab hac opinione, in iudicando, non licet recedere. Et idem statuens in seruo, qui etsi ad omnia Domino teneatur, nihilominus propter singularia seruitia, dignus est remuneratione, *l. etiam, §. ex præterito, ff. de manumissis vindicta*, cum aliis iuribus, quæ *ibidem* expendit Menochius, *numero 75.* Et addit, idem de meritis vxoris erga maritum, respondisse Vlpianum, *in l. quod autem, § si vir, & vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & scripsisse Baldum, Romanum, Ioann. de Anania, Socin. Decian. Tiraquellum, & Palac. Rub. virum donare posse vxori, ob magna seruitia sibi præstita, & huiusmodi donationem, remuneratoriam dici, & remuneratoriæ effectus sortiri.

Pinellus etiam, *tertia parte leg. prima, C. de bon. matern. sub numer. 65. versiculo, infertur 14. folio mihi 211.* quamuis expresse dixerit; quod cùm subditi fidelitatem Principi suo debeant, similiter & patriæ; si forsan pro honore Principis, vel defensione patriæ, pericula subierint, fortem, fidelemque operam præstent, digni quidem erunt remuneratione, vt eleganter inquit Imperator, *in l. finali, C. de propos. agent. in reb. & in l. prima, C. de priuileg. eorum, qui in sacr. Palat. milit. lib. 12. & in l. cum nauarchorum C. de nauicular. lib. 11.* & quod id obseruabat antiqua Romani Senatus prudentia, omnisque Respublica bene instituta; tamen, quod à nomine donationis non separabitur remuneratio hæc: quod vltimum difficultatem habet, & contra communem sententiam Doctorum procedit. Licet inquam, ita dixerit, fatetur tamen, quod remuneratoria donatio ob benemerita, fauorabilior erit, & quod donatum à Principe pro seruitiis, non minus reuocari poterit, sequuta ingratitudine, vel infidelitate vassalli, quam cæteræ donationes reuocantur. Ecce, vbi fatetur, remuneratoriam donationem reuocari non posse à Principe, nisi ex causa adeo magna, vt ingratitudinis, vel infidelitatis, vel ex alia iusta causa, ex causa enim reuocantur decreta, & conuentiones Reipublicæ, & alia, quæ regulariter irreuocabilia essent; prout vtrumque expressè annotauit cum aliis Authoribus, *in versiculo, infertur 16. fol. 212.* siue causa tamen quod reuocare non possit, nec alterare donationes, aut concessiones remuneratorias Princeps; specificè, & doctè asserit, *sub eodem versiculo, infertur 16 in versic. sine causa autem*, in hæc verba: *sine causa autem iusta, regulariter reuocari non potest Principis donatio, cum nec priuatus possit, d. l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo, quod Doctores non aduertunt; debuissentque Scribentes in proposito potius dicere, quod si Princeps, ex causa, etiam iustissima, sine demeritu possidentis, reuocet donatum, debeat æquiualenter satisfacere*, & citat Innocent. Felin. Iason. Alexan. & Afflict. ita tenentes.

Constanter ergo resoluit Pinellus, donationem Principis ob benemerita, ex causa iusta reuocari posse, sine causa autem iusta non posse, & improbat eos, qui dixerunt, etiam ex causa reuocari non posse: & cum ex causa etiam iustissima reuocatur, æquiualentem satisfactionem præstari debere (vt vides). A communi autem in hoc dissentit, quod à nomine donationis gratuitæ noluerit donationes remuneratorias separare, quod sine difficultate non procedit ex anteà dictis: quamuis autem, remuneratorias ipsas donationes, à Principibus reuocari non posse dixerimus suprà; ex causa tamen reuocari posse, cum Communi asserimus infrà, *ex num. 123. cum sequentibus, & num. 131. & 134.* vbi latius explicabitur: atque ita in effectu, traditionibus superioribus conuenire videtur Pinellus.

Nec dissentit Pat. Franeisc. Suarez, *in tractatu de legibus, lib. 8. cap. 37. numer. 6. folio mihi 710.* Primo namque refert communem Doctorum sententiam, quod priuilegium remuneratorium irreuocabile sit; & reddit rationem, quia quod datur cum onere, & obligatione in futurum, reuocari non potest, impleta conditione: ergo idem esse debet, quando aliquid datur in remunerationem præteriti laboris. Statim autem in hæc verba scribit: *Est que hæc pars, longè certior, quando remuneratio est ex debito iustitiæ, quando verò est tantum ex gratitudine, potest pati dubitationem, quia sola ratio gratitudinis non sufficit ad proprium, & rigorosum contractum: quæ ratio rectè probat, non esse tam irreuocabile priuilegium, datum ex gratitudine, sicut ex iustitia, quia fortius est iustitiæ vinculum, vnde in casu necessitatis, ac cæteris paribus, potius esset reuocandum priuilegium datum ex antidoralis obligatione, quam datum ex commutatiua iustitia: & si ex causa reuocetur, forte non erit debita ex iustitia recompensatio, sed tantum ex gratitudine, sicut fuit prior remuneratio*, ecce vbi Anthoris, religiosissimus, & eruditissimus, omnique laude dignissimus, vt certum resoluit, remuneratorias donationes non posse reuocari à Principe, nisi in casu necessitatis, atque ex iusta causa, & cætera, quæ aduersus communes resolutiones considerat, sub dubio, & fatendo rem hanc pati dubitationem, & sub verbo *fortè*, proponit (vt vides:) resolutiuè autem, & non obstante dubitatione prædicta, aut dubitandi

ratione, communi adhæret resolutioni, & in hunc modum scribit, *dicto num. 6. in fine, & dicto folio 710. Nihilominus tamen, priuilegium remuneratorium, est per se irreuocabile, quia ipsa ratio remunerationis hoc includit; idémque postulat ratio gratitudinis, nisi remuneratio excessiua sit.*

Cum autem excessiua fuerit, quid dicendum sit, inferiùs explicabitur *numero 63. & sequentibus*: & communi Interpretum placito receptum est, quod donatio dicitur remuneratoria in quantum merita æquiualent donationi, sed in excessu est pura, & simplex; sicuti permultis authoribus relatis, probauit Menochius, *in consilio 112. num. 13.* Tiraquel. *in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num.* 80. Bursatus *in consilio 310. num. 56. lib. 3.* Tiberius Decianus *responso 22. numer. 11. lib. 2.* Ludou. Molina *de Hispanor. primog. lib. 2. cap. 8. num. 17.* Matienzus *in l. 1. tit. 10. glossa 6. num. 1.* Hondedus, *in consil. 47. num. 18. & 19.* & antea *num. 8. lib. 1.* Pat. Ludou. Molina *tom. 2. disp. 279. littera A. pag.* 168. prout etiam receptum est, quod donatio remuneratoria censetur, quando in ea, benemerita in specie exprimuntur, & probantur, & meritorum generalem assertionem non efficere donationem remuneratoriam; vt longa serie explicat, pluresque casus distinguit Menoch. *dict. cons.* 112. *per totum*, vbi omnino vide: & Honded. *dicto consilio 47. n. 10. & sequentibus.*

Et de his hactenus, quæ sunt quidem singularia, & notanda, & ingenti studio, & diligentia, assiduáque consideratione, sic discutientur, nec ab vllo hactenus fuerant antea, sic adnotata, nec scripta: & de ipsis erit semper, cùm occasio se offeret, attentè, & maturè cogitandum.

Quod autem dicitur, donationes, & concessiones factas ex causa remunerationis, & ob benemerita, irreuocabiles esse, & debere à Principibus obseruari, atque impleri, explicari solet, quod vt dicantur remuneratoriæ, atque ex meritis reddantur irreuocabiles, & in contractum transeant, necesse est, vt ad minus merita æquiualeant, siue attingant quoad dimidiam partem valoris rei donatæ; aliàs, si donatio excederet in plus merita, diceretur simplex donatio, vt nunc dicebam.

Alij verò existimarunt, non sufficere, vt merita æquiualeant dimidiæ parti, sed debere esse æqualia, atque ita opiniones contrarias, ex Baldo, Romano, Corneo, Tiraquello, Socino, Iulio Claro, & Pinello refert D. Carolus de Tapia *secunda parte l. finalis, ff. de constit. Princip. cap. 9. numer. 7. & 8. fol. mihi* 251. qui dicit, animaduertendum esse, in donatione remuneratoria, satis esse, si res donata non superet æstimationem meritorum, non inspecto valore rei donatæ, sed qualitate donantis, cum Principes accepto seruitio, maiorem soleant referre gratiam. Sufficit ergo, quod non excedat valorem eius, quod Principes ex consuetudine donare solent, licet præponderet meritis, vt post Corneum, & Barbat. optimè declarat Tiraquel. *ibi* relatus, & repetit ipse Carol. de Tapia *decis. 5. num. 47. & 48. fol. 204.* vbi ponderat text. *in cap. primo, de donationibus*. Et hactenus is; cui alia plura addenda sunt: ac primum quidem Baldum, *in præludio feudorum, num. 26.* quem sequitur Socinus *in cons. 4. num. 5. in fine, volum. 3. & in consilio 87. num. 12. in vers. secundo confirmatur, eod. volum.* statuisse, quod si donatio, seu concessio remuneratoria, meritis non correspondet, sed potius longè illa excedit, non dicatur facta ex causa onerosa, neque sit irreuocabilis, sed potius reuocari possit, prout aliæ gratiæ, & beneficia reuocantur; & hos refert Tiberius Decianus *in consilio 15. num. 6. & 7. volum 3.* & silentio præteriit D. Carol. de Tapia, *in locis nunc relatis*, vbi etiam non refert Aim. Publicium *in consuet. Alberm. tit. 2. articulo 11. numero 11.* Octauian. Cacheran. *in consilio 17. num. 30.*

Postmodum autem, ipse Decianus, *num. 77. 78. & 79.* vt Baldi, Socini, & aliorum Authorum opinioni respondeat, dum dixerunt, quod cùm merita non sint æquiualentia, in eo, in quo excedunt à valore concessionis, & donationis, dicatur simplex donatio, & ideo reuocari possit; quod cum aliis annotaui *suprà, num. præcedenti ad finem, versiculo cum autem excessiua fuerit*, in hunc modum scribit: *Secundo respondeo, quod vt esset donatio in eo, quod excederet merita, oporteret quod excederet valor donationis vltra dimidiam valoris meritorum, quod proculdubio non est in casu præsenti, vt voluit singulariter Bald. in authent. ex testamento, colum. 2. versic. Sed contra hoc facit. C. de collat. quia (vt ipse dicit) ad hoc vt merita, vel seruitia sint æquiualentia rei donatæ, sufficit, quod non sit infra dimidiam valor ipsius rei donatæ, iuxta l. 2. C. de rescind. vend.* & refert Romanum, Corneum, Salicet. & Iason. ita tenentes, & vlteriùs progreditur in hæc verba, *Tertiò respondeo, quod donationes factæ à Principibus, non debent commensurari ad vnguem ad merita, sicut donationes priuatorum: quia liberalitas, quæ Principes decet, supplet omnia, & maior esse debet, quam priuatorum*, & citat Authores alios, qui ita obseruarunt. Hactenus Decianus, qui (vt vides) cum communi residet sententia, merita inquam non debere esse æquiualentia, itavt iustam, æqualémque requirant commensurationem cum re concessa, sed sufficere, si attingant dimidium eius, quod in concessione, aut donatione continetur: prout Baldus, & cæteri ab eo relati scripserunt. Rectè etiam Decianus idem statuit, donationes à Principibus factas, non debere commensurari ad merita, sicut donationes priuatorum, quia liberalitas, quam Principes habere atque exercere decet, supplet meritorum æqualitatem; ad quod posset Decianus ponderare text. singularem, *in cap. primo de donat.* vbi sic scribitur, *hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponi: vt debere se, quod sponte tribuit, existimet, & nisi in beneficiis suis creuerit, nihil se præstitisse putet.* Vnde in terminis obseruauit Barbatia *in cap. sedes, colum. 2. de rescriptis*, se sustinuisse donationem quandam, à Principe factam ob merita, quæ ob id impugnabatur, quod merita non responderent tantæ donationi. Et reddit rationem, quia satis est, ea respondere liberalitati Principis quæ maior esse debet, quàm alterius priuati, & Barbat. refert Tiraquel. *in l. vnquam in verbo, donatione largitus, num. 84. & 85.* & antè *num. 73. versic. illud autem in meritorum excessu*, dicens, quod in meritorum excessu, vt sciamus, an res donata superet, vel æquet merita donatarij, qualitatem donantis inspiciendam esse, num diues sit, & nobilis; is enim, ex natura peculiari Nobilium multo maiorem referre solet gratiam, vt significat textus *in dicto cap. primo, de donat.* tunc namque, etsi donatio merita excedat, cum id, quod in eare facere solent Nobiles, & diuites, attendatur magis quam excessus, non dicitur excedere merita: &

& textu ipsum *in dicto cap.* 1. expendit Matienzus *in l. 15. titul. 10. lib. 5. glossa 6. num. 2. fol.* 317. vbi ponderat legem illam dicentem, quod donatio remuneratoria, merita donatarij excedens, moderanda est, vt merita non excedat: & intelligit eam in donatione annuorum redditum Regi competentium in perpetuum: & dicit, decisionis *dictæ l.* 15. rationem esse, quia in eo, quod donatio remuneratoria, merita, & seruitia excedit, mera, simplex, gratuita, & pura est donatio; ad quod infinitos ferè citat Authores; & statim *dicto num.* 2. sic scribit: *illud autem, quod ex lege ista expendimus, donationem Principis remuneratoriam, merita donatarij excedentem, moderandam esse, ita vt merita non excedat, intelligi oportet, vt moderatio fiat, inspecta qualitate donantis, & donatarij: nam si Princeps sit, qui donat; vel aliàs diuites, & nobiles, qui solent multò maiorem referre gratiam, vt eorum est natura, vt in capite primo, de donat. atque ideo credunt se pauca donare, cum plura donent: quare nobilium donatio, plenius interpretatur, vt late probat Ioann. Lupi, in repetit. rubrica, de donat. inter vir. & vxor. §. 9. Tiraq. optimè, de nobilit. cap. 37. n. 4. & sequent. etsi tunc donatio merita excedat, modo solita ab eo fatere, non erit moderanda, quia merita non dicitur excedere*, & refert Corneum, Barbariam & Tiraquellum, sic tenentes.

65 Barbatiam etiam recenset, & sequitur Menochius *in consilio 307. numero* 11. *libro* 4. vbi dicit, quod quamuis liberalitas, & donatio excedat merita, attamen id conuenit illi, qui beneficium accepit, vt plus reddat, quàm acceperit. Idque magis conuenire Principi, cuius proprium est liberalitatem exercere; cum soleant Principes facere similes donationes ob merita, etiam tenuia: & repetit *in consilio* 351. *num.* 75. vbi scribit quod etsi merita, ex se non habeant perpetuam commensurationem cum re concessa, tamen sufficit, Principem iudicasse, merita eiusmodi fuisse, vt deberent, donatione, aut gratia facta, compensari, & paria esse sua liberalitati, & satisfactioni, etsi enim merita digna non essent tanta recompensatione; attamen Celsitudo ipsa Principis, eiusque munificentia indicat,
66 ipsi recompensationi æqualia esse. Decet enim Reges, & Principes liberales esse, quorum, præ cæteris omnibus proprium est liberalitatem, & largitatem in subditos exercere; vt cum multis probat Tiraquellus, *dicto cap. 37. ex num.* 44 Ioannes Redin. *de maiestate Principis, in § largum, beneficium, & liberalem.* Hippolyt. Riminaldus *in §. primo Institut. de donationibus ex num.* 1210. *cum sequent.* D. Carolus de Tapia *in rubrica, de constitut. Principum, capite 4. ex numero primo, cum sequentibus folio mihi* 57. vbi dicit, quod liberalitas, maximè omnium virtutum, in Principe necessaria est; nam ea subditos, sibi deuotissimos reddit, ad arma suscipienda alacres facit; & præmiorum spe, ad maiora subeunda pericula impellit. Et addit, quod proprium eius est, liberalitatem exercere, vt tenent Authores, *ibi* relati. Atque hanc liberalitatem, & largitionem, dixit decere Reges, & Principes, Baldus *in l.* 1. *colum.*
67 38. *de iureiurando*, qui eas, multum fauorabiles appellat, ac proprium eius esse liberalem, & gratiosum, notauit idem Baldus, *in l. & in legatis, C. ad leg. falcid.* Abbas, & Decius, *in cap. sedes, de rescript.* cum Principes, parua se concedere putent,
68 licet multa, magnáque largiantur, Glossa *in l. sed etsi susceperit, §. 1. ff. de iudiciis*, nec vllæ donationes à Principe factæ, immensæ videri debent, nec liberalitas frænis, aut cancellis coërceri debet, cùm omni tempore, omnique casu, valida sit, *l. donationes, la* 2. *C. de donat. inter vir. & vxor* & *ibi* latè Igneus, *in prima, & 2. colum.* estque ea in Principe commendanda, vt inquit Francisc. Marcus, *decisione 87. num. 5. parte* 1. ideóque scripsit And. Isernia, *in cap. primo, §. huius autem generis, num. 15 ex quib. caus. feud. amitt.* Principem do- 69
nare multa, meliora, & facilè, & refert Carol. de Tapia, *vbi suprà num.* 4. cui addendus est Cice-
ronis locus pro Deiotaro, vbi inter laudes Re- 70
gias, hanc præ cæteris extollit, quod sit largus, beneficus, & liberalis: memorabile etiam est Titi Vespasiani dictum illud, *Amice, diem hunc perdidi, quo nulli beneficus fui*, quod refert Rolandus, *in consilio 94. in fine, vol.* 1.

Notanter quoque repetit superiora Meno- 7c
chius metipse, *in consilio* 1003. *num. 60. & septem sequentibus*, vbi proponit, donatarij benemerita, non debere necessariò æquiualere rei donatæ à Rege, & Principe: idque vt explicet, tres principales casus distinguit, atque constituit, ad quos materiam hanc reducit, & communiter omnes reducere solent.

Primus casus est, quando persona priuata prohibetur alienare res suas: hoc sane casu, etsi permissum ei est donare ob benemerita donatarij erga se, attamen requiritur quod benemerita donatarij æquiualeant rei donatæ, sicuti tradiderunt Bartol. Corneus, Barbatia, Socinus senior, Ruinus, Iason, Decius, Ioann. Lup. Parisius Rubeus, Chassan. Tiraquel. Ioannes Cotras. Natta, Iulius Clarus, Mascardus, & Riminald. *ibi* relati, *dicto num. 60. & in consilio 112. num. 13. lib. 2. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. num.* 21. & hic casus probatur *in l. si sponsus, §. circa venditionem, & in l. sed etsi vir. §. si duo. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi donatio inter virum & vxorem, etsi regulariter non consistat, nihilominus remunerationis causa valet, si modo rei donatæ æstimatio, & valor non excedit donatarij merita: sic & de Prælato, qui alioqui res Ecclesiæ alienare, & donare non potest, sancitum est *in cap. relatum, ibi, iuxta seruitij meritum, de test. & in c. cæterum, de donat.*

Secundus casus est, quando persona aliqua priuata donare, & alienare potest: & hoc casu, donatio facta ob donatarij benemerita, non requirit quòd ipsi rei donatæ æquiualeant merita: ita manifestè scribunt Decius, & Tiraquellus, cum aliis: & refert, & sequitur Menochius, *dict. conf.* 1003. *num.* 62.

Tertius casus est, quando Princeps, vel nobilis valde diues donare, & alienare potest: & hoc quoque casu, multò minus necesse est, quod benemerita æquiualeant rei donatæ & ita egregiè docuerunt Corneus & Barbatia, & sequuti sunt alij, quos ipse Menochius commemorat *præcitato conf.* 1003. *num.* 65.

Et denique, *num. 64. & duobus sequentibus*, constituit, beneficia, & benemerita aliqua esse, quæ non recipiunt æstimationem, & quorum remuneratio non est commensurabilis cum ipso beneficio accepto, vt si tu me à morte imminenti liberasti; si me ab hostium manibus, & seruitute eripuisti; si seruus à domino donatus est libertate; si tua opera, & industria, patriam defendisti; si in bello, singularia, & egregia seruitia Regni, & Regno præstitisti, & alia similia, prout *ibidem* ipse Menochius comprobat. Et ha-

ctenus

ctenus eius obseruationes, & resolutiones, in quarum comprobationem tametsi per multos allegauerit Authores, silentio præteriit Fernand. Loazes, qui *in allegatione, super controuersia oppidi de Mula, tertio pro parte Marchionis fundamento, in versiculo, etsi dicatur, donationem debere esse meritis æquiualentem, ex folio 191. in fine, & folio 192.*
72 *193. & 194.* in his ipsis terminis nostris donationis scilicet factæ à Serenissimo Rege Ioanne, dicto Marchioni, opponit contra ipsam donationem, debere esse meritis æquiualentem, & merita debere esse donationi, & rei donatæ correspondentia, siue æquiualentia: & ponderat text. *in cap. cæterum, in versiculo, data rei quantitas, de donat. & in cap. ad hoc in verbo, moderata, & in cap. relatum* ibi, *iuxta seruitij meritum, de testam.* & citat quamplurimos Authores, sic tenentes, quod scilicet merita æquiualere debeant donationi: statim tamen satisfacit, responsúmque præbet, & magna, insigniáque Marchionis seruitia ponderat: & *num. 2. folio 193.* in hunc modum scribit, *Sufficit enim, quod quis aliquod insigne seruitium faciat, ad hoc, vt benemeritus dicatur, qui & insignem etiam remunerationem susceperit, semper tale seruitium æquiualens remunerationi dicitur, ac reputatur.* Et refert Glossam, & Ioann. Iacob. de Leonard. Chassane. & Socin. sic adnotantes, & prosequitur, *Cum enim articulus iste, scilicet an, & quando, inter personas prohibitas, benemerita dicantur æquiualentia, & quando donatio, ob benemerita facta, immoderata, vel moderata iudicatur? arbitrio boni iudicis, bonique viri iudicio relinquitur, vt concludunt omnes Doctores; & dixit communem opinionem Iason, in d. consilio 154. colum. 5. volum. 2. Quis enim non arbitrabitur donationem præfatam moderatam fuisse, & attenta qualitate Serenissimi Regis donantis, & multitudine meritorum Alphonsi Ioannis Fajardo recipientis, æquiualentem; imo paruam, ac debilem extitisse. In istis enim, & similibus donationibus, atque remunerationibus, persona dantis consideratur, & qualitas personæ recipientis, & illius meritum attenditur, vt in iuribus prædictis probatur, & consuluit Oldrad. in consilio 149. incip. Ex præsenti themate, quem refert, & sequitur Afflict. quicquid dixerit Baldus in authent. ex testamento in 3. colum. C. de collat. vbi dixit, ad hoc, vt donatio inter personas prohibitas, moderata existat, sufficere quòd meritum dimidiam rei donatæ partem non excedat, quem secutus est ibi Paul. de Castro, & Corneus, in consilio 45. colum. 2. volum. 3. & quicquid dixerit Luc. de Penna, nulla enim donatio, nullaque seruitiorum remuneratio excessiua dici potest, quando pro ipso donante, quis mortis periculo se exposuit, &c.*

Concludit denique, *num. 9. folio 194.* & memorabiliter, atque notanter, in hunc modum scribit: *Præterea, præfata communis opinio, locum habet, atque procedit in personis prohibitis alienare, non autem procedit, nec locum habet in personis, quæ de suis rebus possunt quoscunque benemeritos remunerare, vt consuluit Decius, in consilio 20. incip. In causa istorum fratrum, colum. finali, volumine primo. Cum enim Imperator, Rex, & quilibet alius Princeps remunerationis causa, vt latè diximus, donare non prohibeatur; illud, quod dictum est de æquiualentia, in eorum remunerationis donationibus non attenditur, nec consideratur: cum vnusquisque rerum suarum moderator, & arbiter esse dicatur, l. in re mandata, C. mandati, l. dudum, C. de contrahen. emption. l. Pollà. C. de his, quibus, vt indignis, c. de his, de sepulturis.*

Hactenus Fernand. Loazes, qui (vt vides) specificè asserit, in donationibus Principum remuneratoriis, æquiualentiam non attendi, nec quod merita dimidiam rei donatæ partem non excedant; & id procedere, & habere locum dumtaxat in donationibus, quas faciunt priuatæ personæ, aut hi, qui donare prohibiti sunt; atque ita conuenit omnino his, quæ ex Menochio, *suprà* retulimus.

Pet. autem Barbosa, *in l. qua dotis, 34. num. 60.* 73
fol. 680. nulla facta mentione, aut relatione eorum omnium, quæ hactenus diximus, & nullo relato Authore, ex omnibus suprà commemoratis, vt explicet dubium prædictum, an donatio dicatur remuneratoria, si merita excedat; in hunc modum scribit: *Sed verius resoluendum est, quod donatio censebitur remuneratoria, etiamsi excedat quantitatem benemeritorum in modico, quia, vt inquit Diuus Thomas, 2. 2. quæst. 106. art. 6. non dicitur satis gratus, qui tantum reddit, quantum accepit. Si igitur id, quod datur in remunerationem, excedat quantitatem benemeritorum in quarta parte, tota nihilominus donatio censebitur remuneratoria, vt eleganter tradit Nauarrus, in apologia de redditibus, quæstione prima, monitu 82. n. 6. & pro eo expendo text. in l. si vero non remunerandi, § inde Papinianus ff. mandati*, prout ibi ponderat eum, & inde deducit: *Ergo præsumitur remunerandi animus, & censetur donatio remuneratoria, etiam si excedat beneficium acceptum in tertia parte pretij. Et ideo merito inquit Lancellotus Decius hic, colum. 5. post principium, quod qui accepit beneficium, debet imitari agros fertiles, qui plus reddunt quam accipiant. Quod si remuneratio sit nimis excessiua, tunc in eo, quod excedit, considerabitur tanquam simplex donatio, indigens insinuatione.* Et citat Iason, Decium, Ripam, Menochium, & Molinam, sic tenentes.

Et hactenus Barbosa, qui dubium præfatum proposuit, illúdque explicauit, atque resoluit respectu priuati alicuius, qui ob merita donauit ei, qui postmodum ingratus extitit, & controuertebatur an propter ingratitudinem reuocari posset donatio, & consequenter, an remuneratoria sit, vel non, & adhuc inter priuatos, vt desinat esse remuneratoria donatio, requirit, quod sit nimis excessiua. Non autem instituit Barbosa sermonem, respectu remuneratoriæ donationis factæ à Principe ob benemerita, & seruitia, in qua nullam meritorum æquiualentiam consideraret, ob latiorem, & fauorabiliorem interpretationem, quæ in concessionibus Principum fieri debet, prout latè comprobaui *suprà, ex num. 66. cum sequentibus.* Et quia, si in priuatorum hominum donationibus, quæ ob remunerationem fiunt, vt remuneratoriæ esse desinant, quod sint nimis excessiuæ, requirit; quid in Principum donationibus, ex causa remunerationis statueret? Forsan quidem, nec communem probaret distinctionem, an merita attingant, vel non, dimidiam valoris rei ob merita donatæ, sed etiam si excessus maximus esset; donationes ipsas Principum retineret.

Arias vero Pinellus, *prima parte, l. 2. C. de rescind. vend. cap. 4. num. 3. & 4. folio mihi* 130. specificè non attigit dubium prædictum, in donatione remuneratoria, à Rege, vel Principe facta, nec de Principe ob benemerita donante aliquid scribit eo loco, sed agit de patre donante filio, aut de extraneo, qui extraneo donauit, loquitur expressè, & apertè; atque ita eiusdem resolutio priuatis hominibus donantibus, non Principi,

aut

aut Regi, qui ex causa remunerationis donauerit, applicari potest. Sic sane in Principe, ea obseruari præciaè debebunt, quæ scripta *suprà* reliqui.

Inquit ergo Pinellus, *dicto n.* 3. & 4. tractasse Doctores communiter, an remedium *illius l.* 2. procedat in donatione remuneratoria facta à patre filiofamilias: & quod Baldus citat legem ipsam secundam, ad eam quæstionem, vt tunc donatio valeat, censeatúrque ob causam, etiam in eo, quod donatum excedit valorem meritorum, nisi excessus sit vltra dimidiam, vt sic ob talem læsionem, non ob minorem, tunc competat remedium eius legis. Considerat tamen, contra Baldum esse communem opinionem, vt in ea specie non procedat lex ipsa secunda nec requiratur tantus excessus, imo quod donatio ipsa non teneat, nisi quatenus merita filij valeant. Inde & consequenter, quod in personis non prohibitis inuicem donare, illud ex mente omnium scribentium receptissimum est, vt quod excedit valorem meritorum, censeatur iure donationis, & sic attendatur decisio *l. sancimus, C. de donat. & l. finalis, C. de reuocand. donat.*

Tandem ipse Pinellus, *numero quarto*, sic concludit, *Ex quo, si cum iudicio attendas, decisio huius legis non bene à Doctoribus applicatur ad quæstionem donationis remuneratoria, siue inter patrem & filium, siue inter alios: nam secundum traditionem omnium Scribentium, constat, vltra valorem meritorum non censeri donationem, sed satisfactionem iustam: in eo autem, quod plus est in donatione, quàm in valore meritorum, censetur mera donatio: at hæc lex non potest ad donationem trahi, secundum communem resolutionem, vt tradit Siluanus, consilio* 13. *numero quarto.* Hactenus Pinellus, qui apertissimè contendit, in donatione remuneratoria non esse locum remedio *leg.* 2. *C. de rescind. vendit.* non intra valorem meritorum, quia potius est satisfactio, & solutio debiti, quàm donatio: in eo autem quod plus est in donatione, quam in valore meritorum, non etiam habere locum remedium eius legis, quia est donatio gratuita, quæ ob læsionem non rescinditur, nec in ea habet locum lex ipsa 5. Hæc in donationibus remuneratoriis factis ab extraneo, inter priuatas personas, cùm ita Pinellus statuerit; quanto fortius in donationibus, ex causa remunerationis, à Principe factis, obtinere debebunt? si rationes illas, relatas suprà, *ex numero* 66. *cum sequentibus*, in memoriam reputamus, & vim earum, iusta ponderatione attendamus.

Dum autem Pinellus statuit, quod donatio simplex, pura, & gratuita; ex causa læsionis cuiuslibet non rescinditur, nec in ea habet locum remedium *dicta l.* 5. communiter approbatur, & cum aliis multis Authoribus, ita resoluunt Ludou. Molina, *de Hispanorum primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *numero* 30. Augustinus Barbosa, *in remissionibus Doctorum, folio* 31. *in principio, sub numero* 1 a. Rodriguez, *de annuis redditibus, libro primo. cap.* 11. *numero* 30 Siluest. Aldobrandinus, *ins consilio* 16. *numero* 34. *folio* 174. vbi ex sententiâ aliorum Authorum, quos citat, resoluit, quod in donatione vera, & propria, concedit consideratio læsionis alicuius, enormis, vel enormissimæ, quia nisi hoc esset, omnes passim donationes reuocarentur, & ideo non habet locum remedium *dicta l.* 2.

Si autem enormissima sit læsio in ipsa donatione pura, & gratuita, an sit locus remedio *dicta l.* 2. videndus est Muñoz de escobar, *computatione* 6. *numero* 15. *folio* 253. vbi dicit, quod in donatione tunc demum consideramus, quem enormissimè læsum fuisse, si probatum sit, quod respectu residui patrimonij, quod sibi remansit tempore donationis, vel fideiussoriæ obligationis ipsi donatori, vel fideiussori, non remansit ex quo viuere potuisset, inspecta qualitate suæ personæ, vt in donatore aduertunt Socinus, Gregorius Lopez, Afflict. & Thesaurus: licet Ioannes de Imola, quem sequutus est Senatus Neapolitanus, vt per Afflict. *decisione* 312. *numero* 2. dicat, quod non sufficit, quod tempore donationis, donans non habeat bona, ex quibus sibi consuli possit: imò sufficit, quod non habeat tempore, quo conuenitur pro obligatione à se facta. Addiderim ego, Ioannis Imolæ sententiam verissimam videri, & tenendam omnino; & non modò sufficere, quod donans non habeat, ex quo honestè viuere possit iuxta qualitatem suæ personæ, tempore quo conuenitur; imo fortius vrgere videri rationem eam, tempore ipso, quo conuenitur quam tempore factæ donationis: si enim tempore donationis, quod remansit donatori, non sufficeret, vt ex eo ali, & viuere possit, & eo prætextu vellet impugnare donationem eo tempore, quo fermata donatione, donator ipse haberet, vnde viuere, & se alere posset, tunc procul dubio non esset audiendus donator, nec infringenda donatio, iuxta iura vulgata, & decisionem *l. perfecta donatio, C. de don. quæ sub modo*, è conuerso autem si non haberet, adhuc auditi deberet, etsi tempore donationis residuum sibi sufficeret; quia vetuio est, eum esse enormissimè læsum. Ex his autem, quæ hactenus diximus, euidentissime appatet, donationes Regias, ex causa remunerationis, & ob seruitia, & benemerita, à Principibus factas, non de facili reuocâdas; imo potius, ex magnitudine & liberalitate Principum, quam suprà considerauimus, firmas & stabiles remansuras, cùm excessum donationum & gratiarum, liberalitas atque Celsitudo Regum admodum suppleat. Idque maxime attenta consideratione Pinelli, relata *suprà*. donationem reminetatoriam, intra valorem meritorum, non censeri donationem, sed iustam potius satisfactionem: in eo autem, quod plus est in donatione, quàm in valore meritorum, censeri meram donationem at *dictam l.* 2. *C. de rescind. vendit.* ad donationem non trahi. Sanè si mera est donatio & gratuita, reuocari à Principe non poterit, nisi ex iustissima causa; sicuti ex eodem Pinello scripsi *suprà, sub n.* 62. *in versic. Pinellus etiam.* Item ex quo excessus, est mera donatio, diiudicandus est ex his, quæ in gratuitis Principum concessionibus, siue meris donationibus dicenda sunt *infrà*, & tradita in indiuiduo per Peregrinum, *de iure fisci, l.* 1. *titul.* 3. *ex numero* 16. *vsque ad numerum* 18. & *num.* 47. & *sequentibus* Carol. de Tapia, *ad l. finalem ff. de constit. Princip. secunda parte cap.* 9. *numero* 54 & *sequentibus* & *decisione* 5. *numero* 64. Petram *de potestate Principis, quæst.* 32. *ex num.* 39. *vsque ad num.* 46. & *num.* 137. Matienzum, *in l* 6. *tit* 10. *glossa* 2. Surdum *in consil.* 419. *num.* 60. Carol. Bardellonium, *in consil.* 75. *num.* 22. & 23. Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *tit. de pactis, resol. prima num* 5. qui etiam meras, & gratuitas Principum donationes, vsque adeò conseruant, vt reuocari eas non posse de potestate ordinaria, afferant; prout inferiùs dicemus.

Ioan. del Castillo Quo t. Contr. Iur. Lib. VI. Y Item.

75 Item, quia quod respectu excessus meritorum in priuatis personis ita statuitur, prout ex Pinello, *prima parte dicta l. 2. capit. 4. numero 4.* retuli *suprà*, in Principibus ipsis donantibus ex causa remunerationis, & quando donationes merita excedunt, fortiùs seruari debet, & vrget, iuxta ea, quæ *suprà* quoque notaui, & ex traditis per Matienzum, *in l. 15. titulo 10. glossa 6. numero primo*, & quia insinuatio, quæ in priuatorum donationibus gratuitis necessaria est, & à lege requisita, in donationibus Principum superflua esset, vtpote, cum donatio facta à Principe, insinuationem non requirat, & donationes Regum, nunquam immensæ iudicentur, vt post Tiraquellum scripserunt Hippolyt. Riminaldus, *in §. primo Institut. de donat. numero 1220. versiculo, quartus casus est.* Marcus Mantica, *in consilio primo, numero* 15. atque ita, ex loco ipso Pinelli euidenter deducitur, donationes Principum remuneratorias, nec ob læsionem enormem, aut enormissimam rescindi posse; & magnam esse differentiam in Principibus ipsis, longámque diuersitatis rationem, siue argui non posse à donationibus priuatorum remuneratoriis; quoniam, si excessus donationis, respectu meritorum, est pura & mera donatio, in ea non requiritur insinuatio vlla, quando Princeps donat, quæ tamen necessaria est in dona-
76 tionibus aliarum personarum, vt dixi, atque ita reuocari non potest; quocirca, Regem, aut Principem remunerantem, nunquam dici læsum; latè comprobauit Fernand. Loazes, *in loco relato suprà*, & in concessione Regia, propter seruitia, & benemerita facta, læsionem enormissimam considerari non posse, quamuis donatio merita exuperet, quia celsitudo Principis, eiusque munificentia iudicat, ea esse æqualia recompensationi; relatis Cumano, Barbat. Tiraquello, Menochio, & Riminaldo, notauit Ludou. Casanate, *in consilio septimo, numero 10 folio* 114. Phæbus *decisione Portugal.* 111. *numero* 14. & 15. & cum Natta Rolando, Menochio, & Osasco, Ioseph. Ramonius, *in consilio 14. numero* 156. & 157. vbi inquit, quod Regia Corona, ex donationibus remuneratoriis, nunquam dicitur nimis lædi, quando non alienatur pars Regni: & notauit Craueta, *in consilio* 592. Gabriel. Pereira, *decisione* 101. *numero* 3. nisi in terminis consideratis per Baldum, *in consilio 140. volum. 4.* vbi inquit, quod pacta, & contractus Principum non debent seruari, quando insurgit necessitas, quod periculum verteretur publicum, propter obseruantiam pacti: quem refert, & comprobat Rolandus *in consilio primo, numero 172. lib.* 2. videndus *ex numero* 169. & latiùs Cabedus, *decisione 75. per totam, parte secunda*, & ego metipse notaui *in commentariis tomi quinti, capite 89. numero* 93. aut si concessio, vel contractus Principis tenderet in magnum Regni, & Principatus detrimentum, vt *inferiùs*, latiùs dicetur. Aut si nulla fuisset ex aliquo defectu, aut vitio, concessio metipsa, vt etiam dicendum est *infrà*.

77 Item, si Princeps contrahendo, enormiter, aut enormissimè læderetur, tunc quidem in contractibus suis conseruaret remedia omnia, tam læsionis ordinariæ, *l. 2. C. de rescind. vendit. cap. cum dilecti, de empt. & vendit. l. 56. titulo 5. partita* 5. de qua, ego metipse scripsi nonnulla, *in commentariis tomi 2. cap.* 8. & longa serie egerunt Gasp. Rodriguez, *de annuis redditibus, libro primo, cap. 11. per totum* Ioan. Gutierres, *practicar. libro 2. quæstione 133. ex folio 620. vsque ad quæstion.* 145. vbi latè de materia Minsingerus, *Centuria 4. obseruatione* 73. Maynardus, *decisione 58. & sequentibus, lib.* 3. Merenda, *controuersiar. libro primo, ex cap. 24. vsque ad cap.* 47. Fachineus, *controuers. iur. libro secundo, cap. 16. 27. & sequentibus*. Anton. Faber. *decad. 7. per totum, tomo primo*: Cardinalis Tuschus, *tomo 5. littera L. conclusione 293. & sequentibus*, Pat. Ludou. Molina, *tomo 2. disputatione 349. cum sequentibus*, infinitos alios, sciens, consultóque prætereo, quoniam eos recenset, & plures quæstiones excitat Emmanuel Barbosa, *in remissionibus Doctorum, folio 26. ad titulum 13. ordinationis Regiæ, vsque ad folium* 33. Enormissimæ quoque læsionis, & alia quæcúmque remedia intentare, & deducere posset, & frequenter deducit Regius Fiscus; non enim deterioris conditionis futurus est, quàm priuatus; nec iuris remediis priuari, quæ priuatis hominibus concessa sunt, & competunt: sic sane, remedium *dicta l. 2. C. de rescind. vendit* Ecclesiæ, Principi, & Reipublicæ competere, triginta annorum spatio, ex sententia quorundam, ex sententia verò aliorum, quadraginta; refert Padilla, *in eadem l. 2. numero.* 48. & 49. Azeuedus, *in l. 1. titul. 11. lib. 5. numero* 32. Idque maximè procederet, quando in contractibus, à se initis, Princeps læderetur enormissi-
mè, & Regius Fiscus, enormissimam ipsam læ- 78
sionem probaret. Læsio namque probanda est ab eo, qui illam allegat, non enim præsumitur, nisi probetur, *l. 3. §. si minor, ff. de iure iurando, l. quoties, § qui dolo, ff. de probat.* & quamplurimis Authoribus relatis, notarunt Cald. Pereira, *in l. si curatorem habens, verbo, læsis, numero primo*. Robert. Lancellotus, *de restitut. in integrum, ex numero 16. vsque ad numerum* 36. Sfortia Oddi, *in eodem tractatu, parte prima, quæstione 36 articulo 1. & 3.* Menochius, *in consilia 496. numero 95. libro 5.* Mascardus, *conclusione* 963.

Item læsio quadruplex est; alia modica, seu 79
minima, alia magna, alia maior, quæ communiter appellatur enormis, alia autem maxima, quæ enormissima nuncupatur; ita sane adnotarunt, & earum exempla adduxerunt post alios Authores, quos citant, Seraphinus, *de priuilegiis iuramenti, priuilegio 83. numero 86. & sequentibus*, Mancinus, *in tractatu de iuramento, parte quarta, effectu primo, quæstione 2. numero septimo*, Farinacius, *fragmentorum parte 2. iuramentum an firmet contractum. in quo iurans fuit enormissime læsus, numero 1298. folio* 176. Sfortia, *de in integr. restitur. parte prima, quæstione quarta, articulo 13. per totum*. Tuschus, *tomo 5. littera L. conclusione 292. folio* 316. Celsus Bargalius, *de dolo, libro 5. cap de dolo reipsa, numero 42. & tribus sequentibus, folio* 158. vbi inquit, quod modica læsio dicitur, vt si quis vendat rem valoris 30. pro 24. quæ propter sui modicitatem, nec restitutionem habet, nec recissionem contractus meretur, *l. scio, ff de in integr. restitut.* Secundam dicit esse læsionem magnam, vt accidit, quando læditur aliquis intra, vel circa dimidiam. Tertia est læsio maior, quæ communiter appellatur enormis, vt quando læsio est vltra dimidiam, *l. 2. C. de rescind. vend.* & iuxta exemplum Glossæ *ibi*, quod res valoris decem, fuit vẽdita quatuor, vel respectu emptoris; res æstimationis decem fuit empta 16. & in hac læsione, ex communiori Interpretum placito, non dicitur

adesse

adesse dolus reipsa, & contractus mero iure valer, emptórque retinet fructus perceptos, vt inferiùs dicetur.

Læsio maxima dicitur, quæ à Doctoribus enormissima nuncupatur communiter, & dicitur continere dolum reipsa, arguens dolum ex proposito. Quod attinet ad minorem læsum, & restitutionem in integrum petentem, siue contractum ipse iurauerit, siue non; ideo tractatum omitto, cùm ad præsens institutum non pertineat, & penes ipsos Authores nunc relatos videri possit, quando dicatur, aliqua ex prædictis læsionibus circumuentus? quod etiam ego metipse explicauerim *in commentariis tomi 3. cap. 1.* explicauit etiam latissimè Fontanella, *de pactis nuptialibus, tomo 1. clausula 9. glossa vnica, parte vnica, per totam.* Quod attinet autem ad contractus, & conuentiones, & excluso tractatu restitutionis in integrum, ob læsionem minoribus competentis; enormis tantum læsionis, quæ est vltra dimidiam, consideratio haberi solet communiter, legibúsque ipsis, & omni iure haberi solet communiter, iuxta text. *in dict. l. 2. C. de rescind. vend. & in cap. cum dilecti, de empt. & vendit. & in l. 56. titulo 5. partita 5.* prout bene considerauit Fontanella, *tom. 1. glossa 8. part. 13. num. 49. folio 173.* & huius enormis læsionis, exempla diuersa adduxerunt iidem, *suprà* præcitati Authores, & in eius computatione, tam ipsi, quàm alij antiqui, & recentiores, etiam moderni Interpretes, & leges quoque *Partitarum*, in
80 maxima sunt differentia, sicuti Muños de Escobar specificè annotauit, *& computatione 6. numero 3. & 4* post Accursium, Cinum, Gregorium Lopez, Anton. Gomez. Couarr. Padillam, Ioan. Gutierrez, & Matienzum, dixit, in emptore, & vendirore, aut alio contrahente, in casibus in quibus remedium *dicta l. 2. C. de rescind. vendit.* locum obtinet ita faciendam esse computationem; in emptore, si pro re valente decem, plus quindecim emptor dederit. In venditore verò, si rem valentem decem, pro minus quinque vendiderit. Quæ sententia, etiam iure Partitarum comprobatur *in l. 56. titulo 5. partita 5. & ibidem* respondet ipse Escobar, legi alteri *Partita*, quæ contrarium probare videtur; idque post eosdem Authores Regni, quos citat. Referunt etiam, & eandem computationem faciunt Azeuedus, *in l. prima, titulo 11. libro 5. numero 17.* Motla, *emporij, titulo de contrahenda empt. quæst. 18.* Ceuallos, *commun. contra commun. quæst. 536. n. 9.*

Inter enormem, & enormissimam læsionem, in vsu Forensi, longum esse discrimen, rectè aduertit Ioannes Parladorius, *in sesquicentenria, differentia 114. numero primo, & tribus sequentibus,*
81 *folio 360.* Nam pro enormi læsione datur læso actio, quæ de iure huius Regni, intra quadriennium durat, *ex l. prima, titulo 11. libro 5. noua collect. Regia.* At actio, pro enormissima læsione competens, non minori, quàm triginta annorum præscriptione excluditur; sicuti placuit Gregorio Lopez, *in l. vltima, titulo finali, partita 6.* cui nostrates conueniunt, & inter eos, Ioannes Matienzus, *in dicta l. prima tit. 11. glossa 7. numero 49.* vbi Azeuedus, *numero 32.* post Couarr. Padillam, & Anton. Gomez. quos citat. Tametsi nouissimo iure, secundum leges huius Regni, dicendum est (vt ipse Parladotius notauit *numero 3.*) viginti annorum præscriptionem sufficere, *ex l. 6. tit. 15. lib. 4. recopilat.* qua cautum est, personalem actionem, viginti annorum præscriptione repelli. Nam enormem, aut enormissimam læsionem, personalem actionem esse, hoc est, ex actione personali, illius remedium dari, liquidò constat, vt Parladorius comprobat. Et addit *numero quarto*, quod idem discrimen est in beneficio restitutionis 82
in integrum: nam cum enormia est læsio, datur intra quadriennium; cùm verò enormissima, datur vsque ad triginta annos; prout etiam comptobat *ibi*. Et relatis quamplurimis, notauit Valençuela Velasques, *in consilio 16. numero 48. & 49. folio 197.* Georg. de Cabedo, *decisione 70. prima parte.*

83 Quæ autem dicatur enormissima læsio, adeo controuersum est apud omnes iuris Interpretes, tam antiquos, quàm modernos, vt adhuc sub iudice lis esse videatur, & lege Regia lata, propter contrarietatem, & diuersitatem opinionum, res hæc deberet definiri; sicuti adnotauit Muños de Escobar, *in loco statim referendo.*

Pinellus quidem, *tertia parte dicta l. 2. C. de rescind. vendit. cap. primo, numero 7. & 8.* eam iudicauit enormissimam esse læsionem, quæ dimidium rei valorem excedit. Et improbat communem diuisionem, aut differentiam inter enormem, & enormissimam læsionem, contendens, vnam ab alia non differre. Pinellum autem, Gamam etiam, & Ferraram, idem tenentes, refert Escobar, *computatione 6. num 6.* alij quoque Authores, eam quoque existimarunt esse enormissimam læsionem, sicuti constat ex Seraphino, Mancino, Sfortia, & Farinacio, *in locis relatis suprà, numero 79. in principio.* Et repetit ipse Pinellus, *ibidem, numero 26.* Apud Practicos tamen in vsu Forensi, & apud iuria quoque Interpretes nostros, magis communiter recepta est diuisio prædicta, & differentia communia inter enormem, & enormissimam læsionem: & enormissima læsio non iudicatur ea, quam Pinellus statuit, sed enormis potiùs; ac ea quidem, pro qua, *dicta l. 2. C. de rescind. vendit.* remedium competit. Sic sanè, non esse enormissimam, quæ dimidium rei valorem excedit, specificè annotauit Cald. Pereira, *in l. si curatorem habens, verbo, læsis, sub numero primo, versiculo, Maior autem viginti quinque annis,* in illis verbis: *Sin autem læsio non enormissima sit, sed in modico, dimidium iusti pretij excedat, eo casu, maiorem ad rescissionem contractus iurati non ad mittendum, nec ad hunc effectum absoluendum* Ecce vbi is Author, ac cum eo Archidiaconus, Natta, Imola, & Alexand. non admittunt, eam esse enormissimam læsionem. Prout nec alij plures, referendi inferiùs, admiserunt. Et specifice Matienzus, *in l. prima, titulo 11. glossa 8. numero 49.* rectè improbat Pinelli traditionem, & cum de læsione enormissima, eiusque effectu egisset, in hunc modum scripsit: *Quidquid dixerit Pinellus, qui etiam studio contradicendi, contra omnes fere probare intendit, nullam esse differentiam inter enormem, & enormissimam læsionem; nulla alia ratione nixus, nisi quia iure non probatur: quod si recte inspexisset, à receptissima Doctorum sententia non demaßet, &c.* Et conuenit Celsus Bargalius, *in tractatu de dolo, lib. 2. cap. de dolo reipsa, numero 18 folio 153.* vbi sic scribit: *Verum Pinellus, in locis suprà deductis, improbat hanc diuisionem enormis, & enormissima læsionis, multis rationibus. Plane, cum hæc differentia a Doctoribus constituta, ad multos iuris articulos pertineat,* 84

tat etiam Couarr. *in dicto cap. cum in officiis, num.* 9. Addiderim ego, & vltra Riminaldum, & Didac. Couarr. differentiam inter actionem naturalem, & ciuilem, vt meritorum solutio, & remuneratio intentari, & peti in iudicio valeat, dumtaxat considerari posse, ante factam donationem, seu concessionem remuneratoriam; vt contra eum, qui seruitia, aut benemerita accepit, lis formari; & actio intentari valeat; quia naturalis obligatio non producit actionem compulsiuam; vt peti possit, prout ciuilis producit; siue non est iuris vinculum, quo necessitate astringimur, alicuius rei soluendæ, vt *in l. sed etsi lege, §. consuluit, ff. de petit hered.* Cæterum post donationem semel factam, & perfectam, ex causa remunerationis, ob seruitia accepta, & merita præcedentia, & sic re non integra, sed existente in possessione eorum, quæ Princeps donauit, aut concessit, ei, cui concessio facta est; indignum quidem esset, & Maiestati Principis ipsius non conueniens, quod Princeps ipse de reuocatione concessionis ipsius iam factæ, & perfectæ tractaret; prout esset, si contractui alicui contrauenitet reciproco, postquam esset consummatus, & perfectus, ad irreuocabilitatem namque, tantam vim habere debet, & vere habet vinculum naturale, sicut ciuile; sicuti notabiliter, & ingeniosè considerauit Fortunius Garcia, *in l. prima, §. ius naturale, ex numero 61. ff. de iust. & iure.* Et pulchrè annotauit Oldrad. *in consilio 166. In Christi nomine, num. 7. vers. Prætereà*, vbi inquit, quod priuilegium concessum ob benemerita, non potest reuocari; sicuti non reuocatur debitum naturale solutum.

Notabiliter etiam considerauit Didac. Couarr. *in dicto cap. cum in officiis, numero* 9. in hæc verba: *Illud satis vulgare adnotauit glossa Bernardi, donatarium, obligari naturali, quadam honestate, ad beneficij accepti remunerationem l. sed etsi lege, § consuluit, ff. de petit. hared. l. si pater §. vltimo, ff. de donat. l. metum autem, § sed licet, ff. quod met. causa. Nec enim donatio remuneratoria potest propriè donatio dici, l. Aquilius Regulus, ff. de donat.* Et citat multos Authores, ita tenentes, qui dicunt, hanc esse communem opinionem, & remuneratoriæ donationis plures effectus cumulant. Et statim sic prosequitur Didac. ipse: *Ex quibus communem esse constat, licet Decius, in l. donari, ff. de regul. iur. post glossam, in dicto §. consuluit. Teneat, remunerationem, veram, & propriam donationem esse, cùm nullo iure cogente fiat. Cui ipse respondeo, obligationem illam, quæ ex ratione naturali inest hominibus, vt grati sint benefacientibus, inducere ad remunerationem. Nam, vt scribit Seneca, lib. 2. de benefic. c.* 18. *& quidem diligentius quærendus est beneficij, quam pecuniæ creditor: huic enim reddendum est, quantum accepi, & si reddidi solutus sum, ac liber: at illi plus soluendum est, & nihilominus, relata gratia cohæremus. Vnde, hanc remunerationem, ex ratione naturali procedere, deducit eleganter Fortunius. Quin & ingratitudinem peccatum esse constat; quamuis, qui beneficium intulit, ius exactionis non habeat, cùm animo liberali id egerit, & ideo remuneratio non est debita ex legali obligatione, sed ex honesta, & morali.* Hactenus Couarr. qui in confirmationem eius, quod ex Oldrado nunc retuli, inquit *in eodem capit. cum in officiis, numer.* 10 quod remuneratio habet alium effectum, maximæ considerationis, vt repetitionem impediat eius, quod solutum fuerit, siue scienter, siue errore iuris: nam qui gratificatur alteri, à quo beneficium accepit, credens sese ad id teneri, iam animo consentit naturaliter, vt remuneretur amicum, nec errat in naturæ vinculo, & consensu naturali; licèt errauerit in iure, igitur non repetit: *l. cum quis, C. de iuris & facti ignorant*, cum aliis iuribus, quæ *ibidem* expendit Couarr. metipse, vbi videri poterit.

Addiderim ego vltra eum, certum esse, quod regulariter, naturalis obligatio impedit repetitionem soluti, *l. naturaliter 13. ff. de condict. indebit.* & notauit Anton. Pichardus, *in principio, de obligat. num. 40 folio mihi* 1588. qui de obligatione naturali scribit nonnulla, *numero* 10. *&* 11. *&* 14. *&* 18. *&* 26. *& sequentibus, & num.* 41. & addit *numero* 32. quod ipsa naturalis obligatio sola, vinculum etiam appellatur, prout ciuilis, sicuti constat *ex l. si fideiussor. 59. ff. de condict. indebiti, & l. Stichum, 95. §. naturalis, ff. de solut.* in illis verbis: *Quoniam vinculum æquitatis, quo solo sustinebatur*, & loquebatur Iureconsultus expressè de naturali obligatione, sicuti constat *ibi*, dum dicitur, *naturalis obligatio, &c.* Quæ est singularis ponderatio ad obseruationem factam *sup. ad. l. donari videtur, ff. de regul. iur.*

Denique, & contra Pinellum ipsum, fortissimè, & velut concludenter vrgent obseruationes plures Ioannis Garciæ, *in quæstion. de donatione remuneratoria*, post tractatum *de Expens. & Meliorat. ex fol.* 179. vbi *ex numero primo, vsque ad numerum* 45. latè cumulat effectus plures remuneratoriæ donationis, vt scilicet admittatur, & permittatur de iure, etiam in casibus, & in personis, aliàs donare, & donari prohibitis, prout latè *ibi*. Deinde, ex professo defendit contra Pinellum, opinionem communem, quod remuneratio non sit propriè donatio, sed velut contractus onerosus, aut permutationis iudicetur; sicuti probatur *in dicta l. sed etsi lege §. consuluit, ff. de petit. hæredit.* vbi Iureconsultus, verbis expressis, & sine ambage, donationem remuneratoriam, ait pertinere ad permutationem, non verò ad omnimodam liberalitatem, qualem in donatione requirimus, vt constat ex verbis eiusdem textus, ibi: *Planè, si antidora acceperunt, dicendum est, locupletiores factos, quatenus acceperunt*, & subdit statim, *& velut genus hoc esse permutationis.*

Ponderat etiam text. *in d. l. Aquilius Regulus, & in d. l. si pater, §. finali*, & vltra hæc tria iura octo etiam alia expendit pro opinione eadem communi, quam verissimam, & receptissimam appellat, & inductionibus omnibus, siue interpretationibus contrariis Pinelli satisfacit, responsúmque præbet. Et firmiter semper in hoc residet, quod donatio remuneratoria pertinet ad titulum onerosum, non ad lucratiuum, prout *ibi numer. 5. & sequentibus*, & quod donatio remuneratoria, non est propriè donatio, quia non procedit ex mera liberalitate, prout *ibi, num.* 3. & quod non reuocatur in casibus, in quibus aliæ donationes reuocantur, prout latè *ex numero 7. cum pluribus sequentibus*, & quod priuilegia, aut concessiones factæ à Principe propter merita, reuocari non possunt, & alia multa, quæ *ibidem* videri possunt. Et conuenit omnino Petrus Surdus, *in consilio 419. num. 51. & sequentib. vsque ad numerum 65.*

Ex his etiam credimus indubitanter, atque concludenter conuinci ea, quæ nullo examine præhabito, & omni disputatione omissa, annotauit, & intricatè quidem, & obscurè, Ioannes Baptist.

Baptist. Costa, *de remediis subsidiariis, remedio 114.n.3.4.& 5.fol.* 318. vbi videtur constituere differentiam inter Reges, & Principes, & alios priuatos, quod attinet ad donationem remuneratoriam; & velle, quod donatio ob benemerita à Principe proueniens, etiam cum specifica meritorum assertione, non ideò desinit esse titulus lucratiuus, & quod non est titulus onerosus, nec differt à meris gratuitis donationibus, quod expresse asserit *n.3.* quoad alias tamen personas fatetur specificè, quod donatio remuneratoria præ se fert titulum onerosum, siue ex causa onerosa, non autem lucratiua, facta videtur: in quo equidem decipitur manifestè, cum differentiæ ratio nulla reddi possit inter Principes, & alias personas, & vinculum illud æquitatis, quo naturalis obligatio sustinetur, ita in Principe ipso, sicut in priuatis vrgeat, & militet; imò fortius in eo, quàm in aliis personis, cùm benemerita, & seruitia remunerare, & grati esse subditis, atque donare, magis Regibus, & Principibus, quam aliis personis conueniat, & liberaliores ipsi, quàm priuati extituri sint, quamuis inuiti non cogantur remunerare, vt ipse Costa enuntiat, quod verum est, tamen, neque priuati donare ex causa remunerationis, siue grati esse beneficiis acceptis, aut remunerare astringuntur, in quo etiam nulla datur differentia, nec constitui potest inter Principem, & priuatum. Respectu autem constitutionis Mediolani, *de feudis, §.beneficium*, quam *ibi* citat, an sit differentia, vel non, ad nos non attinet, cùm iure communi attento, & in terminis constitutionum legum huius Regni, resolutiones nostræ procedant, & seruandæ sint: ipse autem Costa excitatur præcipuè constitutione Mediolani, pro qua citat quoque Bossium, Plotum, & Bettetam; & tamen Bossij eisdem, & sequacium placitum contra communem, suprà improbaui: cùm autem ita statuisset, subdit statim in hunc modum: *Tametsi quoad alias personas, donatio ob benemerita, praeferat titulum onerosum: sicuti quoad irreuocabilitatem differt donatio gratuita à donatione ob benemerita, seu à priuilegio remuneratorio; non aliter, ac si recepta pecunia, Princeps id ipsum subdito suo concesserit; cum potius sit quaedam solutio, aut extinctio debiti, vel rei compensatio, quam donatio, & c.*

Hactenus Ioannis Baptist. Costæ verba, quæ clarè, & expresse admittunt, donationem remuneratoriam, ob benemerita, à priuatis personis factam, irreuocabilem esse, & continere titulum onerosum, quamuis in Principe, non desinat esse titulus lucratiuus; prout summat *num. 3. & 5. dicti remedij* 114. vt autem donatio remuneratoria Principis, non ex causa onerosa, sed lucratiua potius procedere videatur, citat Petrum Surdum, *in consilio 419. num.* 12. qui tamen licet arguendo, ita *ibi* statuerit, postmodùm tamen in decisione, constanter defendit contrarium, & fundamento adducto, *dicto num.* 12. respondet *numer.* 51. *& sequentibus, & numer.* 60. *& sequentibus* asserens, donationem Principis remuneratoriam, titulum onerosum, non autem lucratiuum continere videri. Quoad irreuocabilitatem autem attinet, ambigua, & obscura videntur verba huius Authoris, nam vt procedat differentia, quam inter Principes, & personas priuatas adducit *num.* 3. quod in his, sit titulus onerosus donatio remuneratoria, in illis autem titulus lucratiuus non desinat esse, deberet statuere, à Principibus factam donationem remuneratoriam, reuocabilem esse; & tamen apertè videtur dicere contrarium, irreuocabilem scilicet esse, non aliter, ac si recepta pecunia, Princeps donasset, vel concessisset; & ita tenent Authores omnes, quos citat, vbi etiam expendit Petrum Surdum, *dicto num.* 51. qui asserit (vt dixi) titulum onerosum, non autem lucratiuum continere donationes Principum remuneratorias, & reuocari non posse, & repetit ea *num* 60. quo loco non citat eum Costa, prout *ibi* appatet. Et secundum hæc, tria principaliter intendit Author metipse.

Primum, quod in Principe, quoad benemeritos, & eos, qui ei inseruierunt, sola consideretur obligatio naturalis, siue antidoralis (vt *ibi* enuntiat *num.3.*) & quod hæc nullam habet coactionem, cum inuitus non cogatur remunerare, & vtrumque rectè, & iuridicè procedit, & ita æqualiter in priuatis personis, sicut in Principibus seruandum est, cum nec priuati cogantur remunerare, & sola naturali obligatione teneantur, vt *sup.* dixi: & quod in ipsis priuatis personis, ex causa remunerationis donantibus, siue ob benemerita, consideretur titulus onerosus, non autem lucratiuus, rectissimè quoque statuit, & iuxta communem omnium sententiam: dum autem in Principe contrarium obseruat, decipitur sanè, vt *suprà* notaui, & ipse statim apertè videtur confiteri, *n.5.* expresse agnoscens, quod donatio remuneratoria, potius sit quędam solutio, aut extinctio debiti, vel recompensationis actus, quàm gratuita donatio: ergo magis est titulus onerosus, quam lucratiuus, cuius contrarium antea dixerat. Nec valet dicere quod obligatio antidoralis, coactionem non habet, cùm inuitus Princeps non cogatur remonerare: ergo titulus est lucratiuus, si remunerauerit. Verum enim est dicere, re integra, & donatione non facta, non cogi Principem ad donandum; attamen si ex causa remunerationis donauerit, desinit res esse integra, & quædam solutio, atque debiti naturalis recognitio, & solutio, atque extinctio, potius quàm donatio indicatur, quod ipse affirmat, & primam suam propositionem confundit: rectìusque percipere videtur Couarr. *in c. cum in officiis, n 9. de testam.*

Secunda eiusdem Authoris traditio est, quod non differunt quoad Reges donantes, gratuitæ largitiones, ab his, quæ profectæ sunt cum assertione meritorum, In quo equidem, nec aliquo modo insistit, nec latiùs fundat, & sola Petri Surdi authoritate, *dicto consilio* 419. *numer.* 12. excitatur: qui tamen (vt suprà dixi) contrarium tenet inferius, *ex n.*51. *& n.*60. *& sequent.* & Communis etiam, de qua hactenus adeò latè, contrarium tuetur, vt vidimus; nec in hoc etiam Principes à priuatis differunt, prout non differre, tot Authores relati suprà asserunt.

Tertiò & vltimò statuit idem Costa, quoad irreuocabilitatem, differre gratuitam donationem, à donatione ob benemerita, seu à priuilegio remuneratorio; non aliter, ac si recepta pecunia, Princeps concessisset; in quo (vt vides) communi resolutioni conuenit, & rationem quoque communem expendit, vt suprà retuli; & verè, si irreuocabilis remanet remuneratoria Principis donatio, aut concessio (qui est maximus, & præcipuus eius donationis effectus) malè negari videtur, quod semel facta remuneratio, titulum magis onerosum, quàm gratuitum contineat.

Quamuis etiam, vassalli, & subditi, Regibus, & Principibus suis seruire, & opem ferre debeant, eósque in bello, & in pace concomitari, vt dictum fuit suprà, *num.* 56. *&* 57. adhuc tamen dicuntur, beneficium in eos conferre, & de de eis benemereri, & ob id digni efficiuntur remunerationе; idque maximè, si seruitia magna, & singularia sint, & vitæ periculo subditi ipsi se exposuerint; prout latius respondet Menochius, *præcitato consilio* 1003.*n.*72. *& tribus seqq.* & probatur *in l. si pater, §. finali, ff. de donat. & in l.* 51. *titulo* 18. *part.* 3. & notanter confirmat Fernand. Loazes, *in allegatione, super controuersia oppidi de Mula, dubitatione prima, secundo pro parte Marchionis fundamento, ex num.* 1. *ex fol.* 162. *vsque ad fol.* 171. vbi vide omnino, *ibi* namque, *ex dicto num.* 1. *vsque ad numerum* 11. nonnulla pendit, & singulares Doctorum doctrinas cumulat, vt probet, quod cum vassalli ex suo proprio, & debito seruitutis, & subiectionis officio, teneantur Regibus omne obsequium, & in prælio personale seruitium præstare, si ab eisdem Regibus, donationes recipiant, videri dicendum, non posse dici eas remuneratorias, siue priuilegiatas esse, sed vt alias donationes, putas, & simplices, & absque vlla causa factas diiudicari debere: quibus & addi poterunt tradita per Gamam, *decisione* 26.*n* 1. Afflictis, *decis.* 307.*num.* 13. Latius per Marchionem Corsetum, *in l.* 1. *&* 2. *C. de filiis officialium lib.* 10.*num.* 38. *&* 39. Ioann. Andr. Georg. *repetition. siue allegation. feudali, cap.* 34. *num.* 4. *&* 29. Franciscum Ponte, *de potestate Proregis, tit.* 5. *ex num.* 23. *vsque ad num.* 29. *fol.* 232. *in fine, &* 533. vbi asserit, quod donatio remuneratoria non dicitur, quando seruitia sunt facta ex debito officij, vel ex alia obligatione antecedenti, & quod seruitia de iure debita non faciunt donationem remuneratoriam, quanquam dicatur donari ob seruitia, sed pura iudicabitur. Et quod euictio, quæ venit in donatione remuneratoria, in tantum debetur, in quantum si ob seruitia aliàs daretur actio contra donantem, prout latiùs *ibi* comprobat Ponte metipse, & antea tradiderat *in cons.* 59. *ex numer.* 15. *vsque ad num.* 24.

Hæc inquam, cum proposuisset Fernand. Loazes, *vbi suprà*, statim *ex num.* 11. *vsque ad num.* 61. concludenter huic obiectioni satisfacit, responsúmque præbet, & latè fundat, & comprobat, adhuc remuneratorias dici debere, atque ex causa onerosa factas donationes has, quæ ob merita, & remunerationem fiunt: vassallósque ipsos seruientes, dignos esse præmio, & remuneratione: nec ita simpliciter procedere, quod dicitur, vassallos seruire debere in bello, & in pace; imò aliter dicendum, & rem hanc latiùs explicandam, prout adductis multis exemplis, & doctrinis explicat, *ex d. num.* 11. *fol.* 165. *vsque ad num.* 61. *& fol.* 184. vbi vide omnino, quia (vt dixi) concludenter satisfacit difficultati propositæ, & traditiones superiores Ioan. Franc. de Ponte, & aliorum elidit: contra quas etiam extat communis Interpretum nostrorum sententia, qui donationes has, seu concessiones à Principibus factas vassallis, & subditis, ob benemerita, & seruitia, remuneratorias semper, & priuilegiatas diiudicarunt, vt constat ex infinitis relatis *suprà, per discursum totius numeri* 61. & traditionibus omnibus Menochij, longa serie consideratis, *dict. cons.* 100: *per totum.* Et verè negari non potest, quin Principes, gratias, & donationes facientes, aliquáque his concedentes, à quibus seruitia, & merita acceperunt, vt gratos se ostendant, & ob benemerita ipsa compensanda, principaliter excitentur; atque ideo, re, effectu, & veritate, remuneratoriæ dici debeant, & priuilegiis remunerationum gaudere. Aliàs, prætextu obsequij, & seruitij, Regibus, & Principibus à vassallis debiti, tot tantáque, ab Scribentibus mille in locis, circa donationes Principum remuneratorias, dicta, & resoluta subuerterentur, & inania fierent: quod ferendum non est; cum etiam præhabita consideratione dicti seruitij, quod debetur, ita statuerint, & prætextu seruitij eiusdem, donationes ipsas non amittere nomen, priuilegia, & prærogatiuas remuneratoriarum, semper voluerint apertissimè. Vnde à communi sententia recedendum non erit, eamque validissimè comprobauit Fernand. Loazes, *vbi suprà, ex dict. fol.* 165. *vsque ad folium* 184. vbi *num.* 60. sic concludit: ***Ex quibus patet, obsequia seruorum, vxorum, vassallorum, aliorúmque subditorum seruitia, remunerationem minimè impedire: præ maximè in Castella Regno, vbi complura iura disponunt, præcipuè illa, quæ superius allegauimus; posse Regem, imo debere, vassallorum, atque subditorum suorum seruitia remunerare, &c.*** Idque latè probauerat, atque fundauerat anteà, *primo pro parte Marchionis fundamento, ex num.* 1. *ex fol.* 73. *vsque ad fol.* 91. vbi longa serie exornat, quod Principes, & Reges donare possunt, ac debent ex causa remunerationis, & ob benemerita, & seruitia, vassallis, & subditis suis. Et nunquam dubitauit, prout nec dubitarunt innumeri illi Authores ab eo commemorati, quin donationes ex causa remunerationis factæ à Regibus, nomen, & effectus remuneratoriæ donationis consequantur, prout latissime *ibi* ostendit.

Eaque procedunt in omnibus subditis, & vassallis indistinctè, qui ob seruitia benemeriti fuerint, & remuneratione Principum digni; siue in bello, siue in pace; alicui præpositi officio, aut ministerio, vel non præpositi, generaliter inseruierint. Et siue eis merces, stipendium, aut salarium certum assignatum fuerit, siue nulla mercede, aut salario constituto, fideliter, diligenter, & vtiliter seruitia Regiæ Coronæ, Regibúsque præstiterint. Si enim ita se habuerint, vt laude, præmio, & remuneratione digni, & benemeriti sint, & in seruitiorum remunerationem, eisdem, aut filiis eorum, Reges aliqua concesserint, aut donauerint, eáque eo intuitu, vt gratas se ostendant, & seruitiis receptis satisfactionem præstent; iudicabuntur quidem huiusmodi gratiæ, concessiones, & donationes eodem iure, quo remuneratoriæ donationes iudicantur, & quasi debiti, seruitiorúmque acceptorum satisfactiones, non autem gratuitæ donationes.

Nec potest differentiæ ratio assignari, aut ob constitutionem certi salarij, aut mercedis, vel seruitij debiti ratione officij, quod ministrarunt, antidoralis obligatio, quæ ex seruitiis ipsis, & benemeritis oritur, & remunerandi ratio excludi, aut cessare; cum simul stare possint seruiendi obligatio, ratione subiectionis, & vassallagij, aut ratione officij, & mercedis, siue salarij, quod præstatur, & remunerandi antidoralis obligatio, quæ Reges, & Principes impellit, vt de se benemeritis, & seruientibus satisfacere debeant; cum mercede sola, vel salario, à communiter accidentibus, non sufficienter satisfieri posse videatur, & seruitia ipsa, & benemerita

longè

longè excedant salarij, aut mercedis considerationem. In cuius rei comprobationem, mirè vrgent quamplura, quæ Fernand. ipse Loaxes, *vbi suprà notauit, ex fol. 162. vsque ad fol. 171.* text. etiam *in cap. 1. de donat.* qui indistinctè loquitur, & omnes casus æqualiter comprehendit, siue ratione officij, aut salarij, vel stipendij constituti, quis Principi inseruierit, siue nullo salario, aut mercede recepta, & etiam officio alicui, vel ministerio non præpositus. Proot etiam dicta iura comprehendunt, liberalitatis, & remunerationis rationes omnes, quæ Principes, & Reges astringunt, vt liberales existant, & vassallos suos magnis beneficiis afficiant; & considerantur infrà, *ex numer. 66. vsque ad numerum 73.* vbi expenditur text. *in dicto capite primo, de donationibus.*

Seruitij etiam iure debiti considerationem non excludere, quin ob benemerita donari possit, etiam inter personas prohibitas, & donatio, non gratuita, sed remuneratoria dicatur, & remuneratoriæ effectus sortiatur; vel ex eo etiam comprobatur, quod etsi dicamus, nulla videri merita filij erga patrem, cum iure ei inseruire, & obsequia præstare teneatur; nihil enim est, quod non à filio debeatur patri, sicuti Platonis, Aristotelis, Ciceronis, & aliorum authoritate scripsit Menochius, *lib. 3. præsumptione 29. numer. 16. 19. 20. & 21.* Attamen aliqua sunt seruitia, & beneficia, à filio in patrem collata, quibus adeo de patre benemeritus dicitur, vt eorum causa, iure ei donare possit pater: sicuti scribunt Bartol. Ioann. Bapt. à Sancto Seuerino, Iason, Decius, Ripa, & Tiraquellus, quos refert Menochius, *dicto consilio 1003. numero 74.* dicens, quod ab hac opinione, in iudicando, non licet recedere. Et idem statuens in seruo, qui etsi ad omnia Domino teneatur, nihilominus propter singularia seruitia, dignus est remuneratione, *l. etiam, §. ex proterico, ff. de manumissis vindicta*, cum aliis iuribus, quæ *ibidem* expendit Menochius, *numero 75.* Et addit, idem de meritis vxoris erga maritum, respondisse Vlpianum, *in l. quod autem, §. si vir, & vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & scripsisse Baldum, Romanum, Ioann. de Anania, Socin. Decian. Tiraquellum, & Palac. Rub. virum donare posse vxori, ob magna seruitia sibi præstita, & huiusmodi donationem, remuneratoriam dici, & remuneratoriæ effectus sortiri.

Pinellus etiam, *tertia parte leg. prima, C. de bon. matern. sub numer. 65. versiculo, infertur 14. folio mihi 511.* quamuis expresse dixerit; quod cùm subditi fidelitatem Principi suo debeant, similiter & patriæ; si forsan pro honore Principis, vel defensione patriæ, pericula subierint, fortem, fidelemque operam præstent, digni quidem erunt remuneratione, vt eleganter inquit Imperator, *in l. finali, C. de prepos. agent. in reb. & in l. prima, C. de priuileg. eorum, qui in sacr. Palat. milit. lib. 12. & in l. cum nauarchorum C. de nauicular. lib. 11.* & quod id obseruabat antiqua Romani Senatus prudentia, omnisque Respublica bene instituta; tamen, quod à nomine donationis non separabitur remuneratio hæc: quod vltimum difficultatem habet, & contra communem sententiam Doctorum procedit. Licet inquam, ita dixerit, fatetur tamen, quod remuneratoria donatio ob benemerita, fauorabilior erit, & quod donatum à Principe pro seruitiis, non minus reuocari poterit, sequuta ingratitudine, vel infidelitate vassalli, quam cæteræ donationes reuocantur. Ecce, vbi fatetur, remuneratoriam donationem reuocari non posse à Principe, nisi ex causa adeo magna, vt ingratitudinis, vel infidelitatis, vel ex alia iusta causa; ex causa enim reuocantur decreta, & conuentiones Reipublicæ, & alia, quæ regulariter irreuocabilia essent; prout vtrumque expressè annotauit cum aliis Authoribus, *in versiculo, infertur 16. fol. 212.* sine causa tamen quod reuocare non possit, nec alterare donationes, aut concessiones remuneratorias Princeps; specificè, & doctè asserit, *sub eodem versiculo, infertur 16. in versic. sine causa autem,* in hæc verba: *sine causa autem iusta, regulariter reuocari non potest Principis donatio, cum nec priuatus possit, d. l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo, quod Doctores non aduertunt; debuissentque Scribentes in proposito potius dicere, quod si Princeps, ex causa, etiam iustissima, sine demeritu possidentis, reuocet donatum, debeat æquiualenter satisfacere,* & citat Innocent. Felin. Iason. Alexan. & Afflict. ita tenentes.

Constanter ergo resoluit Pinellus, donationem Principis ob benemerita, ex causa iusta reuocari posse, sine causa autem iusta non posse, & improbat eos, qui dixerunt, etiam ex causa reuocari non posse: & cum ex causa etiam iustissima reuocatur, æquiualentem satisfactionem præstari debere (vt vides). A communi autem in hoc dissentit, quod à nomine donationis gratuitæ noluerit donationes remuneratorias separare, quod sine difficultate non procedit ex anteà dictis: quamuis autem, remuneratorias ipsas donationes, à Principibus reuocari non posse diximus suprà; ex causa tamen reuocari posse, cum Communi asserimus infrà, *ex num. 123. cum sequentibus, & num. 131. & 134.* vbi latius explicabitur: atque ita in effectu, traditionibus superioribus conuenire videtur Pinellus.

Nec dissentit Pat. Francisc. Suarez, *in tractatu de legibus, lib. 8. cap. 37. numer. 6. folio mihi 710.* Primo namque refert communem Doctorum sententiam, quod priuilegium remuneratorium irreuocabile sit; & reddit rationem, quia quod datur cum onere, & obligatione in futurum, reuocari non potest, impleta conditione: ergo idem esse debet, quando aliquid datur in remunerationem præteriti laboris. Statim autem in hæc verba scribit: *Estque hæc pars, longè certior, quando remuneratio est ex debito iustitiæ, quando verò est tantum ex gratitudine, potest pati dubitationem, quia sola ratio gratitudinis non sufficit ad proprium, & rigorosum contractum: quæ ratio rectè probat, non esse tam irreuocabile priuilegium, datum ex gratitudine, sicut ex iustitia, quia fortius est iustitiæ vinculum, vnde in casu necessitatis, ac cæteris paribus, potius esset reuocandum priuilegium datum ex antidoralis obligatione, quam datum ex commutatiua iustitia: & si ex causa reuocetur, forte non erit debita ex iustitia recompensatio, sed tantum ex gratitudine, sicut fuit prior remuneratio,* ecce vbi Authoris, religiosissimus, & eruditissimus, omníque laude dignissimus, vt certum resoluit, remuneratorias donationes non posse reuocari à Principe, nisi in casu necessitatis, atque ex iusta causa, & cætera, quæ aduersus communes resolutiones considerat, sub dubio, & fatendo rem hanc pati dubitationem, & sub verbo *fortè*, proponit (vt vides:) resolutiuè autem, & non obstante dubitatione prædicta, aut dubitandi

ratione, communi adhæret resolotiooi, & in hunc modum scribit, *dicto num. 6 in fine, & dicto folio 710. Nihilominus tamen, priuilegium remnneratorinm, est per se irreuocabile, qnia ipsa ratio remunerationis hoc includit; idémque postulat ratio gratitndinis, nisi remnneratio excessiua sit.*

Cum autem excessiua fuerit, quid dicendum sit, inferiùs explicabitur *numero 63. & sequentibus:* & communi Interpretum placito receptum est, quod donatio dicitur remuneratoria in quantum merita æquiualent donationi, sed in excessu est pura, & simplex; sicuti permultis aothoribus relatis, probauit Menochius, *in consilio 112. num. 13.* Tiraquel. *in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num.* 80. Bursatus *in consilio 310. num. 56. lib. 3.* Tiberius Decianus *responso 22. numer. 11. lib. 2.* Ludou. Molina *de Hispanor. primog. lib. 2. cap. 8. num. 17.* Matienzus *in l. 15. tit. 10. glossa 6. num. 1.* Hondedus, *in consil. 47. num. 18. & 19.* & antea *num. 8. lib. 1.* Pat. Ludou. Molina *tom. 2. disp. 279. littera A. pag.* 168. prout etiam receptum est, quod donatio remuneratoria censetur, quando in ea, benemerita in specie exprimuntur, & probantur, & meritorum generalem assertionem non efficere donationem remuneratoriam; vt longa serie explicat, pluresque casus distinguit Menoch. *dict. conf. 112. per totum*, vbi omnino vide: & Honded. *dicto consilio 47. n. 10. & sequentibus.*

Et de his hactenus, quæ sunt quidem singularia, & notanda, & ingenti studio, & diligentia, assiduáque consideratione, sic discutientur, nec ab vllo hactenus fuerant antea, sic adnotata, nec scripta: & de ipsis erit semper, cùm occasio se offeret, attentè, & maturè cogitandum.

Quod autem dicitur, donationes, & concessiones factas ex causa remunerationis, & ob benemerita, irreuocabiles esse, & debere à Principibus obseruari, atque impleri, explicari solet, quod vt dicantur remuneratoriæ, atque ex meritis reddantur irreuocabiles, & in contractum transeant, necesse est, vt ad minus merita æquiualeant, siue attingant quoad dimidiam partem valoris rei donatæ; aliàs, si donatio excederet in plus merita, diceretur simplex donatio, vt nunc dicebam.

Alij verò existimarunt, non sufficere, vt merita æquiualeant dimidiæ parti, sed debere esse æqualia, atque ita opiniones contrarias, ex Baldo, Romano, Corneo, Tiraquello, Socino, Iulio Claro, & Pinello refert D. Carolus de Tapia *secunda parte l. finalis, ff. de constit. Princip. cap. 9. numer. 7. & 8. fol. mihi* 151. qui dicit, animaduertendum esse, in donatione remuneratoria, satis esse, si res donata non superet æstimationem meritorum, non inspecto valore rei donatæ, sed qualitate donantis, cum Principes accepto seruitio, maiorem soleant referre gratiam. Sufficit ergo, quod non excedat valorem eius, quod Principes ex consuetudine donare solent, licet præponderet meritis, vt post Corneum, & Barbat. optimè declarat Tiraquel. *ibi* relatus, & repetit ipse Carol. de Tapia *decis. 5. num. 47. & 48. fol. 104.* vbi ponderat text. *in cap. primo, de donationibus.* Et hactenus is; cui alia plura addenda sunt: ac primum quidem Baldum, *in præludio feudorum, num. 26.* quem sequitur Socinus *in conf. 4. num. 5. in fine, volum. 3. & in consilio 87. num. 12. in vers. secundo confirmatur, eod. volum.* statuisse, quod si donatio, seu concessio remuneratoria, meritis non correspondet, sed potius longè illa excedit, non dicatur facta ex causa onerosa, neque sit irreuocabilis, sed potius reuocari possit, prout aliæ gratiæ, & beneficia reuocantur; & hos refert Tiberios Decianus *in consilio 25. num. 6. & 7. volum 3.* & silentio præteriit D. Carol. de Tapia, *in locis nunc relatis*, vbi etiam non refert Aim. Publicium *in consuet. Albermi, tit. 2. articulo 11. numero* 11. Octauian. Cacherau. *in consilio 27. num. 30.*

Postmodum autem, ipse Decianus, *num. 77. 78. & 79.* vt Baldi, Socini, & aliorum Authorum opinioni respondeat, dum dixerunt, quod cùm merita non sint æquiualentia, in eo, in quo excedunt à valore concessionis, & donationis, dicatur simplex donatio, & ideo reuocari possit; quod cum aliis annotaui *suprà, num. præcedenti ad finem, versiculo cum autem excessiua fuerit*, in hunc modum scribit: *Secundo respondeo, quod vt esset donatio in eo, quod excederet merita, oporteret quod excederet valor donationis vltra dimidiam valoris meritorum, quod proculdubio non est in casu præsenti, vt voluit singulariter Bald. in authent. ex testamento, colum. 2. versic. Sed contra hoc facit. C. de collat. quia (vt ipse dicit) ad hoc vt merita, vel seruitia sint æquiualentia rei donatæ, sufficit, quod non sit infra dimidiam valor ipsius rei donatæ, iuxta l. 2. C. de rescind. vend.* & refert Romanum, Corneum, Salicet. & Iason. ita tenentes, & vlteriùs progreditur in hæc verba, *Tertiò respondeo, quod donationes factæ à Principibus, non debent commensurari ad vnguem ad merita, sicut donationes priuatorum: quia liberalitas, quæ Principes decet, supplet omnia, & maior esse debet, quam priuatorum*, & citat Authores alios, qui ita obseruarunt. Hactenus Decianus, qui (vt vides) cum communi residet sententia, merita inquam non debere esse æquiualentia, ita vt iustam, æqualémque requirant commensurationem cum re concessa, sed sufficere, si attingant dimidium eius, quod in concessione, aut donatione continetur: prout Baldus, & cæteri ab eo relati scripserunt. Rectè etiam Decianus idem statuit, donationes à Principibus factas, non debere commensurari ad merita, sicut donationes priuatorum, quia liberalitas, quam Principes habere atque exercere decet, supplet meritorum æqualitatem; ad quod posset Decianus ponderare text. singularem, *in cap. primo de donat.* vbi sic scribitur, *hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponi: vt debere se, quod sponte tribuit, existimet, & nisi in beneficiis suis creuerit, nihil se præstitisse putet.* Vnde in terminis obseruauit Barbatia *in cap. sedes, colum. 2. de rescriptis*, se sustinuisse donationem quandam, à Principe factam ob merita, quæ ob id impugnabatur, quod merita non responderent tantæ donationi. Et reddit rationem, quia satis est, ea respondere liberalitati Principis quæ maior esse debet, quàm alterius priuati, & Barbat. refert Tiraquel. *in l. vnquam in verbo, donatione largitus, num. 84. & 85.* & antè *num. 73. versic. illud autem in meritorum excessu*, dicens, quod in meritorum excessu, vt sciamus, an res donata superet, vel æquet merita donatarij, qualitatem donantis inspiciendam esse, num diues sit, & nobilis; is enim, ex natura peculiari Nobilium multo maiorem referre solet gratiam, vt significat textus *in dicto cap. primo, de donat.* tunc namque; etsi donatio merita excedat, cum id, quod in ea re facere solent Nobiles, & diuites, attendatur magis quam excessus, non dicitur excedere merita:

&

& textu ipsum *in dicto cap.* 1. expendit Matien-
zus *in l.*15.*titul.*10.*lib.*5.*glossa* 6.*num.*2. *fol.* 317.
vbi ponderat legem illam dicentem, quod do-
natio remuneratoria, merita donatarij exce-
dens, moderanda est, vt merita non excedat: &
intelligit eam in donatione annuorum reddi-
tuum Regi competentium in perpetuum: & di-
cit, decisionis *dictæ l.*15. rationem esse, quia in
eo, quod donatio remuneratoria, merita, & ser-
uitia excedit, mera, simplex, gratuita, & pura
est donatio; ad quod infinitos ferè citat Autho-
res; & statim *dicto num.*2. sic scribit: *illud autem,*
quod ex lege ista expendimus, donationem Principis
remuneratoriam, merita donatarij excedentem, mo-
derandam esse, itaut merita non excedat, intelligi
oportet, vt moderatio fiat, inspecta qualitate donan-
tis, & donatarij: nam si Princeps sit, qui donat; vel
aliàs diuites, & nobiles, qui solent multò maiorem re-
ferre gratiam, vt eorum est natura, vt in capite pri-
mo, de donat. atque ideo credunt se pauca donare, cum
plura donent: quare nobilium donatio, plenius inter-
pretatur, vt late probat Ioann. Lupi, in repetit. ru-
brica, de donat. inter vir. & vxor. §.9. Tiraq. optimè,
de nobilit. cap. 37. *n.* 4. *& sequent. etsi tunc donatio*
merita exceдat, modo solita ab eo fieri, non erit mo-
deranda, quia merita non dicitur excedere, & re-
fert Cornetum, Barbatiam & Tiraquellum, sic
tenentes.

65 Barbatiam etiam recenset, & sequitur Me-
nochius *in consilio* 307. *numero* 11. *libro* 4. vbi di-
cit, quod quamuis liberalitas, & donatio exce-
dat merita, attamen id conuenit illi, qui bene-
ficium accepit, vt plus reddat, quàm acceperit.
Idque magis conuenire Principi, cuius pro-
prium est liberalitatem exercere; cum soleant
Principes facere similes donationes ob merita,
etiam tenuia: & repetit *in consilio* 351. *num.* 75.
vbi scribit quod etsi merita, ex se non habeant
perpetuam commensurationem cum re conces-
sa, tamen sufficit, Principem iudicasse, merita
eiusmodi fuisse, vt deberent, donatione, aut gra-
tia facta, compensari, & paria esse sua liberalita-
ti, & satisfactioni, etsi enim merita digna non
essent tanta recompensatione; attamen Celsitu-
do ipsa Principis, cuiusque munificentia iudicat,
66 ipsi recompensationi æqualia esse. Decet enim
Reges, & Principes liberales esse, quorum, præ
cæteris omnibus proprium est liberalitatem, &
largitatem in subditos exercere, vt cum multis
probat Tiraquellus, *dicto cap.* 37. *ex num.* 44. Ioan-
nes Redin. *de maiestate Principis, in § largum, be-*
neficum, & liberalem. Hippolyt. Riminaldus *in §.*
primo Institut. de donationibus ex num. 1220. *cum*
sequent. D. Carolus de Tapia *in rubrica, de consti-*
tut. Principum, capite 4. *ex numero primo, cum se-*
quentibus folio mihi 57. vbi dicit, quod liberalitas,
maximè omnium virtutum, in Principe neces-
saria est; nam ea subditos, sibi deuotissimos red-
dit, ad arma suscipienda alacres facit; & præ-
miorum spe, ad maiora subeunda pericula im-
pellit. Et addit, quod proprium eius est, libera-
litatem exercere, vt tenent Authores, *ibi* relati.
Atque hanc liberalitatem, & largitionem, dixit
decere Reges, & Principes, Baldus *in l.* 1. *colum.*
67 38. *de iureiurando*, qui eas, multum laudabiles
appellat, ac proprium eius esse liberalem, & gra-
tiosum, notauit idem Baldus, *in l. & in legatis, C.*
ad leg. falcid. Abbas, & Decius, *in cap. sedes, de re-*
script. cum Principes, parua se concedere putent,
68 licet multa, magnáque largiantur, Glossa *in l. sed*
*etsi susceperit, §.*1. *ff. de iudiciis*, nec vllæ donatio-
nes à Principe factæ, immensæ videri debent,
nec liberalitas frænis, aut cancellis coërceri de-
bet, cùm omni tempore, omnique casu, valida
sit, *l. donationes, la* 2. *C. de donat. inter vir. & vxor* &
ibi latè Igneus, *in prima, & 2. colum.* estque ea in
Principe commendanda, vt inquit Francisc.
Marcus, *decisione* 87. *num.* 5. *parte* 1. ideóque scri-
psit And. Isernia, *in cap. prima, §. huius autem gene-*
ris, num. 15. *ex quib. caus. feud. amitt.* Principem do- 69
nare multa, meliora, & facilè, & refert Carol. de
Tapia, *vbi suprà num.* 4. cui addendus est Cice-
ronis locus pro Deiotaro, vbi inter laudes Re- 70
gias, hanc præ cæteris extollit, quod sit largus,
beneficus, & liberalis: memorabile etiam est
Titi Vespasiani dictum illud, *Amici, diem hunc*
perdidi, quo nulli beneficus fui, quod refert Rolan-
dus, *in consilio* 94. *in fine, vol.* 1.

Notanter quoque repetit superiora Meno- 71
chius metipse, *in consilio* 1003. *num.* 60. *& septem*
sequentibus, vbi proponit, donatarij benemerita,
non debere necessariò æquiualere rei donatæ à
Rege, & Principe: idque vt explicet, tres princi-
pales casus distinguit, atque constituit, ad quos
materiam hanc reducit, & communiter omnes
reducere solent.

Primus casus est, quando persona priuata
prohibetur alienare res suas: hoc sane casu, etsi
permissum ei est donare ob benemerita dona-
tarij erga se, attamen requiritur quod beneme-
rita donatarij æquiualeant rei donatæ, sicuti
tradiderunt Bartol. Corneus, Barbatia, Socinus
senior, Ruinus, Iason, Decius, Ioann. Lup. Pari-
sius Rubeus, Chassan. Tiraquel. Ioannes Corras.
Natta, Iulius Clarus, Mascardus, & Riminald. *ibi*
relati, *dicto num.* 60. *& in consilio* 112. *num.* 13. *lib*
2. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 19. *num.* 21. & hic
casus probatur *in l. si sponsus, §. circa venditionem,*
& in l. sed etsi vir, §. si duo, ff. de donat. inter vir. &
vxor. vbi donatio inter virum & vxorem, etsi
regulariter non consistat, nihilominus remune-
rationis causa valet, si modo rei donatæ æsti-
matio, & valor non excedit donatarij merita: sic
& de Prælato, qui alioqui res Ecclesiæ alienare,
& donare non potest, sancitum est *in cap. rela-*
tum, ibi, iuxta seruitij meritum, de test. & in c. cæte-
rum, de donat.

Secundus casus est, quando persona aliqua
priuata donare, & alienare potest: & hoc casu,
donatio facta ob donatarij benemerita, non re-
quirit quòd ipsi rei donatæ æquiualeant meri-
ta: ita manifestè scribunt Decius, & Tiraquellus,
cum aliis: & refert, & sequitur Menochius, *dict.*
consil. 1003. *num* 62.

Tertius casus est, quando Princeps, vel nobi-
lis valde diues donare, & alienare potest: & hoc
quoque casu, multò minus necesse est, quod be-
nemerita æquiualeant rei donatæ & ita egre-
gie docuerunt Corneus & Barbatia, & sequuti
sunt alij, quos ipse Menochius commemorat
præcitato consil. 1003. *num.* 65.

Et denique, *num.* 64. *& duobus sequentibus,*
constituit, beneficia, & benemerita aliqua esse,
quæ non recipiunt æstimationem, & quorum
remuneratio non est commensurabilis cum ip-
so beneficio accepto, vt si tu me à morte immi-
nenti liberasti, si me ab hostium manibus, & ser-
uitute eripuisti; si seruus à domino donatus est
libertate; si tua opera, & industria, patriam de-
fendisti; si in bello, singularia, & egregia serui-
tia Regni, & Regno præstitisti, & alia similia,
prout *ibidem* ipse Menochius comprobat. Et ha-
ctenus

ctenus eius obseruationes, & resolutiones, in quarum comprobationem tametsi per multos allegauerit Authores, silentio præteriit Fernand. Loazes, qui *in allegatione, super controuersia oppidi de Mula, tertio pro parte Marchionis fundamento, in versiculo, etsi dicatur, donationem debere esse meritis æquiualentem, ex folio 191. in fine, & folio 192.*
72. *193. & 194.* in his ipsis terminis nostris donationis scilicet factæ à Serenissimo Rege Ioanne, dicto Marchioni, opponit contra ipsam donationem, debere esse meritis æquiualentem, & merita debere esse donationi, & rei donatæ correspondentia, siue æquiualentia: & ponderat text. *in cap. cæterum, in versiculo, data rei quantitas, de donat. & in cap. ad hæc in verbo, moderata, & in cap. relatum* ibi, *iuxta seruitij meritum, de testam.* & citat quamplurimos Authores, sic tenentes, quod scilicet merita æquiualere debeant donationi: statim tamen satisfacit, responsúmque præbet, & magna, insigniáque Marchionis seruitia ponderat: & *num. 2. folio 193.* in hunc modum seruitia, *Sufficit enim, quod quis aliquod insigne seruitium faciat, ad hoc, vt benemeritus dicatur, qui & insignem etiam remunerationem susceperit, semper tale seruitium æquiualens remunerationi dicitur, ac reputatur.* Et refert Glossam, & Ioann. Iacob. de Leonard. Chassane. & Socin. sic adnotantes, & prosequitur, *Cum enim articulus iste, scilicet an, & quando, inter personas prohibitas, benemerita dicantur æquiualentia, & quando donatio, ob benemerita facta, immoderata, vel moderata iudicatur? arbitrio boni iudicis, bonique viri iudicio relinquitur, vt concludunt omnes Doctores; & dixit communem opinionem Iason, in d. consilio 154. colum. 5. volum. 2. Quis enim non arbitrabitur donationem præfatam moderatam fuisse, & attenta qualitate Serenissimi Regis donantis, & multitudine meritorum Alphonsi Ioannis Fajardo recipientis, æquiualentem; imo paruam, ac debilem extitisse. In istis enim, & similibus donationibus, atque remunerationibus, persona dantis consideratur, & qualitas personæ recipientis, & illius meritum attenditur, vt in iuribus prædictis probatur, & consuluit Oldrad. in consilio 149. incip. Ex præsenti themate. quem refert, & sequitur Afflict. quicquid dixerit Baldus in authent. ex testamento in 3. colum. C. de collat. vbi dixit, ad hoc, vt donatio inter personas prohibitas, moderata existat, sufficere quod meritum dimidiam rei donatæ partem non excedat, quem sequutus est ibi Paul. de Castro, & Corneus, in consilio 45 colum. 2 volum. 3. & quicquid dixerit Luc. de Penna, nulla enim donatio, nullaque seruitiorum remuneratio excessiua dici potest, quando pro ipso donante, quis mortis periculo se exponit, &c.*

Concludit denique, *num. 9. folio 194.* & memorabiliter, atque notanter, in hunc modum scribit: *Præterea, præfata communis opinio, locum habet, atque procedit in personis prohibitis alienare, non autem procedit, nec locum habet in personis, quæ de suis rebus possunt quoscunque benemeritos remunerare, vt consuluit Decius, in consilio 20. incip. In causa istorum fratrum, colum. finali, volumine primo. Cum enim Imperator, Rex, & quilibet alius Princeps remunerationis causa, vt latè diximus, donare non prohibeatur; illud, quod dictum est de æquiualentia, in eorum remunerationis donationibus non attenditur, nec consideratur: cum vnusquisque rerum suarum moderator, & arbiter esse dicatur, l. in re mandata, C. mandati, l. dudum, C. de contrahen. emption. l. Polla. C. de his, quibus, vt indignis, c. de his, de sepulturis.*

Hactenus Fernand. Loazes, qui (vt vides) specificè asserit, in donationibus Principum remuneratoriis, æquiualentiam non attendi, nec quod merita dimidiam rei donatæ partem non excedant; & id procedere, & habere locum dumtaxat in donationibus, quas faciunt priuatæ personæ, aut hi, qui donare prohibiti sunt; atque ita conuenit omnino his, quæ ex Menochio, *suprà* retulimus.

Per. autem Barbosa, *in l. qua dotis, 34. num. 60.* 73
fol. 680. nulla facta mentione, aut relatione eorum omnium, quæ hactenus diximus, & nullo relato Authore, ex omnibus suprà commemoratis, vt explicet dubium prædictum, an donatio dicatur remuneratoria, si merita excedat; in hunc modum scribit: *Sed verius resoluendum est, quod donatio censebitur remuneratoria, etiamsi excedat quantitatem benemeritorum in modico, quia, vt inquit Diuus Thomas, 2. 2. quæst. 106. art. 6. non dicitur satis gratus, qui tantum reddit, quantum accepit. Si igitur id, quod datur in remunerationem, excedat quantitatem benemeritorum in quarta parte, tota nihilominus donatio censebitur remuneratoria, vt eleganter tradit Nauarrus, in apologia de redditibus, quæstione prima, monitu 82. n. 6. & pro eo expendo text. in l. si vero non remunerandi, § inde Papinianus ff. mandati*, prout *ibi* ponderat enim, & inde deducit: *Ergo præsumitur remunerandi animus, & censetur donatio remuneratoria, etiam si excedat beneficium acceptum in tertia parte pretij. Et ideo merito inquit Lancellotus Decius hic, colum. 5. post principium, quod qui accepit beneficium, debet imitari agros fertiles, qui plus reddunt quam accipiant. Quod si remuneratio sit nimis excessiua, tunc in eo, quod excedit, considerabitur tanquam simplex donatio, indigens insinuatione.* Et citat Iason. Decium, Ripam, Menochium, & Molinam, sic tenentes.

Et hactenus Barbosa, qui dubium præfatum proposuit, illùdque explicauit, atque resoluit respectu priuati alicuius, qui ob merita donauit ei, qui postmodum ingratus extitit, & controuertebatur an propter ingratitudinem reuocari posset donatio, & consequenter, an remuneratoria sit, vel non, & adhuc inter priuatos, vt desinat esse remuneratoria donatio, requirit, quod sit nimis excessiua. Non autem instituit Barbosa sermonem, respectu remuneratoriæ donationis factæ à Principe ob benemerita, & seruitia, in qua nullam meritorum æquiualentiam consideraret, ob latiorem, & fauorabiliorem interpretationem, quæ in concessionibus Principum fieri debet, prout latè comprobaui *suprà, ex num. 66. cum sequentibus.* Et quia, si in priuatorum hominum donationibus, quæ ob remunerationem fiunt, vt remuneratoriæ esse desinant, quod sint nimis excessiuæ, requirit; quid in Principum donationibus, ex causa remunerationis statueret? Forsan quidem, nec communem probaret distinctionem, an merita attingant, vel non, dimidiam valoris rei ob merita donatæ, sed etiam si excessus maximus esset; donationes ipsas Principum retineret.

Arias vero Pinellus, *prima parte, l. 2. C. de rescind. vend. cap. 4. num. 3. & 4. folio mihi 130.* specificè non attigit dubium prædictum, in donatione remuneratoria, à Rege, vel Principe facta, nec de Principe ob benemerita donante aliquid scribit eo loco, sed agit de patre donante filio, aut de extraneo, qui extraneo donauit, loquitur expressè, & apertè; atque ita eiusdem resolutio priuatis hominibus donantibus, non Principi,

aut

aut Regi, qui ex causa remunerationis donauerit, applicari potest. Sic sane in Principe, ea obseruari præcisè debebunt, quæ scripta *suprà* reliqui.

Inquit ergo Pinellus, *dicto n. 3. & 4.* tractasse Doctores communiter, an remedium *illius l. 2.* procedat in donatione remuneratoria facta à patre filiofamilias: & quod Baldus citat legem ipsam secundam, ad eam quæstionem, vt tunc donatio valeat, censeatúrque ob causam, etiam in eo, quod donatum excedit valorem meritorum, nisi excessus sit vltra dimidiam, vt sic ob talem læsionem, non ob minorem, tunc competat remedium eius legis. Considerat tamen, contra Baldum esse communem opinionem, vt in ea specie non procedat lex ipsa secunda nec requiratur tantus excessus, imo quod donatio ipsa non teneat, nisi quatenus merita filij valeant. Inde & consequenter, quod in personis non prohibitis inuicem donare, illud ea mente omnium scribentium receptissimum est, vt quod excedit valorem meritorum, censeatur iure donationis, & sic attendatur decisio *l. sancimus, C. de donat. & l. finalis, C. de reuocand. donat.*

Tandem ipse Pinellus, *numero quarto,* sic concludit, *Ex quo, si cum iudicio attendas, decisio huius legis non bene à Doctoribus applicatur ad quæstionem donationis remuneratoriæ, siue inter patrem & filium, siue inter alios: nam secundum traditionem omnium Scribentium, constat, intra valorem meritorum non censeri donationem, sed satisfactionem iustam: in eo autem, quod plus est in donatione, quàm in valore meritorum, consistit mera donatio: at hæc lex non potest ad donationem trahi, secundum communem resolutionem, vt tradit Siluanus, consilio 13. numero quarto.* Hactenus Pinellus, qui apertissimè contendit, in donatione remuneratoria non esse locum remedio *leg. 2. C. de rescind. vendit.* non intra valorem meritorum, quia potius est satisfactio, & solutio debiti, quàm donatio: in eo autem quod plus est in donatione, quam in valore meritorum, non etiam habere locum remedium eius legis, quia est donatio gratuita, quæ ob læsionem non rescinditur, nec in ea babet locum lex ipsa 2. Hæc in donationibus remuneratoriis factis ab extraneo, inter priuatas personas, cùm ita Pinellus statuerit; quanto fortius in donationibus, ex causa remunerationis, à Principe factis, obtinere debebunt? si rationes illas, relatas suprà, *ex numero 66. cum sequentibus,* in memoriam reputamus, & vim earum, iusta ponderatione attendamus.

Dum autem Pinellus statuit, quod donatio simplex, pura, & gratuita; ex causa læsionis cuiuslibet non rescinditur, nec in ea habet locum remedium *dicta l. 2.* communiter approbatur, & cum aliis multis Authoribus, ita resoluunt Ludou. Molina, *de Hispanorum primogen. lib. 5. cap. 3. numero* 30. Augustinus Barbosa, *in remissionibus Doctorum, folio 31. in principio, sub numero* 15. Rodriguez, *de annuis redditibus, libro primo, cap. 11. numero* 30 Siluest. Aldobrandinus, *in consilio 16. numero 34. folio* 174. vbi ea sententia aliorum Authorum, quos citat, resoluit, quod in donatione vera, & propria, concedit consideratio læsionis alicuius, enormis, vel enormissimæ, quia nisi hoc esset, omnes passim donationes reuocarentur, & ideo non babet locum remedium *dicta l. 2.*

Si autem enormissima sit læsio in ipsa donatione pura, & gratuita, an sit locus remedio *dicta l. 2.* videndus est Muñoz de escobar, *computatione 6. numero 15. folio* 553. vbi dicit, quod in donatione tunc demum consideramus, quem enormissimè læsum fuisse, si probatum sit, quod respectu residui patrimonij, quod sibi remansit tempore donationis, vel fideiussoriæ obligationis ipsi donatori, vel fideiussori, non remansit ea quo viuere potuisset, inspecta qualitate suæ personæ, vt in donatore aduertunt Socinus, Gregorius Lopez, Afflict. & Thesaurus: licet Ioannes de Imola, quem sequutus est Senatus Neapolitanus, vt per Afflict. *decisione 312. numero 2.* dicat, quod non sufficit, quod tempore donationis, donans non habeat bona, ex quibus sibi consuli possit: imò sufficit, quod non habeat tempore, quo conuenitur pro obligatione à se facta. Addiderim ego, Ioannis Imolæ sententiam verissimam videri, & tenendam omnino; & non modò sufficere, quod donans non habeat, ex quo honestè viuere possit iuxta qualitatem suæ personæ, tempore quo conuenitur; imo fortius vrgere videri rationem eam, tempore ipso, quo conuenitur quam tempore factæ donationis: si enim tempore donationis, quod remansit donatori, non sufficeret, vt ex eo ali, & viuere possit, & eo prætextu vellet impugnare donationem eo tempore, quo seruata donatione, donator ipse haberet, vnde viuere, & se alere posset, tunc proculdubio non esset audiendus donator, nec infringenda donatio, iuxta iura vulgata, & decisionem *l. perfecta donatio, C. de don. quæ sub modo*, è conuerso autem si non haberet, adhuc audiri deberet, etsi tempore donationis residuum sibi sufficeret; quia verum est, eum esse enormissimè læsum. Ex his autem, quæ hactenus diximus, euidentissime apparet, donationes Regias, ex causa remunerationis, & ob seruitia, & benemerita, à Principibus factas, non de facili reuocádas; imo potius, ex magnitudine & liberalitate Principum, quam suprà considerauimus, firmas & stabiles remansuras, cùm excessum donationum & gratiarum, liberalitas atque Celsitudo Regum admodum suppleat. Idque maxime attenta consideratione Pinelli, relata *suprà*, donationem remuneratoriam, intra valorem meritorum, non censeri donationem, sed iustam potius satisfactionem: in eo autem, quod plus est in donatione, quàm in valore meritorum, censeri meram donationem at *dictam l. 2. C. de rescind. vendit.* ad donationem non trahi. Sanè si mera est donatio & gratuita, reuocari à Principe non poterit, nisi ex iustissima causa; sicuti ex eodem Pinello scripsi *suprà, sub n. 62. in versic. Pinellus etiam.* Item ea quo excessus, est mera donatio, diiudicandus est ea his, quæ in gratuitis Principum concessionibus, siue meris donationibus dicenda sunt *infrà*, & tradita in indiuiduo per Peregrinum, *de iure fisci, l. 1. titul. 3. ex numero 16. vsque ad numerum 28. & num. 47. & sequentibus* Carol. de Tapia, *ad l. finalem ff. de constit. Princip. secunda parte cap. 9. numero 54. & sequentibus & decisione 5. numero 64.* Petram *de potestate Principis, quæst. 32. ex num. 39. vsque ad num. 46. & num.* 137. Matienaum, *in l 6. tit 10. glossa* 2. Surdum *in cons.* 419. *num.* 60. Carol. Bardellonium, *in consil. 75. num. 52. &* 23. Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib. 3. tit. de pactis, resol. prima num* 5. qui etiam meras, & gratuitas Principum donationes, vsque adeò conseruant, vt reuocari eas non posse de potestate ordinaria, afferant; prout inferiùs dicemus.

75 Item, quia quod reſpectu exceſſus meritorum in priuatis perſonis ita ſtatuitur, prout ex Pinello, *prima parte dicta l. 2. capi. 4. numero 4.* retuli *ſuprà*, in Principibus ipſis donantibus ex cauſa remunerationis, & quando donationes merita excedunt, fortiùs ſeruari debet, & vrget, iuxta ea, quæ *ſuprà* quoque notaui, & ex traditis per Matienzum, *in l. 15. titulo 10. gloſſa 6. numero primo*, & quia inſinuatio, quæ in priuatorum donationibus gratuitis neceſſaria eſt, & à lege requiſita, in donationibus Principum ſuperflua eſſet, vtpote, cum donatio facta à Principe, inſinuationem non requirat, & donationes Regum, nunquam immenſæ iudicentur, vt poſt Tiraquellum ſcripſerunt Hippolyt. Riminaldus, *in §. primo Inſtitut. de donat. numero 1220. verſiculo, quartus caſus iſt.* Marcus Mantica, *in conſilio primo, numero 15.* atque ita, ex loco ipſo Pinelli euidenter deducitur, donationes Principum remuneratorias, nec ob læſionem enormem, aut enormiſſimam reſcindi poſſe; & magnam eſſe differentiam in Principibus ipſis, longámque diuerſitatis rationem, ſiue argui non poſſe à donationibus priuatorum remuneratoriis; quoniam, ſi exceſſus donationis, reſpectu meritorum, eſt puta & mera donatio, in ea non requiritur inſinuatio vlla, quando Princeps donat, quæ tamen neceſſaria eſt in dona-
6 tionibus aliarum perſonarum, vt dixi, atque ita reuocari non poteſt: quocirca, Regem, aut Principem remunerantem, nunquam dici læſum; latè comprobauit Fernand. Loazes, *in loco relato ſuprà*, & in conceſſione Regia, propter ſeruitia, & benemerita facta, læſionem enormiſſimam conſiderari non poſſe, quamuis donatio merita exuperet, quia celſitudo Principis, eiuſque munificentia iudicat, ea eſſe æqualia recompenſationi; relatis Cumano, Barbar. Tiraquello, Menochio, & Riminaldo, notauit Ludou. Caſanate, *in conſilio ſeptimo, numero 10 folio 114.* Phæbus *deciſione Portugal. 111. numero 14. & 15.* & cum Natta Rolando, Menochio, & Oſaſco, Ioſeph. Ramonius, *in conſilio 24. numero 156. & 157.* vbi inquit, quod Regia Corona, ex donationibus remuneratoriis, nunquam dicitur nimis lædi, quando non alienatur pars Regni: & notauit Craueta, *in conſilio 592.* Gabriel. Pereira, *deciſione 101. numero 3.* niſi in terminis conſideratis per Baldum, *in conſilio 140. volum. 4.* vbi inquit, quod pacta, & contractus Principum non debent ſeruari, quando inſurgit neceſſitas, quod periculum verteretur publicum, propter obſeruantiam pacti: quem refert, & comprobat Rolandus *in conſilio primo, numero 172. lib. 2.* videndus *ex numero 169.* & latiùs Cabedus, *deciſione 75. per totam, parte ſecunda*, & ego metipſe notaui *in commentariis tomi quinti, capite 89. numero 93.* aut ſi conceſſio, vel contractus Principis tenderet in magnum Regni, & Principatus detrimentum, vt *inferiùs*, latiùs dicetur. Aut ſi nulla fuiſſet ex aliquo defectu, aut vitio, conceſſio metipſa, vt etiam dicendum eſt *infrà*.

77 Item, ſi Princeps contrahendo, enormiter, aut enormiſſimè læderetur, tunc quidem in contractibus ſuis conſeruaret remedia omnia, tam læſionis ordinariæ, *l. 2. C. de reſcind. vendit. cap. cum dilecti, de empt. & vendit. l. 56. titulo 5. partita 5.* de qua, ego metipſe ſcripſi nonnulla, *in commentariis tomi 2. cap. 8.* & longa ſerie egerunt Gaſp. Rodriguez, *de annuis redditibus, libro primo, cap. 11. per totum.* Ioan. Gutierres, *practicar. libro 2. quæſtione 133. ex folio 620. vſque ad quæſtion. 145.* vbi latè de materia Minſingerus, *Centuria 4. obſeruatione 73.* Maynardus, *deciſione 58. & ſequentibus, lib. 3.* Merenda, *controuerſiar. libro primo, ex cap. 24. vſque ad cap. 47.* Fachineus, *controuerſ. iur. libro ſecundo, cap. 16. 17. & ſequentibus.* Anton. Faber. *decad. 7. per totum, tomo primo*: Cardinalis Tuſchus, *tomo 5. littera L. concluſione 293. & ſequentibus*, Pat. Ludou. Molina, *tomo 2. diſputatione 349. cum ſequentibus*, infinitos alios, ſciens, conſultóque prætereo, quoniam eos recenſet, & plures quæſtiones excitat Emmanuel Barboſa, *in remiſſionibus Doctorum, folio 26. ad titulum 13. ordinationis Regiæ, vſque ad folium 33.* Enormiſſimæ quoque læſionis, & alia quæcumque remedia intentare, & deducere poſſet, & frequenter deducit Regius Fiſcus; non enim deterioris conditionis futurus eſt, quàm priuatus; nec iuris remediis priuari, quæ priuatis hominibus conceſſa ſunt, & competunt: ſic ſane, remedium *dictæ l. 2. C. de reſcind. vendit.* Eccleſiæ, Principi, & Reipublicæ competere, triginta annorum ſpatio, ex ſententia quorundam, ex ſententia verò aliorum, quadraginta; refert Padilla, *in eadem l. 2. numero. 48. & 49.* Azeuedus, *in l. 1. titul. 11. lib. 5. numero 32.* Idque maximè procederet, quando in contractibus, à ſe initis, Princeps læderetur enormiſſi-
mè, & Regius Fiſcus, enormiſſimam ipſam læ- 78
ſionem probaret. Læſio namque probanda eſt ab eo, qui illam allegat, non enim præſumitur, niſi probetur, *l. 3. §. ſi minor, ff. de iure iurando, l. quoties, § qui dolo, ff. de probat.* & quamplurimis Authoribus relatis, notarunt Cald. Pereira, *in l. ſi curatorem habens, verbo, læſis, numero primo.* Robert. Lancellotus, *de reſtitut. in integrum, ex numero 26. vſque ad numerum 36.* Sfortia Oddi, *in eodem tractatu, parte prima, quæſtione 36 articulo 1. & 3.* Menochius, *in conſilio 496. numero 95. libro 5.* Maſcardus, *concluſione 963.*

Item læſio quadruplex eſt; alia modica, ſeu 79
minima, alia magna, alia maior, quæ communiter appellatur enormis, alia autem maxima, quæ enormiſſima nuncupatur; ita ſane adnotarunt, & earum exempla adduxerunt poſt alios Authores, quos citant, Seraphinus, *de priuilegiis iuramenti, priuilegio 83. numero 86. & ſequentibus*, Mancinus, *in tractatu de iuramento, parte quarta, effectu primo, quæſtione 2. numero ſeptimo*, Farinacius, *fragmentorum parte 2. iuramentum an firmet contractum. in quo iurans fuit enormiſſime læſus, numero 1298. folio 176.* Sfortia, *de in integr. reſtitut. parte prima, quæſtione quarta, articulo 13. per totum.* Tuſchus, *tomo 5. littera L. concluſione 292. folio 316.* Celſus Bargalius, *de dolo, libro 2. cap de dolo reipſa, numero 42. & tribus ſequentibus, folio 158.* vbi inquit, quod modica læſio dicitur, vt ſi quis vendat rem valoris 30. pro 24. quæ propter ſui modicitatem, nec reſtitutionem habet, nec reciſſionem contractus meretur, *l. ſcio, ff de in integr. reſtitut.* Secundam dicit eſſe læſionem magnam, vt accidit, quando læditur aliquis intra, vel circa dimidiam. Tertia eſt læſio maior, quæ communiter appellatur enormis, vt quando læſio eſt vltra dimidiam, *l. 2. C. de reſcind. vend.* & iuxta exemplum Gloſſæ *ibi*, quod res valoris decem, fuit vendita quatuor, vel reſpectu emptoris; res æſtimationis decem fuit empta 16. & in hac læſione, ex communiori Interpretum placito, non dicitur

adeſſe

adesse dolus reipsa, & contractus mero iore valet, emptórque retioet fructus perceptos, vt inferiùs dicetur.

Læsio maxima dicitur, quæ à Doctoribus enormissima noncupatur communiter, & dicitur continere dolum reipsa, arguens dolum ex proposito. Quod attinet ad minorem læsum, & restitutionem in integrum petentem, siue contractum ipse iurauerit, siue non; ideo tractatum omitto, cùm ad præsens institutum noo pertineat, & penes ipsos Authores nunc relatos videri possit, quando dicatur, aliqua ex prædictis læsionibus circumuentus? quod etiam ego metipse explicauerim *in commentariis tomi 5. cap. 2.* explicauit etiam latissimè Fontanella, *de pactis nuptialibus, tomo 2. clasula 9. glossa vnica, parte vnica, per totam.* Quod attinet autem ad contractus, & conuentiooes, & excluso tractatu restitutionis in integrum, ob læsionem minoribus competentis; enormis tantum læsionis, quæ est vltra dimidiam, consideratio haberi solet communiter, legibúsque ipsis, & omni iure haberi solet comnouniter, iuxta text. *in dict. l. 2. C. de rescind. vend. & in cap. cum dilecti, de empt. & vendit. & in l. 56. titulo 5. partita 5.* prout bene considerauit Fontanella, *tom. 2. glossa 8. part. 13. num. 49. folio 273.* & huius enormis læsionis, exempla diuersa adduxerunt iidem, *suprà* præcitati Authores, & in eius computatione, tam ipsi, quàm alij antiqui, & receotiores, etiam moderni Interpretes, & leges quoque *Partitarum*, in
80 maxima sunt differentia, sicuti Muños de Escobar specificè annotauit; *& computatione 6. numero 3. & 4* post Accursium, Cinum, Gregorium Lopez, Anton. Gomez. Couarr. Padillam, Ioan. Gutierrez, & Matienzum, dixit, in emptore, & venditore, aut alio contrahente, in casibus in quibus remedium *dicta l. 2. C. de rescind. vendit.* locum obtinet ita faciendam esse computationem; in emptore, si pro re valente decem, plus qoindecim emptor dederit. In venditote verò, si rem valentem decem, pro minus quinque vendiderit. Quæ sententia, etiam iute Partitarum comprobatur *in l. 56. titulo 5. partita 5. & ibidem* respondet ipse Escobar, legi alteri *Partita*, quæ contrarium probare videtur; idque post eosdem Authores Regni, quos citat. Referunt etiam, & eandem computationem faciunt Axeuedus, *in l. prima, titulo 11. libro 5. numero 17.* Morla, *emporij, titulo de contrahenda empt. quest.* 18. Ceuallos, *commun. contra commun. quest. 536. n. 9.*

Inter enormem, & enormissimam læsionem, in vsu Forensi, longum esse discrimen, rectè aduertit Ioannes Parladorius, *in sesqnicenturia, dif-*
81 *ferentia 114. numero primo, & tribus sequentibus, folio 360.* Nam pro enormi læsione datur læso actio, quæ de iore huius Regni, intra quadriennium durat, *ex l. prima, titulo 11. libro 5. noua collect. Regia.* At actio, pro enormissima læsione competens, non minori, quam triginta annorum præscriptione excloditur; sicuti placuit Gregorio Lopez, *in l. vltima, titulo finali, partita 6.* coi nostrates conueniunt, & inter eos, Ioanoes Matienzus, *in dicta l. prima tit. 11. glossa 7. numero 49.* vbi Azeuedus, *numero 32.* post Cooarr. Padillam, & Aoton. Gomez. quos citat. Tametsi nouissimo iure, secundum leges huios Regni, dicendum est (vt ipse Parladorius notauit *numero 3.*) viginti annorum præscriptionem sufficere, *ex l. 6. tit. 15. lib. 4. recopilat.*

qua cautum est, personalem actionem, viginti annorum præscriptione repelli. Nam enormem, aut enormissimam læsionem, personalem actionem esse, hoc est, ex actione personali, illius remedium dari, liquidò constat, vt Parladorius comprobat. Et addit *numero quarto*, quod
idem discrimen est in beneficio restitutionis 82
io integrum: nam cum enormis est læsio, datur intra quadrienoiom; cùm verò enormissima, datur vsque ad triginta anoos; prout etiam comprobat *ibi.* Et relatis quamplurimis, notauit Valeoçuela Velasques, *in consilio 26. numero 48. & 49. folio 197.* Georg. de Cabedo, *decisione 70. prima parte.*

Quæ autem dicatur enormissima læsio, 83
adeo controuersum est apud omnes iuris Interpretes, tam antiquos, quàm modernos, vt adhuc sub iudice lis esse videatur, & lege Regia lata, propter contrarietatem, & diuersitatem opinionum, res hæc deberet definiri; sicuti adootauit Muños de Escobar, *in loco statim referendo.*

Pinellus quidem, *tertia parte dicta l. 2. C. de* 84
rescind. vendit. cap. primo, numero 7. & 8. eam iudicauit enormissimam esse læsionem, qoæ dimidium rei valorem excedit. Et improbat communem diuisionem, aut differentiam inter enormem, & enormissimam læsionem, conteodens, vnam ab alia non differre. Pinellum autem, Gamam etiam, & Ferraram, idem tenentes, refert Escobar, *computatione 6. num 6.* alij quoque Authores, eam qooque existimarunt esse enormissimam læsionem, sicuti constat ex Seraphino, Mancino, Sfortia, & Farinacio, *in locis relatis suprà, numero 79. in principio.* Et repetit ipse Pinellus, *ibidem, numero 26.* Apud Practicos tamen in vsu Forensi, & apud iuris quoque Interpretes nostros, magis communiter recepta est diuisio prædicta, & differentia communis inter enormem, & enormissimam læsionem: & enormissima læsio noo iudicatur ea, quam Pinellus statuit, sed enormis potiùs; ac ea quidem, pro qua, *dicta l. 2. C. de rescind. vendit.* remedium coropetit. Sic sanè, non esse enormissimam, quæ dimidium rei valorem excedit, specificè annotauit Cald. Pereira, *in l. si curatorem habens, verbo, læsis, sub numero primo, versiculo, Maior autem viginti quinque annis,* in illis verbis: *Sin autem læsio non enormissima sit, sed in modico, dimidium iusti pretij excedat, eo casu, maiorem ad rescissionem contractus iurati non ad mittendum, nec ad hunc effectum absoluendum.* Eece vbi is Author, ac cum eo Archidiaconus, Narta, Imola, & Alexand. non admittunt, eam esse enormissimam læsionem. Prout nec alij plures, referendi inferiùs, admiserunt. Et specifice Matienzus, *in l. prima, titulo 11. glossa 8. numero 49.* rectè improbat Pinelli traditionem, & cum de læsione enormissima, eiusqoe effectu egisset, in hunc modum scripsit: *Quidquid dixerit Pinellus, qui etiam studio contradicendi, contra omnes fere probare intendit, nullam esse differentiam inter enormem, & enormissimam læsionem; nulla alia ratione nixus, nisi quia iure non probatur: quod si rectè inspexisset, à receptissima Doctorum sententia non deuiasset, &c.* Et conuenit Celsus Bargalius, *in tractatu de dolo, lib. 2. cap. de dolo reipsa, numero 18 folio 153.* vbi sic scribit: *Verum Pinellus, in locis suprà deductis, improbat hanc diuisionem enormis, & enormissimæ læsionis, multis rationibus. Plane, cum hæc differentia à Doctoribus constituta, ad multos iuris articulos pertineat,*

in quibus vario mode respondent pro varietate læsionis, vt per Afflict. decis. 312. Caguelum, in dicta l. 2. num. 89. vtilius erit, in hoc tractatu, Doctoribus adhærere, quàm Pinello.

85 Sic sanè Menochius, *in consilio primo, n. 494. lib. 1.* enormissimam læsionem existimat dici eam, quæ multum excedit dimidiam partem. Et eum refert, dicitque communem sententiam esse, Farinacius, *in fragmentis, parte 2. Iuramentum, an firmet contractum, in quo iurans fuit enormissime læsus, num. 1289. fol. 176.* & Menochio, & Farinacio non relatis, conuenit Parladorius, *in sesquicenturia, dicta differentia 114. nu. 4. folio 360.* vbi inquit, quod enormis læsio dicitur, cum dimidium iusti pretij excedit, non multum tamen: enormissima verò, cùm multo plus dimidio iusti pretij exuperat; & ita tradidisse communiter omnes Scribentes, testatur. Conuenit etiam Georg. de Cabedo, *decisione 70. parte prima, num. 1.* vbi refert Iasonem, & Cagnolum dicentes, quod enormissima læsio dicitur, quando multum excedit dimidiam iusti prætij. Conuenit etiam Caldas Pereira, *in l. si curatorem habens, verbo, læsis, num. 1. vers. Maior autem 25. annis,* vbi grauissimam, & enormissimam læsionem reputat vltra dimidiam pretij valde excedentem. Ludou. etiam Molina, *de Hispanor. primogen. lib. 2. cap. 3. num. 18. vers. Quod temperandum est,* vbi quod læsio est grauissima, atque enormissima, quando in maximo excessu, dimidiam excedit. Et idem tenet cum Ruino, Decio, Menochio, & Baldo Nouello, Stephan. Gratian. *disceptation. tom. 1. cap. 148. num. 13.* vbi scribit, læsionem dici enormissimam, quando probatur magnus excessus. Aut cum excedit dimidiam iusti pretij in aliqua quantitate notabili, enormissima dicitur læsio. Sicuti cum aliis scripsit Craneta, *in consilio 195. num. 5.* & refert Cabedus, *dicta decisione 70 num. 2.* Minsingerus, *centuria 5. observatione 59. num. 7. & 8.* maximam, & enormissimam læsionem, dicit eam, quæ vltra dimidiam iustæ æstimationis, in magno excessu contingat. Fachineus quoque, in eodem placito fuit, *controu. lib. 2. cap. 1. in versiculo, Non desunt, folio 186* dicens, quod si læsio, longè vltra dimidiam accederit, enormissima appellari consueuit: vbi autem læsio est simpliciter vltra dimidiam, enormis appellatur. Conuenit Pet. Francisc. Linglois, *in decisionibus ad Iustinianum, in l. 6. C. de verbor. significat. decisione 34. quæst. 2. num. 66.* in illis verbis: *Enormissima læsio est, cum quis læditur in magno excessu, vltra dimidiam iusti pretij, vel debiti.* Celsus Bargalius, *de dolo, lib. 2. dicto cap. de dolo re ipsa, num. 6. folio 152.* vbi post Iason. Curti. Iun. & Corneum, inquit, quod enormis læsio est, quando est parum supra dimidiam. Enormissima verò, cùm multum excedit supra dimidiam. Et reperit *numero 46. folio* 159.

86 Cæpola autem, *in consilio 29. num. 12.* dixit, enormissimam læsionem esse, quando est de toto pretio, vel quasi, aut de tota summa, & allegat *l. omnes, § Lucius, ff. quæ in fraud. creditor.* refert Cabedus, *dicta decisione 70. num. 1. in fine.* Farinacius, *vbi suprà, num. 2188.* & conuenit Sfortia, *de restitutione in integrum, parte 2. quæstione 58. articulo 2. num. 19.* vbi inquit, quod enormissima læsio dicitur, quando quis in totum læditur. Bargalius etiam, *vbi suprà, n. 5 fol. 152.* Mari. Giurba, *decisione 110 num. 3.*

87 Alij autem scripserunt, læsionem esse enormissimam, quando quantitas ad dimidium non ascendit eius, quod recepturus quis erat, vt cum Did. Couarr. Bursatò, Pinello, Barzio, Gama, Menochio, Osasco, Bardellonio, & Cancerio, resoluit Marius Giurba, *decisione 110. num. 5.* & explicat Couarr. in loco *ibi* relato, *variarum scilicet lib. 2. cap. 4. num. 5.* in hæc verba: *Idem adnotauit Cassadorus, decisione prima, titulo de emptione, dicens, hanc sententiam Romæ, in prætorio Rotæ seruatam, maiori Iudicum parte suffragante, cum res, quæ iusto pretio, bis mille, & tercentum aureos valebat, mille tantum fuisset vendita. Idem ipse vidi definitum, prima, & secunda supplicationis sententiis, in hoc Regio Granatensi prætorio, cum domus quædam æstimationis iustæ termille & quingentorum aureorum, vendita fuisset mille, & quingentis aureis. Et id maximam æquitatem habet.* Hactenus Didaci Couarr. locus, quem etiam refert Escobar, *dicta computatione 6. num. 8.* Barbosa, *in remission. Doctorum, §. 10. n. 1 folio 32.*

88 Gregorius Lopez, *in l. 56. titulo 5. partita 5.* verbo, *maior de catorze años.* Tunc enormissima læsione, quem fuisse deceptum, arbitratur, quando quis, rem valentem 15. pro 4. vel 5. venderet, vel rem valentem 4. aut 5. pro 15. emerer, ita quod in duabus partibus, aut plus, deceptio contingeret. Et in effectu, hanc sententiam, & opinionem, alij permulti tenuerunt, vt ex referendis nunc, apertè apparebit.

89 Gratus *in consilio 88. volum. 1.* quèm refert Escobar, *dicta computatione 6. n. 9.* securè firmauit, quod si læsio excedat triplum, vel quadruplum pretij, vel valoris rei, enormissima læsio sit iudicanda. Et idem existimauit Capicius, *decisione 159. n. 24.* & citra omnem dubitationem, id certum esse, dixit Parladorius, *dicta differentia 114. in fine* Et cum Antonio Gabriele probauit Cabedus, *dicta decis. 70. num. 1.* Ludou. Molina, *de Hispaner. primog. lib. 2. cap. 3. num. 18. & lib. 4. cap. 9. num. 36* Morquecchus, *de diuisione bonorum, lib. 4. cap. 5. num. 46.* vel (quod idem est) quando quis non accepit, quantum est tertia, vel quarta pars iusti pretij, vt per Corneum, *in consilio 133. num. 8. lib. 3. & in consilio 27. num. 5. lib. 4.* Menochium, *de arbitrariis, lib. 2. centuria prima, casu 74.* vel si læsio sit in duplo, vel triplo iusti pretij, vt per eundem Corneum, *in consilio 124. num. 1. lib. 3.* Cabedum, *dicto num. 1.* Menochium, *in consilio 401. num. 153. & 154.* vbi ex sententia Castrensis, Cornei, & aliorum scripsit, quod læsio tunc dicitur enormissima, quando datur minus triplo, vel quadruplo, quam dari debuit. Et addit, quod Corneus, semper respondit, læsionem enormissimam considerari, quando tantum non datur, quantum valet quarta pars rei, quæ alteri remittitur. Et idem respondisse Crauetam, vt scilicet, dicatur quis enormissimè læsus, quando non datur quarta pars eius, quod iure dari debuit. Refert etiam Menochius, Purpuratum, *in consilio secundo, num. 3.* consuluisse, enormissimè læsam fuisse eam, quæ cùm mille habere debuisset, habuit tantum centum, & triginta.

Idem quoque, videlicet, quod enormissimè læsus dicatur, qui decipitur vltra tres partes, ex quatuor, ex sententia Castrens. *in consilio 174. vol. 1.* Socin. Iun. *in consil. 129. num. 46. vol. 1.* Hippol. Riminald. *in cons. 144. num. 31. vol. 2.* annotauit Griuellus, *decisione Dolana 80. num. 1. & decisione 20. num. 10.* refert, Senatum illum, semper pro enormissima læsione habuisse prædictam, quæ est vltra tres, ex quatuor partibus, & in

hæc

hæc verba exemplificat: *Et enormissimam læsionem, semper arbitratum fuit Senatus, eam esse, quæ bessem excedit, & ad drodantem totius accedit, argum. l. Lucius, §. final.* ibi: *Quadruplo amplius, ff. ad Trebellian. iuncta authoritate Socin. iun. in consil. 144. num. 31. volum 2. qui etiam post Castrensem, in consilio 174. volum. 1. læsionem enormissimam arbitratur eam, quæ est vltra tres, ex quatuor partibus.* Et his conuenit Celsus Bargalius, *in tractatu de dolo, lib. 2. cap. de dolo reipsa, num. 46. folio 159.* vbi sic scribit: *Quartò, & vltimò dicitur læsio maxima, quæ à Doctoribus enormissima nuncupatur, quæ contingit fieri in toto, aut quasi sese, Castrens. cons. 255. volum. 2. & dicitur, quando est excessiua vltra dimidiam, velut in triplo, quadruplo, vel vltra, vt per Gratum, lib. 1. responso 88 & respons. 109. num. 19. Abbatem, in cap Quintauallis, col. 20. de iureiurando. Cranetam, consilio 7. Alban. consil. 81. Pedem. decis. 33. Corn. consil. 189. col. 2. & 3. vol. 1. dicens, quod in enormissima læsione possunt considerari gradus, cum alia sic in triplo, alia in quadruplo: tamen semper dicitur in superlatiuo gradu grauissima, & siue in triplo sit, siue in quadruplo, dolus consideratur reipsa, arguens dolum ex proposito.*

90 Tandem Muñoz de Escobar, cum retulisset opiniones nonnullas, ex relatis *suprà* sic in proposito articulo concludit, *d. computatione 6. num. 11. Noster tamen Pincianus Senatus, in contractibus correspectiuis venditionis, & similium, regulariter illam enormissimam læsionem arbitratur, quando emptor, pro re valente decem, triginta præstat venditori; vel è contra, quando venditor vendidit rem valentem triginta, pro minus decem; & in hoc sequitur opinionem Gregorij superius relatam, in dict. l. 56. verbo,* mayor de catorze años. *Et illa in iudicando, & consulendo, sequenda erit, cum sufficiat authoritas nostri Senatus; quæ licet non habeatur pro lege, tamen ista communis obseruantia habetur pro stilo Curiæ, qui omnino, vt lex, est seruandus; ex pluribus, quæ in proposito adducit Anton. Thesaur. decis. 1. n. 9.* Hactenus is Author.

91 Tutior tamen, & verior, illa semper mihi opinio visa fuit, & magis communiter probatur, quæ disceptationem prædictam, enormissima scilicet læsio quæ dicatur, Iudicis arbitrio, & religioni relinquit; is enim, inspecta personarum, & rei, de qua agitur, qualitate, ac damni, seu læsionis quantitate, diuitiis etiam, conditione, aut paupertate eorum, qui contraxerunt, melius id definire valebit, quàm aliqua regula generali terminari possit; cùm omnibus rebus, & personis, æqualiter non possit vnamet resolutio, aut opinio conuenire; & diuersitas rerum, & personarum, aliæque circumstantiæ quæ occurrant, securiorem negotij occurrentis definitionem præstare possint. Sic sane in persona, vnius, enormissima læsio iudicabitur, quæ in persona alterius, forsan enormissima non erit; vnde Iudicis arbitrio remiserunt rem hanc permulti illi Authores, quos in vnum congessit Marius Giurba, *decisione 110 num. 4.* qui rectè aduertit, post Socin. Menochium, & Mascardum, quod Iudex, an læsio sit enormissima, vel non, arbitrari debebit, aliquo ex prædictis modis, ab Interpre-
67 tibus consideratis, & *suprà*, à me relatis; non autem, vt sibi videbitur, aut liberè ex solo arbitrio; in quo etiam cæteri conueniunt. Et vltra relatos à Giurba, in eodem placito remanent, & totiorem opinionem, hanc esse dicunt, Ca-
68 bedus, *dicta decisione 70. num. 2. in fin.* Escobar, *dicta computatione 6. num. 10. & 11.* Parladorius, *dicta differentia 114. in fin.* Stephanus Gratian. *tom. 1. cap. 148. num. 18.* Morquechus, *de diuisione bonorum, lib. 4. cap. 5. num. 46.* Valençuela Velasquez, *in consil. 26. num. 51.* vbi inquit, quod iudicare, & definire, quæ sit enormissima læsio, committitur arbitrio iudicis, attenta quantitate, & qualitate rei, & causæ, & personæ. Et citat Alex. Tiraquel. & Couarr. quos Giurb. non refert, notauit quoque Fontanel. *de pact. nuptialibus, tom. 2. glossa vnica, parte prima num. 38. folio 799.* & veriorem opinionem, & securiorem, ego metipse existimaui, *in commentariis tom. 3. cap. 2. num. 13. 14. & 15.* vbi retuli Caldas Pereiram, cum aliis multis, sic tenentem; Molinam, Azeuedum, Cabedum, Marc. Anton. Eugenium, Iosephum Ludouicum, & alios: & Ioannis Mauricij Dolani obseruationem singularem expendi, dum is Author, pro explicatione dubij prædicti, quæ scilicet enormissima læsio dicatur, dicit, inspiciendam esse personæ læsionem prætendentis qualitatem, vt iuxta eius paupertatem, aut diuitias, rem ipsam metiamur. Quod etiam inspici debet res, cuius est controuersia. Et quod omnia, quæ in proposito ferri possent exempla, non sunt necessaria; sed secundum casuum contingentiam esse considerabilia; & plurimum conferre Iudicis arbitrium, vt dixi: dummodo semper intelligatur, & accipiatur, prout ex Mario Giurba, nunc referebam; & arbitrium Iudicis, non ita liberum, aut latum, siue absolutum intelligatur, vt iuris regulis, & Doctorum exemplis, atque doctrinis relatis *suprà*, non debeat regulari, atque subiici, aliàs namque, in definiendis litibus, & controuersiis, quæ super læsione enormissima quotidie occurrunt, magna inconuenientia sequi possent, prout compertum est, & eandem opinionem probauit, & communem esse dixit Celsus Bargalius, *de dolo libro secundo, cap. de dolo reipsa, numero 41. & 45.*

Illud quidem, notatu dignum, & singulare est, & communi Scribentium placito receptum, ex læsione enormissima, dolum aduersarij reipsa argui, & induci, vt per textum, *in l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraudem creditor.* adnotare solent Scribentes communiter, & referens Bart. Cuman. Corne. Socin. iun. Zazium, Roland. Cephal. & Ludou. Mexiam, notauit Cald. Pereira, *in l. si curatorem habens, verbo, læsis, num. 1. in vers. Quando igitur minor, & in vers. Præsumitur enim dolus.* Ludou. Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 3. num. 18.* Fontanel. *de pact. nuptial. tom. 2. clausf. 9. glos. vnica, parte vnica, num. 4.* Morquechus, *de diuisione bonorum, lib. 4. cap. 5 ex num. 48.* & ego metipse notaui etiam, *d. cap. 2. tom. 3. num. 40.* & retuli Parisium, Marc. Anton. Eugenium, Hippol. Riminald. Cephalum, Siluest. Aldobrandin. & Maluasiam, sic tenentes. Addo nunc Cabedum, *decis. 70. num. 3 p. 1.* Farinac. cum multis, quos citat, *fragmentorum tom. 1. iuramentum, an firmet contractum, in quo iurans fuit enormissimè læsus, numer. 1285. & 1286.* Cels. Bargalium, *de dolo, libro secundo, cap. de dolo reipsa, num. 22. folio 155.* 92

Is autem dolus, qui reipsa, ex enormissima læsione resultat, an sit verus, an præsumptus, siue an sint idem, dolus ex proposito, & dolus reipsa, an verò differant; & in quibus? dubitari solet; & Scribentes, inter se pugnant. Sic sanè contrarias sententias, & opiniones congerunt post alios, quos citant, Farinacius, & Cald. Pe-

teira, *in locis nunc relatis*, Celsus Bargalius, *de dolo, lib. 2. cap. de dolo ex proposito, & reipsa, num. 9. & 10. & 11. fol. 147. & cap. de dolo reipsa, num. 12. & 13. & sequentib. folio* 154. vbi etiam explicat, qualis sit dolus verus, siue ex proposito; & qui dolus reipsa, & quibus modis censeatur interuenire vnus, & alter. Et vide *eodem cap. de dolo ex proposito, & reipsa, num. 6. & 12. & sequent. & cap. de dolo reipsa, num. 1. & sequent. fol.* 152. & quod doli ex proposito, & reipsa, diuisio, quæ ex communi Doctorum placito procedit, iure probari possit, & maximè per text. *in l. si quis cum aliter, ff. de verbor. obligat.* vide Bargalium ipsum, *dicto cap. de dolo ex proposito, & reipsa, num. 1. & sequentibus fo-*
94 *lio* 146. vtcunque autem res se habeat, & siue dolus reipsa sit verus, aut tantum præsumptus, siue sint idem, aut differant; quoad rescessionem, aut annullationem contractus, idem operatur, quod dolus verus; & quoad hunc effectum æquiparantur; vt cum Ancharano, Cephalo, Patisio, Caclierano, Menochio, Deciano, & Seraphino, resoluit Farinacius, *in fragmentis, tom. 2. iuramentum an firmet contractum, in quo iurans fuit enormissimè læsus, num.* 1187. *fol.* 176. Ludouic. Molina, Cald. Pereira, Cabedus, & Fontanella, *in locis numero praecedenti relatis*, Camillus de Larat. *in consilio* 112. *num.* 36. *& quatuor sequent.* Bargalius, *de dolo reipsa, num. 22. fol.* 153. Mari. Giurba, *decis.* 105 *num.* 1. vbi citat Gregor. Lopez, Padillam, Valascum, Aldouin. Farinacium, *alio in loco*, non *in eo*, quem retuli nunc; Bortellum, Grassum, Anton Solam, Caballum, Franchis, Ofaschum, Cancerium, Sfortiam, Decium, Cagnolum, Bertazol. Gam. Cagnolum, Pat. Ludou. Molin. & Bottam, & inquit, quod læsio enormissima contractum bonæ fidei, & venditionem omnem, publica etiam in subhastatione factam, annul-
95 lat: ad quod infinitos citat Authores, & repetit *num.* 9. asserens, quod læsio enormissima, quæ præsumptum habet dolum reipsa, nullitatem contractus operatur ipso iure, si tempore contractus, læsionem interuenisse probetur, *ex l. si voluntate, C. de rescind. vend.* & permultis congestis Authoribus, quos ideo non refero Et retulit etiam, *num.* 2. notarunt quoque Blazius Flores Diaz de Mena, *in addit. ad decis.* 94. Gamæ: Matienzus, *in l. 1. titul. 11. glossa* 8. *num.* 49. *folio* 340. vbi inquit, quod læsio reipsa contingens, dolo ex proposito æquiparatur, ex *dict. l. si quis cum aliter, & l. si superstite. C. de dolo, & d. l. omnes, §. Lucius, l. 7. titulo 15. part.* 5. atque ideo, quod contractus etiam iuratus rescinditur ob huiusmodi grauissimam læsionem, dolo ex proposito æquiparatam, saltem obtenta absolutione ad agendum, intra triginta annos, sicuti voluerunt quamplures Authores, *ibi relati*: & per Motquechum, *de diuisione bonorum, lib. 4. cap. 5. ex num.* 48. Gabriel Pereira, *decisione* 15. *num.* 4. vbi etiam tradit, enormissimam læsiooem, interuenientem ex dolo, qoi reipsa consideratur, & perinde habetur, ac si verus esset, efficere nullum contractum: Ludou. etiam Molina, *lib. 4. cap. 9. num.* 36. Anton. Thesaur. *decisione* 161. *num. 6. & 7.* Ioannes Gutierres, *practicarum lib. 2. quæst. 141. n.* 4 D. Garcia Mastrillus, *decis.* 247. *num. 1. & quatuor seq.* Curia Philippica, *tom. 2. cap. 7. paga. numer. 45. fol.* 332.

96 Ex resolutione prædicta, quod enormissima læsio contractum nullum efficit ipso iure, & quod dolus reipsa, qui ex ea inducitur, dolo vero æquiparatur, siue eundem effectum inducit, atque operatur. Tres magni momenti, & singularis considerationis effectus resultant, si communi Doctorum sententiæ standum est. Horum *primus* constitui solet, ex læsione enormissima agi posse rei vendicatione, etiam contra tertium possessorem. *Secundus*, fructus omnes, quosqoos emptor, aut is, qui ex quocumque alio contractu, seu pactione possederit, à die contractus ipsius perceperit, restituendos esse venditori, aut ei, qui læsionem enormissimam passus est, quasi nullo iure, nullóque titulo perceptos, vtpote titulo, qui validus reputabatur, ad non titulum redacto. *Tertius* effectus est, electionem, emptori competentem ex decisione *l. 2. C. de rescind. vendit.* si malit pretium supplere, quam rem restituere; cessare quidem, enormissima læsione interueniente, perinde ac si dolus verus interuenisset, qui causam contractui dedisset, quo casu emptio nulla esset, *ex l. & eleganter, ff. de dolo*, dolus enim præsumptus; idem operatur, quod dolus verus, vt contractum annullet, atque electionis beneficium faciat cessare, & præcisè res cum fructibus restituenda sit, si is, qui læsionem patitur, electioni contradicat.

Opinionis prædictæ, & qui dictos effectus notarunt, Authores nonnullos, suo ordine commemorabo. Ac primo loco expendo Gabrielem Pereiram, *decisione Portugallia* 15. qui *numero* 2.
excitauit quæstionem, circa enormissimam læ- 97
sionem, an scilicet ex illa detur actio contra tertium, vel vlteriorem rei possessorem; & dubitandi rationes nonnullas proponit, quas inferius ponderabo; tandem *numero* 3. *fol.* 77. sic scribit: *Verùm Senatus censuit, ex læsione enormissima agi posse rei vendicatione, etiam contra tertium possessorem. Cuius assertionis fundamentum est, quod in enormissima læsione consideratur dolus: cuius interuentu, contractus à principio corruit, & perpetuò res vendita peti potest, adeò vt res ipsa tradi debeat præcisè; quæ restitutio, contra tertios possessores competit, vt rem recuperet & fructus suos ab indebita occupatione, Valascus, consult. 43. num. 5. & consult. 39. num. 57. Xuares, allegat. 21. ad fin. Couar. lib. 1. resolut. cap. 5. num. 7. Sicque supponendum, hoc casu, nunquam ab alienante, dominium exiisse, atque ideo tertio possessori acquiri non potuisse. Sequitur Saison, in consuet. Turon. titulo de retractu, artic. 5. colum. 3. &c.*

Expendo etiam D. Garciam Mastrill. *decis.* 98
247. *num. 1. & quatuor sequentib.* qui omittit primum effectum, vtrum scilicet contra tertios possessores agi possit, enormissima læsione interueniente, & secundum, & tertium, specificè attingit, atque determinat, in hæc verba: *Adiudicationes factæ in iudicio de bonis venditis ad discursum, in quibus interuenit enormissima læsio vltra dimidiam, hodie in Regno indistinctè rescinduntur, per viam oblationis factæ Principi, adeò quòd in Supremis his Tribunalibus, de huiusmodi articulo, amplius non disceptatur, vt diximus decisione 33. & inde, de eadem materia latè scripserunt D. Castillo, in decisione 14. & nouissimè Marius Giurba, decisione 105. quibus addo Azeuedum in l. prima titulo 11. num. 25. libro 5. Gammam decision. 40. 66. 94. 95. & 168. Parladorium lib. 2. cap. finali §. 16. numero 13. Rodrigues de annuis redditibus l. 1. quæst. 14. num. 62. Morlam in emporio iuris, titulo de contrahen. emption. quæst. 23. non obstante pacto de vendendo ad discursum, nec etiam decreto iudicis, & subhastationibus, Morla Burgos de Paz, Ceuallos, & Asin. Et hoc casu, quamuis controuersa sit* quæstio,

quæstio, an debeantur fructus, & negatiuam opinionem in iudicando sustinuimus in dict. decision. 33. num. 14. Attamen, vbi læsio esset enormissima, & in excessu magno, inclinarem in contrariam opinionem, ex doctrina Cagnoli, in l. 2. num. 80. C. de rescind. vendit. & ita passim iudicatum extitit, secundum D. de Castillo, in dict. decisione 14. & Giurbam, in dict. decisione 105. vbi optimè distinguit. Nec iste casu esset in potestate conuenti supplere iustum pretium, Azeuedo, in dicta l. prima, num. 15. vbi quod ita seruatur in magnis Tribunalibus, à Gamma, decision. 94. & post Parlador. & alios, tenet Rodrigues, de annuis reddit. dict. quæst. 14. num. 62. lib. 1. Et hæc opinio seruatur in Regno, pro qua facit text. in l. prima, C. si venditio pignore agatur: vbi si probatum fuerit emptorem mala fide emisse, dicit Glossa, id est, vili pretio, offerente debitore pecuniam cum vsuris, restituere fundum cum fructibus, malæ fidei emptor cogitur. Est etiam alius textus in l. & qui sub imagine, C. de distract. pignor. ibi: Si igitur poteris euidentibus probationibus demonstrare, creditorem, per suppositam personam, nec bona fide comparasse, oblata pecunia cum vsuris, ad restitutionem fructuum compellitur.

99 Pondero quoque D. Marium Giurbam, *decis.* 105. *num.* 8. *& 9. fol.* 519. vbi in hunc modum scribit: *Sed an cum fructibus restituenda res sit, quæstio est non leuis, cum in rescissione dixerit Pinellus, in d. l. 2. part. 2. cap. 4. fructus ante litem contestatam non deberi.* Et citat Anton. Gomez Matienzum, Barbos. Couar. Aacuedum, Parlador. Menchacam, Ioan. Gutierrez, Morlam, Ponte, Fabian. Padillam, Ant. Ceuallos, Franchis, Rebuffum, & alios: & sic prosequitur: *Quia rescissio (secundum eos) supponit, actum esse validum, sed vt ex nunc rescindendum; non autem vt ex tunc: ad differentiam nullitatis, quæ titulum ad non titulum reducit à suo initio, & ad fructus tenetur. Si vero enormissimam læsionem interuenisse, allegetur, & adiudicatio in via executiua rescinditur, fructus simul cum re, ex secundo decreto adiudicata, deberi videbantur, quia contractus tunc nullus est: Cagnolus, in d. l. 2. num. 81. ideo restituendi sunt fructus, &c.* Et repetit *numeris sequentibus, vsque ad numerum 15.* vbi nonnullos casus distinguit, & *num 14. in fine*, sic scribit: *Quando tertius, citra fraudem omnem, & collusionem, in subhastationibus, sponte offert, tunc probata læsione enormissima, annullatur executio, bonis cum fructibus debitori restitutis, soluto prius debito, cum legitimis vsuris, vt diximus; & ex multis probant Mastril. decis. 33. Castil. decis. 14. & alij passim.* Et huic resolutioni conuenit Curia Philippica, *tom. 2. lib. 2. cap. 7. Paga. n. 45. fol.* 332. vbi sic scripsit: *Y por equipararse esta lesion enormissima a dolo, e interuenir el en la misma cosa, mediante ella, por la accion del se rescinde en todo el contrato, sin darse eleccion al conuenido, de restituir la cosa, ò suplir el precio, como se dà por la accion de la lesion*
86 *enorme, demas de la mitad del justo precio, por la qual no se rescinde en todo el contrato sino con esta eleccion. y en esto diffieren estas dos acciones, como contra Pinelo, lo nota Matienzo, in l. 1. titul. 11. glos. 8. numer 49.*

Conuenit etiam Anton. Faber, *definit. 3. ad titul. C de rescind. vendit. fol.* 436. vbi sic scribit: *Si in venditione, læsio tam immodica interuenerit, vt non solum vltra dimidiam, sed etiam vltra bessem iusti pretij, venditor deceptus sit, quam nostri enormissimam læsionem appellant, sic rescindenda erit venditio, vt emptori electio non relinquatur, an supplere iustum pretium malit, remque retinere; condemnandus enim est, vt rem ipsam præcisè restituat, tanquam nullo titulo eam possidens, vt in l. eleganter 7. ff. d. dolo, l. nullo, C. de rei vendicat. adeòque cum fructibus omnibus, quos à contractibus die perceperit aut percipere potuerit, vt seruatur in quolibet alio, malæ fidei possessore: l. certum, C. de rei vendicat. vt pote, qui perinde malæ fidei possessor censendus sit, ac si possessionis suæ titulum nullum haberet. Nihil enim refert, an quis habeat titulum nullum, an vitiosum: l. quoties 6. ff. qui satisd. cogan. l. 2. ff. de authoritate iutor. tanta enim læsio præse fert, inesse contractui dolum reipsa, qui hac parte, dolo ex proposito non malè comparatur. Et ita Senatus.*

Et repetit ipse Anton. Faber, *definit. 30. ad eundem titulum, fol. 444.* vbi in hunc modum reliquit scriptum: *Qui contractum nullum dicit ex causa enormissimæ læsionis, non censetur implorare beneficium nouæ constitutionis, hoc est l. 2. C. hoc titulo: Illa enim lex præsupponit, contractum valere, sed vel rescindendum esse, vel ad æquitatem suam reuocandum. Qui vero allegat enormissimam læsionem, contendit, nullum esse ipso iure contractum propter dolum, qui inest reipsa, quem nostri volunt æquiparari dolo ex proposito Ideòque, etiam si probauerit enormem læsionem, debet succumbere, nec emptori danda est electio iusti pretij, quæ alioqui daretur. Sicut è contrario, emptor condemnandus est præcisè ad restitutionem rei, si enormissima læsio probata esset, vt dixi decision 3 suprà. Ita Senatus.*

Et idem voluit non obscurè Camillus de Latata, *in cons. 112. num. 36. & seq.*

Carolus etiam Bardel. *in cons. 59. vol. 1.* qui etiam superioribus conuenit apertè; is enim, 100
per totum consilium, ex proposito fundat, omnes fructus à die actus nulli celebrati restituendos esse; & inde renuntiationem illam, de qua ibi, & omnem actum, seu contractum, in quo enormissima interuenit læsio, nullitate vsque adeò continere, vt possessorem ad omnes fructus teneri, à die actus gesti, efficiat; & nedum ad perceptos, sed etiam ad percipiendos, seu qui verisimiliter percipi potuerunt: quia quando titulus habetur pro non titulo, seu reducitur ad non titulum, quis non excusatur etiam à percipiendis, vt per Plot. Roland. Riminald. & alios. Et quod fructuum restituendorum commensuratio debet regulari, nedum à die litis motæ, vel petitionis bonorum, sed etiam à die detentionis, ex quo enormissima interuenit læsio, vt dixi, vt latiùs *per totum consilium.* Et comprobat *num. 5. 6. & 7.* dicens, quod quando aliquid est ipso iure nullum, tunc fructus à die actus gesti debentur, nulla habita ratione diei, petitionis, vel litis contestatæ, vt post Glos. Bart. Bald. & alios plures, tradit Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num.* 168. Alex. Hippol. Riminald. Mantica, & Lancet. Gallianl. *ibi* relati: & inde, magnam esse differentiam, an via nullitatis, an verò rescissionis intentetur; quia quando via nullitatis intentatur, vt quando interuenit enormissima læsio (prout ipse Bardel. contendit) tunc omnes fructus debentur à die actus, vel detentionis, non autem à die litis motæ: quando autem actus, ipso iure valuit, & tenuit, sed venit rescindendus, & via rescissionis intentatur; tunc fructus non veniunt, nec debentur, nisi à die petitionis, & litis contestationis; vt distinguit Castrens. *in cons. 306. in fin. lib. 1.* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. q. 77. cap. 8 num. 13.* & cum multis Caualcan. *decis. 17. num. 67. & seq. & decis. 45. num. 69. & seq. 1. p.* Marius etiam Giurba,

decis

decis. 105 *num.* 8. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 130 *nu.* 33. *& sequent.* Surd *in consil.* 115. *ex num.* 11. *& decis.* 171.

Et hactenus de tribus effectibus, qui ex communi Doctorum sententia, ex enormissima læsione procedunt.

101 Cæterum, quod attinet ad primum effectum Anton. Faber, *decade 7. errore 2. folio mihi* 157. grauiter, & fortiter impugnat obseruationem illam, de qua *suprà, num. 96. & 97.* quod ex læsione enormissima, rei vendicatio dari possit aduersus tertium rei possessorem; & contrarium constanter defendit: nam licet interdum restitutio, & in rem detur minori, vt *in l. in causa* 13. *§. interdum, ff. de minorib.* hoc est, non tantum in personam eius, qui cum minore contraxit, sed etiam aduersus rei possessorem, licèt cum eo non sit contractum; id dicitur, vt intelligamus, hoc etiam casu dari nihilominus in personam, quæ contraxit, non in rem solùm. sed speciale ius illud esse in minore, propter fauorem, & priuilegium ætatis, vt in rem aliquando petere possit restitutionem: nec idem recipiendum esse in maiore, non solum, si de immodica tantum læsione, sed nec si de dolo illius, cum quo contraxit, conquetatur, ex eáque causa restitui velit; quia dolus ex proposito non afficit rem, sed personam dumtaxat, & quidem eius solius qui dolosè comparuit; quam in rem (inquit Faber) textum esse apertissimum, *in l. dolus*, 10. *C. de rescind. vendit.* & concludit, quod si ita est, multo minus rem ipsam afficiet dolus, qui non ex proposito, sed tantum reipsa interuenerit, de quo *in l. si quis cum aliter, ff. de verb. obligat.* quem etsi dolo ex proposito Doctores æquiparant, non est tamen ex Interpretibus, qui meliorem faciat conditionem eius, qui dolum in reipsa passus est, quam eius, qui ex proposito deceptus fuit: idque latiùs, & ingeniosè comprobat ipse Faber, *vbi suprà*. Comprobauit etiam Gabriel Pereira, *d. decis.* 15. *num. 2. per totum*, qui tamen decipitur, dum contrariam sustinet sententiam. Rectius quidem Anton. Faber percepit, eiusque placitum verissimum existimo, & inde firmiter assero, rei vendicationē directò dari non posse aduersus tertium rei possessorem, in terminis prædictis. Et verè concludunt considerationes Antonij ipsius Fabri. Concludit etiam, nullibi in iure cautum esse, ob læsionem enormissimam, onere reali ita affici rem venditam, aut eam, in cuius contractu, & conuentione, quis enormissimè læsus est, vt nuus hoc reale visum fuerit, aut ita rem afficere, vt rem ipsam sequatur, quocumque vadat. Nec plus roboris dolo præsumpto ex enormissima læsione resultanti tribuendum esse, quam dolo vero tributum fuerit. Vnde cessat potissimum, siue vnicum tantum fundamentum, quo decisio ipsa Senatus Portugalliæ, quam Gabriel Pereira refert, adducta est principaliter. Nec vllum aliud, in comprobationem ponderauit, vt videre licet penes ipsum Pereiram, *dicta decis.* 15 *num.* 4.

Nec exempla, quæ *ibidem* ponderat, certa, aut secura sunt, nec iure probantur. Et minus verum est, quod supponit Pereira metipse, dominium rei venditæ, nunquam ab alienante exiisse, quando læsio enormissima interuenit, atque ideo, tertio emptori acquiri non potuisse, & rei vendicationem aduersus eum competere, læsionem enormissimam passo; argumento *l. officium 9. & l. in rem, 24. ff. de rei vendicat.* cum negari vllo pacto non valeat, dominium traditione in emptorem, qui bona fide emit, translatum esse. aut in eum, qui titulo quocumque rem occupauit, ex regula textus, *in l. traditionibus, C. de pactis.* Nec translationem ipsam, læsio enormissima impedire potuerit aduersus tertium possessorem, qui doli prioris reipsa contingentis inscius, & ignarus, & non particeps fuit; imò potius bona fide emit, aut rem ipsam consequutus est.

Durum etiam admodùm videtur, quod cùm ex læsione, aut dolo reipsa, in contractu incidenti, sola personalis actio competat, quæ cum personalis sit, aduersus tertium possessorem non porrigitur, *l. finali, §. finali, ff. de contrahenda emptione, l. prima, §. si hæres præcepto fundo, ff. ad Trebellianum.* Et exornant relati ab eodem Pereira, *ipsa decisione* 15. *num.* 2. & vltra relatos ab eo, Aluarus Valascus *de iure emphyteut. quæst.* 32. *n.* 10. hac in specie, aduersus emptorem ipsum bonæ fidei, detur ob dolum præsumptum, in alterius persona, à quo ipse emit, vel rem habuit, consideratum.

Idem ergo, quod in eo dubio statuitur in enormi læsione, quando inquiritur, an actio *ex l. 2. C. de rescind. vendit.* competat contra tertium possessorem, in enormissima læsione statuendum erit; quamuis relatis nonnullis Authoribus, contrarium velle videatur, & idem probare quod Gabriel Pereira, Ioan. Baptist. Costa, *de remediis subsidiariis, remedio* 47. *num.* 4. *& 6. folio* 139. *in versiculo, Eodem rursum pertinere.* In enormi autem læsione statuitur, actionem *ex illa lege* non dari aduersus tertium possessorem, qui rem iusto pretio emit, ignorabátque vitium, quod ei rei inerat. Quod si sciebat, in subsidium conueniri poterit, primo emptore non existente soluendo, sicuti ex communi Antiquorum sententia, & relatis Couar. Padilla, Pinel. & aliis, resoluit Ioan. Matienzus, *in l. prima, tit.* 11. *lib.* 5. *glossa* 8. *numer.* 24. *& 25. fol.* 318. Azeuedus, *ibidem, num.* 6. & permulti illi explicant, quos in vnum congerit Emmanuel Barbosa, *in remissionibus Doctorum, ad §. 3. folio* 28. & vltra relatos *ibi*, Fachineus, *controuersiar. iur. lib.* 2. *cap.* 18. Ludou. Mororius, *responso* 28. Lanarius, *in consilio* 44. Vinius, Rota Auenionensis, Ceuallos, & alij, cum quibus Ioan. Baptist. Costa, *dicto remedio* 47. *per totum, ex folio* 138. vbi vide omnino. Et is quidem securè asserit, remedium *dictæ l.* 2. contra tertium possessorem non dari qui ignarus prioris læsionis, & bona fide emit. Quamuis in læsione enormissima, aliter velle videatur: sed malè quidem, vt suprà dixi: & hactenus de primo effectu, qui ex opinione quorundam, ex enormissima læsione resultat.

Quod attinet verò ad secundum, & tertium effectum, de electione scilicet, & fructibus; agnosco equidem, tam in Hispalensi, & Regni Gallecię Senatu, quàm in Regio Granatensi prætorio, aliquando receptam, & seruatam, me vidisse resolutionem illam, traditam *suprà, ex num.* 98 & iuxta eam iudicatum, & definitum; denegando scilicet electionem, quæ ob enormem duntaxat læsionem, *in d. l. 2. C. de rescind. vendit.* conceditur. Et statuendo etiam, fructus
omnes restituendos esse à die contractus gesti, 104
non tantùm à die litis contestationis. Cum tamen in enormi læsione, fructus restituendos non esse, & deberi dumtaxat à die litis contestatæ, magis communiter obtinuerit, vtpote cùm

cùm emptor ; titulo , & bona fide possederit; quamuis etiam articulus sit controuersus , & plenè explicatus , post Anton. Gomezi. Didac. Couar. Pinellum, Matienzum, & alios, per Azeuedum, *in l.1.tit.11.lib.5.num.25.fol.*283. Ceuallos, *quæst.*762. Morlam , *emporij , tit. 9. de contrahenda emptione , quæst.*21. Mari. Giurbam , *decis.* 105.*num.*8 vbi refert quamplurimos ; infinitos alios consultò prætereo, quoniam congerit eos in vnum Emmanuel Barbosa , *in remissionibus Doctorum, ad* §.10. *folio* 32. Ioannes Gutierrez, *practicarum lib.2.qu.*134.

Quod si certum esset, contractum emptionis, aut alium actum , data enormissima læsione, nullum esse , prout relati supra Authores asserunt , & vidimus *ex n.* 98. quatenus ob dolum præsumptum , reipsa contingentem, nullitatem inducunt ; res quidem efficeretur dubia. Videtur namque quòd maximo dolo , & machinatione processerit , atque contraxerit is , qui sciens rei propriæ valorem , adeò grauiter secum contrahentem decepit, vt enormissimè eum lædere nō dubitauerit , & dolum suum simulauerit. Alia ratio videtur esse, si verum valorem rei detegerit; aut si emptor, vel is, qui cum eo contraxit, læsionem agnouerit tempore contractus. Et tunc videndum est, vtrum actio, *ex l.2.C.de rescind.vēdit.* competat læso scienti tempore ipso contra-
105 ctus læsionem: Quo in dubio, Ioann. Matienzus, *in d.l.1.tit.11.lib.5.glos.8. ex n. 35. vsque ad n.*42. constanter affirmat, quod si is, qui se læsum allegat, sciuerit tempore contractus iustum rei valorem, tunc remisisse præsumatur maiorem valorem , & contractus ita firmitatem obtineat, vt prætextu læsionis vltra dimidiam rescindi non valeat , nec ad supplementum iusti valoris agi: & citat Petrum, Cinum, Bartol. Bald. Salicet. Castrens. Fulgos. Cremens. Cagnol. Alberic. Roman. Aretin. Decium, Alex. Anton. Burg. Couar. Padillam. Tiraq. Fabian. Mantuam , Afflict. Socin. Parisium, Sigism. Lofred. Barbat. Beroium, Gregor. Lopez. Ioan. Lup. & Roland. & concludit, hanc esse receptissimam sententiam , & tenendam, quidquid eam impugnauerit Pinellus, cuius fundamentis, suo ordine satisfacit, responsúmque præbet , *vsque ad dictum num.* 42. & firmiter in ea sententia perorianet : quam tamen impugnauit , & contrariam sustinuit, dicens, quod scientia valoris rei, non tollit remedium *d.l.2* D. Franc. Sarmientus , *selectarum lib. 1.cap.11.num.6.fol. mihi* 48. Communem verò sententiam , contra Pinellum , tuentur etiam Azeuedus, *in l.3.tit.11.lib.5.num. 1. 2. & 3. folio mihi* 296. Menochius, *in cons.*843. *num.* 30. *& in cons.*844.*num.*38. *lib.* 9. *& in cons.* 1121. *num.* 4. *lib.* 12. Fachineus, *in consil.*51.*num.*14. *lib.*1. & ad excludendam enormissimam læsionem , ex scientia valoris, sustinuit Socin. iun. *in cons.* 41. *colum.* 2. *libro quarto* , vbi inquit , quod sicut dolus ex proposito non infertur scienti , & consentienti, ita nec dolus reipsa , qui consistit in læsione enormissima : optime etiam Roland. *in cons.*59.*n.*14.*&* 15.*lib.*1. Topias Nonias , *in cons.* 69.*num.*18.*&* 23. Lancel. Galliaula , *in cons.* 32. *numer.*33. Cranet. *in cons.*151.*num.* 25. Menoch. *in cons.*401.*num.*184.*& in cons.*469. *num.* 88. vbi dicit , quod nec enormis , nec enormissima læsio potest considerari in eo , qui erat certus valoris bonorum. Idem Menoch. *d.cons.* 1011. *num.* 62. Felin. *in cap. in præsentia, n* 8. *de probat.* Cels. Bargalius, *de dolo, lib.* 2. *cap. de dolo reipsa , n.* 30. Ioan. del Castillo Quot. Contr. iur. *Lib.VI.* Honded. *in cons.*44.*n.*29 *lib.*1. Marc. Anton. Eugen. *in cons.*3.*n.*54.*&* 72. Beroius, *in cons.*49 *n.* 24. *lib.*1. Grammaticus, *decis.*103.*n.*55. Decian. *in consil.*66.*n.*19.*vol.*4. & scienti valorem rei, quod etiam pro enormissima læsione , remedium non competat, quando verè, atque ex certa scientia, non ex sola notarij assertione , valorem sciuit, Morquechus scripsit, *de diuisione bonorum , lib.*4. *cap.*3.*ex n.*54.*vsque ad num.*60. Et quidem si positiua, formalis, & certa probatio facta sit scientiæ emptoris, aut contrahentis , excludi videtur præsumptio, & enormissima læsione resultans, quòd læsus ignoraret valorem bonorum, atque ita, se lædi; & sic explicari debent Decius, *in cons.* 583.*col.*1. Mandellus de Alba, *in cons.*143.*n.*17. & alij, quos superiores expendunt. Et non malè percepisse videtur Morla, *emporij , tit.* 9. *de contrahenda emptione, q.*14. is enim, proponens quæstionem prædictam , vtrum scienti valorem rei, competat remedium *dicta l.*3. & adducens opinionem negatiuam, quod non competat, & contrariam affirmatiuam Pinelli, quod adhuc competat, quam etiam tuetur Sarmientus , *Selectar. lib.*1 *cap.*11.*num.*6. vt suprà scripsi, & ponderans fundamenta , tandem *num.* 4. *dict. quæstionis* 14. sic scribit , & quæstionem resoluit : *Ego tamen existimo, si generaliter, vt iacet, sumatur , an scienti concedatur remedium dicta l. 2. concedi , iuxta Pinelli, Sarmienti, & Couar. doctrinam. Si vero intelligamus , prout prioris sententiæ defensores intellexerunt, quando scientia verè extitit , & de ea constitit læso, vel ex confessione sua, vel ex æstimatione , à peritis facta, læso nota , vel ratione artificij , & de coniecturis donandi quoque constitit , vel quia amicus, vel consanguineus, vel diues erat , vel ex rei venditæ qualitate, priorem sententiam veriorem esse arbitror: fateor tamen, rarò circunstantias necessarias euenturas fore , vt supradicti Doctores quoque fatentur, vt veniat excludendus à remedio dicta l.2. & dicti cap. cum dilecti.*

Hactenus Morla , & attentè quidem , iuxta quem, atque ex qualitate rerum, & personarum, & aliis circunstantiis, quæ occurrant , & veram, notamque scientiam , animumque contrahentium suadeant, atque demonstrent ; melius hæc res definiri poterit, quam aliqua regula terminari. Cum ex diuersitate casuum, rerum , & personarum, & aliis, quæ appareant, diuersimode etiam possit casus definiri.

Didac. tamen Couar. *var. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 2. quid- 106
quid pro vna, & altera parte expendi, allegaríq; soleat; duo firmiter asseuerauit. *Primo*, non præsumi scientiam valoris propriæ rei , quando læsio contingit vltra iusti pretij dimidiam. *Secundo*, quod etiam is, qui scit tempore contractus, iustum rei valorem, potest agere remedio *dict. l. 2.C. de rescind vend* idque constat ex verbis eiusdem Authoris, ibi: *Imo vt ingenuè fatear , & quod mihi magis placet, liberè explicem , existimo aduersus communem, iure probari posse, locum esse huius constitutionis actioni , etiam vbi vltra dimidiam læsus sciuerit tempore contractus, verum rei valorem. Quod diligenter probare conatur, post huius operis primam editionē Arius Pinell. in huius legis relect par.1.c.2. n.16. idem senserat Albericus, ibid. n.*12.

Iuxta superiora igitur, quibusdam forsan placebit praxis dictorum Tribunalium, & Senatuū, quæ & aliorum fuit, vt probata scilicet læsione enormissima, electio, *in d.l.2* pro enormi læsione concessa, deneganda sit. Item, & ad fructuum restitutionem, à die contractus celebrati, condem-

nandus is, qui reipsa dolum commisit; quidquid in læsione enormi, à die litis contestationis dumtaxat, fructus restitui soleant, vt *suprà* dixi. Et hanc opinionem, vltra relatos *suprà, ex n.* 98. tuentur securè, si originaliter videantur, Cagnolus, *in d.l.2.num.*81.*C.de rescind. vendit.* Beroius,
107 *in conf.*57.*n.*67.*vol.*1. Mouetur autem ex his, quæ *suprà* expendi, quod dolus inquam, ex grauissima læsione resultans, æquiparatur dolo ex proposito; is verò dolus contractum annullat: *l. eleganter,* vbi Bartol.& alij *ff.de dolo*, & insuper tollit priuilegium supplendi iusti pretij; sicuti notauit, & duas alias rationes ponderauit Cels. Bargal.*de dolo, lib.*2. *d.cap.*4.de dolo reipsa, *num.* 47.*fol.*159. quod tamen temperaui *supra*, quando is, qui dolum reipsa, & enormissimam læsionem passus fuit, verè sciebat valorem rei; & enormissimam læsionem agnoscens, adhuc perfectioni contractus, siue actus, qui gerebatur, non contradixit; cùm tamen ad scientiam, vel ignorantiam valoris, Pinellus, Couarr. & alij non attendant, vt ostendi *suprà*.

In contrarium tamen, atque indistinctè, vt
108 electio concessa ob enormem læsionem, *in d.l.*2. *C.de rescind.vendit.* competat etiam interueniente enormissima læsione, & quod fructuum condemnatio fieri debeat à die litis contestationis, & non ab alio tempore; grauissimi alij Authores sustinent. Ac primo quidem loco, Didac. Couar. *in cap.quamuis pactum, tertia parte, §.*4. *numero* 7. *conclusione* 11. *versicul. Vndecima conclusio, pagina* 610. expressè hanc partem tuetur; & doctè, & grauiter (vt adsolet) in hunc modum reliquit scriptum: *Vndecima conclusio, quoties ratione læsionis grauissima, quàm vulgo enormissimam appellamus, aut eius, quæ simpliciter vltra dimidiam iustæ compensationis, & æstimationis contingit, contractus rescindi potest: ea rescissio intelligenda est, nisi alter velit iustam æstimationem rei in conuentionem deductæ soluere, & supplere: huc enim pertinet ratio d.l.*2. *C.de rescind. vendition. & omnia, quæ de ratione iustitiæ commutatiuæ possunt adduci aduersus pactiones iniquas. Nec quicquam oberit, dolum hic, ob grauissimam læsionem subesse, atque ideo contractum debere omnino rescindi: quia in hoc casu non subest verus dolus, sed tantum dolus quidam præsumptus; ex quo æquum non est, totam conuentionem rescindi: & præter alios, huic conclusioni videtur accedere Gregorius, in l.vltim.titul.vltim.part.*6. *scribens, legis* 2. *decisionem obtinere ad triginta vsque annos, vbi læsio enormissima contigerit, non obstante quadriennio, lege Regia præfinito.*

Hactenus Didac. noster, & ita expressè, vt vides; Gregorius autem Lopez, quem expendit, licèt de enormissima læsione loquatur specificè, & actionem, ad triginta vsque annos durare asseuerauerit; non tamen attigit, vtrum ita duret, vt ius eligendi, & supplendi adhuc duret, ac si enormis tantùm læsio interuenisset; an verò contractus rescindatur, & electio minimè competat. Atius vero Pinellus, *prima parte dicta l.* 2. *capit.*4.*numer.*28. satis apertè videtur Didaci sententiæ assentire, ex quo securè firmauit, propter enormissimam læsionem, contractum non irritari, siue non effici nullum, in necessariam enim consequentiam agnoscit, siue admittit, non denegari electionem, enormissima ipsa læsione interueniente; nec fructuum restitutionem fieri, nisi à die litis contestationis. Ex quo etiam, *eodem capite* 4.*numero* 26. improbauerat diuisionem communem enormis & enormissimæ læsionis; & firmauerat, quod lex solum respexit, an læsio sit vltra dimidiam; non verò, an multum, vel parum excedat: & *dicto numero* 28. *folio* 140. in hunc modum scribit: *Nec omitto, quod etiam concurrente tali læsione nimiùm vltra dimidiam, non potest applicari recepta doctrina de dolo reddente nullum ipso iure contractum bonæ fidei; quod incautè scripsit hic Cagnolus, num.*81. *non aduertens, quod tunc læsio, quantumcunque enormis, poterat tantùm comparari dolo incidenti, non autem danti causam conuentioni, vt sic non possit ipso iure irritare, secundum easdem receptas traditiones: quod satis probatur ex hac lege, & cap. cum dilecti, de emption. & vendition. dum indistinctè præsupponunt, contractum valere, etiamsi læsio enormis sit, siue parum, siue nimium vltra dimidiam: probatur magis ex l.dolus infra hoc titulo.* Hactenus Pinellus, cui etiam accedere videtur Ioannes Gutierrez, *practicarum libro* 2. *quæstione* 134. *numero* 4. *pagina* 615. vbi asserit, quod verior, & magis communis opinio indistinctè habet, vt intentata læsione, ex remedio *l.*2.*C.de rescind. vend.* nullos fructus emptor teneatur restituere: & extendit, vt procedat, etiamsi contractus rescindatur ex enormissima læsione. 109

Sed & Antonius Faber, *de erroribus pragmaticorum, decad.primo, errore* 7.*fol.* 19. in eodem placito firmiter, & ingeniosè insistit; & securè asserit, læsionem enormissimam, nec annullare contractum, nec tollere facultatem, aut priuilegium supplendi iusti pretij, nec fructus etiam restituendos esse à die celebrati contractus, sed à die tantùm litis contestationis. Et primo loco refert opinionem eorum, qui existimant, quod si læsio enormissima interuenerit, venditio sit ipso iure iure nulla, non secus, ac si dolus ex proposito, venditioni causam dedisset, *ex l.* & *eleganter* 7. *ff. de dolo*, & quod ex hoc colligunt, fructus omnes, quosquos emptor à die contractus perceperit, restituendos esse venditori, quasi nullo iure, nullóque titulo perceptos, vtpote titulo, qui validus putabatur, ad non titulum redacto. Quod etiam colligunt, facultatem supplendi, quod deest iusto pretio, auferri. Hæc autem omnia improbat, & constantissimè affirmat, læsionem quantumlibet immodicam, & enormissimam, nihil commune habere cum causa doli, nec contractum reddere nullum; nam etsi dolus ex proposito in emptione, & venditione interuenisset; dummodo causam contractui non dedisset, idest, dum ne deceptus esset alteruter, in hoc ipso, vt contraheret; venditio tamen valeret, fructúsque fierent emptoris, tanquam bonæ fidei possessoris, nec vnquam restituerentur, etiam rescissa venditione, nisi qui à die litis contestatæ percepti essent. Quia non quilibet dolus facit contractum bonæ fidei, ipso iure nullum; sed is demum, qui dedit causam contractui, non qui incidit in contractum, *d.l.& eleganter.* Alius quilibet dolus incidere dicitur in contractum, & inducere restitutionem, *l. dolus* 10. *C.de rescindenda venditione*, non tamen facere vt contractus ab initio non valeat, sed per restitutionem rescindendus; quandoquidem dolus, qui in pretij, & æstimationis modo interuenit, incidere dicitur in contractũ, non dare causam contractui, *d.l.& eleganter:* & hæc latiùs comprobat, prout *ibi* videri poterit; vbi tamen Didac. Couarr. non commemoratur,

Et

110 Et Aotonio Fabro, non relato, in eadem sententia firmiter insistit Celsus Bargalins, *in eractatu de dolo, libro 2. capite de dolo re ipsa, folio* 159. *&* 160. vbi primò proponit quæstionem, vtrum probata læsione enormissima, contractus absolutè rescindatut, an ita demum, si aduersarius nolit resareire læsionem, vsque ad debitam quantitatem: & in effectu concludit, dolum re ipsa, ex enotmissima læsione resultantem, nec contractum, aut actum gestum, nullum efficere; nec tollere facultatem suppleudi: & fundamentis contrariæ partis satisfacit, responsúmq; præbet. Et Arij Pinelli, & Didaci Conarrunias sententiam comprobat securè.

Secundò excitat dubium prædictum de fructibus; & resoluit, probata læsione eoormissima, solum esse restituendos fructus, à die litis contestatæ, non autem à die celebrati contractus, & Cagnoli, & Beroi opinionem contrariam impugnat; dicens, hanc esse veriorem opinionem, & pluribus suffragiis receptam. Et fundatur *Primò:* nam dolus hic, ex grauissima læsione resultans, est præsumptus, qui cùm leuior sit dolo vero, rescindit, non annullat. *Secundò*; nam dolus huiusmodi, re ipsa, ex læsione enormissima inductus, est in pretio, non in conuentione; & ita dolus est accidens, non dans causam: incidens verò rescindit, non annullat; *l. Iulianus, §. sed si venditor, ff. de actionib. empti. Tertiò*, quia in casu enormissimæ læsionis, conueniunt verba *dictæ l. 2. C. de rescindend. vendition.* quia deceptio vltra dimidiam verificatur, siue læsio sit enormis, siue enormissima, igitur conuenire debet dispositio, idque maximè, suadeote ratione iustitiæ commutatiuæ, quam Didacus Couarruuias ponderauit. *Quartò*, quia talis emptio, sua habet substaotialia; conuentum enim est de re, & pretio, & facta est mentio de vendendo, & emendo: *§. pretium, Instiut. de empt. & vendition.* vnde propter talem læsionem non impeditur effectus emptionis. *Quintò*, id ipsum probat Bargalius, in hæc verba: *Quintò in terminis, Didac. dicto loco. dum ait, posse suppleri iustum pretium, etiamsi fuerit sequuta grauissima læsio. Pinellus in dicta l. 2. part. 1. capit. quarto, numero* 28. *Capra, regula* 78. *numero* 70. *Antonius Padilla, in d. l. 2. numero* 43. *&* 47. *Chassan. in consuet. Rubrica* 7. *§.* 12. *numero* 37. *verb. aduerto etiam, Corneus, cons.* 288. *volumin.* 3. *vbi læsio erat plusquam enormissima, Curtius iunior, consilio* 53. *num.* 10. *Ancharan. in cap. dilecti, de emptione & venditione, vbi Glossa, & Abbas, Cassador. dicta decisione vnica, de emptione & venditione: nam in dicto cap. dilecti, erat facta venditio cuiusdam syluæ, quæ valebat quadraginta marchas, pro decem libris, & quælibet marcha valet sexdecim vncias, & qualibet libra distribuitur in duodecim vncias, vt pulchrè declarat Didacus, de veter. numismat. collat. cap. 2. num.* 3. *&* 4. *adeò quod læsio erat enormissima cum excederet sexcuplum, & tamen Pontifex reuocat illam sententiam, quoniam iudex non seruauerat emptori ius supplendi. Nec obstat consideratio Cagnoli in d. l. 2. num.* 81. *de verbis narratiuis; siquidem Ancharan. ibi inquit, quod ex libello Canonicorum, duplex resultabat remedium, alterum nullitatis, propter defectum consensus ipsius Capituli; alterum rescissorium, quia pro libris decem fuit venditum, quod valebat quadraginta marchas. & sic Ancharan. supponit; remedium rescissorium competiisse ob illam grauissimam læsionem. Et hoc sentit Pinellus, dum Cagnolum improbat, imo Cagnolus sibi contradicit ibidem, numero decimoquinto, vers. sed in contractu.*

Vt autem fundamentis omnibus contrariæ partis respondeat, atque satisfaciat ipse Bargallius, constituit, quod dolus, qui ex enormissima læsiooe inducitur, dolo ex proposito æquiparatur; tamen non debet annullare; quia non omnis dolus ex proposito irritat contractum, sed ille tantum qui dat causam, non ille, qui incidit, vt est dolus ex læsione in pretio, vel in re: *d. l. Iulianus, §. sed si vendit.* Et concludit, vt nec à die litis contestatæ fructus debeantur, vt per Franciscum Marcum, & Padillam, *ibi* relatos, & quod ita fuit iudicatum sententiis in Auditorio Rotæ, anno 1591.

Quod vltimum admitti nullo pacto potest, cum in omni læsione, etiam enormi tantùm, fructus deberi à die litis contestationis, rectius, & cummuniter obseruatum sit; & ingenuè fatetur Anton. Faber, *in loco relato suprà*: alterum verò, quod etiam in enormissima læsione; fructus oon debeantur à die contractus celebrati; prout defendunt relati *numeris præcedentibus*, in puncto iuris verius mihi videtur, cùm eo ipso, quod negetur nullitas contractus, prout Didacus, Couarruuias, Atius Pinellus, Anton. Faber. Cels. Bargallius, & alij negant constanter, in necessariam consequentiam inferatur, nec ius electionis, aut supplendi iusti pretij auferri, nec fructus deberi, nisi à die litis contestationis, vt ex ipsismet Authoribus deprehenditur
apertè. 111

Vere autem, D. Anton. de Padilla, *in loco*, per Bargallium *relato*, hoc est, *in d. l. 2. C. de rescindend. numero* 52. non loquitur in enormissima læsione, nec in terminis prædictis, sed in aliis longè diuersis, fructus venditori deoegauit, etiam à tempore litis contestationis, quando scilicet venditor egit remedio *dictæ l. 2.* ob enormem læsionem vltra dimidiam, emptor autem se defendit, & postmodùm maluit pretium supplere, quàm rem restituere; tunc namque, cum Francis. Marco constituit, nullos fructus, venditori præstaodos, etiam post litem contestatam perceptos; quod apertissimè constat ex verbis eiusdem Padillæ, qui tamen nunquam cogitauit dicere, in enormissima læsione, fructus post litem contestatam perceptos, restituendos non esse; & contrarium, permultis commemoratis Authoribus. statuit Emmanuel Barbosa, *in remissionibus Doctorum, fol.* 32. *numero* 2. vbi sic scribit: *Nota, fructuum restitutionem non esse faciendam, quando agitur de læsione vltra dimidium, nisi læsio sit enormissima, quia tunc condemnatus, tenetur ad fructuum restitutionem. Vide* 112
Conarr. &c.

Quod si læsioni enormi, & enormissimæ renunciatum fuerit specificè, cum iuramento à minoribus, vel sine eo à maioribus, vtrum renunciatio valida sit, & effectum producat, tollátque remedium *dicta l. 2. C. de rescind. vendit.* dubitari solet communiter, & adeo frequens controuersia est, vt per manus circumferatur quotidie.

Vt autem Interpretum nostrorum placita, & obseruationes à me originaliter prælectas in medium proferam, qui Antiquorum doctrinas omnes expendunt; primo loco admoneo, hac de re videndum originaliter Didac. Couarr. *variarum, libro 2. capite 4. numero 3. & 4.* vbi doctè concludit, & ingeniosè comprobat, renunciationem specialem, etiam eidem contra-

ctui,& instrumento adscriptam, beneficio illo, & actione *dicta l.2.* renunciantem priuare, nec ex eo, vim propriam amittere, quod in eodem contractu facta sit à maiore viginti quinque annorum renunciatio. Et io *fine dicti numeri 4.* sic scribit: *Quamobrem, quamuis sæpissime viderim in forensium causarum allegationibus proponi renunciationem dictæ constitutionis secundam inualidam esse, eo quod in eodem venditionis instrumento scripta sit, variéque id à iudicibus admitti, & refelli; profectò non video, cur ea allegatio admittenda sit.* Statim autem, *numero 5.* ipse Didac. explicat in hunc modum: *Cæterum vbi læsio non tantum contigerit vltra iusti pretij dimidium; sed præterea grauissima, & vt nostrates loquuntur, enormissima sit, adhuc obtinet actio ex dicta l. 2. poterítque deceptus, ex ea agere, etiamsi expressim renunciauerit eidem constitutioni, eámque renunciationem iuramento præstito stabiliuerit; donauerítque quantitatem iustum pretium excedentem, eiúsue dimidiam partem, præmissa scientia iusti pretij assueratione. Quandoquidem hæc renunciatio, eique adhærentes clausulæ, tunc demum vim habent, cum læsio vltra dimidiam mediocris est: non sic, vbi is excessus ad grauissimam læsionem pertinet; quo quidem casu, læsio ipsa re contingens dolo æquiparatur, &c.* Vbi dicit, ità colligi ex traditis per Calderinum, & alios *ibi* relatos. Et hactenus Didacus Couarruuias, qui non satis distinctè, & apertè seipsum explicat (prout ego nunc vltra omnes, quos adhuc viderim, considero) vtrùm scilicet intelligat id procedere, quando specialis renunciatio facta fuit constitutionis *dicta l.* 2. & eidem instrumento, & contractui adscripta, vt tunc enormissimæ læsioni renunciatum non videatur, ob renunciationem specialem legis illius. An verò intellexerit, vt id procedat, etiamsi enormissimæ læsioni renunciatum sit, vt non obstante renunciatione speciali enormissimæ læsionis, adhuc ob enormissimam læsionem agi possit ad rescissionem contractus. Voluit ergo Didacus, expresse, renunciationem *dicta l.* 2. non tollere ius impugnandi contractum, ob enormissimam læsionem: omittit tamen, siuè expresse non decidit casum, quo renunciatio specialis enormissimæ læsionis facta sit; supponit tamen, renunciationem eo casu non nocere. Sic sanè Ludouicus Molina, *de Hispanorum, primogenijs, lib. 2. capit. 3. numero 19. & 20.* in eo sensu, Didaci ipsius traditionem accepit, vt voluerit, etiam non obstante renunciatione specifica enormissimæ læsionis, infringi debere contractum, ob enormissimam læsionem; & eo loco, sic scribit: *Quod comprobatur ex eo, quod quamuis verum sit, quod ex renunciatione enormissimæ læsionis, quæ & specificè, atque ex professo facta fuit, rescissio contractus, ex læsione vltra dimidiam contingenti, exclusa censeatur; non tamen ex quacunque amplissima, atque specifica renunciatione, exclusa censebitur ea læsio, quæ vltra dimidium in magno excessu contigerit, etiamsi ea renunciatio geminata fuerit, atque ex interuallo processerit, &c.* Et citat Couarrun. & quam plurimos Authores sic tenentes.

113 Ioannes verò Matienzus, *in l. prima, titulo 11. libro 5. glossa 8. numero octauo*, rectè præmittit, quod si deceptus vltra dimidiam, renunciet generaliter omnibus beneficiis sibi competentibus, nullum sibi infert præiudicium ex hac generali renunciatione, nec amittit beneficium *dict. l.* 2. quippe cùm renunciatio specialis esse debeat, nec generalis sufficiat, prout ex aliis Authoribus comprobat, & Didac. idem Couarr. notauit, & cum multis Ceuallos, *commun. quæst. 511. num.* 10. vnde minus sibi præiudicauit quoad læsionem enormissimam, cùm ea, à generalitate renunciationum, semper videatur excepta.

Statim autem, Matienzus metipse, *numero 42. & 43.* in effectu resoluit, quod renunciatio specialis *d. l.* 2. *C. de rescind. vend.* tollit eius legis remedium, etiam si læsio ignoretur ab eo, qui læsus fuit, idest, quod verum valorem rei ignorauerit. Quod intelligit, dummodò renunciatio fiat in alio instrumento seorsum, non in ipso venditionis, aut principalis contractus; sequutus in hoc Calcanei, *in consilio 25. n. 27.* sententiam, quam tamen Didac. Couarr. improbauit. Vult igitur expresse Matienzus, renunciationem non tollere illius legis beneficium, nisi renunciatio fiat ex interuallo, atque in alio instrumento; nec nocere, si in eodem instrumento facta sit. Et inquit, sibi admodùm placere, quoniã huiusmodi clausula renunciationum, potius ex tabellionum stylo, quam ex contrahentium cõsensu in contractibus adscribuntur, quamobrem nisi post contractum ipsum, ex interuallo fiant, parum roboris habere videntur, quia non ex deliberatione procedunt.

Et hactenus Matienzus, qui enormis læsionis respectu, cùm ita statuat, quidquid Cou. & alij plures, contrarium tenuerint: multo magis in enormissima læsione, id statuere videtur, & consequenter intendit, renunciationem *dicta l. 2.* etiam specialem, non excludere, quin ob enormissimam læsionem agi possit ad rescissionem contractus. Et idem sentit apertè, quamuis læsioni enormissimæ renunciatum fuerit expresse, nisi renunciatio seorsim, atque in alio instrumento facta sit.

Verè tamen, in contrarium extat communior, & verior Scribentium sententia, enormi læsioni, & sic decisioni *d. l. 2.* renunciari posse, & renunciationem specialem valere, renunciantique nocere: idque maximè, si cum iuramento facta fuerit; prout Didac. Couarr. *var. lib. 2. dict. c. 4. n. 3.* cum aliis doctè defendit, & *in summario dicti n. 3.* sic scribit: *Renunciatio specialis, etiam eidem contractui adscripta, hoc beneficio, & actione, renunciantem priuat.* Et sequitur Molina, relatus *suprà*: tenuerunt etiam Osaseus, *decis. 41. n. 8.* Menoch. referens plures, *in cons. 401. n. 164. cum seq. & n. 183. & in consilio 843. num. 31. & in consilio 844. num. 39 & 40* Fachineus, *in consilio 22. num. 6. lib. 2.* Ceuallos, *dicta quæstione 511. numero primo, & 2.* Mancinus, *de priuilegijs iuramenti, parte 4. in primo effectu, quæstione 8. versiculo, nec facit, quod in decisione*, & *quæstione 13. numero 10. 11. & 12.* vbi dicit, hanc esse communem opinionem, & veriorem in puncto iuris: Seraphinus, *de priuilegijs iuramenti, priuilegio 83. numero 85. & 111.* vbi inquit, hanc esse magis communem opinionem, & in iudicando, & consulendo, ab ea non esse recedendum, tenent etiam permulti alij à Blazio Florex Diaz de Mena relati, in loco statim commemorando.

Decipitur ergo Ioannes Matienzus, contrarium statuens, & requirens, quod seorsum in alio instrumento renunciatio facta sit; cùm in terminis læsionis enormis, & *dicta l. C. de rescind.*

cind. vindit. specialis renunciatio eius legis sufficiat; nec quod seorsum in alio instrumento fiat, requiratur: vt contra Calcaneum, rectius Didac. Couarruu. defendit, & Matienzum malè sequitur Azeuedus, *in dicta l. prima, titulo* 11. *lib.* 5. *num.* 16. qui tamen antea, *num.* 10. contrarium admittere videtur, dum se refert ad Didac. ipsum Couarr. Padillam, & Gutierrez, Morla autem, *emporij, titulo de contrahenda empt. quæst.* 24. *num.* 7. *versicul. tertia propositio.* vnam, & alteram refert opinionem, & Didaci Couarruuias placitum probare magis videtur.

Dubium ergo, & controuersia quoad enormissimam læsionem versatur, vtrum inquam, siquis enormissimæ læsioni renunciauerit specificè, sibi præiudicet, vel non; idque expressè attigerunt Ioannes Gutierrez, *tribus in locis*, Mascardus, Ludouicus, Molina, Matienzus, Osascus, Thesaurus, Seraphinus, Padilla, Burgos de Paz, Ioseph, Ludouic. M. Anton. Eugenius, Ioan. Botta, Carol. Anton. Puteus, Cald. Pereira, Sfortia, & Bonifacius Rogerius. Horum specificam magis relationem, consultò prætereo, quod ipsos in vnum congesserit Bla-
114 xius Florez Diaz de Mena, *in addit. ad decisionem Gama* 66. *fol.* 40. vbi in hunc modum controuersiam prædictam dissoluit: *Communis resolutio est, quod renunciatio iurata, siue remediorum in genere, siue in specie, dicta l.* 2. *nihil operatur, existente læsione enormissima, longè vltra dimidiam iusti pretij, quia ex tali renunciatione præsumitur dolus saltem re ipsa. Imò etsi læsioni sic enormissimæ esset renunciatum, nihil etiam operaretur ex æquitate, licet plures ex supra dictis, & infiniti ab eis citati, contradicunt: sed verior est hæc opinio quæ in iudicando, & consulendo seruatur. Ex quo infertur, geminationes, & verba admodum prægnantia, & generalia, ex quibus etiam dictæ læsioni videtur renunciatum, nec aliud potest dici salua ratione recti sermonis, nihil operari; contra plures allegatos à Caldas, & Gutierrez & aliis vbi supra.*

Hactenus is Author, atque ex sententia quamplurimorum (vt vides) & conuenit Morla, *emporij, titulo* 9. *de contrahenda emptione, quæst.* 24. *num.* 9. *versiculo vltimo, fol.* 429. vbi expressè affirmat cum aliis, renunciationem etiam iuratam nihil operare, nec renuncianti nocere, quando interuenit enormissima læsio, idque ratione doli præsumpti.

115 Morquechus etiam, *in tractatu, de diuisione bonorum, lib.* 4. *cap.* 5. videndus *ex num.* 47. *vsque ad numerum* 60. cum dubium ipsum excitasset, an scilicet enormissimæ læsioni renunciari possit cum iuramento à minore, vel à maiore absque eo, ita vt contra renunciationem reclamare, aut venire non liceat? Primo loco refert Socin. iunior. & Cagnolum dicentes, quod ex enormissima læsione præsumitur dolus, secundum communem opinionem Doctorum; & quia est dolus præsumptus, renunciari potest. Et reddit rationem, quia nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt; *l. nemo videtur, ff. de regul. iur. cap. scienti, de regul. iuris lib.* 6. & quod ita se habet magis communis opinio in laudo iurato, quando specificè, enormissimæ læsioni est renunciatum, vt tradit Anton. Gabriel, *ibi* relatus.

116 E contrario tamen inquit, quod ex læsione enormissima, dolus ex proposito, & verus præsumitur: & *num.* 48. refert plures Authores, sic tenentes. Et exeo, cùm donatio præsumi non possit, vt *in l. Campanus, ff. de vsuris, l. cum de indebito. ff. de probat.* non est verisimile, quod quis passus fuerit, adeò enormiter se lædi, nisi ad id dolosè, & per insidias inductus sit, vt obseruant Corneus, & Crauetta, *ibi* relati *num.* 49. & 50. qui inde inferunt, quod licèt quis renunciet dictæ læsioni enormissimæ, contrauenire potest, obtenta absolutione à iuramento, si iurauerit; & multò magis, si non iurauerit, quia qua facilitate inducitur quis ad contrahendum, eadem inducitur ad renunciandum. Et *num.* 51. refert Morquechus, Gratum, Aufrerium, Castrensem, Socinum, Corneum, Decium, & Curtium iun. dicentes, quod enormissimæ læsioni non possit cum iuramento renunciari, quin contra renunciationem veniri queat: & addit *num.* 52. quod id procedit non solum in minoribus, sed etiam in maioribus, enormissimæ læsioni renunciantibus. Et quod ista est communis opinio, vt dicunt Curr. iunior, decisio Pedemontana, & Seraphinus, *ibi* relati, & quia clausula renunciationis de enormissima læsione, potius ex consuetudine notariorum, quàm ex consensu partium apposita censetur, vt tradiderunt Authores, *ibi* relati, *num.* 53. vbi iterum repetit, quod non obstante dicta renunciatione cum iuramento, de enormissima læsione, quæ interueniat, tam minor, quàm maior audiri debeat, & latè probasse Alciat. & Ioann. Gutierrez, in duobus locis *ibi* relatis; & concludit, quod hæc opinio, sibi verior, & æquior videtur, & secundum eam vidit iudicatum.

Iuxta superiora ergo; pro vna & altera parte duæ in proposito extant sententiæ, & opiniones; altera est affirmatiua, læsioni enormissimæ renunciari posse, ita vt renuncians, enormissimè læsus, reclamare, & contrauenire contractui, & renunciationi non possit; siuè sit minor 25. annis, & iurauerit, siue maior absque iuramento. Et hanc partem sustinent post Bartol. & alios Antiquos, Bertrandus, *in consilio* 5. *libro primo,* Ioann. Baptist. Perusinus, *in tractatu de arbitris, lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 1. Tobias, Nonius, *in consilio* 67. *num.* 21. Beroius, *in consilio* 49. *num.* 31. *in versiculo, præterea. & in consilio* 51. *num.* 16. *versiculo, respondeo, & aliter lib.* 1. Lancelot. Galiaula *in consilio* 32. *num* 32. Cephalus, *in consilio* 403. *num.* 45. *lib.* 3. Menochius, *in consilio* 401. *num.* 165. *& sequentibus, & num.* 178. *& num.* 183. *& num.* 216. *lib.* 5. *& dicto num.* 183 in hunc modum scribit: *Septimo considero, non mediocriter, quod in specie renuntiatum est læsioni enormi, ac etiam enormissimæ. Quæ sanè renuntiatio sustinetur sine controuersia quoad læsionem enormem: imò & quoad enormissimam sustineri clarè affirmarunt Imola in dicto capitul. cum contingat, num.* 56. *de iureiurand. & apertius Beroius, in consi.* 51. *num.* 16. *versiculo respondeo, & aliter. lib.* 1. *& in consilio* 174 *in fine, lib.* 2. *Parisius, in consilio* 20. *num.* 36. *lib.* 1. *& Alciatus, in responso* 123. *num* 6. *& quamquam, quoad læsionem enormissimam dissentiunt Corneus, in consilio* 179. *columna vltima, lib.* 4. *Alciatus responso* 496 *num.* 9 *versicul. ego tamen, & Crauetta, in consilio* 142. *num.* 23. *& in consilio* 192. *num.* 10. *attamen, quando adest sola enormis læsio, non dissentiunt, quin renunciatione specifica, illa tollatur.* Et repetit idem Menochius, *in consilio* 1011. *num.* 60. *lib.* 12. Bauerius, *de iuramento, num.* 112. Cæsar Bargalius, *de dolo, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 42. *versicul. ex aduerso*, Antonius Gabriel, *commun. opinion. titulo de arbitris, conclusione* 3. *num.* 39. *&* 44 *in*

 fine.

fine, vbi dicit, hanc esse magis communem opinionem, & pro ea refert multos Authores: tenent etiam eandem opinionem Euerardus, *in Centuria legali, in loco, à virtute iuramenti, num.* 63. Sylu. Aldobrandinus, *in consilio* 26. *num.* 36. Tuschus, *tom.* 5. *litera L. conclusione* 494. *num.* 44. *versiculo amplia multo magis.* Ceuallos, *commun. contra commu. quaest.* 511. *num.* 5. & ij omnes asserunt, renunciationem enormissimæ læsionis nocere renunciianti, & effectum. Et quod renunciatio specialis excludit præsumptionem doli. Et quod non potest maior, qui renuntiauit, contrauenire ratione enormissimæ læsionis, etiam petita, & obtenta absolutione à iuramento. Nec etiam minor, & ex antiquis Doctoribus tenuerunt plures, quos iidem Authores commemorant, & inter alios Abbas, *in cap. quemadmodum*, §. *finali, num.* 14. *& in cap. Quintauallis, de iureiurando*, Ioannes Calderinus, *in disputatione sua*, incipien. *Duo litigantes*, quem refert & sequitur Ioannes Andr. *in addit. ad Speculatorem, titulo de arbitris*, §. *finali, versiculo si factum sit compromissum*, Iacob. Butrigar. *in l. penul. C. de arbitris, & in l. si vnus*, §. *illud*, vbi etiam Guillelm. de Cun. *ff. de pactis*, Hostiensis, *in cap. Quintauallis, colum.* 4. *versiculo sin autem specialiter, & expresse*, & *versicul. & hoc vltimum teneas*, Salicet. *in l. eum antea quaest.* 7. *C. de arbitris*, Castrensis, *in consilio* 255. *versiculo. Tertia fuit opinio, lib.* 2. Anton. Gabriel, *commun. lib.* 2. *titulo de arbitris, conclusione* 3. *num.* 59. referens multos, Cephalus, *in consilio* 121. *numero* 7. *lib.* 1.

Altera fuit opinio negatiua, & omnino contraria, enormissimæ læsionis renunciationem non impedire, quin enormissimè læsus reclamare, & contrauenire possit contractui, ac si non renuntiasset; & hanc sententiam tenuerunt permulti Authores, relati ab Antonio Gabriele, Didaco Couarruu. Ludouic. Molina, Blasio Florez Diaz de Mena, & Morquecho, *in locis relatis suprà*, & cum Alexand. Iasone, Decio, Cephalo, & Seraphino, magis probanit Cels. Bargalius, *de dolo, lib.* 2. *cap. de dolo re ipsa, ex nu.* 32. *fol.* 191.

117 Antonius vero Gabriel, *dicta conclusione* 3. *num.* 50. *&* 51. inquit, quod magis communis opinio, quæ tenet, enormissimæ læsioni renunciari posse; procedit, quando elarè constat, dolum ex proposito non interuenisse; secus in dubio: vel quod dictæ opinioni magis communi erit locus de rigore iuris; contrariæ, de æquitate, secundum Abbatem *ibi* relatum.

Sed improbat Seraphinus hanc concordiam, *priuilegio iuramenti* 136. *num.* 16. *&* 17. Morquechus, *dicto cap* 5. *lib.* 4. *num.* 54. ea ratione, quod nunquam præsumi potest in dubio, quod consensus in tali renuntiatione interuenerit, sed potius dolus ex proposito præsumitur in fauorem eius, qui renuntiauit, & enormissimam læsionem passus est.

Verè tamen (prout ego confidero) non ita simpliciter concordia hæc reiiei potest, si enim constaret, aut ex qualitate rerum, & personarum, & aliis circunstantiis occurrentibus, natura etiam, & subiecto negotij, de quo agitur, deduci posset, dolum ex proposito non interuenisse; imo eum in cuius fauorem enormissimæ etiam læsioni renuntiatum est, bona fide, atque ita se hessisse, & habuisse, vt ex renonciatione ipsa dolus malus argui non posset, nec alius quam ex re ipsa resultans; tunc sane, iuridicè tentari posset, opinionem eorum admittendam, qui enormissimæ læsioni renunciari posse, scripserunt; atque ita arbitrio, & Religioni iudicis, res hæc securius relinquitur; qui ex personis, & rebus, & cæteris, quæ occurrent, id congruentius desinire poterit, quam aliqua regula, aut resolutione generali terminetur: cùm nulla possit omnibus casibus, rebus, & personis, æqualiter conuenire. Sic sanè, aliquando vidimus, secundum hanc opinionem iudicatum, & pronuntiatum in Regio Granatensi prætorio, & in Galleciæ, & Hispalensi Senatu, quia nullo modo argui potuit dolus coottahentis, in cuius fauorem enormissimæ læsioni renuntiatum fuit. Aliquandóque, contrariam opinionem, in eisdem Regiis Tribunalibus, & aliis, seruatam scimus, quia vltra præsumptionem doli re ipsa, ex enormissima læsione resultantis, non leues doli, & fraudis præsumptiones aderant: Iudex ergo prudens, & religiosus, hæc omnia iuridicè, & maturè æstimabit, atque considerabit; & in dubio, doli re ipsa, ex enormissima læsione resultantis præsumptio, magnam semper vim habitura erit, vbi ex aliis circunstantiis, & qualitate rerum, & personarum, præsumptio ipsa doli re ipsa non elidatur.

Sanè in terminis illis, in quibus Morquechus, *dicto cap.* 5. *lib.* 4. *num.* 55. *& tribus sequentibus*, opiniones contrarias conciliat, admitti forsan posset opinio prædicta, quod enormissimæ læsionis renunciatio, renuntianti noceat; 118
quia non potest considerari differentia ab aliis terminis, in quibus læsioni ordinariæ *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* renuntiatum est; & tamen renunciationem eius legis, quæ est enormis læsionis, tenere, magis communiter probatum est; vt ex Didaeo Couarr. & aliis dixi *suprà*: & quia tunc propriè militat tatio illa, quod scienti, & consentienti, nulla fit fraus, nullúsque dolus, aut iniuria. Morquechus ergo, *ex dicto num* 55. *& quatuor sequentibus*, constituit, sibi videri, quod concordia, & intelligentia Antonij Gabrielis posset habere locum, quando renuntians læsioni enormissimæ, fuit certior factus, quæ enormissima læsio sit, & sponte illi renuntiauit, & de hoc constet aliter, quàm per assertionem notarij: nam licet clausulæ in instrumentis positæ à notario, censeantur de voluntate partium positæ, secundum magis communem opinionem, pro qua plures citat Authores; tamen dicta certioratio de enormissima læsione, & eius qualitate, non est solita apponi in instrumentis à notariis, & ideo illis non est credendum, quia non præsumitur ex voluntate contrahentis, & renuntiantis posita. Et sic, quando constaret de dicta renuntiatione sponte facta, præcedente dicta certioratione; dolus excluditur, *ex l. nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt, ff. de regul. iur.* & concludit *num.* 59. quoad hoc, si renuntiantes sint imperiti, vt mulier, rusticus, minor, illis de æquitate succurrendum videtur; quia facilitate quadam inducti videntur, ad apponendam dictam clausulam, sicuti Bartol. *ibi* relatus, notauit.

Item, si enormissimæ læsionis renuntiatio, 119
in alio instrumento fieret seorsum, non in ipso instrumento, securius videretur forsan, quod eadem opinio admitti posset; quia maxima cum deliberatione, & ex libera omnino voluntate renuntiantis, procedere videretur; atque ita dolus

lus malus abesse; ex quo non eadem facilitate, qua quis tantam læsionem patitur, videri potest renunciationi consensisse, sed maiori cum deliberatione, cùm ex interuallo, & in alio instrumento renunciet. Sic etiam forsan, in læsione ipsa enormissima obtinere, & procedere poterit Calcanci placitum illud, quod adduxit, & probauit Matienzus, *in dicta l. prima, titulo 11. lib. 5. glossa* 8. *num.* 42. de quo *suprà*, quamuis in enormi, læsione, sola specialis renunciatio fiat, etiam in eodem instrumento adscripta, nec sit necesse quod in alio instrumento seorsum fiat, sicuti contra Calcaneum, & Matienzum, cum Didaco Couarruu. & aliis probaui *numeris præcedentibus.*

Seclusis autem his casibus, aliquando (vt dixi) vna opinio, aliquando verò alia, ex diuersitate qualitatis rerum, & personarum, atque ex subiecta materia casus occurrentis, recipienda, & probanda erit. Sæpè tamen seruatur opinio illa, quod renunciatio enormissimæ læsionis non obstet, sed adhuc reclamare, & contrauenire renuntians possit, sicut Blasius Florez, Diaz de Mena, relatus *suprà*, *decisione* 66. *ad Gamam* notauit. Aliquando etiam obtinuit, renuntiationem cum effectu seruandam esse, viresque, & robur habituram, vt renuntianti noceat, si præsumptione liberæ voluntatis, & alicuius iustæ causæ interuentu iustificetur, atque ex proposito, & principaliter, non accessoriè, aut ex stylo notariorum fieri, prout comprobari potest ex traditis per Tiraquellum, *de retractu lignagier.* §. *primo*, *glossa* 18. *n.* 16. cuius statim specificam faciam mentionem, Sarmientum (quem vide) *select. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 5.

120 An autem, enormis, aut enormissimæ læsionis remedium cesset, si in venditione, aut alio actu, seu contractu dicatur, *& quod pluris valet, aut interest, dono:* ita quod læsus, eam quantitatem, quæ iustum pretium excedit, donauerit; dubitari solet communiter. Anton. Gomez. *variar. tom.* 2. *cap.* 2. *de emption. & vendition. num.* 26 resolutiuè inquit, quod adhuc læsus agere possit, quia verba prædicta non debent referri ad magnum pretium, sed ad modicum, argumento *l. hac adiectio*, *ff. de verborum significat. & in l. eam furti*, *ff. de iureiurando*, atque ita non excludunt ius agendi ob enormem, aut enormissimam læsionem. Et disputationis gratia, hanc opinionem defendi posse, dixi Morla, *emporij parte* 2. *titulo* 9. *de contrahenda emptione*, *quæst.* 20. *num.* 2. *& sequentibus*, *fol.* 424. vbi suo ordine satisfacit, responsúmque præbet omnibus fundamentis partis contrariæ, & id ipsum, in effectu probauit Matienzus *in l. prima*, *titul.* 11. *lib.* 5. *glossa* 8. *num.* 44. si clausula prædicta, *& quod plus valet, dono*, in eodem venditionis, aut alterius contractus instrumento apposita sit; secus autem si seorsum apponatur in alio instrumento; tunc namque inquit, quod læso, qui maiorem rei valorem, & æstimationem donauit, nocebit, & Matienzium sequitur Azeuedus videndus, *in eadem lege prima, num.* 29. Sarmientus verò, *selectarum lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 4. *per totum*, *fol.* 47. constanter defendit, falsam esse opinionem Bartoli, & aliorum, quos referunt Tiraquellus & Antonius Gabriel, *ibi* commemorati, dum existimant, quod si venditor rei sit læsus vltra dimidium iusti pretij, non habet remedium *lib.* 2. si adiiciat in venditione, se donare id, quod pluris res est, emptori, si sciens, hoc fecerit; & reddit rationem, quia licet quis possit donare liberè, tamen ex causa emptionis non valet donatio. Et quando prima intentio est vendendi, quocunque modo apponatur clausula prædicta, nihil operatur, nisi exprimatur quòd donationis causa, minoris venditur; vt *in l. si quis donationis causa*, *ff de contrab. empt.* & addit, quod hoc est singulare, nec ab aliquo, ita declaratum; & latiùs exornat.

E contrario tamen, quod læsionis remedium cesset omnino, adiecta clausula prædicta, *& quod pluris, est dono*; ita quod læsus agere non possit, etiam si in eodem venditionis, aut alterius actus, vel contractus instrumento adscripta fuerit, tenuit Ripa, *responso* 138. *num.* 4 dicens hanc esse communem opinionem. Et sequuntur nonnulli relati à Ceuallos, *commun. contra commun. quæstione* 511. vbi ipse, hanc eandem opinionem amplectitur: Aldobrandinus etiam, *in consilio* 26. *numero* 35. Didacus Couarruu. *variarum lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 6. *fol. mihi* 538. vbi securè, & constanter affirmat, quod si læsus alteri donauerit in eodem contractu, eam quantitatem, quæ iusti pretij dimidiam excedit, ea donatio, quasi liberè facta, læsum vltra dimidiam, beneficio *dicta l.* 2. priuat; dummodo expressim donetur id, quod excedit, vel deest ad iusti pretij æstimationem, quæcunque ea quantitas sit; prout latius *ibi* videri potest. Et idem defendunt Galiaula *in consil.* 32. *num.* 35. Hippolyt. Riminaldus, *in consil.* 814 *volum* 7, Ioann. Baptist. Costa, *remedio subsidiario* 47. *num.* 9. *fol.* 140. & in iudicando, & consulendo, hanc opinionem seruandam esse, quamuis contraria posit sustineri disputationis gratia, dixit Morla, *emporij parte* 2. *dicto tit.* 9. *de contrahenda emptione*, *quæst.* 20. *num.* 1. *& quæst.* 24. *num.* 7. vbi ex mente Didaci Couarruu. duos casus distinguit, & concludit, clausulam dictam operari, & donationem valere, quando dictum fuerit, donari quod excedit, vel deest, si sit vltra dimidiam, vel in quacunque quantitate, vt latius *ibi.*

Retenta autem hac opinione, facili negotio responderi, atque satisfieri potest his, quæ nouiter, & subtiliter D. Franciscus Sarmientus considerauit, licèt eidem nullus hactenus satisfaciat, nec respondeat: nullibi enim cautum reperitur, quod is, qui liberam rerum suarum administrationem habet, siue qui liberè donare potest, ex causa emptionis donare non possit, hoc est, remittere partem pretij, quæ excedit, vel deest ad iusti pretij æstimationem, cùm remissio ea non alteret, nec muret naturam contractus, nec minus sit contra substantiam eius: contractus sanè omnia substantialia in se habet, nec ob dictam clausulam eius natura immutatur, sicut Hippol. Rimin. *in loco relato suprà*, non obscurè præsentit. Item, quamuis prima intentio sit vendendi, aut alterum actum, seu contractum celebrandi, quocunque modo apponatur clausula prædicta, nihil operatur, nisi exprimatur quòd donationis causa, minoris venditur, sicuti ex *d. l. si quis donationis*, *ff. de contrahenda empt.* Sarmien. deducit: Et huc modo, communem opinionem impugnat. Attamen considerare debuisset, in terminis nostris, satis aperte videri exprimi, quod donationis causa minoris venditur, ex quo facta emptione, aut venditione minoris, statim adiicitur clausula prædicta, donari id, quod pluris res est. Quando ergo præcisè necesse sit, quòd exprimatur, quod

donationi-

donationis causa minoris venditur, sufficere debet quod eo modo, vel æquipollent, & eundem effectum habente, id exprimatur, prout adiecta d. clausula exprimi, negari non potest; & duntaxat attendi debet, an voluntas; & intentio donandi in tenetit, prout adiectis dictis
121 verbis, claruenit apertissimè. Idque maximè, ex singulari And. Tiraq. obseruatione, quam cæteri Recentiores non ponderant. Is enim, *de retract. lignag. §. 1. glos. 18. ex num. 11. cum seqq. fol. mihi 164.* adductis opinionibus in proposito articulo. Verum læsionis remedium excludatur ex eo dono; ita notanter, & maturè, rem hanc resoluit, vt resolutio ea, non modo huic casui, sed etiam casibus superioribus, à me supra explicatis, memorabilem præstet explicationem; & obseruationem nostram eisdem adhibitam comprobet, quatenus iudicis arbitrio semper existimamus rem ipsam relinquendam, rerumque, & personarum, & casuum occurrentium qualitates, & circunstantias attendi, & perpendi debere; sic ergo scripsit Tiraquellus, *eo loco, num. 16. In hoc autem, illud animaduertendum est, quod si illa clausula sit perfunctoriè, & veluti more, & ex stylo notariorum posita, vt in multis locis fieri assolet, & prope semper, vt attestatur Angelus expressim de hoc ipso loquens, in d. lib. 2. C. de rescind. venditio. crederem, eam non esse magni momenti, tam per ea, quæ scripta sunt ab his, quos citauimus: tum & per ea quoque, quæ late diximus in d. l. si vnquam, in principio, num 122. At ex animo non leuiter & per neglectum, non oscitanter fuerit apposita, quod ex verbis, & forma eius don tiensi appareret potest, & ex qualitate, & conditione contrahentium, vt etiam videtur intellexisse Bartol. vbi supra, certe sententer videtur apposita, vt d. rationem eius, quod pluris est, operetur. Id quod totum arbitrio iudicis relinquendum est, vt etiam tradit Fabian. à Monte, tractat. de emption. & venditon. in 8. part. princip. in 4. question.* Hactenus Tiraquellus, qui statim, *n. 17.* adducit aliud, memorabile quoque, & summè notandum ad donationes remuneratorias Principum, eas scilicet, quæ ob benemerita, & seruitia, assiduè ab ipsis fiunt, ac in illarum instrumentis apponi solent dictæ clausulæ renuntiationis, læsionis cuiuscunque, etiam enormissimæ, & quòd donatur quod plus fuerit in donatione, quàm in meritis, aut seruitiis; in hunc itaque modum Tiraquellus, *d. num. 17.* scribit: *Vt tamen te non fugiat, quod scripsisse dicitur Azo ille, vbique à nostris laudatus, in summa, titulo, de rescindenda venditione, quod si venditor dicit se donare, quod pluris res vendita valet, pro meritis, & seruitiis emptoris; non est locus d. l. 2. de rescindenda venditione; ita enim eum refert & sequitur Baldus, in l. si quis donationis, ff. de contrahenda emptione: quasi scilicet, propter eam meritorum mentionem, id videatur serio, & scienter factum; quamuis Azo in suo Codice nihil dicat de meritis: & facit etiam quod scribit idem Baldus in l. per diuersas in 3 quæst. C. mandati; & Alexander consilio 18. in causa columna 2. versiculo tertio respondere potest, lib. 3.* Hactenus Tiraquellus, qui Baldi notabilem doctrinam expendit ad hoc, quod quando venditio, aut alter contractus misceatur simul in pecunia, & seruitiis, quamuis pecunia non æquiualeat, nec æquetur pretio, suppleatur pretium ipsum per æstimationem seruitiorum, vt læsionis remedium cesset omnino: quod specificè, & in indiuiduo tradidisse videtur Baldus, *in dicta l. si quis donationis*, dum in hunc modum scribit: *Ista lex inducitur in argumentum, quod si in instrumento venditionis apponantur ista verba: Et si res esset melior dicto pretio donauit ei pro bonis meritis, & seruitiis, &c. quod venditor perdat per hoc beneficium lib. 2. de rescindenda venditione; & non possit venditor dicere se fuisse deceptum vltra dimidiam insti precij, & ita videtur velle Azo, in summa illius tituli, supra, de rescind. vendit. &c.*

Et hactenus de quarta obseruatione in hac materia, à qua multum digressi fuimus, vt de enormissima læsione, & præfatis dubiis proposistis, superiora, adeo necessaria, & vsufrequentia traderemus, quæ eo ordine composita, & sic digesta, & explicata non erant antea; vt vides.

Sit ergo, continuando eandem, & principalem huius capitis materiam, & tractatum quinta conclusio, & obseruatio, vtrum scilicet Reges, & Principes possint reuocare contractus cum subditis initos, & celebratos cum causa; quæ scilicet de nouo superueniat, & præuisa, & cognita non fuisset tempore contractus ipsius, aut tunc non excogitata: Et primò de contractibus sermonem instituemus, postmodùm verò agemus de priuilegiis, aut concessionibus gratuitis, tam his, quæ in contractum transierunt, quàm eis, quæ in meris terminis gratiosis manserunt. 125

Quod attinet ad contractus, quamplures Authores arbitrantur, posse Principes, ex causa, quæ iusta videatur, reuocare contractus, atque ita inri alteri quæsito præiudicate, Baldus inquam, Romanus, Cardinalis, Alexander, Antonius de Butrio, Ioannes Antonius Alexand. Felinus, Nicellus, Crotus, Gomezius, Afflictis, Gozadinus, & Ruinus, cum quibus Anton. Gabriel, *commun. conclusio libr. 3. titulo de iure quæsito non tollendo, conclusione 4. num. 41. 43. & 44.* vbi limitat in non subdito, cui, nec ex causa fit præiudicatur in contractu. Et quando noua iusta causa superueniens, non fuit ab initio cognita, vel cogitata, atque ita præuideri non potuerit; secus si causa præuisa, & cognita fuit, tenent permulti iuris Interpretes, cum quibus Menochius, *in consilio 156. n. 32. lib. 2.* & cum Glossis, Abbate, Cardinali, Imola, Butrio, Baldo, Geminiano, Angelo, Romano, Alexandro, Socino, Iasone, Gozadino, Ruino, & afflicto resoluit Alexander Trentacinquius, *variarum lib. 3. titulo de Pactis, resolutione prima, numer. 11. fol. mihi 32.* vbi dicit, communem opinionem esse, quod Princeps suum contractum reuocare possit, quando adest iusta causa. Et addit, quod id procedit, etiam si contractus sit iuratus. Et id ipsum tenet Antonius Galeatius Maluasia, *in consilio prime, num. 33.* vbi etiam quod Princeps potest ex noua, & iusta causa, quæ postmodùm superueniat, infringere contractum à se gestum Camillus de Medicis, *in consilio 118. num. 46.* Catolus Bardelonius *in consilio 22. numer. 11. libr. 1.* vbi quod Princeps, ex causa publicæ vtilitatis potest venire contra contractum, Hippolytus Riminaldus, *in consilio 601. numer. 116. volumine 6.* citat etiam quamplurimos Ignatius del Villar, *responso 8. n. 20. & n. 40. & 41.* qui expendit textum *in l. 3. tit. 18. part. 3. & l. si quis per diminam, C. de aquæductu, l. 11.* & reddit rationem, quia causa publicæ vtilitatis semper intelligitur ex-

cepta,

cepta, vt scripsit Baldus per textum *ibi, in l. iubemus nullam nauem, C. de sacrosanctis Eccles. in 2. notabili.* Eandem etiam opinionem, quod ex causa iusta liceat Principi, de plenitudine potestatis, à contractu recedere, eúmque reuocare, dummodo specificè constet quòd eum reuocare voluerit; & quod causa iusta dicitur ea, quæ de nouo superuenit, aut retro à Principe ignorata fuit, vel non cogitata; cum eisdem Authoribus, à Menoch. & Trentacinq. relatis, & additis Castrens. Roland. Cephal. & Deciano, refert Peregrin. *de iure fisci. lib. 1. tit. 3. num. 67. & lib. 6. tit. 1. num. 13.* & cum ipsa opinione, vt certa, aliter non disputans, transit D. Carol. de Tapia. *ad l. finalem, ff. de constit. Principum 2. p. cap 9. num. 41.* in hæc verba: *Quartò limitatur, vt non procedat, subsistente causa.* Et dicit ita communiter scripsisse Doctores, *in c. 1. de probat.* refert etiam, *n. 42.* Bald. Roman. Dec. Alex. Ias. Ruinum, Tiraq. Pinel. & Octau. Chacher. Sic tenentes, & in hunc modum scribit: *Huiusmodi autem causa debet esse noua, vel antiqua, non autem praeuisa tempore concessionis, sed quæ si fuisset praeuisa, Princeps non contraxisset, vt scripsit Senatus Pedemontan. d. loco,* & addit *n. 43.* quod tempore necessitatis, vt imminentis famis, pestis, aut belli, omnis immunitas reuocatur, sicuti scribunt Authores, *ibi* relati; & probatur *in l. 1. & 2. C. de nauib. non excusand. lib. 10. l. 2. C. de quib. muneribus nemi. lice. se excus. & in l. cum tela 1. quemadmod. mune. ciui. indicun. lib. 10.* eiusdem etiam opinionis, quod Princeps ex causa possit contractum cum subdito celebratum reuocare, dummodò causa superueniat de nouo, fuit Georg. Cabed. *decisione Portugaliæ 75. num. 1. & 4. & 5. & 7.* fuerunt etiam nonnulli, quos commemorat Philip. Paschalis, *de virib. pat. potest. 1. p. c. 1. n. 83. & 84.* D. Garcia Mastrill. *de Magist. lib. 3. c. 4. ex nu. 326. & quinque seqq. fol. 297.* vbi *n. 329.* refert Bald. duobus in locis dicentem, quod Princeps tenetur seruare contractum suum, nisi ex causa; atque ita, quod potest ex causa, ei contrauenire; & addit Castrens. Oldr. Barb. Chassan. & Fulgos. idem dicentes: Cæs. Barxius, *dec. 118. ex num. 1.* & maximè, *num. 3. & 10.* Pro eadem denique sententia, & opinione, quod Princeps ex causa possit recedere à contractu, eúmque reuocare, citat quamplurimos iuris Interpretes, & maximè antiquos, Pet. Anto. de Petra, *de potestate Principis, q. 32. ex n. 51. vsque ad nu. 56. fol. mihi 525.* Bald. inquam, multis in locis, Alexandrum, Castrensem, Socinum, Imolam, Butrium, Bologninum, Iason. Barb. Chassan. Gozadinum, Oldrad. Romanum, Cardinal. & Cinum, ita tenentes.

124 Huius partis motiua, & fundamenta præcipua, sciens, consultóque, atque ex proposito prætereo, quoniam transcribendi vitium ab instituto, & conditione mea, multùm abhorret, & quia ea omnia, longa serie congessit, & ad duodecim, suo ordine, satisque distinctè reduxit Petrus Anton. de Petra, *de potestate Principis, quæst. 32. ex num. 26. vsque ad num. 56.* vbi videri possunt.

125 Contrariam tamen opinionem, imo quod Reges, & Principes non possint reuocare contractus cum subditis initos, & celebratos, etiam ex causa iusta, & necessaria, siue ob necessitatem, quæ immineat, & postmodùm superueniat, tenent permulti alij, ab ipsomet Antonio Petra relati, *dicta quæstion. 31. num. 52. & sequentibus, folio mihi 526.* qui ipse, firmiter in hoc insistit, quod etiam ex causa necessitatis publicæ, quæ superueniat post contractum, non potest Princeps iura contractus lædere, nec contractus alterare, aut infringere; idque ita tenuerunt Castrensis, *in consilio 317. volumine primo,* Decius, *in consilio 268. colum. penult. & in consilio 291. col. vltim.* Cardinalis, *in consilio 147.* qui asserunt, quod Principes, etiam de suprema potestate, & causa publicæ vtilitatis, non possunt venire aduersus contractum, etiam cum subdito initum: & reddunt rationem, quia contractus obligant etiam Principem Supremum: & seruare fidem, Principi maximè conuenit, ne aliàs secum contrahentes, decepti remaneant. Et quod grauiùs est, Principem, fidem suam fallere, quàm auferre rem subditi. Et quia Princeps in contractibus, consideratur vt priuatus, & sicut priuatus prætextu causæ de nouo emergentis, non potest recedere à contractu, ita nec Princeps etiam possit. Et idem tenuerunt Neuizan. Rolandus, Alexand. Crauetta, Bossius, Menochius, Ruin. & Cephalus, quos refert Peregrinus *de iure fisci; libro 1. dicto titulo 3. numero 67. ex versiculo, sed contra, quod Princeps, ex folio 24.* vbi inquit, quod fundamenta, & rationes huius partis sunt efficaces, & articulus hic, suo iudicio, valde difficilis, quia iura, quæ pro opinione contraria referuntur, non probant eam, *& l. quod semel, ff. de decret. ab ordin. faciend.* non loquitur in contractu Principis: & addit, quod contra eandem opinionem concludit efficaciter, quia fidem fallere, sicut inconuenit priuato, magis graue est in Principe, adeò vt status Principis augeat efficaciam promissionis: & quia, sicut ex parte priuati, sub prætextu causæ de nouo superuenientis, non licet à contractu recedere, ita nec etiam ex parte Principis licere videtur, ne alioquin contractus claudicet. Eandem etiam opinionem, cum Rolando, Cacherano, Cephalo, Cuman. & Ludouic. Morotio probauit Philip. Paschalis, *de viribus patriæ potestatis, 1. p. cap. 1. numero 87. & 88.* Ioseph. de Sese, *decisione 79. num. 11. & tribus seqq.* Brunus, *in consil. 157. num. 245.* vbi inquit, quod etiam ex causa necessitatis publicæ, quæ superueniat post contractum, non potest Princeps iura contractus lædere: D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, lib. 3. cap. 4. num. 331. & seqq. fol. 297.* qui cum statuisset *num. 316.* quod solus Princeps potest ex iusta causa, ius alteri quæsitum auferre, ex *l. item si verberatum, §. 2. ff. de rei vendicat. & l. Lucius, ff. de euiction.* & latius comprobat, statim inquit, *num. 318. & 331. & 333. & seqq.* in hunc modum: *Et licet secundum aliquos, & plures, conclusio prædicta procedat etiam in contractibus, vel quasi cum subditis celebratis, vt fuerunt Bald. Alex. Barb. Chassan. Castr. Oldr. Fulgos. & Cancerius: nihilominus in contrarium est veritas, nam Princeps in materia contractus, cum Principe celebrati, habetur pro priuato; & licet Deus subiecerit leges potestati Principis non tamen contractuum vincula, quæ iuris gentium sunt, naturalique ratione consistunt: & etiam ex causa necessitatis publicæ superuenientis post contractum, non potest Princeps iura contractus lædere, etiam de plenitudine potestatis, & ex iusta causa, & nullus esset contractus cum Princeps, si penderet reuocatio, & substantia ab ipsius solius voluntate.* Hactenus Mastrillus, *ex d. numero 328. vsque ad numerum 339.* vbi relatis multis Authoribus, hæc compro-

bat, pro vt *ibi* videri potest. Et eandem opinionem tennetunt Cacialup. *in l. omnes populi, num.* 181. *ff. de iust. & iure*, Aleiatus, *in consilio* 80. *num.* 5. alias *consi.* 3. *numer.* 5. *lib.* 4. Natta, *in cons.* 63. *& in cons.* 275. *& in cons.* 397. qui semper profitetur, veriorem esse in puncto iuris, Parisius, *in consil.* 68. *numer.* 21. *libr.* 1. Rolandus, *in consilio* 76. *numer.* 23. *libr.* 2. Decianus, *in consilio* 51. *numer.* 25. *vol.* 3. Siluanus, *in cons.* 66. *num.* 12. *&* 18. Crauet. *in cons.* 176. *num.* 6. *&* 7. Lancelot. Galliaula, *in cons.* 44. *num.* 35. *& sequent.* Purpuratus, *in cons.* 586. *num.* 25. Sichardus, *in consil.* 3. *num.* 81. Ioann. Baptist. Plotus, *in consil.* 21. *num.* 1. *&* 6.

126 Huius opinionis fundamenta nouem præcipua, consulto quoque prætereo; & ideo non refero, quod in vnum ea omnia congesserit, & suo ordine retulerit Pet. Anton. de Petra, *de potest. Princip. dict. quæstion.* 32. *ex numer.* 56. *fol.* 526. *vsque ad numer.* 84. ex quo *numero*, *vsque ad nu.* 101. satisfacit, responsumque præbet omnibus ferè Authoribus, & maximè Bald. Castrensi, Alexand. & aliis, *pluribus in locis*, in quibus contrarium voluisse videntur. Cum re vera, vel loquantur in aliis terminis, non in contractibus, seu concessionibus, aut dispositionibus, quæ in contractum transierunt. Vel eandem secundam opinionem sustinuerint, cum de contractibus sermonem instituerunt, & in simplicibus concessionibus, aut priuilegiis gratiosis, quæ in contractum non transierunt, Principem reuocare posse, scripserint, vt per Festasium etiam, *de collectis part.* 5. *num.* 16. *&* 17. *&* 26. *&* 27. Mynsingerum, *lib.* 2. *obseruatione* 70.

Fundamentis quoque illis duodecim, quæ pro contraria parte, antea ponderauerat, & commemoraui *suprà, n.* 124. & iuribus nonnullis, quæ pro ipsa parte expendi solent, ex proposito quoque satisfacit, & respondet idem Petra; & rectè aduertit, fundamenta ea omnia non posse intelligi, nec habere locum in materia contractuum, quia separatam habent rationem contractus, aut concessiones, quæ in contractum transierunt, à priuilegiis, aut concessionibus puris, & simplicibus, & per Principem reuocari non possunt, etiam ex causa, nisi causa oriatur ex ipsius contractus natura, aut pacti cuiusque celebrati subiecta materia, & quando priuatus etiam reuocare posset; sicuti scribit *n.* 100. 102. *& sequent.* & concludit, hanc opinionem esse veriorem, & receptiorem, facta dinumeratione Doctorum. Et vbi etiam contraria communis esset, nihilominus hæc posterior attendi debet, tanquam verior, & marmoreis fundamentis firmata; quod scilicet non possit Princeps, etiam ex causa, à contractu suo resilire, nisi ex causa oriente à natura contractus.

127 Rectè etiam aduertit ipsemet Petra, *eadem quæst.* 32. *num.* 104. *fol. mihi* 536. *text. iul. quod semel. ff. de decret. ab ordine faciendis.* nullo modo vrgere contra opinionem, & resolutionem prædictam, quam defendit: nam etsi textus dixerit, ex causa publica reuocari posse prius decretum, non loquitur in cõtractu Principis; prout etiam Peregrinus obseruauit, & retuli *suprà.* Item decretum illud Decurionum non transierat in contractum aliquem, vnde ex causa reuocari potuit, & potuisset, quamuis Princeps decreuisset, ex quo in contractum non transiuit; quod si transisset, nec ex causa publicæ vtilitatis reuocari posset; sicuti in specie, post Glossam, Felin. & Iason. respondet Petra, *dicto num.* 104. & antea respondit Castrensis, *in consilio* 313. *ad finem, lib.* 3. & eodem modo Petra explicat textum *in cap. in nostra, de iniur. num.* 15. quod scilicet in eo textu non constat de aliquo contractu ipsius communitatis Brixiæ. Idque secundum vnum intellectum: vel secundum alium; quod *ibi*, reuocationi præordinationis, quæ in contractum transierat cum eis, quibus damna fuerant illata, omnes de Vniuersitate consenserant; & sic illi, in quorum fauorem facta fuerat ordinatio præcedens; quo casu, contractus non dicitur reuocatus *in dicto cap. in nostra*, inuita parte, sed ea consentiente, prout *ibidem* scripsit *n.* 106.

Pro hac autem secunda opinione, quam defendimus, vrget text. singularis, *in l. quicumque, C. de fide instru. lib.* 10. ibi: *Et si quid vnquam, vt à Fisco venditio facta possit infringi, authoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemporet*, &c. *l. quicumque.* la 1. *C. de fund. patrim. lib.* 11. *& in l. prædia*, quæ est finalis, *C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. vbi prædium Principis, perpetuò semel concessum, non potest Imperator in alterum transferre, vel exoratus, vel etiam, si sponte dederit, val annotatione, vel pragmatica; quia perpetuò securus est perpetuarius, iure firmitatis publici contractus, text etiam, *in l. fin. C. de diuers. præd. vod. lib. in fin.* quò loci, neque iudiciaria authoritas, neque Imperiale rescriptum, quacumque adiectione munitum, dictæ legis generaliter potest vires infringere: prout hæc iura, post Luc. de Pen. ponderat Mastrillus, *de magistratibus, lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 331. *&* 332. *folio* 297.

Si autem pro concordia opinionum cogitetur, quod dicitur, non posse Reges, & Principes ex causa reuocare contractus cum subditis initos, & celebratos; intelligendum esse, non de quacumque causa iusta, ea etiam, quæ Principis necessitatem respiciat; sed de causa, quæ principaliter respiciat publicam vtilitatem, non autem, quæ secundariò; vt cum Gregorio Lopex, & Menochio conseruauit D. Carol. de Tapia, *ad dictam l. finalem ff. de constitut. Princip.* 2. *p. c.* 9 *num* 42. *in fin.* Cæsar Barzius, *decis.* 118. *num.* 3. *&* 10. Adhuc res dubia remanet, cum in eisdem terminis, etiam ex causa publicæ vtilitatis, & de plenitudine potestatis, non posse Principem reuocare contractus cum subditis initos; tenuerint permulti illi iuris Interpretes, à Petra relati. *vbi supra*, quibus ipse conuenit omninò, vt vidimus: & repetit *eadem quæst.* 32. *num.* 150. *& sequent. & num.* 168. *cum seq.* Peregrinus etiam, *de iure Fisci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 77. *versic. Sed contra*, vbi sic scribit: *Sed contra, quòd Princeps, etiam de suprema potestate, & ex causa publicæ vtilitatis, non possit venire aduersus contractum, quamuis eam subdito res agatur, determinauit Paul. Castrens. &c.* vbi & alios citat Authores: & relati *suprà, num.* 125. pro secunda opinione idipsum tuentur, & absolutè statuunt, etiam ex causa iusta, & necessaria, & quæ respiciat publicam vtilitatem, aut ob necessitatem Principis, non posse reuocari contractus à Principe celebratos. Decianus etiam, *in cons.* 51. *ex n.* 25. *vol.* 3. Menoch. *in consil.* 156. *num* 33. & Petra dumtaxat admittit, quando causa venit ex natura contractus; vt *d. quæst.* 32. repetit sæpissimè, & maximè *numero* 84. *& sequent. & numero* 88. *& sequent. & num.* 102. 128

Ex his apparet, nimis generaliter, & nulla præhabita disputatione, aut examine, statuisse Augustin. Barbos. *in collect. ad decretal. in cap.* 1.

de

*de probat.num.11.fol.*460. quod data iusta causa, non solum potest Princeps contractum à se cum subdito celebratum limitare, eique modum, & conditionem præscribere, sed etiam in totum reuocare; & citat Ludou. Molin. Burgos de Paz, Matienzum, Mieres, Cabedum, Pereg. Roland. Tiraq. Pinel. & Anton. Gabriel. sic tenentes: qui tamen non ita simpliciter id statuunt, sed in fortioribus terminis rem adstringunt, vt Princeps contractus reuocare valeat, sicuti ex eisdem apparet, & ex dicendis infrà.

130 Sanè, causa, quæ respiceret publicam vtilitatem principaliter, non autem secundariò, vsque adeò vrgens esse posset, & bonum publicum respiciens: vt nisi Reges, aut Principes ei succurrerent, in magnum damnum publicum obseruantia contractus redundaret; & tunc quidem, vt magnum damnum publicum vitaretur, possent ipsi, de iure, & de facto contrauenire contractui; atque ex natura contractus, & pacti cuiusque, causam huiusmodi inesse, probabiliter dici posset; sicut in his terminis, specificè notauit Baldus, *in consilio* 401. *Super eo, quod quæritur, num.* 12. *lib.* 4. Ias. etiam, *in cons.* 1. *in princip. vol.* 1. & sequitur Pet. Ant. de Petra, *de potestate Princip. d. qu.* 32. *n.* 88. latiùsque exornat *numeris sequentibus*: admittunt quoque Ioann. de Platea, Belluga, Francis. Marcus, Ripa, Gerard. & Roland. quos refert, & ita pariter probat in casu imminentis famis, pestis, aut belli, vel alterius causæ, quæ principaliter respiceret publicam vtilitatem; Carolus de Tapia, *ad dictam l. finalem, part.* 2. *cap.* 9. *nu.* 42. & 43. Rolandus etiam, *alio in loco*, non in relato ab ipso Carolo de Tapia, vbi nonnullis exornat, & comprobat; scilicet *in consil.* 1. *ex nu.* 169. *cum seq. vol.* 1. & *n.* 171. & 172.
131 in hunc modum scribit: *Accedit quoque quod dixit Bald. in cons.* 240. *vol* 4. *vbi inquit, quod pacta non sunt seruanda, quando insurgit necessitas, quod periculum verteretur publicum propter obseruantiam pacti. Facit quoque, quod dixit Abbas, in con-*
132 *silio* 34. *numer.* 15. *cum sequentibus*: *Vbi inquit, quod quamuis contractus ab initio non contineat læsionem, si tamen ex postfacto propter mutationem temporum contineat læsionem enormem, potest rescindi, & debet regulari secundum qualitatem ipsorum temporum, si contractus est successiuus, respiciens etiam futura tempora.*

Hactenus Rolandi verba: & circa hoc vltimum, quando contractus est successiuus, & tractu temporis contineret enormem læsionem, quod potest rescindi; sunt videndi Authores
133 nonnulli, Roland. ipse, *in cons.* 13. *ex n.* 19. *cum sequent. lib.* 3. Afflict. *decis.* 340. Viuius, *decision.* 436. *lib.* 2. Arias Pinellus, *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. parte* 3. *cap.* 4. *num.* 15. Osascus, *decisione* 155. Petr. Surdus, *de Alimentis, titulo nono, quæst.* 11. *ex numer.* 8. *cum sequentibus*, & *decisione* 157. *numero septimo*, Sfortia, *de in integr. restitut. quæstion.* 57. Natta, *in consilio* 548. *num.* 36. Marcscotus, *variar. lib.* 2. *cap.* 16. *numero septimo.* Fachineus, *controu. lib.* 4. *cap.* 27. Matienzus, *in l. prima, titulo* 11. *lib.* 5. *glossa* 8. *numer.* 4. Ioann. Guttiertes, *de Gabellis, quæstion.* 147. *numer.* 23. D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libr.* 1. *cap.* 18. *num.* 38. & 39. Sempronius Accins, Episcopus Varensis *decisione* 90. Marius Giurba, *decisione* 105. *ex numero secundo.* Alexand. Raudensis, *decisione* 29. *numer.* 175. Auendañus, *de censibus, cap.* 46. *numer.* 4. Gabriel. Pereira, *decisione Portugallia* tot. *numer.* 3. Alex. Ludouisius, *decisione* 153. *per totam*, qui explicant, an dumtaxat attendi, & considerari debeat læsio, iuxta tempus contractus, siue quæ erat, vel non, tempore contractus; non autem, quæ postmodùm superuenit. Explicat quoque Pelaes à Mieres, *de maioratu*, 4. *parte, quæst. prima, limitatione prima, num.* 87. 88. & 89. vbi Albani *consilium* expendit in terminis. Seraphinus, *priuilegio iuramenti* 83. *num.* 95. Martinus Monter à Cueua, *in responso pro vxoris amita, numero* 166. Gypsius, *decisione Bononia* 43. *numero* 47. Gironda, *de gabellis, parte* 12. *num.* 32. & 36. Cald. Pereira, *de potestate eligendi, & nominat. reuocat. cap.* 10. *ex fol.* 94. & semper præ oculis habendum erit, an contractus sit momentaneus, qui vno instanti, vel actu, aut tempore perficiatur, & consummetur omnino, an tractum habeat successiuum, futuráque tempora respiciat: sicuti ex mente eorundem colligitur apertè; quamuis negari non possit, quin res habeat difficultatem, & regulariter attendi debeat tempus contractus; nec iure aliquo, distinctio ipsa probetur, quamuis à prædictis Authoribus recepta, & probata sit, & per Carol. Bardellonium, *in consilio* 22. *num.* 10. *libr.* 1. vbi in hunc modum scripsit: *Quartò, supposito, dictam concessionem sapere causam onerosam; attamen adhuc est locus reuocationi, cùm sit damnosa vniuersitati hominum; & consequenter Reipublicæ: quandoquidem immunitas perpetua, vel successiua, comprehendens futura tempora, si tempore concessionis, enormem læsionem concessum, vel Vniuersitatis non contineat; & postmodùm, ob varietatem temporum, grauamen non leue consubditis importet, debet per Principem reuocari: cap. suggestum, de decimis.* Et citat Abbat. Bossium, Roland. Menochium, & Lancel. Galliaulam, ita tenentes. Et sic concludit: *Hoc inquam est regulare in quolibet actu successiue, futura tempora respiciente: nam si tempore creationis, enormem læsionem non contineat, & postea mutatis temporibus, enormem læsionem continere cœperit, secundum temporum qualitatem debet regulari, & attenditur tempus præsens, non autem præteritum, circa læsionis inspectionem; Mandel. cons.* 34. *n.* 16. *Mascard. de probat. concl.* 960. *n.* 8. & *ex causa publica vtilitatis, Princeps potest venire contra contractum.*

Verè tamen (vt dixi) res habet difficultatem, cum omnia iuris principia, & decisiones textuales, *l. si voluntate, C. de rescind. vendit. cap. cum dilecti, de empt. & vendit. & l.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. in contrarium existant: & tempore celebrati contractus, læsionem interuenisse requirant, nec ad eam attendunt, quæ postmodum superueniat: & infinitis relatis Authoribus, ita explicat Marius Giurb. *decis.* 105. *n.* 2. & addit *n.* 3. læsionem; ob quam restituitur minor, secundum tempus contractus iudicari, ex *l. verum. §. sciendum, ff. de minor.* & per multi iuris Interpretes, quos commemorat, sic notarunt: & repetit *decis.* 117. *n.* 18. vbi etiam citat quamplurimos.

Pinellus autem, 3. *p. d. l.* 2. *cap.* 4. *n.* 15. *fol.* 285. firmiter probat, quoad læsionem, & valorem rei, habendū esse respectū ad tēpus conuentionis, & contractus, idque deduci debere ab agente, vt articulus concludat. Sic sanè, cùm casus occurret, res hæc maturè definienda, & inspicienda erit.

Cæterum in terminis prædictis, & adhuc propositis, & generaliter, quādo ex causa necessitatis 134
Regni, vel propria, vel ob publicam vtilitatem,

Reges,& Principes infringerent contractus cum subditis initos, tenentur parti iustam satisfactionem, & recompẽsam præstare, vel acceptum reddere, *l. si quando, C. de operib. pub.* & notarunt Bal. And. Isern. Afflict. Feli. Dec. Mant. Ias. Crauet. Menoch. Cephalus, Antonius Gabriel, & Atius Pinellus, cum quibus D. Carolus de Tapia, *in dict. l. finali, ff. de constitut. Princip. 2. parte, cap. 9. num. 48 fol. mihi 261.* Gregorius Lopez, *in l. 49. tit. 18. part 3. glossa prima*, vbi sic scribit: *Talis gratia, cum his, qui venerunt ad habitandum, transit in contractum, & est irreuocabilis, nisi ex causa Princeps reuocasset, etiam cum graui præiudicio subditi: quod ego limitarem, si causa esset iusta, & concernens publicam vtilitatem, & facta satisfactione subdito de damnis, si quæ essent: vt in lib. 31. & ibi dixi supra eodem*, & in ipsa *lib. 31. Partita* dicitur, *ò alguna cosa, que fuesse à pro comunal del Reyno*, & ibi: *Que tornasse à pro, ò amparamiento de todos*, & inferiùs ibi: *Dandole cambio por ello primeramente*; & in l. 2. titulo primo, partita 2. ibi: *Tenudo es por derecho de le dar ante buen cambio, que vala tanto mas, &c.* Et idipsum cum aliis multis tradiderunt Alexander Trentacinquius, *variarum lib. 3. titulo de pactis, resolutione prima, numer. 28.* Phœbus, *decisione 94.* D. Garcia Mastrillus *de Magistratibus, libr. 3. cap. 4. ex num. 352. vsque ad num. 364. fol. 299.* Peregrinus, *de iure Fisci, libr. 1. titulo 3. numer. 67. in versiculo, quamobrem, fol. 22.* qui vt prædictas duas opiniones conciliaret in articulo proposito, an possit Princeps ex causa publicæ vtilitatis, reuocare contractum à se celebratum cum subdito, in hunc modum scripsit: *Quamobrem putarem, pro concordia sic posse dici, quod aut res agitur cum non subdito; & reuocari non possit: sic in specie Socin. consil. 87. colum. vlt. lib. 4. aut cum subdito, & tunc, aut Princeps præbet priuato recompensationem in pretio, vel in alia re æquiualente, prout tenetur facere, cum ex causa rem suam subdito aufert, sicuti latius scripsi in titulo de bannitis restitut. numer. 52. & eo casu, puto ex causa posse recedere à contractu; & rem, ex eo contractu quæsitam, subdito auferre: aut verò Princeps non præbet, seu non præberet restitutionem, & hoc casu verior videtur alia opinio: in quibus terminis præcisè loquitur Paul. Castrens. d. consil. & sensit Ruinus, in consil. 105. num. 8. in 5. nam alias contractus claudicaret; nam Princeps non impleret priuato, è contra autem priuatus Principi; consequenter negotium ad imparitatem iniquam redigeretur, & sic verè ad potestatis plenitudinem; & si Princeps aliter faceret, de facto, non iure faceret.*

135 Requiritur etiam, quando ex causa publicæ vtilitatis, vel ob necessitatem Regni, aut Regis, reuocarentur, aut alterarentur, contractus cum subditis celebrati, quod necessitas ita vrgeret, atque adstringeret, vt ei consuli, & prouideri aliter non posset, quàm si contractus ipsi infringerentur; ita sane post Socin. Curt. iun. & Parisium, quos citat, obseruauit Rolandus, *in consil. 76. num. 15. lib. 2. & in consilio 13. num. 68. lib. 3* Natta, *in consil. 63. num. 21.* & notanter *in consil. 175. per totum*, & maximè, *num. 4* Purpuratus, *in cons 580. num. 27. lib. 2.* & cum Alciato, & Socino iun. Menochius, *in consil. 75. num. 86.* Decianus, *in consil. 51. num. 31. lib. 3.*

136 Lata etiam lege generali, possent Principes, ex iusta, & necessaria causa, & Reipublicæ, seu Regno admodùm conuenienti, reuocare contractus, conuentiones, aut donationes remuneratorias, anteà factas, si alias ex ipsarum conseruatione, magnum damnum, & detrimentum, Regno, & Reipublicæ resultaret; sicuti egometipse, cum aliis multis Authoribus scriptum reliqui *in Comment. tom. 5. c. 89. n. 93. per totum*, vbi exempla proposui. Et vide Per. Anto. de Petra, *de potest. Princ. qu. 24. ex num. 112. cum sequentibus*, vbi latè explicat, an Princeps, legem generalem condendo, ius tertij auferre valeat, cum causa, vel absque ea: Mandellum de Alba, *in consil. 185.* Surd. *in consilio 210. numer. 64. & in consi. 313. num. 99.* nulla quoque lege condita, reuocari possunt contractus, conuentiones, & concessiones quæcunque vbi in magnum Regni, & Principatus detrimentum, & damnum redundent, prout inferius dicendum est, & dictum fuit *sup. c. 17.* exemplisque comprobaui *d. c. 89. ex num. 85. vsque ad num. 94.*

Causa autem iusta non præsumitur in Principe, vt à contractibus cum subditis initis recedere possit, sed de causa, iuridicè, & legitimè constare debet: ita sanè, ex sententia communi, & relatis aliis Authoribus, obseruauit Pereg. *de iure Fisci, lib. 1. titul. 3. num. 68 & 69. fol. 22. & in cons. 7. num. 2. lib. 3* Mieres, de Maior. *4. p. qu. 1. nu. 268.* D. Carol. de Tap. *ad d. l. final. ff. de const. princip. 2. p. c. 9 num. 46.* post Aquilin. qui innumeros Authores citat: Alexand. Trentacinquius, *variar. lib. 3. titulo de pactis, resolutione prima, num. 12. fol. 31.* Crauetta, *in consilio 993. num. 13. libr. 6.* Cephalus, *in consilio 23. numer. 48. libr. 1.* Vbertin. Zucardus, *in consilio 8. numer. 71.* latè Pet. Anton. de Petra, *de potestate Principis, cap. 32. §. circa secundam principalem conclusionem, concernentem materiam iuris naturalis, ex numero vno, cum sequentibus, fol. mihi 202.* qui concludunt, veriorem opinionem esse, quod causa in Principe non præsumatur in his, quæ sunt contra ius gentium, vel quando vult venire contra proprium contractum, aut dum aufert dominium de iure gentium quæsitum priuato. Quod tenent etiam permulti relati ab Antonio Gabriele, *lib. 3. titulo de iure quæsito non tollendo, conclusione 3. per totam, numer. 1. & secundo, & tertio*, vbi ex sententia quoque communi notauit, quod etiam si Princeps de causa assereret, non staretur eius assertioni, si aliàs legitimè de causa non constaret, Et relatis quamplurimis, notauit etiam Ignatius del Villar, *responso 8. num. 54.* & ita tenendum est, nec admittenda sententia contraria eorum, qui scripserunt in prædictis terminis causam præsumi; prout eos refert Anton. Gabriel, *vbi suprà, num. 4.* aliàs quidem frustratorium esset inquirere, atque controuertere, an Princeps possit contractus reuocare, & iuri acquisito tertio præiudicare, cum causa, vel sine causa? quod Interpretes adeo grauiter controuertunt, vt vidimus. Quia nunquam verificari posset, aut nunquam daretur casus, in quo disponeret sine causa, si causa semper præsumeretur; quod esset inane, & frustratorium, iuxta traditionem Felini, & aliorum, quos retuli *in commentariis tom. 3. cap. 28 sub num. 18.*

Vnde nec probari potest sententia eorum, qui dixerunt, sustineri posse opinionem illam quòd causa præsumatur, quando in concessione Principis facta in præiudiciũ tertij, vel reuocando propriũ contractũ, potest aliqua causa iusta verisimiliter imaginari; & hos sequitur Anton. Gabriel,

Gabriel, *dicta conclusione 3. num. 6.* cùm necesse sit, non modò causam sobesse, sed etiam exprimi, & de ipsa aliàs legitimè constare, nec solam Principis assertionem sufficere, vt dictum est. Vnde minus sufficere debebit, causam iustam imaginari, cùm eam imaginando, facilè quidem decipi valeamus: nec sola imaginatio, aut etiam præsumptio, sed existentia causæ realis, & vera requiratur; sicuti concludunt Parisius, *in consilio 81. num. 48. & seq. volum. 1. & in consilio 101. num. 71. eod. volum.* Ripa, *in responso 19. volum. 2.* Grammaticus, *decisione 65. ex num. 28.* Zazius, *in consilio 10. num. 11. volum. 5.* Fortunius Garcia, *in l. Gallus, § & quid si tantum, num 191. & seq.* & constat ex his, quæ ego metipse scripsi *in commentariis tom 3. dicto cap. 28. num. 15. & tribus sequentibus*, in eo dubio, vtrum in Principe, iuri alterius præiodicante, iusta causa præsumatur; & an ipsius assertio, siue expressio sufficiat; vbi alios Authores retuli, vltra relatos *suprà*: alios etiam, nunc addo, quos *ibidem* prætereo, & tres præcipuas opiniones, in ipsomet articulo adduxi *eo loco*, & nonnulla consideraui, quæ in vsu Forensi, & cùm casus occurrerit, præ oculis habenda, & seruanda sunt.

Et hactenus, an Princeps ex causa possit reuocare contractus, aut concessiones, siue dispositiones alias quascumque, quæ in contractum transierunt.

Nunc verò de priuilegiis agendum est, siue de concessionibus gratiosis, quæ in meris terminis gratiarum, & liberalitatis, siue priuilegij remanserunt, nec in contractum transierunt.

138 Dum ergo inquiritur, an Reges, & Principes reuocare possint, cum causa, vel sine causa, priuilegia gratuita: Quinta sit principalis obseruatio, seu conclusio, obseruando varias, & contrarias sententias in proposito extare, & nullum Recentiorum omnium, huc vsque scribentium (quamuis originaliter omnes euoluantur, & prælegantur) eas suo ordine, & distinctè retulisse, nec accuratè, & perfectè rem explicasse; atque ita, vt alio loco quærendi, & inuestigandi veras resolutiones, laborem, & studium excusauerit.

Prima itaque fuit opinio eorum, qui dixerunt, priuilegium subdito concessum posse Principes, & Reges, pro libito suæ voluntatis reuocare; & quod causa nulla requiritur, sed sola sufficit pro ratione voluntas. Adducuntur, atque excitantur ex textu, *in l. qui fundos, C. de omni agro deserto, lib. 11. & in cap. veniens, de præscript. & in cap suggestum, de decimis, & in cap. in nostra, de iniuriis, & in cap. finali, de sententia excommunicat. & in cap. 1. de constitut. libro sexto*, & ita notauit Ludou. Molina, *libro quarto, cap. 3. num. 18. folio mihi 142.* vbi tamen firmauit, ex his iuribus, neque ex aliquo aliorum, quæ ad huius opinionis comprobationem adduci solent, ipsam probari, aut fundari posse.

Tenuerunt autem prædictam sententiam, quod priuilegium absque causa, & liberè reuocari possit, antiqui Authores permulti, quorum mentionem fecit Anton. Gabriel, *lib. 3. tit. de iure quæsito non tollendo, conclusione 7. num. 1.* vbi multis etiam relatis, contrarium statuit, quando priuilegium non subdito concessum sit, aut Ecclesiæ, prout *ibi num. 10. & 11.* & cum Glossis, Abbate, Innocentio, Bartolo, Angelo, Baldo, Ancharano, Castrense, Burrio, Cardinal. Alexand. Felino, Iasone, Decio, Socino, Curt. iun. Ruin. Gozadino, Parisio, Capicio, Natta, Crauetta, & Marcabruno, hanc ipsam opinionem refert Pet. Surdus, *in consilio 419. num. 9 versiculo, Vltimò. si horum nihil obstaret, volum. 3.* & iidem ab eo relati concludunt, quod priuilegium merum, quando à Principe conceditur subdito, tanquam à Principe, sustinetur in vim gratiæ, vel legis, & lex non ligat concedentem, *l. Princeps, ff. de legibus, l. penul ff. de recept. arbit.* Item Princeps non potest legem sibi imponere, à qua non liceat sibi recedere, *l. si quis in principio testamenti, ff. de legatis 3. l. is potest, ff. de acquir. hered.* est enim tunc pro ratione voluntas; dummodò intelligatur, quod si priuilegium habet tractum successiuum, reuocari potest quoad futuros actus, licet non quoad præteritos, vt dixit Abbas, ab eodem Surdo relatus, & alij sequuntur, per eundem Surdum commemorati: qui etiam obseruant, quod hoc procedit, etiamsi priuilegium concedatur, aut concessio facta sit per viam contractus, vel stipulationis, si tamen pro tali contractu, nullum factum partis aduersæ, nullàve interuenit datio, vt per Iason. Bald. & Crauet. relatos etiam à Petro Surdo, qui addit, quod hæc opinio, cum priuilegium concessum est subdito, est indubitata, prout multi arbitrantur; cùm tamen concessum est non subdito, aut Ecclesiæ, quod omnes admittunt, reuocari non posse: & reddunt rationem, quia tunc non potest valere vt lex, sed sustinetur vt contractus, atque ita reuocari non potest; quia reuocatio fit ex plenitudine potestatis, quæ non potest exerceri nisi in subditos. Et hactenus de his, quæ circa primam hanc opinionem, ex aliorum relatione Pet. Surdus tradidit, *dicto numer. 9. & tribus sequentibus.*

Eandem etiam opinionem, quod priuilegium scilicet purum, à Principe subdito concessum, reuocari possit pro libito voluntatis, absque vlla causa; cum aliis, quos referunt, tenuerunt Decianus, *in consilio 80. num. 27. volum. 3.* Menochius, *lib. 2. præsumptione 10. num. 29.* quos, & Marcabruni, & alios refert Ioseph. Ramonius, *in consilio 24. num. 71.* Peregrinus, *de iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 19. & 20. folio 15*: vbi quod Princeps potest reuocare pro libito suæ voluntatis, priuilegia subditis concessa, etiam post ius quæsitum. Et reddit rationem, quia priuilegium, lex priuata est in derogationem iuris communis; Princeps autem supra legem est, idcirco lege sua non ligatur, etiam absque alia causa, vltra eius voluntatem, quia pro causa sufficere dicit, quod ipse concessit; & huius opinionis Authores recenset Bartol. Bald. Alexand. Angel. Butrium, Abbatem, Socin. Felin. Decium, Iason. Curt. iun. Afflict. Nattam, & Menochium. Et explicat *num. 10.* hanc opinionem procedere, dummodò constet; Principem voluisse priuilegium concessum reuocare, nec sufficere quod alicui concesserit, quod prius in alium contulerat. Et latiùs prosequitur *vsque ad numerum 24.* Carolus etiam de Tapia, *ad l. finalem, ff. de constitut. Princip. 2. part cap. 9. num. 56. folio mihi 163.* qui vt certum resoluit, priuilegium ex liberalitate concessum, ex quo dominium non transfertur, posse ex sola voluntate Principis absque causa reuocari; & citat ita tenentes Bald. Anton. Butri. Panormitan. Felin. Decium, Matti. Laud. Bellugam, Romanum, Afflictum, Riminald. sen. Cort. iun. Purpurat. Parisium, Capicium, Grammaticum, Bos-

ctui,& instrumento adscriptam, beneficiò illo, & actione *dicta l.* 2. renunciantem priuare, nec ex eo, vim propriam amittere, quod in eodem contractu facta sit à maiore viginti quinque annorum renunciatio. Et in *fine dicti numeri* 4. sic scribit: *Quamobrem, quamuis sæpissime viderim in forensium causarum allegationibus proponi renunciationem dictæ constitutionis secundam inualidam esse, eo quod in eodem venditionis instrumento scripta sit, variéque id à iudicibus admitti, & refelli; profectò non video; cur ea allegatio admittenda sit.* Statim autem, *numero* 5. ipse Didac. explicat in hunc modum: *Cæterum vbi læsio non tantum contigerit vltra iusti pretij dimidium; sed præterea grauissima, & vt nostrates loquuntur, enormissima sit, adhuc obtinet actio ex dicta l. 2. poteritque deceptus, ex ea agere, etiamsi expressim renunciauerit eidem constitutioni, eámque renunciationem iuramento præstito stabiliterit; donaueritque quantitatem iustum pretium excedentem, eiúsue dimidiam partem, præmissa scientia iusti pretij asseueratione. Quandoquidem hæc renunciatio, eique adhærentes clausula, tunc demum vim habent, cum læsio vltra dimidium mediocris est: non sic, vbi is excessus ad grauissimam læsionem pertinet; quo quidem casu, læsio ipsa re contingens dolo æquiparatur, &c.* Vbi dicit, ità colligi ex traditis per Calderinum, & alios *ibi* relatos. Et hactenus Didacus Couarruuias, qui non satis distinctè, & apertè seipsum explicat (prout ego nunc vltra omnes, quos adhuc viderim, considero) vtrùm scilicet intelligat id procedere, quando specialis renunciatio facta fuit constitutionis *dicta l.* 2. & eidem instrumento, & contractui adscripta, vt tunc enormissimæ læsioni renunciarum non videatur, ob renunciationem specialem legis illius. An verò intellexerit, vt id procedat, etiamsi enormissimæ læsioni renunciarum sit, vt non obstante renunciatione speciali enormissimæ læsionis, adhuc ob enormissimam læsionem agi possit ad rescissionem contractus. Voluit ergo Didacus, expressè, renunciationem *dicta l.* 2. non tollere ius impugnandi contractum, ob enormissimam læsionem: omittit tamen, siuè expressè non decidit casum, quo renunciatio specialis enormissimæ læsionis facta sit; supponit tamen, renunciationem eo casu non nocere. Sic sanè Ludouicus Molina, *de Hispanorum, primogenijs, lib.* 2. *capit.* 3. *numero* 19. *&* 20. in eo sensu, Didaci ipsius traditionem accepit, vt voluerit, etiam non obstante renunciatione specifica enormissimæ læsionis, infringi debere contractum, ob enormissimam læsionem; & eo loco, sic scribit: *Quod comprobatur ex eo, quod quamuis verum sit, quod ex renunciatione enormissimæ læsionis, quæ & specificè, atque ex professo facta fuit, rescissio contractus, ex læsione vltra dimidiam contingenti, exclusa censeatur; non tamen ex quacunque amplissima, atque specifica renunciatione, exclusa censebitur ea læsio, quæ vltra dimidium in magno excessu contigerit, etiamsi ea renunciatio geminata fuerit, atque ex interuallo processerit, &c.* Et citat Couarrun. & quam plurimos Authores sic tenentes.

113 Ioannes verò Matienzus, *in l. prima, titulo* 11. *libro* 5. *glossa* 8. *numero octauo*, rectè præmittit, quod si deceptus vltra dimidiam, renunciet generaliter omnibus beneficiis sibi competentibus, nullum sibi infert præiudicium ex hac generali renunciatione, nec amittit beneficium *dictæ l.* 2. quippe cùm renunciatio specialis esse debeat, nec generalis sufficiat, prout ex aliis Authoribus comprobat, & Didac. idem Couarr. notauit, & cum multis Ceuallos, *commun. quæst.* 511. *num.* 10. vnde minus sibi præiudicauit quoad læsionem enormissimam, cùm ea, à generalitate renunciationum, semper videatur excepta.

Statim autem, Matienzus metipse, *numero* 41. *&* 43. in effectu resoluit, quod renunciatio specialis *d. l.* 2. *C. de rescind. vend.* tollit eius legis remedium, etiam si læsio ignoretur ab eo, qui læsus fuit, idest, quod verum valorem rei ignorauerit. Quod intelligit, dummodò renunciatio fiat in alio instrumento seorsum, non in ipso venditionis, aut principalis contractus; sequutus in hoc Calcanei, *in consilio* 25. *n.* 27. sententiam, quam tamen Didac. Couarr. improbauit. Vult igitur expressè Matienxus, renunciationem non tollere illius legis beneficium, nisi renunciatio fiat ex interuallo, atque in alio instrumento; nec nocere, si in eodem instrumento facta sit. Et inquit, sibi admodùm placere, quoniã huiusmodi clausula renunciationum, potius ex tabellionum stylo, quam ex contrahentium cõsensu in contractibus adscribuntur, quamobrem nisi post contractum ipsum, ex interuallo fiant, parum roboris habere videntur, quia non ex deliberatione procedunt.

Et hactenus Matienxus, qui enormis læsionis respectu, cùm ita statuat, quidquid Cou. & alij plures, contrarium tenuerint: multo magis in enormissima læsione, id statuere videtur, & consequenter intendit, renunciationem *dicta l.* 2. etiam specialem, non excludere, quin ob enormissimam læsionem agi possit ad rescissionem contractus. Et idem sentit apertè, quamis læsioni enormissimæ renunciatum fuerit expressè, nisi renunciatio seorsum, atque in alio instrumento facta sit.

Verè tamen, in contrarium extat communior, & verior Scribentium sententia, enormi læsioni, & sic decisioni *d l.* 2. renunciari posse, & renunciationem specialem valere, renuncianti que nocere: idque maximè, si cum iuramento facta fuerit; prout Didac. Couarr. *var. lib.* 2. *dict. c.* 4. *n.* 3. cum aliis doctè defendit, & *in summario dicti n.* 3. sic scribit: *Renunciatio specialis, etiam eidem contractui ad scripta, hoc beneficio, & actione, renunciantem priuat.* Et sequitur Molina, relatus *suprà*: tenneront etiam Osascus, *decis.* 41. *n.* 8. Menoch. referens plures, *in cons.* 401. *n.* 164. *cum seq. & n.* 183. *& in consilio* 843. *num.* 31. *& in consilio* 844. *num.* 19 *&.* 40 Fachineus, *in consilio* 22. *num.* 6. *lib.* 2. Ceuallos, *dicta quæstione* 511. *numero primo, &* 2. Mancinus, *de priuilegiis iuramenti, parte* 4. *in primo effectu, quæstione* 8. *versiculo, nec facit, quod in decisione*, & *quæstione* 13. *numero* 10. 11. *&* 12. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, & veriorem in puncto iuris: Seraphinus, *de priuilegiis iuramenti, priuilegio* 83. *numero* 85. *&* 111. vbi inquit, hanc esse magis communem opinionem, & in iudicando, & consulendo, ab ea non esse recedendum, tenent etiam permulti alij à Blaxio Florex Diaz de Mena relati, in loco statim commemorando.

Decipitur ergo Ioannes Matienzos, contrarium statuens, & requirens, quod seorsum in alio instrumento renunciatio facta sit; cùm in terminis læsionis enormis, & *dicta l. C. de rescind.*

cind. vindit. specialis renunciatio eius legis sufficiat; nec quod seorsum in alio instrumento fiat, requiratur: vt contra Calcaneum, & ectius Didac. Couarrun. defendit, & Matienzum malè sequitur Azeuedus, *in dicta l. prima, titulo 11. lib. 5. num. 16.* qui tamen antea, *num. 10.* contrarium admittere videtur, dum se refert ad Didac. ipsum Couarr. Padillam, & Gutierrez, Morla autem, *emporij, titulo de contrahenda empt. quaest. 24. num. 7. versical. tertia propositio.* vnam, & alteram refert opinionem, & Didaci Couarruuias placitum probare magis videtur.

Dubium ergo, & controuersia quoad enormissimam læsionem versatur, vtrum inquam, si quis enormissimæ læsioni renunciauerit specificè, sibi præiudicet, vel non; idque expressè attigerunt Ioannes Guttierrez, *tribus in locis*, Mascardos, Ludouicus, Molina, Matienzos, Osascus, Thesaurus, Seraphinus, Padilla, Burgos de Paz, Ioseph, Ludouic. M. Anton. Eugenius, Ioan. Botta, Carol. Anton. Puteus, Cald. Pereira, Sfortia, & Bonifacius Rogerius. Horum specificam magis relationem, consultò prætereo, quod ipsos in vnum congesserit Bla-

114 zius Florez Diaz de Mena, *in addit. ad decisionem Gama 66. fol. 40.* vbi in hunc modum controuersiam prædictam dissoluit: *Communis resolutio est, quod renunciatio iurata, siue remediorum in genere, siue in specie, dicta l. 2. nihil operatur, existente læsione enormissima, longè vltra dimidium iusti pretij, quia ex tali renunciatione præsumitur dolus saltem re ipsa. Imò etsi læsioni sic enormissima esset renunciatum, nihil etiam operaretur ex æquitate, licet plures ex supra dictis, & infiniti ab eis citati, contradicant: sed verior est hæc opinio quæ in iudicando, & consulendo seruatur. Ex quo infertur, geminationes, & verba admodum pragnantia, & generalia, ex quibus etiam dictæ læsioni videtur renunciatum, nec aliud potest dici salua ratione recti sermonis, nihil operari; contra plures allegatos à Caldas, & Gutierrez & aliis vbi supra.*

Hactenus is Author, atque ex sententia quamplurimorum (vt vides) & conuenit Morla, *empory, titulo 9. de contrahenda emptione, quaest. 24. num. 9. versiculo vltima, fol. 429.* vbi expressè affirmat cum aliis, renunciationem etiam iuratam nihil operare, nec renunciantis nocere, quando interuenit enormissima læsio, idque ratione doli præsumpti.

115 Morquechus etiam, *in tractatu, de diuisione bonorum, lib. 4. cap. 5.* videndus *ex num. 47. vsque ad numerum 60.* cum dubium ipsum excitasset, an scilicet enormissimæ læsioni renunciari possit cum iuramento à minore, vel à maiore absque eo, ita vt contra renunciationem reclamare, aut venire non liceat? Primo loco refert Socin. iunior. & Cagnolum dicentes, quod ex enormissima læsione præsumitur dolus, secundum communem opinionem Doctorum; & quia est dolus præsumptus, renunciari potest. Et redditrationem, quia nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt; *l. nemo videtur, ff. de regul. iur. cap. scienti, de regul. iuris lib. 6.* & quod ita se habet magis communis opinio in laudo iurato, quando specificè, enormissimæ læsioni est renunciatum, vt tradit Anton. Gabriel, *ibi* relatus.

116 E contrario tamen loquitur, quod ex læsione enormissima, dolus ex proposito, & verus præsumitur: & *num. 48.* refert plures Authores, sic tenentes. Et ex eo, cùm donatio præsumi non possit, vt *in l. Campanus, ff. de vsuris, l. cum de indebito. ff. de probat.* non est verisimile, quod quis passus fuerit, adeò enormiter se lædi, nisi ad id dolosè, & per insidias inductus sit, vt obseruant Corneus, & Craueta, *ibi* relati *num. 49. & 50.* qui inde inferunt, quod licèt quis renunciet dictæ læsioni enormissimæ, contrauenire potest, obtenta absolutione à iuramento, si iurauerit; & multò magis, si non iurauerit, quia qua facilitate inducitur quis ad contrahendum, eadem inducitur ad renunciandum. Et *num. 51.* refert Morquechus, Gratum, Aufrerium, Castrensem, Socinum, Corneum, Decium, & Currium iun. dicentes, quod enormissimæ læsioni non possit cum iuramento renunciari, quin contra renunciationem veniri queat: & addit *num. 52.* quod id procedit non solum in minoribus, sed etiam in maioribus, enormissimæ læsioni renunciantibus. Et quod ista est communis opinio, vt dicunt Curt. iunior, decisio Pedemontana, & Seraphinus, *ibi* relati, & quia clausula renunciationis de enormissima læsione, potius ex consuetudine notariorum, quàm ex consensu partium apposita censetur, vt tradiderunt Authores, *ibi* relati, *num. 53.* vbi iterum repetit, quod non obstante dicta renunciatione cum iuramento, de enormissima læsione, quæ interueniat, tam minor, quàm maior audiri debeat, & latè probasse Alciat. & Ioann. Gutierrez, in duobus locis *ibi* relatis; & concludit, quod hæc opinio, sibi verior, & æquior videtur, & secundum eam vidit iudicatum.

Iuxta superiora ergo; pro vna & altera parte duæ in proposito extant sententiæ, & opiniones; altera est affirmatiua, læsioni enormissimæ renunciari posse, ita vt renuncians, enormissimè læsus, reclamare, & contrauenire contractui, & renunciationi non possit; siuè sit minor 25. annis, & iurauerit, siue maior absque iuramento. Et hanc partem sostinent post Bartol. & alios Antiquos, Bertrandus, *in consilio 1. libro primo,* Ioann. Baptist. Perusinus, *in tractatu de arbitris, lib. 7. cap. 11. num. 1.* Tobias, Nonius, *in consilio 67. num. 51.* Beroius, *in consilio 49. num. 31. in versiculo, praeterea, & in consilio 51. num. 16. versiculo, respondeo, & aliter lib. 1.* Lancelot. Galiaula *in consilio 32. num 32.* Cephalus, *in consilio 403. num 45. lib. 3.* Menochius, *in consilio 401. num. 165. & sequentibus, & num. 178. & num. 183. & num. 216. lib. 5. & dicto num. 183* in hunc modum scribit: *Septimo considero, non mediocriter, quod in specie renuntiatum est læsioni enormi, ac etiam enormissimæ. Quæ sane renuntiatio sustinetur sine controuersia quoad læsionem enormem: imò & quoad enormissimam sustineri clarè affirmarunt Imola in dicto capitul. cum contingat, num. 56. de iureiurand. & apertius Beroius, in consi. 51. num. 16. versiculo respondeo, & aliter. lib. 1. & in consilio 174 in fine, lib. 2. Parisius, in consilio 20. num. 36. lib. 1. & Alciatus, in responso 123. num. 6. & quamquam, quoad læsionem enormissimam dissentiunt Corneus, in consilio 179. columna vltima, lib. 4. Alciatus responso 496 num. 9. versicul. ego tamen, & Craueta, in consilio 142. num. 23. & in consilio 192. num. 10. attamen, quando adest sola enormis læsio, non dissentiunt, quia renunciatione specifica, illa tollatur.* Et repetit idem Menochius, *in consilio 1011. num. 60. lib. 12.* Bauerius, *de iuramento, num. 112.* Cæsar Bargalius, *de dolo, lib. 1. cap. 2. num. 42. versicul. ex aduerso,* Antonius Gabriel, *commun. opinion. titulo de arbitris, conclusione 3. num. 39. & 44 in*

fine, vbi dicit, banc esse magis communem opinionem, & pro ea refert multos Authores: tenent etiam eandem opinionem Euerardus, *in Centuria legali, in loco, à virtute iuramenti, num.* 63. Sylu. Aldobrandinus, *in consilio 26. num.* 36. Tuschus, *tom. 3. litera L. conclusione 494. num. 44. versiculo amplia multo magis.* Ceuallos, *commun. contra commu. quæst. 511. num.* 5. & ij omnes asserunt, renunciationem enormissimæ læsionis nocere renuntianti, & effectum. Et quod renunciatio specialis excludit præsumptionem doli. Et quod non potest maior, qui renuntiauit, contrauenire ratione enormissimæ læsionis, etiam petita, & obtenta absolutione à iuramento. Nec etiam minor, & ex antiquis Doctoribus tenuerunt plures, quos iidem Authores commemorant, & inter alios Abbas, *in cap. quemadmodum, §. finali, num. 14. & in cap. Quintauallis, de iureiurando*, Ioannes Calderinus, *in disputatione sua*, incipien. *Duo litigantes*, quem refert & sequitur Ioannes Andr. *in addit. ad Speculatorem, titulo de arbitris, §. finali, versiculo si factum sit compromissum*, Iacob. Butrigar. *in l. penul. C. de arbitris, & in l. si vnus, §. illud*, vbi etiam Guillelm. de Cun. *ff. de pactis*, Hostiensis, *in cap. Quintauallis, colum. 4. versiculo sin autem specialiter, & expresse*, & *versicul. & hoc vltimum teneas*, Salicet. *in l. cum antea quæst. 7. C. de arbitris*, Castrensis, *in consilio 255. versiculo. Tertia fuit opinio, lib. 2.* Anton. Gabriel, *commun. lib. 2. titulo de arbitris, conclusione 3. num. 39.* referens multos, Cephalus, *in consilio 121. numero 7. lib. 1.*

Altera fuit opinio negatiua, & omnino contraria, enormissimæ læsionis renunciationem non impedire, quin enormissimè læsus reclamare, & contrauenire possit contractui, ac si non renuntiasset; & hanc sententiam tenuerunt permulti Authores, relati ab Antonio Gabriele, Didaco Couarruu. Ludouic. Molina, Blasio Florez Diaz de Mena, & Morquecho, *in locis relatis suprà*, & cum Alexand. Iasone, Decio, Cephalo, & Seraphino, magis probauit Cels. Bargalius, *de dolo, lib. 2. cap. de dolo re ipsa, ex nu. 32. fol.* 191.

117 Antonius vero Gabriel, *dicta conclusione* 3. *num* 50. & 51. inquit, quod magis communis opinio, quæ tenet, enormissimæ læsioni renunciati posse; procedit, quando clarè constat, dolum ex proposito non interuenisse; secus in dubio: vel quod dictæ opinioni magis communi erit locus de rigore iuris; contrariæ, de æquitate, secundum Abbatem *ibi* relatum.

Sed improbat Seraphinus hanc concordiam, *priuilegio iuramenti* 136. *num.* 16. & 17. Morquechus, *dicto cap 5. lib. 4. num.* 54. ea ratione, quod nunquam præsumi potest in dubio, quod consensus in tali renuntiatione interuenerit, sed potius dolus ex proposito præsumitur in fauorem eius, qui renuntiauit, & enormissimam læsionem passus est.

Verè tamen (prout ego considero) non ita simpliciter concordia hæc reiici potest, si enim constaret, aut ex qualitate rerum, & personarum, & aliis circunstantiis occurrentibus, natura etiam, & subiecto negotij, de quo agitur, deduci posset, dolum ex proposito non interuenisse; imo eum in cuius fauorem enormissimæ etiam læsioni renuntiatum est, bona fide, atque ita se gessisse, & habuisse, vt ex renunciatione ipsa dolus malus argui non posset, nec alius quam ex re ipsa resultans; tunc sane, iuridicè tentari posset, opinionem eorum admittendam, qui enormissimæ læsioni renunciari posse, scripserunt; atque ita arbitrio, & Religioni iudicis, res hæc securius relinquitur; qui ex personis, & rebus, & cæteris, quæ occurrent, id congruentius definire poterit, quam aliqua regula, aut resolutione generali terminetur: cùm nulla possit omnibus casibus, rebus, & personis, æqualiter conuenire. Sic sanè, aliquando vidimus, secundum hanc opinionem iudicatum, & pronuntiatum in Regio Granatensi prætorio, & in Galleciæ, & Hispalensi Senatu, quia nullo modo argui potuit dolus contrahentis, in cuius fauorem enormissimæ læsioni renuntiatum fuit. Aliquandóque, contrariam opinionem, in eisdem Regiis Tribunalibus, & aliis, seruatam scimus, quia vltra præsumptionem doli re ipsa, ex enormissima læsione resultantis, non leues doli, & fraudis præsumptiones aderant: Iudex ergo prudens, & religiosus, hæc omnia iuridicè, & maturè æstimabit, atque considerabit; & in dubio, doli re ipsa, ex enormissima læsione resultantis præsumptio, magnam semper vim habitura erit, vbi ex aliis circunstantiis, & qualitate rerum, & personarum, præsumptio ipsa doli re ipsa non elidatur.

Sanè in terminis illis, in quibus Morquechus, *dicto cap. 5. lib. 4. num. 55. & tribus sequentibus*, opiniones contrarias conciliat, admitti forsan posset opinio prædicta, quod enormissimæ læsionis renunciatio, renuntianti noceat; quia non potest considerari differentia ab aliis terminis, in quibus læsioni ordinariæ *l. 2. C. de rescind. vendit.* renuntiatum est; & tamen renunciationem eius legis, quæ est enormis læsionis, tenere, magis communiter probatum est; vt ex Didaco Couarr. & aliis dixi *suprà*: & quia tunc propriè militat ratio illa, quod scienti, & consentienti, nulla fit fraus, nullúsque dolus, aut iniuria. Morquechus ergo, *ex dicto num 55. & quatuor sequentibus*, constituit, sibi videri, quod concordia, & intelligentia Antonij Gabrielis posset habere locum, quando renuntians læsioni enormissimæ, fuit certior factus, quæ enormissima læsio sit, & sponte illi renuntiauit, & de hoc coöster aliter, quàm per assertionem notarij: nam licèt clausulæ in instrumentis positæ à notario, censeantur de voluntate partium positæ, secundum magis communem opinionem, pro qua plures citat Authores; tamen dicta certioratio de enormissima læsione, & eius qualitate, non est solita apponi in instrumentis à notariis, & ideo illis non est credendum, quia non præsumitur ex voluntate contrahentis, & renuntiantis posita. Et sic, quando constaret de dicta renuntiatione sponte facta, præcedente dicta certioratione; dolus excluditur, *ex l. nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt, ff. de regul. iur.* & concludit *num.* 59. quoad hoc, si renuntiantes sint imperiti, vt mulier, rusticus, minor, illis de æquitate succurrendum videtur; quia facilitate quadam inducti videntur, ad apponendam dictam clausulam, sicuti Bartol. *ibi* relatus, notauit. 118

Item, si enormissimæ læsionis renuntiatio, in alio instrumento fieret seorsum, non in ipso instrumento, securius videretur forsan, quod eadem opinio admitti posset; quia maxima cum deliberatione, & ex libera omnino voluntate renuntiantis, procedere videretur; atque ita do- 119

lus

lus malus abesse; ex quo non eadem facilitate, qua quis tantam læsionem patitur, videri potest renuntiationi consensisse, sed maiori cum deliberatione, cùm ex interuallo, & in alio instrumento renuntiet. Sic etiam forsan, in læsione ipsa enormissima obtinere, & procedere poterit Calcanei placitum illud, quod adduxit, & probauit Matienzus, *in dicta l. prima, titulo 11, lib. 5. glossa 8. num. 42.* de quo *suprà*, quamuis in enormi læsione, sola specialis renuntiatio fiat, etiam in eodem instrumento adscripta, nec sit necesse quod in alio instrumento seorsum fiat, sicuti contra Calcaneum, & Matienzum, cum Didaco Couartuu. & aliis probaui *numeris praecedentibus.*

Seclusis autem his casibus, aliquando (vt dixi) vna opinio, aliquando verò alia, ex diuersitate qualitatis rerum, & personarum, atque ex subiecta materia casus occurrentis, recipienda, & probanda erit. Sæpè tamen seruatur opinio illa, quod renunciatio enormissimæ læsionis non obstet, sed adhuc reclamare, & contrauenire renuntians possit, sicut Blasius Florez, Diaz de Mena, relatus *suprà, decisione 66. ad Gamam* notauit. Aliquando etiam obtinuit, renuntiationem cum effectu seruandam esse, virésque, & robur habituram, vt renuntianti noceat, si præsumptione liberæ voluntatis, & alicuius iustæ causæ interuentu iustificetur, atque ex proposito, & principaliter, non accessoriè, aut ex stylo notariorum fieri, prout comprobari potest ex traditis per Tiraquellum, *de retractu lignagier. §. primo, glossa* 18. *n.* 16. cuius statim specificam faciam mentionem, Sarmientum (quem vide) *select. lib. 1. cap. 11. n. 5.*

120 An autem, enormis, aut enormissimæ læsionis remedium cesset, si in venditione, aut alio actu, seu contractu dicatur, *& quod pluris valet, aut interest, dono:* ita quod læsus, eam quantitatem, quæ iustum pretium excedit, donauerit; dubitari solet communiter. Anton. Gomez. *variar. tom. 2. cap. 2. de emption. & vendition. num. 26* resolutiuè inquit; quod adhuc læsus agere possit, quia verba prædicta non debent referri ad magnum pretium, sed ad modicum, argumento *l. hac adiectio, ff. de verborum signficat. & in l. cum furti, ff. de iureiurando,* atque ita non excludunt ius agendi ob enormem, aut enormissimam læsionem. Et disputationis gratia, hanc opinionem defendi posse, dixi Morla, *emporij parte 2. titulo 9. de contrahenda emptione, quæst. 20. num. 2. & sequentibus, fol.* 424. vbi suo ordine satisfacit, responsúmque præbet omnibus fundamentis partis contrariæ, & id ipsum, in effectu probauit Matienzus *in l. prima, titul. 11. lib. 5. glossa* 8, *num.* 44. si clausula prædicta, *& quod plus valet, dono,* in eodem venditionis, aut alterius contractus instrumento apposita sit; secus autem si seorsum apponatur in alio instrumento; tunc namque inquit, quod læso, qui maiorem rei valorem, & æstimationem donauit, nocebit, & Matienzium sequitur Azeuedus videndus, *in eadem lege prima, num.* 29. Sarmientus verò, *selectarum lib. 1. cap. 11. num. 4. per totam, fol.* 47. constanter defendit, falsam esse opinionem Bartoli, & aliorum, quos referunt Tiraquellus & Antonius Gabriel, *ibi* commemorati, dum existimant, quod si venditor rei sit læsus vltra dimidium iusti pretij, non habet remedium *lib. 2.* si adiiciat in venditione, se donare id, quod pluris res est, emptori, si sciens, hoc fecerit; & reddit rationem, quia licet quis possit donare liberè, tamen ex causa emptionis non valet donatio. Et quando prima intentio est vendendi, quocunque modo apponatur clausula prædicta, nihil operatur, nisi exprimatur quòd donationis causa, minoris venditur; vt *in l. si quis donationis causa, ff. de contrab. empt.* & addit, quòd hoc est singulare, nec ab aliquo, ita declaratum; & latiùs exornat.

E contrario tamen, quod læsionis remedium cesset omnino, adiecta clausula prædicta, *& quod pluris, est dono*; ita quod læsus agere non possit, etiam si in eodem venditionis, aut alterius actus, vel contractus instrumento adscripta fuerit, tenuit Ripa, *responso* 138. *num.* 4 dicens hanc esse communem opinionem. Et sequuntur nonnulli relati à Ceuallos, *commun. contra commun. quæstione* 511. vbi ipse, hanc eandem opinionem amplectitur: Aldobrandinus etiam, *in consilio 26. numero* 55. Didacus Couarruu. *variarum lib. 2. cap. 4. num. 6. fol. mihi* 538. vbi securè, & constanter affirmat, quod si læsus alteri donauerit in eodem contractu, eam quantitatem, quæ iusti pretij dimidiam excedit, ea donatio, quasi liberè facta, læsum vltra dimidiam, beneficio *dicta l. 2.* priuat; dummodo expressim donetur id, quod excedit, vel deest ad iusti pretij æstimationem, quæcunque ea quantitas sit; prout latius *ibi* videri potest. Et idem defendunt Galiaula *in consil. 32, num.* 35. Hippolyt. Riminaldus, *in consil. 814. volum 7,* Ioann. Bsptist. Costa, *remedio subsidiario 47. num. 9. fol.* 140. & ita iudicando, & consulendo, hanc opinionem seruandam esse, quamuis contraria posit sustineri disputationis gratia, dixit Morla, *emporij parte 2. dicto tit. 9. de contrahenda emptione, quæst. 20. num. 1. & quæst. 24. num. 7.* vbi ex mente Didaci Couartuu. duos casus distinguit, & concludit, clausulam dictam operari, & donationem valere, quando dictum fuerit, donari quod excedit, vel deest, si sit vltra dimidiam, vel in quacunque quantitate; vt latius *ibi*.

Retenta autem hac opinione, facili negotio responderi, atque satisfieri potest his, quæ nouem, & subtiliter D. Franciscus Sarmientus considerauit, licèt eidem nullus hactenus satisfaciat, nec respondeat: nullibi enim cautum reperitur, quod is, qui liberam rerum suarum administrationem habet, siue qui liberè donare potest, ex causa emptionis donare non posit, hoc est, remittere partem pretij, quæ excedit, vel deest ad iusti pretij æstimationem, cùm remisio ea non alteret, nec mutet naturam contractus, nec minus sit contra substantiam eius: contractus saue omnia substantialia in se habet, nec ob dictam clausulam eius natura immutatur, sicut Hippol. Rimin. *in loco relato suprà*, non obscurè præsentit. Item, quamuis prima intentio sit vendendi, aut alterum actum, seu contractum celebrandi, quocunque modo apponatur clausula prædicta, nihil operatur, nisi exprimatur quòd donationis causa, minoris venditur, sicuti ex *d. l. si quis donationis, ff. de contrabenda empt.* Sarmien. deducit: Et hoc modo, communem opinionem impugnat. Attamen considerare debuisset, in terminis nostris, satis aperte videri exprimi, quod donationis causa minoris venditur, ex quo facta emptione, aut venditione minoris, statim adiicitur clausula prædicta, donari id, quod pluris res est. Quando ergo præcisè necesse sit, quòd exprimatur, quod donationi-

donationis causa minoris venditur, sufficere debet quod eo modo, vel æquipollent, & eundem effectum habente, id exprimatur, prout adiecta d. clausula exprimi, negari non potest; & duntaxat attendi debet, an voluntas, & intentio donandi interuenerit, prout adiectis dictis
121 verbis interuenit apertissimè. Idque maximè, attenta singulari And. Tiraq. obseruatione, quam cæteri Recentiores non ponderant. Is enim, *de retract. lignag. §. 1. glos. 18. ex num. 11. cum seqq. fol. mihi* 164. adductis opinionibus in proposito articulo. Vtrum læsionis remedium excludatur ex eo dono; ita notanter, & maturè, rem hanc resoluit, vt resolutio ea, non modo huic casui, sed etiam casibus superioribus, à me supra explicatis, memorabilem præstet explicationem; & obseruationem nostram eisdem adhibitam comprobet, quatenus iudicis arbitrio semper existimamus rem ipsam relinquendam, rerumque, & personarum, & casuum occurrentium qualitates, & circunstantias attendi, & perpendi debere; sic ergo scripsit Tiraquellus, *eo loco, num. 16. In hoc autem, illud animaduertendum est, quod si illa clausula sic perfunctoriè, & veluti more, & ex stylo notariorum posita, vt in multis locis fieri assolet, & propè semper, vt attestatur Angelus expressim de hoc ipso loquens, in d. lib. 2. C. de rescind. vendition. crederem, eam non esse magni momenti, tum per ea, quæ scripta sunt ab his, quos citauimus: tum & per ea quoque, quæ latè diximus in d. l. si vnquam, in principio, num. 122. At ex animo non leuiter & per neglectum, non oscitanter fuerit apposita, quod ex verbis, & forma eius donationis apparere potest, & ex qualitate, & conditione contrahentium, vt etiam videtur intellexisse Bartol. vbi supra, certè scienter videtur apposita, vt donationem eius, quod pluris est, operetur. Id quod totum arbitrio iudicis relinquendum est, vt etiam tradit Fabian. à Monte, tractat. de emption. & vendition. in 8. part. princip. in 4. quastion.* Hactenus Tiraquellus, qui statim, *n. 17.* adducit aliud, memorabile quoque, & summè notandum ad donationes remuneratorias Principum, eas scilicet, quæ ob benemerita, & seruitia, assiduè ab ipsis fiunt, ac in illarum instrumentis apponi solent dictæ clausulæ renunciationis, læsionis cuiuscunque, etiam enormissimæ, & quòd donatur quod plus fuerit in donatione, quàm in meritis, aut seruitiis; in hunc itaque modum Tiraquellus, *d. num. 17.* scribit: *Vt tamen te non fugiat, quod scripsisse dicitur Azo ille, vbique à nostris laudatus, in summa, titulo, de rescindenda venditione, quod si venditor dixit se donare, quod pluris res vendita valet, pro meritis, & seruitiis emptoris; non est locus d. l. 2. de rescindenda venditione: ita enim eum refert & sequitur Baldus, in l. si quis donationis, ff. de contrahenda emptione: quasi scilicet, propter eam meritorum mentionem, id videatur serio, & scienter factum; quamuis Azo in meo Codice nihil dicat de meritis: & facit etiam quod scribit idem Baldus in l. per diuersas in 3. quæst. C. mandati; & Alexander consilio 18. in causa column. 2. versiculo tertio responderi potest, lib. 3.* Hactenus Tiraquellus, qui Baldi notabilem doctrinam expendit ad hoc, quod quando venditio, aut alter contractus miscetur simul in pecunia, & seruitiis, quamuis pecunia non æquiualeat, nec æquetur pretio, suppletur pretium ipsum per æstimationem seruitiorum, vt læsionis remedium cesset omnino: quod specificè, & in indiuiduo tradidisse videtur Baldus, *in dicta l. si quis donationis*, dum in hunc modum scribit: *Ista lex inducitur in argumentum, quod si in instrumento venditionis apponantur ista, verba: Et si res esset melior dicto pretio donauit ei pro bonis meritis, & seruitiis, &c. quod venditor perdat per hoc beneficium lib. 2. de rescindenda venditione; & non possit venditor dicere se fuisse deceptum vltra dimidiam iusti pretij, & ita videtur velle Azo, in summa illius tituli, supra, de rescind. vendit. &c.*

Et hactenus de quarta obseruatione in hac materia, à qua multum disgressi fuimus, vt de enormissima læsione, & præfatis dubiis propositis, superiora, adeo necessaria, & vsufrequentia traderemus, quæ eo ordine composita, & sic digesta, & explicata non erant antea; vt vides.

Sit ergo, continuando eandem, & princi- 125
palem huius capitis materiam, & tractatum quinta conclusio, & obseruatio, vtrum scilicet Reges, & Principes possint reuocare contractus cum subditis initos, & celebratos cum causa; quæ scilicet de nouo superueniat, & præuisa, & cognita non fuisset tempore contractus ipsius, aut tunc non excogitata: Et primò de contractibus sermonem instituemus, postmodùm verò agemus de priuilegiis, aut concessionibus gratuitis, tam his, quæ in contractum transierunt, quàm eis, quæ in meris terminis gratiosis manserunt.

Quod attinet ad contractus, quamplures Authores arbitrantur, posse Principes, ex causa, quæ iusta videatur, reuocare contractus, atque ita iuri alteri quæsito præiudicare, Baldus inquam, Romanus, Cardinalis, Alexander, Antonius de Butrio, Ioannes Antonius Alexand. Felinus, Nicellus, Crotus, Gomezius, Afflictis, Gozadinus, & Ruinus, cum quibus Anton. Gabriel, *commun. conclusio libr. 3. titulo de iure quæsito non tollendo, conclusione 4. num. 42. 43. & 44.* vbi limitat in non subdito, cui, nec ex causa præiudicatur in contractu. Et quando noua iusta causa superueniens, non fuit ab initio cognita, vel cogitata, atque ita præuideri non potuerit; secus si causa præuisa, & cognita fuit, tenent permulti iuris Interpretes, cum quibus Menochius, *in consilio 156. n. 32. lib. 2.* & cum Glossis, Abbate, Cardinali, Imola, Butrio, Baldo, Geminiano, Angelo, Romano, Alexandro, Socino, Iasone, Gozadino, Ruino, & afflicto resoluit Alexander Trentacinquius, *variarum lib. 3. titulo de Pactis, resolutione prima, numer. 11. fol. mihi* 31. vbi dicit, communem opinionem esse, quod Princeps suum contractum reuocare possit, quando adest iusta causa. Et addit, quod id procedit, etiam si contractus sit iuratus. Et id ipsum tenet Antonius Galeatius Maluasia, *in consilio primo, num.* 33. vbi etiam quod Princeps potest ex noua, & iusta causa, quæ postmodùm superueniat, infringere contractum à se gestum Camillus de Medicis, *in consilio* 118. *num.* 46. Carolus Bardelonius *in consilio* 22. *numer.* 11. *libr.* 1. vbi quod Princeps, ex causa publicæ vtilitatis potest venire contra contractum, Hippolytus Riminaldus, *in consilio* 601. *numer.* 116. *volumine* 6. citat etiam quamplurimos Ignatius del Villar, *responso 8. n. 10. & n. 40. & 41.* qui expendit textum *in l. 31. tit. 18. part. 3. & l. si quis per diuinam, C. de aquæductu, l. 11.* & reddit rationem, quia causa publicæ vtilitatis semper intelligitur excepta,

cepta, vt scripsit Baldus per textum *ibi, in l. iubemus nullam nauem, C. de sacrosanctis Eccles. in 2. notabili.* Eandem etiam opinionem, quod ex causa iusta liceat Principi, de plenitudine potestatis, à contractu recedere, eúmque reuocare, dummodo specificè constet quòd eum reuocare voluerit; & quod causa iusta dicitur ea, quæ de nouo superuenit, aut retro à Principe ignorata fuit, vel non cogitata; cum eisdem Authoribus, à Menoch. & Trentacinq. relatis, & additis Castrens. Roland. Cephal. & Deciano, refert Peregrin. *de iure fisci. lib. 1. tit. 3. num. 67. & lib. 6. tit. 1. num.* 13. & cum ipsa opinione, vt certa, aliter non disputans, transit D. Carol. de Tapia. *ad l. finalem, ff. de constit. Principum 2. p. cap 9. num.* 41. in hæc verba: *Quartò limitatur, vt non procedat, subsistente causa.* Et dicit ita communiter scripsisse Doctores, *in c. 1 de probat.* refert etiam, *n.* 42. Bald. Roman. Dec. Alex. Ias. Ruinum, Tiraq. Pinel. & Octau. Chacher. Sic tenentes, & in hunc modum scribit: *Huiusmodi autem causa debet esse noua, vel antiqua, non autem præuisa tempore concessionis, sed quæ si fuisset præuisa, Princeps non contraxisset, vt scripsit Senatus Pedemontan. d. loco*, & addit *n.* 43. quod tempore necessitatis, vt imminentis famis, pestis; aut belli, omnis immunitas reuocatur, sicuti scribunt Authores, *ibi relati*; & probatur *in l. 1. & 2. C. de nauib. non excusand. lib.* 10. *l. 2. C. de quib. munerib. nemi. lice. se excus. & in l. cum tota 2. quemadmod. mune. ciui. indicun. lib.* 10. eiusdem etiam opinionis, quod Princeps ex causa possit contractum cum subdito celebratum reuocare, dummodò causa superueniat de nouo, fuit Georg. Cabed. *decisione Portugaliæ* 75. *num.* 1. *&* 4. *&* 5. *&* 7. fuerunt etiam nonnulli, quos commemorat Philip. Paschalis, *de virib. pat. potest.* 1. *p. c.* 1. *n.* 83. *&* 84. D. Garcia Mastrill. *de Magist. lib.* 3. *c.* 4. *ex nu.* 316. *& quinque seqq. fol.* 297. vbi *n.* 329. refert Bald. duobus in locis dicentem, quod Princeps tenetur seruare contractum suum, nisi ex causa; atque ita, quod potest ex causa, ei contrauenire; & addit Castrens. Oldr. Barb. Chassan. & Fulgos. idem dicentes: Cæs. Barzius, *dec.* 128. *ex num.* 1. & maximè, *num.* 3. *&* 10. Pro eadem denique sententia, & opinione, quod Princeps ex causa possit recedere à contractu, eúmque reuocare, citat quamplurimos iuris Interpretes, & maximè antiquos, Per. Anto. de Petra, *de potestate Principis, c.* 32. *ex n.* 51. *vsque ad nu.* 56. *fol. mihi* 525. Bald. inquam, multis in locis, Alexandrum, Castrensem, Socinum, Imolam, Butrium, Bologninum, Iason. Barb. Chassan. Gozadinum, Oldrad. Romanum, Cardinal. & Cinum, ita tenentes.

124 Huius partis motiua, & fundamenta præcipua, sciens, consultóque, atque ex proposito prætereo, quoniam transcribendi vitium ab instituto, & conditione mea, multùm abhorret, & quia ea omnia, longa serie congessit, & ad duodecim, suo ordine, satísque distinctè reduxit Petrus Anton. de Petra, *de potestate Principis, quæst.* 32. *ex num.* 36. *vsque ad num.* 56. vbi videri possunt.

125 Contrariam tamen opinionem, imo quod Reges, & Principes non possint reuocare contractus cum subditis initos, & celebratos, etiam ex causa iusta, & necessaria, siue ob necessitatem, quæ immineat, & postmodùm superueniat, tenent permulti alij, ab ipsomet Antonio Petra relati, *dicta quæstion.* 32. *num.* 52. *& sequentibus, folio mihi* 526. qui ipse, firmiter in hoc insistit, quod etiam ex causa necessitatis publicæ, quæ superueniat post contractum, non potest Princeps iura contractus lædere, nec contractus alterare, aut infringere; idque ita tenuerunt Castrensis, *in consilio* 317. *volumine primo*, Decius, *in consilio* 268. *colum. penult. & in consilio* 291. *col. vltim.* Cardinalis, *in consilio* 147. qui asserunt, quod Principes, etiam de suprema potestate, & causa publicæ vtilitatis, non possunt venire aduersus contractum, etiam cum subdito initum: & reddunt rationem, quia contractus obligant etiam Principem Supremum: & seruare fidem, Principi maximè conuenit, ne aliàs secum contrahentes, decepti remaneant. Et quod grauiùs est, Principem, fidem suam fallere, quàm auferre rem subditi. Et quia Princeps in contractibus, consideratur vt priuatus, & sicut priuatus prætextu causæ de nouo emergentis, non potest recedere à contractu, ita nec Princeps etiam possit. Et idem tenuerunt Neuizan. Rolandus, Alexand. Crauetta, Bossius, Menochius, Ruin. & Cephalus, quos refert Peregrinus *de iure fisci, libro* 1. *dicto titulo* 3. *numero* 67. *ex versiculo, sed contra, quod Princeps, ex folio* 24. vbi inquit, quod fundamenta, & rationes huius partis sunt efficaces, & articulus hic, suo iudicio, valde difficilis, quia iura, quæ pro opinione contraria referuntur, non probant eam, *& l. quod semel, ff. de decret. ab ordin. faciend.* non loquitur in contractu Principis: & addit, quod contra eandem opinionem concludit efficaciter, quia fidem fallere, sicut inconuenit priuato, magis graue est in Principe, adeò vt status Principis augeat efficaciam promissionis: & quia, sicut ex parte priuati, sub prætextu causæ de nouo superuenientis, non licet à contractu recedere, ita nec etiam ex parte Principis licere videtur, ne alioquin contractus claudicet. Eandem etiam opinionem, cum Rolando, Cacherano, Cephalo, Cuman. & Ludouic. Morotio probauit Philip. Paschalis, *de viribus patriæ potestatis,* 1. *p. cap.* 1. *numero* 87. *&* 88. Ioseph. de Sese, *decisione* 79. *num.* 51. *& tribus seqq.* Brunus, *in consil.* 117. *num.* 245. vbi inquit, quod etiam ex causa necessitatis publicæ, quæ superueniat post contractum, non potest Princeps iura contractus lædere: D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 331. *& seqq. fol.* 197. qui cum statuisset *num.* 316. quod solus Princeps potest ex iusta causa, ius alteri quæsitum auferre, ex *l. item si verberatum, §. 2. ff. de rei vendicat. & l. Lucius, ff. de euiction.* & latius comprobat, statim inquit, *num.* 318. *&* 331. *&* 333. *& seqq.* in hunc modum: *Et licet secundum aliquos, & plures, conclusio prædicta procedat etiam in contractibus, vel quasi cum subditis celebratis, vt fuerunt Bald. Alex. Barb. Chassan. Castr. Oldr. Fulgos. & Cancerius: nihilominus in contrarium est veritas, nam Princeps in materia contractus, cum Principe celebrati, habetur pro priuato; & licet Deus subiecerit leges potestati Principis non tamen contractuum vincula, quæ iuris gentium sunt, naturalique ratione consistunt: & etiam ex causa necessitatis publicæ superueniente post contractum, non potest Princeps iura contractus lædere, etiam de plenitudine potestatis, & ex iusta causa, & nullus esset contractus cum Principe, si penderet reuocatio, & substantia ab ipsius solius voluntate.* Hactenus Mastrillus, ex *d. numero* 328. *vsque ad numerum* 339. vbi relatis multis Authoribus, hæc compro-

A 2 bat,

bat, pro vt *ibi* videri potest. Et eandem opinionem tennerunt Cacialup. *in l. omnes populi, num.* 181. *ff. de iust. & iure,* Aleiatus, *in consilio* 80. *num.* 5. alias *consi.* 3. *numer.* 5. *lib.* 4. Natta, *in cons.* 63. *& in cons.* 275. *& in cons.* 397. qui semper profitetur, veriorem esse in puncto iuris, Parisius, *in consil.* 68. *numer.* 21. *libr.* 1. Rolandus, *in consilio* 76. *numer.* 23. *libr.* 2. Decianus, *in consilio* 51. *numer.* 25. *vol.* 3. Siluanus, *in cons.* 66. *num.* 12. *&* 18. Crauet. *in cons.* 276. *num.* 6. *&* 7. Lancelot. Galliaula, *in cons.* 44. *num.* 35. *& sequent.* Purpuratus, *in cons.* 586. *num.* 25. Sichardus, *in consil.* 3. *num.* 81. Ioann. Baptist. Plotus, *in consil.* 12. *num.* 1. *&* 6.

126 Huius opinionis fundamenta nouem præcipua, consulto quoque prætereo; & ideo non refero, quod in vnum ea omnia congesserit, & suo ordine retulerit Pet. Anton. de Petra, *de potest. Princip. dict. quæstion.* 32. *ex numer.* 56. *fol.* 526. *vsque ad numer.* 84. ex quo *numero*, *vsque ad nu.* 101. satisfacit, responsúmque præbet omnibus ferè Authoribus, & maximè Bald. Castrensi, Alexand. & aliis, *pluribus in locis*, in quibus contrarium voluisse videntur. Cum re vera, vel loquantur in aliis terminis, non in contractibus, seu concessionibus, aut dispositionibus, quæ in contractum transierunt. Vel eandem secundam opinionem sustinuerint, eum de contractibus sermonem instituerunt, & in simplicibus concessionibus, aut priuilegiis gratiosis, quæ in contractum non transierunt, Principem reuocare posse, scripserint, vt per Festasium etiam, *de collectu part.* 5. *num.* 16. *&* 17. *&* 26. *&* 27. Mynsingerum, *lib.* 2. *obseruatione* 70.

Fundamentis quoque illis duodecim, quæ pro contraria parte antea ponderauerat, & commemoraui *suprà, n.* 124. & iuribus nonnullis, quæ pro ipsa parte expendi solent, ex proposito quoque satisfacit, & respondet idem Petra.; & rectè aduertit, fundamenta ea omnia non posse intelligi, nec habere locum in materia contractuum, quia separatam habent rationem contractus, aut concessiones, quæ in contractum transierunt, à priuilegiis, aut concessionibus puris, & simplicibus, & per Principem reuocari non possunt, etiam ex causa, nisi causa oriatur ex ipsius contractus natura, aut pacti cuiusque celebrati subiecta materia, & quando priuatus etiam reuocare posset; sicuti scribit *n.* 100. 102. *& sequent.* & concludit, hanc opinionem esse veriorem, & receptiorem, facta dinumeratione Doctorum. Et vbi etiam contraria communis esset, nihilominus hæc posterior attendi debet, tanquam verior, & marmoreis fundamentis firmata; quod scilicet non possit Princeps, etiam ex causa, à contractu suo resilire, nisi ex causa oriente à natura contractus.

127 Rectè etiam aduertit ipsemet Petra, *eadem quæst.* 32. *num.* 104. *fol. mihi* 536. *text. in l. quod semel. ff. de decret. ab ordine faciendis.* nullo modo vrgere contra opinionem, & resolutionem prædictam, quam defendit: nam etsi textus dixerit, ex causa publica reuocari posse prius decretum, non loquitur in cōtractu Principis; prout etiam Peregrinus obseruauit, & retuli *suprà.* Item decretum illud Decurionum non transierat in contractum aliquem, vnde ex causa reuocari potuit, & potuisset, quamuis Princeps decreuisset, ex quo in contractum non transiuit; quod si transisset, nec ex causa publicæ vtilitatis reuocari posset; sicuti in specie, post Glossam, Felin. & Iason. respondet Petra, *dicto num.* 104. & antea respondit Castrensis, *in consilio* 313. *ad finem, lib.* 3. & eodem modo Petra explicat textum *in cap. in nostra, de iniur. num.* 15. quod scilicet in eo textu non constat de aliquo contractu ipsius communitatis Brixiæ. Idque secundum vnum intellectum: vel secundum alium; quod *ibi*, reuocationi præordinationis, quæ in contractum transierat cum eis, quibus damna fuerant illata, omnes de Vniuersitate consenserant; & sic illi, in quorum fauorem facta fuerat ordinatio præcedens; quo casu, contractus non dicitur reuocatus *in dicto cap. in nostra,* inuita parte, sed ea consentiente, provt *ibidem* scripsit *n.* 106.

Pro hac autem secunda opinione, quam defendimus, vrget text. singularis, *in l. quicumque, C. de fide instru. lib.* 10. ibi: *Et si quid vnquam, vt à Fisco venditio facta possit infringi, authoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet,* &c. *l. quicumque.* in 1. *C. de fund. patrim. lib.* 11. *& in l. prædia,* quæ est finalis, *C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. vbi prædium Principis, perpetuò semel concessum, non potest Imperator in alterum transferre, vel exoratus, vel etiam, si sponte dederit, vel annotatione, vel pragmatica; quia perpetuò securus est perpetuarius, iure firmitatis publici contractus, text etiam, *in l. fin. C. de diuers. præd. eod. lib. in fin.* quò loci, neque iudiciaria authoritas, neque Imperiale rescriptum, quacumque adiectione munitum, dictæ legis generaliter potest vires infringere: provt hæc iura, post Luc. de Pen ponderat Mastrillus, *de magistratibus, lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 331. *&* 332. *folio* 297.

Si autem pro concordia opinionum cogitetur, quod dicitur, non posse Reges, & Principes ex causa reuocare contractus cum subditis initos, & celebratos; intelligendum esse, non de quacumque causa iusta, ea etiam, quæ Principis necessitatem respiciat; sed de causa, quæ principaliter respiciat publicam vtilitatem, non autem, quæ secundariò; vt cum Gregorio Lopez, & Menochio conseruauit D. Carol. de Tapis, *ad dictam l. finalem ff. de constitut. Princip.* 2. *p. c.* 9. *num* 42. *in fin.* Cæsar Barzius, *decis.* 118. *num.* 3. *&* 10. Adhuc res dubia remanet, cum in eisdem terminis, etiam ex causa publicæ vtilitatis, & de plenitudine potestatis, non posse Principem reuocare contractus cum subditis initos; tennerint permulti illi iuris Interpretes, à Petra relati. *vbi supra*, quibus ipse conuenit omninò, vt vidimus: & repetit *eadem quæst.* 32. *num.* 150. *& sequent. & num.* 168. *cum seq.* Peregrinus etiam, *de iure Fisci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 77. *versic. Sed contra,* vbi sic scribit: *Sed contra, quòd Princeps, etiam de suprema potestate, & ex causa publica vtilitatis, non possit venire aduersus contractum, quamuis cum subdito res agatur, determinauit Paul. Castrens. &c.* vbi & alios citat Authores: & relati *suprà, num.* 125. pro secunda opinione idipsum tuentur, & absolutè statuunt, etiam ex causa iusta, & necessaria, & quæ respiciat publicam vtilitatem, aut ob necessitatem Principis, non posse reuocari contractus à Principe celebratos. Decianus etiam, *in cons.* 51. *ex n.* 25. *vol.* 3. Menoch. *in consil.* 156. *num* 33. & Petra dumtaxat admittit, quando causa venit ex natura contractus; vt *d. quæst.* 32. repetit sæpissimè, & maximè *numero* 84. *& sequent. & numero* 88. *& sequent. & num.* 102. 128

Ex his apparet, nimis generaliter, & nulla præhabita disputatione, aut examine, statuisse Augustin. Barbos. *in collect. ad decretal. in cap.* 1. *de*

*de probat.num.11.fol.*460. quod data iusta causa,
non solum potest Princeps contractum à se cum
subdito celebratum limitare, eique modum, &
conditionem præscribere, sed etiam in totum
reuocare; & citat Ludou. Molin. Burgos de Paz,
Matienzum, Mieres, Cabedum, Pereg. Roland.
Tiraq. Pinel. & Anton. Gabriel. sic tenentes: qui
tamen non ita simpliciter id statuunt, sed in
fortioribus terminis eem adstringunt, vt Prin-
ceps contractus reuocare valeat, sicuti ex eisdem
apparet, & ex dicendis infrà.

130 Sanè, causa, quæ respiceret publicam vtilita-
tem principaliter, non autem secundariò, vsque
adeò vrgens esse posset, & bonum publicum res-
piciens: vt nisi Reges, aut Principes ei succur-
rerent, in magnum damnum publicum obser-
uantia contractus redundaret; & tunc quidem,
vt magnum damnum publicum vitaretur, pos-
sent ipsi, de iure, & de facto contrauenire con-
tractui; atque ex natura contractus, & pacti cu-
iusque, causam huiusmodi inesse, probabiliter
dici posset; sicut in his terminis, specificè no-
tauit Baldus, *in consilio 201. Super eo, quod queri-
tur, num.11.lib.* 4. Ias. etiam, *in conf. 1 in princip.
vol.1.* & sequitur Pet. Ant. de Petra, *de potestate
Princip. d. qu.12.n.*88. latiúsque exornat *numeris
sequentibus:* admittunt quoque Ioann. de Platea,
Belluga, Francis. Marcus, Ripa, Gerard. & Ro-
land. quos refert, & ita pariter probat in casu im-
minentis famis, pestis, aut belli, vel alterius cau-
sæ, quæ principaliter respiceret publicam vtili-
tatem; Carolus de Tapia, *ad dictam l. finalem,
part.2.cap.9.nu.42.& 43.* Rolandus etiam, *alio in
loco*, non in relato ab ipso Carolo de Tapia, vbi
nonnullis exornat, & comprobat; scilicet *in
consil.1.ex nu.169.cum seq.vol.1.& n.171.& 172.*
131 in hunc modum scribit: *Accedit quoque quod di-
xit Bald. in conf 240. vel 4. vbi inquit, quod pacta
non sunt seruanda, quando insurgit necessitas, quod
periculum verteretur publicum propter obseruan-
tiam pacti. Facit quoque, quod dixit Abbas, in con-
132 silio 34. numer. 15. cum sequentibus: Vbi inquit,
quod quamuis contractus ab initio non contineat la-
sionem, si tamen ex postfacto propter mutationem
temporum contineat lasionem enormem, potest res-
cindi, & debet regulari secundum qualitatem ipso-
rum temporum, si contractus est successiuus, respiciens
etiam futura tempora.*

Hactenus Rolandi verba: & circa hoc vlti-
mum, quando contractus est successiuus, & tra-
ctu temporis contineret enormem læsionem,
quod potest rescindi; sunt videndi Authores
133 nonnulli, Roland. ipse, *in conf.13. ex n.19.cum se-
quent.lib.3.* Afflict. *decis.*349. Viuius, *decision.436.
lib.* 2. Arias Pinellus, *in l.2.C.de rescind. vendit.
parte 3.cap.4.num.15.* Ofascus, *decisione* 155. Petr.
Surdus, *de Alimentis, titulo nono, quæst.* 11.
ex numer. 8. *cum sequentibus, & decisione* 157.
numero septimo, Sfortia, *de in integr. restitut.
quæstion.* 57. Natta, *in consilio* 548. *num.* 36.
Marescotus, *variar. lib.2. cap. 16. numero septi-
mo.* Fachineus, *controu. lib.4. cap.* 27. Matien-
zus, *in l. prima, titulo* 11. *lib.* 5. *glossa* 8. *nu-
mer.* 4. Ioann. Guttierres, *de Gabellis, quæ-
stion.* 147. *numer.*23. D. Garcia Mastrillus, *de
magistratibus, libr.* 1. *cap.* 18. *num.* 38. & 39.
Sempronius Accius, Episcopus Vatensis *de-
cisione* 90. Marius Giurba, *decisione* 105. *ex
numero secundo.* Alexand. Randensis, *de-
cisione* 29. *numer.* 175. Auendañus, *de censi-
bus, cap. 46. numer.*4. Gabriel Pereira, *decisio-
ne Portugalliæ* 101. *numer.*3. Alex. Ludouisius,
decisione 153. *per totam*, qui explicant, an dum-
taxat attendi, & considerari debeat læsio,
iuxta tempus contractus, siue quæ erat, vel
non, tempore contractus; non autem, quæ post-
modùm superuenit. Explicat quoque Pelaes
à Mieres, *de maioratu, 4. parte, quæst. prima,
limitatione prima, num.* 87. 88. & 89. vbi Albani
consilium expendit in terminis. Seraphinus,
priuilegio iuramenti 83. *num.*95. Martinus Mon-
ter à Cueua, *in responso pro vxoris amita, nu-
mero* 166. Gypsius, *decisione Bononiæ* 43. *nu-
mero* 47. Gironda, *de gabellis, parte* 12. *num.*
32. & 36. Cald. Pereira, *de potestate eligendi,
& nominat. reuocat. cap.* 10. *ex fol.* 94. & sem-
per præ oculis habendum erit, an contractus
sit momentaneus, qui vno instanti, vel actu,
aut tempore perficiatur, & consummetur omni-
no, an tractum habeat successiuum, futuráque
tempora respiciat: sicuti ex mente eorundem
colligitur apertè; quamuis negari non possit,
quin res habeat difficultatem, & regulariter
attendi debeat tempus contractus; nec iure ali-
quo, distinctio ipsa probetur, quamuis à prædi-
ctis Authoribus recepta, & probata sit, &
per Carol. Bardellonium, *in consilio 22. num.*
10. *libr.* 1. vbi in hunc modum scripsit: *Quar-
tò, supposito, dictam concessionem sapere causam one-
rosam; attamen adhuc est locus reuocationi, cùm sit
damnosa vniuersitati hominum; & consequenter Rei-
publicæ: quandoquidem immunitas perpetua, vel
successiua, comprehendens futura tempora, si tempore
concessionis, enormem læsionem communitatis, vel Vni-
uersitatis non contineat; & postmodùm, ob varietatem
temporum, grauamen non leue consubditis importet,
debet per Principem reuocari. cap. suggestum, de de-
cimis.* Et citat Abbat. Bossium, Roland. Meno-
chium, & Lancel. Galliaulam, ita tenentes. Et sic
concludit: *Hoc inquam est regulare in quolibet
actu successiuo, futura tempora respiciente: nam si
tempore creationis, enormem læsionem non contineat,
& postea mutatis temporibus, enormem læsionem con-
tinere caperit, secundum temporum qualitatem de-
bet regulari, & attenditur tempus præsens, non autem
præteritum, circa læsionis inspectionem; Mandel.
conf.34.n.16. Mascard. de probat. concl.960. n.8. &
ex causa publicæ vtilitatis, Princeps potest venire
contra contractum.*

Verè tamen (vt dixi) res habet difficulta-
tem, cum omnia iuris principia, & decisiones
textuales, *l. si voluntate, C. de rescind. vendit. cap.
cum dilecti, de empt. & vendit. & l.56. tit.5. part.*
5. in contrarium existant: & tempore cele-
brati contractus, læsionem interuenisse requi-
rant, nec ad eam attendunt, quæ postmodum su-
perueniat: & infinitis relatis Authoribus, ita
explicat Marius Giurb. *decis.*105. *n.* 2. & addit *n.*
3. læsionem; ob quam restituitur minor, secun-
dum tempus contractus iudicari, ex *l. verum. §.
sciendum, ff. de minor.* & per multi iuris Interpre-
tes, quos commemorat, sic notarunt: & repetit
decis. 117. *n.*18. vbi etiam citat quamplurimos.

Pinellus autem, 3. *p.d.l.2.cap* 4 *n.*15. *fol.*285. fir-
miter probat, quoad læsionem, & valorem rei,
habendũ esse respectũ ad tẽpus conuentionis, &
contractus, idque deduci debere ab agente, vt ar-
ticulus concludat. Sic sanè, cùm casus occurret,
res hæc maturè definienda, & inspicienda erit.

Cæterum in terminis prædictis, & adhuc pro- 134
positis, & generaliter, quãdo ex causa necessitatis
Regni, vel propria, vel ob publicam vtilitatem,

Reges,& Principes infringerent contractus cum subditis initos, tenentur parti iustam satisfactionem, & recompésam præstare, vel acceptum reddere, *l. si quando, C. de operib. pub.* & notarunt Bal. And. Iser. Afflict. Feli. Dec. Mant. Ias. Crauet. Menoch. Cephalus, Antonius Gabriel, & Arius Pinellus, cum quibus D. Carolus de Tapia, *in dict. l. finali, ff. de constitut. Princip. 2. parte, cap. 9. num. 48 fol. mihi 261.* Gregorius Lopez, *in l. 49. tit. 18. part 3. glossa prima*, vbi sic scribit: *Talis gratia, cum bis, qui venerunt ad habitundum, transit in contractum, & est irreuocabilis, nisi ex causa Princeps reuocasset, etiam cum graui præiudicio subditi: quod ego limitarem, si causa esset iusta, & concernens publicam vtilitatem, & facta satisfactione subdito de damnis, si que essent: vt in lib. 31 & ibidexi supra eodem*, & in ipsa *lib. 31. Partita* dicitur, *ò algunu cosa, que fuesse à pro comunal del Reyno*, & ibi: *Que tornusse à pro, ò amparamiento de todos*, & inferiùs ibi: *Dandole cambio por ello primeramente*, & in l. 2. titulo primo, partita 2. ibi: *Tenudo es por derecho de le dar ante buen cambio, que vala tanto mas, &c.* Et idipsum cum aliis multis tradiderunt Alexander Trentacinquius, *variarum lib. 3. titulo de pactis, resolutione primu, numer.* 28. Phœbus, *decisione* 94. D. Garcia Mastrillus *de Magistratibus, libr. 3. cap. 4. ex num. 352. vsque ad num. 364. fol.* 299. Peregrinus, *de iure Fisci, libr. 1. titulo 5. numer. 67. in versiculo, quamobrem, fol.* 21. qui vt prædictas duas opiniones conciliaret in articulo proposito, an possit Princeps ex causa publicæ vtilitatis, reuocare contractum à se celebratum cum subdito, in hunc modum scripsit: *Quamobrem putarem, pro concordia sic posse dici, quod aut res agitur cum non subdito; & reuocare non possit: sic in specie Socin. consil. 87. colum. vlt. lib. 4. aut cum subdito, & tunc, aut Princeps prabet priuato recompensationem in pretio, vel in alia re æquiualente, prout tenetur facere, cum ex causa rem suam subdito aufert, sicuti latius scripsi in titulo de bannitis restitui numer. 52. & eo casu, puto ex causa posse recedere à contractu; & rem, ex eo contractu quæsitam, subdito auferre: aut verò Princeps non prabet, seu non praberet restitutionem, & hec casu verior videtur ulsu opinio: in quibus terminis pracisè loquitur Paul. Castrens. d. consil. & sensit Ruinus, in consil. 105. num. 8. in 5. nam alias contractus claudicaret; nam Princeps non impleret priuato, è contra autem priuatus Principi; consequenter negotium ad imparitatem iniquum redigeretur, & sic verè ad potestatis plenitudinem; & si Princeps aliter faceret, de facto, non iure faceret.*

135 Requiritur etiam, quando ex causa publicæ vtilitatis, vel ob necessitatem Regni, aut Regis, reuocarentur, aut alterarentur, contractus cum subditis celebrari, quod necessitas ita vigeret, atque adstringeret, vt ei consuli, & prouideri aliter non posset, qoàm si contractus ipsi infringerentur; ita sane post Socin. Curt. iun. & Parisium, quos citat, obseruauit Rolandus, *in consil. 76. num. 25. lib. 2. & in consilio 13. num. 68. lib. 3* Natta, *in consil. 63. num.* 21. & notanter *in consi. 275. per totum*, & maximè, *num.* 4 Purpuratus, *in cons 580. num. 27. lib. 2.* & cum Aleiato, & Socino ion. Menochius, *in consil. 75. num. 86.* Decianus, *in consil. 51. num. 31. lib. 3.*

136 Lata etiam lege generali, possent Principes, ex iusta, & necessaria causa, & Reipnblicæ, seu Regno admodùm conuenienti, reuocare contractus, conuentiones, aut donationes remuneratorias, anteà factas, si alias ex ipsarum conseruatione, magnum damnum, & detrimentum, Regno, & Reipublicæ resultaret; sicuti egometipse, cum aliis multis Authoribus scriptum reliqui *in Comment. tom. 5. c. 89. n. 93. per totum*, vbi exempla proposui. Et vide Pet. Anto. de Petta, *de potest. Princ. qu. 24. ex num. 112. cum sequentibus*, vbi latè expliceat, an Princeps, legem generalem condendo, ius tertij auferre valeat, cum causa, vel absque ea: Mandellum de Alba, *in consil.* 185. Surd *in consilio 210. numer. 64. & in consi. 313. num. 99.* nulla quoque lege condita, reuocari possunt contractus, conuentiones, & concessiones quæcunque vbi in magnum Regni, & Principatus detrimentum, & damnum redundent, prout inferius dicendum est, & dictum fuit *sup. c. 17.* exemplísque comprobaui *d. c 89. ex num. 85. vsque ad num. 94.*

Causa autem iusta non præsumitur in Prin- 137
cipe, vt à contractibus cum subditis initis recedere possit, sed de causa, iuridicè, & legitimè constare debet: ita sanè, ex sententia communi, & relatis aliis Authoribus, obseruauit Pereg. *de iure Fisci, lib. 1. titul. 3. num. 68 & 69. fol. 22. & in cons. 7. num 2 lib. 3.* Mieres, de Maior. *4. p. qu. 1. nu. 268.* D. Carol. de Tap. *ad d. l. final. ff. de const. princip. 2. p. c. 9. num. 46.* post Aquilin. qui innumeros Authores citat: Alexand. Trentacinquius, *variar. lib. 3. titulo, de pactis, resolutione prima, num. 12. fol. 31.* Crauetta, *in consilio 995. num. 13. libr. 6.* Cephalus, *in consilio 23. numer. 48. libr. 1.* Vbertin. Zucardus, *in consilio 8. numer.* 71. latè Pet. Anton. de Petra, *de potestate Principis, cap. 32. §. circa secundam principalem conclusionem, concernentem materiam iuris naturalis, ex numero nono, cum sequentibus, fol. mihi* 201. qui concludunt, veriorem opinionem esse, quod causa in Principe non præsumatur in his, quæ sunt contra ius gentium, vel quando vult venire contra proprium contractum, aut dum aufert dominium de iure gentium quæsitum priuato. Quod tenent etiam permulti relati ab Antonio Gabriele, *lib. 3. titulo de iure quæsito non tollendo, conclusione 3. per totam, numer. 1. & secundo, & tertio*, vbi ex sententia quoque communi notauit, quod etiam si Princeps de causa assereret, non staretur eius assertioni, si aliàs legitimè de causa non constaret. Et relatis quamplurimis, notauit etiam Ignatius del Villar, *responso 8. num.* 54. & ita tenendum est, nec admittenda sententia contraria eorum, qui scripserunt in prædictis terminis causam præsumi; prout eos refert Anton. Gabriel, *vbi suprà, num.* 4. aliàs quidem frustratorium esset inquirere, atque controuertere, an Princeps possit contractus reuocare, & iuri acquisito tertio præiudicare, cum causa, vel sine causa? quod Interpretes adeo grauiter controuertunt, vt vidimus. Quia nunquam verificari posset, aut nunquam daretur casus, in quo disponeret sine causa, si causa semper præsumeretur; quod esset inane, & frustratorium, iuxta traditionem Felini, & aliorum, quos retuli *in commentariis tom. 3. cap. 28 sub num.* 18.

Vnde nec probari potest sententia eorum, qui dixerunt, sustineri posse opinionem illam quòd causa præsumatur, quando in concessione Principis facta in præiudiciũ tertij, vel reuocando propriũ contractũ, potest aliqua causa iusta verisimiliter imaginari; & hos sequitur Anton. Gabriel,

Gabriel, *dicta concluſione 3. num. 6.* cùm neceſſe ſit, non modò cauſam ſubeſſe, ſed etiam exprimi, & de ipſa aliàs legitimè conſtare, nec ſolam Principis aſſertionem ſufficere, vt dictum eſt. Vnde minus ſufficere debebit, cauſam iuſtam imaginari, cùm eam imaginando, facilè quidem decipi valeamus: nec ſola imaginatio, aut etiam præſumptio, ſed exiſtentia cauſæ realis, & vera requiratur; ſicuti concludunt Pariſius, *in conſilio 81. num. 48. & ſeq. volum. 1. & in conſilio 101. num. 71. eod. volum.* Ripa, *in reſponſo 19. volum. 2.* Grammaticus, *deciſione 65. ex num. 28.* Zazius, *in conſilio 10. num. 11. volum. 2.* Fortunius Garcia, *in l. Gallus, § & quid ſi tantum, num 191. & ſeq.* & conſtat ex his, quæ ego metipſe ſcripſi *in commentariis tom 3. dicto cap. 28. num. 15. & tribus ſequentibus*, in eo dubio, vtrum in Principe, iuri alterius præiudicante, iuſta cauſa præſumatur; & an ipſius aſſertio, ſiue expreſſio ſufficiat; vbi alios Authores retuli, vltra relatos *ſuprà*: alios etiam, nunc addo, quos *ibidem* prætereo, & tres præcipuas opiniones, in ipſomet articulo adduxi *eo loco*, & nonnulla conſideraui, quæ in vſu Forenſi, & cùm caſus occurrerit, præ oculis habenda, & ſeruanda ſunt.

Et hactenus, an Princeps ex cauſa poſſit reuocare contractus, aut conceſſiones, ſiue diſpoſitiones alias quaſcumque, quæ in contractum tranſierunt.

Nunc verò de priuilegiis agendum eſt, ſiue de conceſſionibus gratioſis, quæ in meris terminis gratiarum, & liberalitatis, ſiue priuilegij remanſerunt, nec in contractum tran-
138 ſierunt.

Dum ergo inquiritur, an Reges, & Principes reuocare poſſint, cum cauſa, vel ſine cauſa, priuilegia gratuita: Quinta ſit principalis obſeruatio, ſeu concluſio, obſeruando varias, & contrarias ſententias in propoſito extare, & nullum Recentiorum omnium, huc vſque ſcribentium (quamuis originaliter omnes euoluantur, & prælegantur) eas ſuo ordine, & diſtinctè retuliſſe, nec accuratè, & perfectè rem explicaſſe; atque ita, vt alio loco quærendi, & inueſtigandi veras reſolutiones, laborem, & ſtudium excuſauerit.

Prima itaque fuit opinio eorum, qui dixerunt, priuilegium ſubdito conceſſum poſſe Principes, & Reges, pro libito ſuæ voluntatis reuocare; & quod cauſa nulla requiritur, ſed ſola ſufficit pro ratione voluntas. Adducuntur, atque excitantur ex textu, *in l. qui fuodes, C. de omni agro deſerto, lib. 11. & in cap. veniens, de præſcript. & in cap ſuggeſtum, de decimis, & in cap. in noſtra, de iniuriis, & in cap. finali, de ſententia excommunicat. & in cap. 1. de conſtitut. libro ſexto*, & ita notauit Ludou. Molina, *libro quarto, cap. 3. num. 18. folio mihi* 142. vbi tamen firmauit, ex his iuribus, neque ex aliquo aliorum, quæ ad huius opinionis comprobationem adduci ſolent, ipſam probari, aut fundari poſſe.

Tenuerunt autem prædictam ſententiam, quod priuilegium abſque cauſa, & liberè reuocari poſſit, antiqui Authores permulti, quorum mentionem fecit Anton. Gabriel, *lib. 3. tit. de iure quæſito non tollendo, concluſione 7. num. 1.* vbi multis etiam relatis, contrarium ſtatuit, quando priuilegium non ſubdito conceſſum ſit, aut Eccleſiæ, prout *ibi num. 10. & 11.* & cum Gloſſis, Abbate, Innocentio, Bartolo, Angelo, Baldo, Ancharano, Caſtrenſe, Butrio, Cardinal. Alexand. Felino, Iaſone, Decio, Socino, Curt. iun. Ruin. Gozadino, Pariſio, Capicio, Natta, Craueta, & Marcabruno, hanc ipſam opinionem refert Pet. Surdus, *in conſilio 419. num. 9 verſiculo, Vltimò. ſi horum nihil obſtaret, volum. 3.* & iidem ab eo relati concludunt, quod priuilegium merum, quando à Principe conceditur ſubdito, tanquam à Principe, ſuſtinetur in vim gratiæ, vel legis, & lex non ligat concedentem, *l. Princeps, ff. de legibus, l. penul ff. de recept. arbit.* Item Princeps non poteſt legem ſibi imponere, à qua non liceat ſibi recedere, *l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de legatis 3. l. is poteſt, ff. de acquir. hæred.* eſt enim tunc pro ratione voluntas; dummodò intelligatur, quod ſi priuilegium habet tractum ſucceſſiuum, reuocari poteſt quoad futuros actus, licet non quoad præteritos, vt dixit Abbas, ab eodem Surdo relatus, & alij ſequuntur, per eundem Surdum commemorati: qui etiam obſeruant, quod hoc procedit, etiamſi priuilegium concedatur, aut conceſſio facta ſit per viam contractus, vel ſtipulationis, ſi tamen pro tali contractu, nullum factum partis aduerſæ, nullàve interuenit datio, vt per Iaſon. Bald. & Crauet. relatos etiam à Petro Surdo, qui addit, quod hæc opinio, cum priuilegium conceſſum eſt ſubdito, eſt indubitata, prout multi arbitrantur; cùm tamen conceſſum eſt non ſubdito, aut Eccleſiæ, quod omnes admittunt, reuocari non poſſe: & reddunt rationem, quia tunc non poteſt valere vt lex, ſed ſuſtinetur vt contractus, atque ita reuocari non poteſt; quia reuocatio fit ex plenitudine poteſtatis, quæ non poteſt exerceri niſi in ſubditos. Et hactenus de his, quæ circa primam hanc opinionem, ex aliorum relatione Pet. Surdus tradidit, *dicto numer. 9. & tribus ſequentibus.*

Eandem etiam opinionem, quod priuilegium ſcilicet purum, à Principe ſubdito conceſſum, reuocari poſſit pro libito voluntatis, abſque vlla cauſa; cum aliis, quos referunt, tenuerunt Decianus, *in conſilio 80. num. 27. volum. 3.* Menochius, *lib. 2. præſumptione 10. num. 29.* quos, & Marcabruni, & alios refert Ioſeph. Ramonius, *in conſilio 24. num. 71.* Peregrinus, *de iure fiſci, lib. 1. tit. 3. num. 19. & 20. folio 15.* vbi quod Princeps poteſt reuocare pro libito ſuæ voluntatis, priuilegia ſubditis conceſſa, etiam poſt ius quæſitum. Et reddit rationem, quia priuilegium, lex priuata eſt in derogationem iuris communis; Princeps autem ſupra legem eſt, idcirco lege ſua non ligatur, etiam abſque alia cauſa, vltra eius voluntatem, quia pro cauſa ſufficere dicit, quod ipſe conceſſit; & huius opinionis Authores recenſet Bartol. Bald. Alexand. Angel. Butrium, Abbatem, Socin. Felin. Decium, Iaſon. Curt. iun. Afflict. Nattam, & Menochium. Et explicat *num.* 20. hanc opinionem procedere, dummodò conſtet; Principem voluiſſe priuilegium conceſſum reuocare, nec ſufficere quod alicui conceſſerit, quod prius in alium contulerat. Et latiùs proſequitur *vſque ad numerum* 24. Carolus etiam de Tapia, *ad l. finalem, ff. de conſtitut. Princip. 2. part cap. 9. num. 56. folio mihi* 163. qui vt certum reſoluit, priuilegium ex liberalitate conceſſum, ex quo dominium non transfertur, poſſe ex ſola voluntate Principis àbſque cauſa reuocari; & citat ita tenentes Bald. Anton. Butri. Panormitan. Felin. Decium, Marti. Laud. Bellugam, Romanum, Afflictum, Riminald. ſen. Curt. iun. Purpurat. Pariſium, Capicium, Grammaticum, Boſ-

sium, Roland. Montaluum, Zasi. Aleiat. & Restaur. Castald. & cum aliis multis Authoribus inquit *num.* 57. quod hæc conclusio locum non habet in non subdito, cui si priuilegium concedatur, non potest amplius reuocari. Nec in priuilegio concesso Ecclesiæ, prout *ibidem*, *num.* 66. vbi allegat quamplurimos sic tenentes. Nec quando priuilegium esset sortitum effectum suum, vt si Princeps aliquem Officialem creasset, quem non posset absque causa reuocare: quod latius declarat *numer.* 72. *& sequentibus*. Declarat etiam ipse D. Carol. de Tapia, *numero* 54. vt non procedat in priuilegio, per quod transfertur dominium, quod sequuta traditione vera, vel ficta, non potest Princeps amplius reuocare: & citat 15. Authores sic tenentes, atque explicantes. Eandem quoque sententiam, quòd priuilegium purum, liberè possint Reges, & Principes reuocare, etiam sine causa; tenent alij multi relati per Sixtinium (quibus ipse assentit) *de Regalibus*, *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. *& tribus sequent.* Cardin. Tuschus, *tomo* 6. *littera P. conclusione* 751. *folio*. 575. vbi tamen contrarias opiniones adducit. D. Franciscus Alfaro, *de officio Fiscalis*, *glossa* 34. *ex numero* 14. *&* *numero* 18. Azeuedus, *in l. prima*, *titulo* 15. *libro* 5. *numero* 12. *&* 13. vbi quod Princeps reuocat priuilegium concessum subdito, sine causa; non autem reuocat, non subdito concessum. Alio tamen in loco, contrarium sustinet, vt inferius dicetur. Fachineus, *in consilio primo*, *numero* 54. *lib.* 1. Paulus Christinæus, *decisione* 53. *num* 6. *lib.* 1. Pelaes à Mieres, *de maioratu*, *prima parte*, *quæst.* 20. *ex num.* 1. *& tribus sequentibus*, vbi ex sententia multorum Authorum, quos retulerunt Surdus, Peregrinus, & Tapia, *in locis relatis suprà*, & additis Guil. Bened. Rebuffo, & Bertrand. inquit, quod quemadmodum Princeps potest reuocare priuilegium, quod subdito dedit, absque vlla causa, *ex cap. conquestus*, 9. vbi Glossa, 9. *quæst.* 3. *cap. fraternitatis*, 16. *quæst.* 1. Ita potest reuocare licentiam, quam ad faciendum maioratum concessit, dummodò maioratus non sit iam factus ex causa onerosa, vel filio tradita sit possessio: Iacobus Cancerius, *var. lib.* 1. *cap.* 3. *de priuilegiis*, *num.* 150. *&* 151. *folio* 76. vbi quod priuilegium simpliciter concessum, solo arbitrio Regis concedentis, & sine causa potest reuocari: attamen quod in Cathalonia contrarium seruatur. D. Garcia Mastrillus, *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4 *ex numer.* 314. *vsque ad numerum* 326. vbi latè, & referens multos, quod Princeps potest reuocare sine causa, priuilegium subdito concessum, licet alteri ex eo sit ius quæsitum. Et repetit *num.* 418. *vsque ad numerum* 425. Pet. Anton. de Petra, *de potestate Principis*, *quæstione* 14. *ex num.* 218 *folio mihi* 386. *vsque ad numerum* 329. vbi ex sententia aliorum resoluit, quod in priuilegiis propriè sumptis, non habet locum conclusio negatiua iuris alieni quæsiti non tollendi, quia imò ea potest Princeps concedere, & eadem sine causa reuocare, licet alteri sit ius quæsitum. Et concludit *num.* 225. quod in effectu est communis, vulgatissima, & indubitatissima regula, & conclusio, quod Princeps potest sine causa reuocare priuilegium, & gratiam liberaliter concessam subdito, eámque extinguere, & annullare. Et Petra metipse, tres rationes expendit in comprobationem huius opinionis, *num.* 226. 227. *&* 228. quæ *ibi* videri poterunt, si necesse fuerit. Iura etiam nonnulla, & rationes quasdam, pro eadem sententia adducit Ignatius del Villar, *responso* 8. *num.* 3. *&* 4. eandem denique conclusionem, quod generaliter, quodcumque priuilegium, ex causa de nouo superueniente, vel etiam sine causa, aut quando incipit esse nimis nociuum, reuocari possit, tradidit Augustin. Barbosa, *in collectan. ad Decretales*, *in c. suggestum*. 9. *de decimis*, *numer.* 1. *&* 3. *folio* 920. vbi duntaxat refert Didac. Perez, Henriquez, Menochium, Dueñas; Valasc. Surdum, Tiraquellum, Eman. Rodriguez, & Cald. Pereiram, sic tenentes.

Superioris resolutionis Authores non dubitarunt asserere quod dictum est, posse Principes priuilegium subdito concessum, pro libito voluntatis, & absque vlla causa reuocare, procedere etiamsi in eodem priuilegio promiserint Principes ipsi, illud non reuocare; quia adhuc, ea promissione non obstante, possunt nihilominus reuocare: nam nemo potest sibi legem imponere, à qua non liceat sibi recedere, *dicta l. si quis in principio testamenti*, *ff. de legat.* 3. & quando actus est sui natura reuocabilis, non valet conuentio de non reuocando, Glossa *in cap. fin. de procurat. in* 6. & non valet pactum de non reuocando precarium, quia est contra illius substantiam, *l. cum precario*, *ff. de precario*, qui autem aliquid habet ex priuilegio, videtur illud precario tenere, Bartol. *in l. hostes*, *quæstion.* 1. *ff. de captiuis*, & his rationibus tenet Natta, *in consilio* 511. *num.* 4. quod promissio Principis de non reuocando priuilegium, non valeat, nec impedit facultatem reuocandi, quæ prius illi competebat. Decianus etiam, *in consilio* 51. *num.* 30. *volum.* 3. vbi dicit, quod in materia legum, statutorum, & priuilegiorum, hæc est vera opinio, quod præcedens clausula derogatoria, ad sequentes actus, nihil operatur. Et repetit Surdus, *dicto consilio* 419. *numero* 13. *&* 14. Peregrinus etiam, *de iure Fisci*, *lib.* 1. *titulo* 3. *numero* 19. *versiculo*, *Ampliatur etiam.* 139

Secunda fuit opinio, superiori omnino contraria, imò priuilegium à Regibus, & Principibus subdito concessum, reuocari non posse sine causa necessaria, iusta, & legitima; & hanc tenuerunt permulti etiam, & maximi nominis Authores, sicuti constat ex relatione Petri Surdi, *dicto cons.* 419. *num.* 44. *in fin. &* *num.* 45. *folio* 703. vbi sic scribit: *Quod demum vltimo loco dicebatur, Principem concedentem reuocare posse priuilegium subdito concessum, non caret difficultatem; quia regulariter priuilegium debet esse perpetuum, cap. decet, de regul. iur. lib.* 6. *& multi tenent, quod Princeps non possit reuocare, quod subdito concessit, Isern. in cap.* 1. *in* 6. *colum. de capit. qui cur. vend. Bald. in cap. primo, num.* 1. *feud. sine culpa non amitti. Alexand. in consil.* 3. *num.* 6. *volum.* 5. *Galiel. à Pern. in consil.* 16. *num* 5. *& sequentib. inter consil. feudal. diuers. sui enim natura est perpetuum, & semper durat, cap. decet, de regul. iur. in* 6. *§. illud, in authent. Constitutio quæ de dignitat. & dicunt Glossa, & Doctores, in l. quod semel, ff. de decret. ab ordin. facien. quod semel legitimè concessum priuilegium mutari non potest. Curt. iun. in cons.* 1. *num.* 33. *& sicuti corrigi, vel reuocari non potest, ita nec minui, l. quod de bonis, §. final. ff. ad leg. falcid. l. si optio, ff. qui, & à quibus, & dicit Bald. in tit. de pace Constantiæ, in versicul. Successorum, quod sicut Princeps in totum tollere non potest iura vassallorum; ita nec ea alterare. Idem Bald. in consilio* 316. *num.* 9. *volum.* 1. *Socin. iun. in consilio* 74. *num.* 20. *volum.* 1. *Natta, in consilio* 408. 140

numero

numero 8. *& sequent. Caueta, in consilio* 463. *numero* 16.

Hactenus Pet. Surdus, cui etiam conoenit Pet. Barbosa, *prima parte, l. prima, ff. soluto matrimonio, num.* 7. & cum Baldo, Archidiacono, Curt. iun. Castrense, Iasone, Afflicto, Gozadino, & aliis, Pet. Anton. de Perra, *de potestate Principis, cap.* 24. *ex num.* 229. *vsque ad numerum* 239. vbi concludit, quod nunquam sine magna causa, quis potest, aut debet amittere priuilegium; licet aliquando sine culpa amittat, vt notauit Glossa finalis *in fine, in cap. penult.* 22. *distinctione*, & probatur *in cap. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non contestata*, & quod Princeps debet imitari Deum, qui nunquam reuocat beneficia collata in aliquem, sed magis cumular liberalitatis fasciculum, *cap. quantaslibet, in fin.* 33. *quæstione* 3. vnde etiam Princeps imitando Deum, non debet, nec potest priuilegium suum semel concessum reuocare, cùm Principis priuilegium debeat semper esse perpetuum, ex *dicto cap. docet*, & effectus priuilegij sit, vt priuilegiatus debeat pacificè gaudere priuilegio, ita quod nec Papa etiam habeat contrauenire, nisi ex causa, *cap. Ecclesiasticis*, 25. *quæst.* 1. *cap. conquestus*, 9. *quæstione* 3. cum Papa metipse dicat, nullius priuilegium se velle infringere, *cap. nunc vero*, 9. *quæstione* 3. & proprium sit Principis, concessa per eum non auferre, *authent. de Referendar. in princip.* Alexand. *in consilio* 3. *num.* 6. *lib.* 1. Cephalus etiam, *in consilio* 342 *ferè per totum*, vbi latè scribit contra reuocationem priuilegiorum: Parisius, *in consilio* 2. *numero* 132. *volum.* 4. Federic. Scotus, *in consilio primo, numero* 168. *libro primo, tom.* 1. Camillus Borrellus, *in consilio primo, numero* 103. Ioan. And. Georgius, *quæstion. feudal. cap.* 55. *ex numer.* 51. Azeuedus, *in lib.* 3. *tit.* 10. *libr.* 5. *numero* 10. vbi inquit, quod non habet rationem communis opinio quæ statuit, posse Principem reuocare priuilegia absque causa. Don. Frisc. de Alfaro, *de officio Fiscalis, glossa* 34. *ex num.* 54. Camillus de Medicis, *in consilio* 118. *num.* 19. Ioseph. Ramonius, *in consilio* 24. *num.* 68. *&* 72. *&* 74. Ludou. Molina, *de Hispan. primogen. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 18. 19. *&* 20. vbi notanter, & doctè se habet, & fortiter rem hanc, & prædictam opinionem, suo sermone astringit, vt eum locum referre ad litteram grauatus non fuerim, sic itaque *ex dicto num.* 58. scribit: *Imo si rectè hæc considerentur, opinio illa, quod scilicet Princeps valeat priuilegium absque causa legitima reuocare, quamuis communis sit; iuris tamen, ac rationis fundamentis destruitur. Nec aliquo ex illis iuribus, quæ ad huius opinionis comprobationem adduci solent, probatur: prout ex illis constat, & si otium daretur, facilè probari posset, quòd nihil magis Regia Maiestate indignum dici valet, quàm quod Princeps absque causa possit propria priuilegia reuocare; cùm inconstantia, & variatio in Principe, præsertim in beneficiis à se concessis, reprobetur. Ideòque plures ex Scribentibus maximi nominis dixerunt, Principem non posse priuilegium à se concessum, absque causa legitima reuocare.* Et citat Bald. Alexandrum, & alios, sic tenentes: & addit *num.* 20. quod quamuis de hac opinione dubitari posset, propter authoritatem illorum, qui contrariam sequuntur; illud certissimum esse, quod Principem non decet, proprium priuilegium reuocare, prout dixerunt Bald. Ioannes And. & alij Authores, *ibi relati*. Atque ex hoc plane deduci, ciuili modo loquendo, id Principem facere non posse, cùm nemo dicatur posse, nisi id quod decenter, & honestè facere potest; *l. nepos Proculo*, cum similibus, *ff. de verbor. significat.* quod potius Principibus quàm aliis conuenire, notissimum est. Et concludit ipse Molina, quod hæc opinio, si textus, *in dict. l. qui fundos. C. de omni agro deserto, lib.* 11. sit in priuilegio, non autem in contractu intelligendus, ex illo manifestè probatur; non enim *ibi* Imperator ex sola voluntate, sed ex iusta causa, priuilegium à se concessum modificat. Et hactenus Ludou. Molina, cui etiam conueniunt, & eandem opinionem, quod Principes non possint reuocare priuilegia, subditis concessa, nisi iusta interueniente causa, cum aliis Authoribus tenuerunt Pelaes à Mieres, *de maioratu, prima parte, quæst.* 26. *num.* 26. *num.* 27. *&* 50. *& sequentib. & num.* 57. 58. *&* 59. Carol. Bardellonius, *in consilio* 22. *numero* 16. *&* 17. *libro primo*.

Et hæc opinio tanto magis procedit, quando Princeps, qui priuilegium concessit, promisit illud non reuocare, sed perpetuò seruare, & seruari facere: nam hæc specialis promissio operatur, nec etiam simplex & merum priuilegium, Princeps reuocare possit; quod Petrus Surdus, *dicto consilio* 419. *num.* 68. *lib.* 3. post Rimiñal. Cephal. & alios, quos citat, singulariter obseruat. Et conuenit Menochius, ab eo non relatus, *in consilio* 1003. *n.* 91. & multis antea confirmauerat *n.* 90. *&* 91. conuenit etiam Ioseph. Ramonius, *in consilio* 24. *num.* 75. 145

Et in dubio non præsumitur, Principem, priuilegium à se concessum, reuocare voluisse; sicuti relatis aliis Authoribus, annotauit Carolus Bardellonius, *dicto consilio* 22. *n.* 16. *&* 17. Ignatius etiam del Villar, *responso* 8. *n.* 13. 142

Nec contrariam opinionem probat vllomodo textus, *in l. qui fundos, C. de omni agro deser. lib.* 11. quæ communiter allegari solet ad hoc, quod Princeps reuocare possit priuilegium, quod concessit, nulla iusta causa interueniente, sicuti Ludou. Molina, *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 16. *&* 17. optimè ostendit, & duplicem intellectum assignat. Et reperit *num.* 18. eidem etiam textui respondet, ipsumque explicat Ignatius del Villar *dicto responso* 8. *num.* 29. *per totum*, D. Francisc. Alfarus, *de officio Fiscalis, glossa.* 34. *num.* 14. *vsque ad numerum* 18. vbi videri poterit, & sufficit asserere, communem allegationem, in eo textu non probari; imo contrarium apertè deduci, & potius iustam causam requiri, prout Ludou: Molina, *vbi suprà* annotauit. 143

Ij autem omnes, qui obseruarunt, Principem non posse, absque iusta, & legitima causa reuocare priuilegium purum, & simplex, quod concesserat; nullam quidem differentiam constituunt inter priuilegia pura & simplicia, & donationes, aut conuentiones gratuitas, imo potius in eisdem priuilegiis, idem ius statuunt, quod in donationibus, & conuentionibus, aut concessionibus gratuitis statui solet; reuocari inquam non posse absque iusta & legitima causa, quemadmodum donationes, & conuentiones gratuitæ, sine causa non reuocantur. Contrariæ verò opinionis Authores, qui asseuerarunt, priuilegium purum & simplex, posse Principem pro libito suæ voluntatis reuocare, & quod nulla causa requiratur; aliter quidem, & diuersimode se habent: & contrarium ius statuunt in donationibus & concessionibus, & conuentionibus gratiosis, vt absque causa scilicet 144

licet rationabili, & legitima reuocari non possint. Et hæc quidem satis apertè deducuntur ex traditis post multos alios Authores per Trentacinquium, *variarum lib. 3. tit. de pactis, res. 1. num.* 5. Carolum Bardellouinum, *in consilio* 75. *num.* 23. Burgos de Paz, *in consilio* 25. *num.* 46. Fabium de Anna, *in consilio* 62. *num.* 61. qui scripserunt, Principem reuocare non posse donationem, à se perfectè alicui factam, nisi ex causa legitima. Et id ipsum tenuit cum aliis Petrus Antonius de Petra, *de potestate Principis, quæstione* 31. *ex num.* 39. *cum sequent. & num.* 137. vbi quod Princeps non reuocat donationem, cùm sit contractus iuris gentium, nisi magna ex causa: reuocari autem pura priuilegia, pro libito voluntatis, absque vlla causa. Et antea *quæst.* 24. *ex num.* 219. *cum pluribus sequentibus*, & cum Castrense, Decio, Sociuo, iun. Bottello, Craueta, Neuizano, Alberto Bruno, Deciano, Natta, Menochio, & Ploto, Ioseph Ramonius, *in consilio* 24. *num.* 78. & 79. Peregrinus *de iure fisci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 26. & 27. & *num.* 50. vbi etiam, quod Princeps donationes à se factas non reuocat, nisi ex causis à iure introductis, de quibus *per totum titulum, C. de reuocandis donation.* secus autem, in puris, & simplicibus priuilegiis, quæ pro libito voluntatis, & absque vlla causa reuocat, vt antea dixerat idem Peregrinus, *eodem tit.* 3. *num.* 19. & *seq.* quod explicauit *dicto num.* 26. & 27. nisi ex priuilegio translatum sit dominium directum, vel vtile; quia tunc auferre, seu reuocare illud non potest sine causa, quod etiam obseruauit Ludouicus Molina, *lib.* 4. *cap.* 3. *nu.* 21. & 22. & refert Baldum, dicentem, quod licèt Princeps possit proprium priuilegium, purum, & merè gratiosum, etiam absque causa reuocare; attamen id limitandum esse in his, in quibus, iam dominium directum, vel vtile, ex Principis concessione translatum fuerat, cùm iam firmitas huius concessionis, ex iure gentium procedat. Et inde, ex sententia aliorum, quos refert, non posse Principem tollere ius quæsitum ex donatione, quando iam erat dominium acquisitum ex traditione, & sic iure gentium roboratum: quod etiam expressè admisit Petrus Surdus, *dicto consilio* 419. *num.* 59. & 60. Menochius, *in consilio* 1003. *num.* 93. *in fine* 94. & *duob. sequentibus*, D. Carolus de Tapia, *ad dictam l. finalem, ff. de constitutionibus Princip.* 2. *parte, cap.* 9. *num.* 54. & 55. vbi quod Princeps, sine iusta causa non reuocat priuilegium, per quod transfertur dominium, quia sequuta traditione, vera, vel ficta, fit irreuocabile, prout donationes irreuocabiles sunt, quia ex eis dominium transfertur, sequuta traditione. Cæterum, quod priuilegium purum & simplex, ex quo dominium non transfertur, potest ex sola voluntate Principis, absque causa reuocari, prout *ibidem,*
145 *num.* 56. ex relatione aliorum comprobat ipse Tapia, & differentiam communem inter priuilegia pura & simplicia, & donationes, aut concessiones gratuitas, specificè attigit Iosephus de Sese, *decisione* 79. & *num.* 29. *folio mihi* 574. *vsque ad numerum* 34. vbi ex sententia aliorum tradit, quod Reges non possunt reuocare donationes perfectas, cùm sint contractus de iure gentium, atque ex eis transferatur dominium; vbi verò de iure gentium non est alteri quæsitum dominium, vt in priuilegiis immunitatis, vel exemptionis, & similibus, & statur in finibus meri priuilegij, vt quia Reges pro concessione nihil receperunt, quòd tunc licèt de potestate ordinaria reuocare non possint priuilegia, sine iusta causa, reuocant tamen de plenitudine potestatis, prout latius *ibi.*

Apparet ergo, ex omnibus Authoribus hactenus relatis, Principes reuocare non posse donationes à se factas, nisi ex iusta, & legitima causa: nec etiam reuocare absque iusta causa priuilegia, per quæ translatum fuerit directum, aut vtile dominium, mediante traditione vera, vel ficta; & in hoc, maiori ex parte, omnes Interpretes conuenire: quando autem directum dominium, aut vtile non transfertur, dissentire quidem; nam iuxta primam opinionem, de qua *suprà, num.* 138. Principes, pro libito voluntatis, & absque vlla causa reuocant priuilegia: iuxta secundam autem, relatam *suprà, num.* 140. absque causa iusta, & legitima reuocare non possunt, prout in donationibus diximus. Et hanc opinionem, veriorem credimus, & tenendam omnino, prout inferiùs dicemus. Et hactenus de secunda opinione in proposito articulo, an Princeps reuocare possit priuilegia pura, & simplicia.

Tertia, & vltima fuit opinio aliorum multo- 146
rum, qui distinxerunt, Principes scilicet, & Reges, de potestate ordinaria non posse siue causa iusta, & legitima reuocare priuilegia pura & simplicia, iuxta secundam opinionem, de qua *suprà*: posse tamen de potestate absoluta, siue de plenitudine potestatis, iuxta primam opinionem, de qua etiam *suprà*; sed id facere non debere, nec honestum aut decens esse; quia non decet Principem, proprium priuilegium à se concessum, absque causa legitima reuocare; sicuti refert, & cum aliis Authoribus ita firmiter resoluit Ludou. Molina, *libro* 4. *dicto cap.* 3. *num.* 18. 19. & 20. prout *suprà* retuli eum. Egregiè Pet. Surdus, *dicto consilio* 419. *num.* 46. vbi refert Crauetam, Ioan. And. Baldum, Campegium, Ioan. Iacob. de Leon, Ioan. Cephalum, & Decianum, & in hunc modum scribit: *Sed quia plures tenent, priuilegium subdito concessum posse reuocari sine causa, ideo aliter respondeo, & dico, quod id permittitur solum ex plenitudine potestatis; nam quoad viam iuris, & ordinariam potestatem, priuilegium debet esse immutabile, vt diximus suprà. Craueta, in consilio* 869. *num.* 6. & *in consilio* 909. *num.* 1. & *licèt hoc facere possit, non tamen decet, vt inquit Ioan. And. in cap. quod dilectio, de consangu. & affin. Bald. in cap.* 1. *§. notandum, num.* 1. *qui feud. dare poss. Campegi. consil.* 2. *num.* 26. *Ioan. Iacob. de Leon, in cons.* 114. *num.* 114. *inter consilia Bruni, & dicit text. in l. ratas, C. de rescind. vendit. iniquitatis summæ esse, ea minui, aut auferri, quæ à Principe concessa sunt, Ias. in consilio* 233. *colum.* 6. *volum.* 2. *refert Craueta, dicto consilio* 869. *n.* 6. *quia etsi possit de rigore, non tamen de honestate, &c.* Vbi latius comprobat, & conuenit Menochius, *in consilio* 1003. *numero* 93.

Pro hac etiam parte, quod Princeps possit reuocare priuilegia pura, & simplicia à se concessa, ad libitum voluntatis suæ, de plenitudine potestatis; licèt secus sit de potestate ordinaria; Authores plures cumulat, & ita resoluit Pet. Anton. de Petra, *de potestate Principis, cap.* 24. *ex num.* 219. *vsque ad numerum* 229. Peregrinus, *de iure Fisci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 27. *in fin.* Tuschus, *tom.* 6. *littera P. conclusione* 751. *num.* 7. Ioseph. de Sese, *decisione* 79. *ex num.* 26. *cum sequent.* Ioseph. Ramonius, *in consilio* 24. *num.* 72. vbi refert pro eadem sententia Authores permultos. Et easdem

Petri

Petri Surdi obseruationes commemorat, priuilegium scilicet Principis debere esse immutabile, & licet priuilegia reuoesre possit de plenitudine potestatis, non tamen decet, nec debet, prout latius comptobat *numero* 72. & 73. Mastrillus etiam, *de magistratibus, lib.* 3. *capit.* 4. *ex num* 319.
147 *vsque ad numer.* 323. Sic sanè Princeps in dubio non censetur vti plenitudine potestatis, aut potestate absoluta, sed ordinaria tantum, & iure communi, nisi voluisse vti plenitudine potestatis, manifestissimè appareat; prout notauit cum aliis multis Authoribus Peregrinus, *de iure Fisci, libro primo, titulo* 3. *numero* 21. Paul Castrens. *in consilio* 414. *numero* 15. *lib.* 1. Innocentius, *in cap. innotuit, de electione*. Angelus, *in l. bene à Zenone, num.* 3. *C. de quadriennij praescript.* Ias. *in consilio primo, num. nono, libro primo*. Natta, *in consilio* 322. *num.* 15. Curtius iunior, *in consilio* 20. *num. sexto*. Petra *de potestat. Princip. cap.* 32. *num. primo*, & 34. Craueta, *in consilio* 76. *numero tertio*. Ofascus, *decisione Pedemont.* 102. *ad finem*.

Ex prædictis ergo, verior videtur secunda opinio, & omnino tenenda, atque seruanda est, vt scilicet non possint Principes, & Reges absque iusta, & legitima causa reuocare priuilegia à se concessa; prout nec donationes grauitas reuocare possunt. Nec admittenda sit obseruatio prædicta plenitudinia potestatis, aut potestatis absolutæ, sed ordinaria dumtaxat potestas considerari debeat, iuris principiis, & rationi conueniena, quod etiam securè admisit D. Carol. de Tapia, *decisione* 5. *numero* 64. *folio* 207. & addit, quod licèt *in lib.* 15. *titulo* 10. *libro quinto, noua collect. Regiæ*, dicatur: *Tenemos por bien, y mandamos, que las mercedes, que se hizieren por sola voluntad de los Reyes, que se puedan del todo reuocar*. Attamen *in l.* 6. *eiusdem tituli* contrarium statuitur, dum ait: *Las cosas, que el Rey diere à alguno, que no se las pueda quitar el, ni otro aguno sin culpa*. Et harum legum conciliationem esse, vt prima procedat, quando non est alteri ius quæsitum, secus verò, quando aut dominium transiuir, aut ius alteri est quæsitum, vt declarat Matienzus, *ad dictam l.* 6. *glossa prima, numero quinto, & sequentibus*, quia licet acquisitio sit de iure ciuili, dominium tamen est de iure naturali, quod Gentium appellatur; prout latius *ibi* comprobat. Et notauit etiam Ignatius del. Villar, *dict. responso* 8. *num.* 29. *col. vlt.* & *numero* 30 qui sunt addendi Ludo Molin. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 20. vbi dictarum legum Regiarum contradictionem ponderauit. Et eius fuit sententiæ, vt vno verbo existimaret, verba *dictæ legis Regiæ* 6. potius Regiæ Maiestati conuenire videri; & vere Principem non decere, quod priuilegia reuocet, vt antea probauetar.

Procedit autem præfata opinio, quam defendimus, & *dicta l.* 6. decisio indubitanter, quando priuilegium concessum, in contractum transiuerit; Principes enim, aut Reges reuocare non possunt priuilegia, quæ in meria, & duris terminis priuilegiorum non remanserunt, sed in contractum transierint. Dicuntur autem in contractum transire, cùm conceduntur subdito, pecunia interueniente, vel prædio accepto. Et dicuntur transire in venditionem, pretio dato etiam quod Princeps vteretur verbo, Indulgemus, prout Baldus, & alij scripserunt. Vel cum conceduntur ob aliquod datum, vel factum, dandum, aut faciendum, siue impletum, aut implendum, commensuratiuum, vel prope, ad beneficium acceptum, siue priuilegium concessum, nam si gratia longè præponderaret, non desineret esse gratia, nec priuilegij nomen amitteret (vt nonnulli arbitrantur:) dicitur etiam in contractum transire priuilegium, cum conceditur ob benemerita, & remunerationem seruitiorum, & remanet irreuocabile, vt inferiùs dicetur: & ita hæc omnia, post Bal. Aretin. Socin. Castrensem, Alexand Decium, Romanum, Ruinum, Rolandum, Menochium, Felin. Iason. Nattam, Curtium Iun. & Anton. Gabriel. tradidit Peregrinus, *libro primo, titulo* 3. *numero vigesimooctauo, & vigesimo nono folio* 17. & eisdem conclusionibus conuenit omnino, & alios multos sic tenentes refert Pet. Anton de Petra, *de potestate Principis, cap.* 24. *ex numero* 243. *vsque ad numerum* 247. & *capite* 32. *ex numero* 153. *vsque ad numerum* 261. Pet. Surdus, *in consilio* 419. *ex numero* 54. *vsque ad numerum* 59. vbi quod priuilegium dicitur transire in contractum quando vel conceditur non subdito, vel datur subdito, sed accepto ab eo pretio, vel aliqua obligatione, quæ loco pretij succedat, putà si subditus promittat certum quid facere: & quod in his casibus, & quando priuilegium concessum est, mediante pecunia, Principes non reuocant illud nec reuocare possunt etiam de plenitudine potestatis. Et hæc, multorum Authorum allegatione comprobat. Et conueniunt etiam Georg. de Orbedo, *decisione* 74. *numero primo, & quatuor sequentibus*. Mieres, *de maioratu, prima parte, quæstione vigesima, numero quarto*. Azeuedus, *in l. tertia, titulo decimo libro quinto, numero vndecimo*, Ioseph. de Sese, *decisione* 79 *ex numero quarto*. D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libro tertio, cap.* 4. *numero* 323. Iacob. Cancerius, *variar. libro tertio, cap.* 3. *de priuilegiis, num.* 553. Fernand. Loazes, *in allegatione super controuersia oppidi de Mula*, 4. *pro parte oppidi fundamento, ex numero vigesimo septimo, & sequentibus, ex folio* 36. & 37. & *tertio, pro parte Marchionis fundamento, numero* 27. & *sequentibus, folio* 126. & 127. Sixtinius, *de Regalibus, libro primo, cap.* 6. *numero* 13. D. Francisc. Alfarus, *de officio Fiscalis, glossa trigesima quarta, numero* 18. Tuschus, *tomo* 6. *littera P. conclusione* 757. *numero* 13. & *multis sequentib. ex folio* 575. Aug. Barbosa, *in collectan. ad decretal. in cap.* 1. *de probat. numero* 9. *folio* 460. Camillus de Medicia, *in consilio* 118. *numero* 46. Philip. Paschalis, *de viribus patria potestatis, prima parte, capit. primo numero* 49 & 87. vbi citat Bald. Crsuet. Roland. Grammat. Ant. Gabriel. Cacheran. Cephal. Cuman. & alios, Ludouic. Morotius, *responso* 45. *numero* 2. Gozadinus, *in consilio* 114. *in fin.* & *in consilio* 62. *numero* 19. Ancharan. *in consilio* 366. Mandosius, *in regula* 13. *Cancellaria, in fin*. D. Carol. de Tapia, *decisione* 5. *numero* 33. & 34. Camillus Borrellus, *de praestantia Regis Catholici, capit.* 53. *numero* 6. Decianus, *in consilio* 51. *numero* 26. *volum.* 3. & *in consilio* 25. *numero vigesimanono, volum. primo*, Caualcanus, *de Brachio Regio, sexta, parte numero* 406. Carol. Bardellonius, *in consilio vigesimosecundo*, vbi latè comprobat, quod priuilegium concessum ex causa onerosa, reuocari non potest: Ioseph. Ludouic. *decisione Perusin. tertia, numero octauo*, Cacherannus, *in consilio* 90. *numero septimo*. Rebuffus *in consilio* 147. *colum. septima*, Beggius, *in consilio quinto, numero* 6 Anton. Quera, *in consilio* 12 *numero* 8. Ignatius del

Villar, qui latè comprobat, *respons.* 8. *ex numero* 5. *vsque ad numerum* 8. & vide *numero* 19. *per totum*, & *numero* 20. *per totum*, vbi ex sententia quamplurimorum, quos citat, affirmat, quod priuilegium transiens in vim contractus, non potest Princeps reuocare, etiam de plenitudine potestatis, & quod reuocatio non tenet: & extendit *num.* 33. relatis etiam permultis, vt id procedat, etiam si Princeps vtatur illis clausulis, *Motu proprio*, *Ex certa scientia*, aut *Non obstantibus*, & aliis similibus; quia adhuc priuilegium, siue concessio transiens in vim contractus, reuocari non potest. Quod latius comprobat, & leges nonnullas Patriæ ponderat. Extendit etiam, *numero* 34. vt nec prætextu ingratitudinis reuocari possit priuilegium, quod in contractum transiuit. Extendit denique, *num.* 36. vt priuilegium, quod in contractum transiuit, reuocari non posse, etiamsi Principi damnosum esse incipiat; prout tenent Authores *ibi* relati, qui inde inferunt, limitari decisionem textus, *in cap. suggestum, de decimis*, & *in cap. quanto, de censibus*, & *in l.* 43. *tit.* 18. *part.* 3. quibus probatur, priuilegium, quod incipit esse damnosum, reuocari posse; procedunt namque ea intra in priuilegiis gratiosis, non autem in his, quæ ex causa onerosa, aut pecunia accepta, vel aliquo dato, concessa sunt, vt per Otalorum *ubi* relatum. Et concludit Ignatius ipse del Villar, ita intelligenda esse ea, quæ vtiliter congerit Rolandus *in consilio* 1. *n.* 160 *vol.* 2. vbi resoluit, quod ex causa noua superueniente, receditur à concessione Regia, vt scilicet non procedat, quando concessio processit ex causa onerosa, & in vim contractus transiuerit.

His addendum erit, textum, *in dict. cap. suggestum*, & *in dict. cap. quanto*, & *in d. l.* 43. *tit.* 18. *p.* 3. & *in l.* 4. & 5. *tit.* 10. *p.* 3. procedere quidem, suppositis tribus requisitis, non aliàs, vt resolutum fuisse in Rota, constat *ex decis.* 87. *part.* 2. *diuersorum*. Primum requisitum est, non sufficere, quod priuilegium incipiat esse damnosum soli concedenti, *ex c. quia circa, de priuilegiis*, & notarunt specifice Alexand. *in cons.* 178. *n.* 18. *lib.* 2. Felin. *in c. ex ...* *n.* 8. *de iudiciis*, vbi dixit, quod in *dict. c. suggestum*, priuilegium non nocebat Papæ, qui concesserat, sed Monachis, & Abbati de Vrsino, Guid. Pap. *q.* 489. Fabius de Anna, *in cons.* 61. *n.* 16. *lib.* 1. sed necessarium esse, quod sit nociuum, & damnosum alicui tertio, prout *in ipso c. suggestum*, nocebat Ecclesiæ Parochiali, cui ius percipiendi decimas competebat; sicuti iidem Authores notarunt: & *ibi* Abbas, *n.* 2. Hostiens. Ioan. And. & Cardinal. Imola, *in Clem.* 1. *de censibus, n.* 9 & in his terminis procedit *dict. l.* 5 *tit.* 20. *part.* 1. & *in dict. l.* 43. vbi damnum tertij semper attenditur principaliter.

Secundum requisitum est, non sufficere, quod tertij præiudicium consideretur, & verè interueniat, sed necessarium esse, quod simul sit magnum, & notabile præiudicium, sicuti dicta decisio notauit, atque ex eisdem iuribus constat apertè, & notauit Alexand. in loco relato *suprà*. Tertium & vltimum requisitum, fuit *in dicta Rota decis.* 87. consideratum fuit, multos quærelam sæpè proposuisse de damno, quod priuilegium illud causabat; atque ita ex his tribus simul concurrentibus Rotam adductam, atque excitatam, prout *ibidem* apparet.

149 Priuilegium etiam ob merita, & in remunerationem seruitiorum concessum, dicitur in contractum transire, & reuocari non potest, neque de plenitudine potestatis; quia quod datur in remunerationem, non procedit à mera, & simplici liberalitate, sed ab ea obligatione, qua beneficienti tenemur satisfacere, nec remuneratoria est propriè donatio, atque ideo dicitur causa onerosa, vt latius comprobaui *suprà*. Et consequenter, priuilegium ex ea causa concessum, irreuocabile est; vt per Bald. Castrens. Decium, Rubeum, Crauet. Iason. Ruinum, Socinum, Roland. Nattam, Cephal. Decianum, Osascum, Calcan. & alios, cum quibus, ita resoluit Pet. Surdus, *dict. consilio* 419. *ex numer.* 54. *vsque ad numerum* 62. Peregrinus etiam, *de iure Fisci*, *libro primo*, *titulo tertio*, *numero vigesimo nono*, & *in consilio septimo*, *numero decimo sexto*. Menochius, *in consilio* 75. *numero* 44. *libro primo*, & *in consilio* 379. *numero duodecimo*, *libro quarto*. Ancharanus, Regien. *quæstion.* 43. *numero tertio*, *libro tertio*. Berreta, *in consilio primo*, *numero decimosexto*. Hippolyt. Riminaldus, *in consilio* 540. *numero* 96. & *in consilio* 556. *numero* 107. *libro quinto*. Ioan. Baptist. Plotus, *in consilio vndecimo*, *numero sexto*. Carol. de Tapia, *in dicta l. finali*, *ff. de constitut. Princip.* 2. *parte*, *capite nono*, *ex numero sexto*, & *decisione quinta*, *numero trigesimoquarto*, *folio* 201. vbi citat quamplurimos: Anton. Gabriel. *libro tertio*, *titulo*, *de iure quæsito non tollendo*, *conclusione septima*, *numero secundo*. Grammaticus, *decisione* 65. *numero vigesimoquarto*, & *sequentibus*, Bolognetus, *in consilio primo*, *numero* 176. Ioann. Franeisc. de Ponte, *in consilio* 60. *numero vigesimosecundo*, Philip. Paschalis, *de viribus patriæ potestatis*, *prima parte*, *cap. primo*, *numero* 53. Mastrillus, *de magistratibus*, *libro tertio*, *cap. quarto*, *numero* 325. Fernand. Loaxes, 4. *pro parte Marchionis fundamento*, *numero vigesimonono*, & *trigesimo*, *folio* 127. vbi vide. Sixtinius, *de Regalibus*, *libro primo*, *capite sexto*, *numero vigesimotertio*, & *vigesimoquarto*, *folio* 181. Mieres, *de maioratu*, *prima parte*, *quæstione* 16. *numero* 50. & 65. D. Francisc. Alfarins, *de officio Fiscalis*, *glossa* 34. *numero* 18. Tuschus, *tomo* 6. *littera P. conclusione* 751. *numero* 8. & *pluribus sequentibus*, *ex folio* 576. Sesc, *decisione* 79. *ex numero* 39. Cancerius, *variar. libro tertio*, *cap.* 3. *de priuilegiis*, *numero* 154. Camillus de Medicis, *in consilio* 118. *num.* 30. 35. & 36. Ignatius del Villar, *responso* 8. *ferè per totum*, Augustin. Barbosa, *in dict. cap.* 1. *de probat. num.* 9. *folio* 460.

An autem, ex causa iusta, & legitima, siue publicæ vtilitatis, aut propter necessitatem vrgentem, reuocari possit priuilegium Principis, quod in contractum transiuit, pecunia scilicet accepta, vel aliquo dato, vel facto, atque in remunerationem seruitiorum; explicandum quidem, atque resoluendum erit, prout dixi *supra*, *ex numero* 123. *cum sequentibus*, in contractibus, à Regibus, & Principibus, cum subditis initis, & celebratis, cum priuilegia, quæ in contractum transeunt, capiant contractus naturam, & ideo de eis, prout de contractibus iudicandum sit; sicuti Pet. Surdus, *dicto consilio* 419. *n.* 55. singulariter notauit. Et vide Peregrinum, *de iure Fisci*, *libr.* 3. *titul.* 3. *numer.* 13. Ignatium del Villar, *dicto responso* 8. *numer.* 26. *in fine*, & *numer.* 40. 150

Quod attinet verò ad priuilegia pura, seu concessiones gratuitas, quibus iurisdictiones concessæ fuere, & dum inquiritur, an reuocari possint

possint pro libito voluntatis Principis concedentis, & absque causa, an verò causa iusta, & legitima requiratur, prout in priuilegiis aliarum rerum diximus *suprà*. Eadem sane controuersia excitatur, & contrarietas inuenitur inter Scribentes, quæ in alterius rei cuiusque priuilegio, adducta fuit *suprà, ex n.* 138. *cum seq.* Et eadem ratione, atque resolutione explicanda erit in ; priuilegiis inquam puris, quibus iurisdictiones conceduntur, tres etiam extare Interpretum nostrorum sententias, & opiniones, prout eas retuli *sup. ex num.* 138. *vsque ad num.* 148. secundàmque opinionem, & veriorem esse, & mihi semper magis placuisse (quàm & alij multi probarunt) atque ita non esse constituendam differentiam inter priuilegia iurisdictionum, & aliarum rerum. Et sententiam ipsam, indubitanter magis procedere (vt concessiones scilicet iurisdictionum, semel factæ, reuocari non valeant fine causa iusta & legitima) quando in contractum transierunt, vel causa remunerationis factæ fuerint. Nec vllo pacto admittendam opinionem eorum, qui existimarunt, pro causa, & ratione, solam Principis reuocantis voluntatem sufficere, nec aliquam causam requiri, quidquid in priuilegiis aliarum rerum requiratur, verè namque nulla potest differentiæ ratio constitui, nec in concessione iurisdictionis, aliquid speciale detegi potest. Et ad hæc in effectu ted icuntur resolutiones Peregrini, *de iure Fiscr, libro primo, titulo tertio, numero* 51. vbi post alios plures Authores, quos cumulat, tria principaliter proponit. *Primum*, quod ex sententia quorundam, cùm Principes, per priuilegium, iurisdictionalia concedit, possit pro suo arbitrio, & voluntate, & absque vlla causa, iurisdictiones concessas reuocare, & moderari : ex sententia verò aliorum non possit, nisi iusta subsistente causa. *Secundum*, quod si concesserit priuilegium iurisdictionis, per viam contractus, non possit eam reuocare. *Tertium*, quod ex causa iusta, & legitima reuocare possit, non aliàs, Semper tamen, vbi alteratio, moderatio, aut reuocatio fiat, integra satisfactio præstanda sit, prout dixi *supra, numero* 134. vel acceptum reddendum, sicuti probaui *ibidem*. Et easdem conclusiones, in effectu proponit, quamuis longa serie, hac de re egerit Pet. Anton. de Petra, *de potestate Principis, quæstione* 29. *per totam*. Et addit *numero septimo*, quod concessio iurisdictionis, à Principe facta alicui ob grata seruitia, non potest ab eo, sine causa reuocari, vel alteri concedi. Eisdem quoque conclusionibus conueniunt Pelaez à Mieres, *de maioratu, prima parte, quæstione vigesima, numero septimo*. Azeuedus, *in l. prima, titulo decimo, numero vigesimo octauo, & in l. quarto, eod. titul. numero sexto, lib.* 5. *noua collect. Regiæ*: Carol. de Tapia, *in rubrica, ad titul ff de constitut. Princip. cap.* 4. *ex numero decimo, cum sequentibus*. Ioseph. de Sese, *decisione* 79. *ferè per totam*. Et maximè *ex numero decimo quinto, vsque ad numerum* 30. vbi latè comprobat, quod iurisdictio concessa à Principe per priuilegium, potest ab eo, pro libito voluntatis reuocari, & quod finitur per reuocationem ipsius, ad quod quamplures refert Authores, qui eam tenuerunt opinionem *numeris autem sequentibus*, alios plures citat, qui contrarium tuentur, quòd scilicet concessio iurisdictionis per priuilegium, sine causa reuocari non possit. Semper tamen insistit firmiter in eo, quod quando concessio iurisdictionis Incontractum transiuit, reuocari non valeat. Et addit, quod concessio omnis iurisdictionis, propter seruitia, & benemerita, transit in contractum, & reuocari non potest; prout *dicta decisione* 79. *ex numero* 39. *vsque ad numerum* 55. latè latiùs comprobat. Et antea dixerat *numero vigesimo sexto*. Et repetit *decisione* 187. *numero vndecimo, & decimo septimo*, & limitat, quando publicæ vtilitatis, aut necessitatis ratio, reuocari iurisdictionem semel concessam, exigeret, prout *ibidem, numero* 46. Conuenit etiam superioribus conclusionibus D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus libro tertio, cap.* 2. *ex numero* 44. *vsque ad numero* 59. ex quo etiam Authore colligitur contrarietas Scribentium in proposito articulo concessionis iurisdictionis per priuilegium purum, & simplex : Quidam enim existimarunt, liberè, & pro libito voluntatis, à Principe reuocari posse, ac si precario concessa fuisset. Alij autem statuerunt contrarium, nisi iusta, & legitima causa interueniat, vt apparet *dicto num.* 44. Mastrilli, & *numero* 45. Semper tamen conueniunt, quod vbi concessio iurisdictionis in contractum transierit, vel ob benemerita, & in remunerationem concessa fuerit, reuocari non possit, nisi publica subsistente causa; sicuti constat ex traditis *ibi num.* 56. & 57. vbi ipse citat Decium, Mandellum, Bossium, Afflictum, Follerium, Bellugam, Crauetam, Menochium, Nattam, Cancerium, Auendañum, & Ponte, sic tenentes. Et antea Mastrillus metipse, *libro* 1. *cap.* 27. *ex num.* 4. *fol.* 135. eum excitasset dubium illud, vtrum Rex, vel Princeps possit Officialem creatum reuocare : & nonnulla pro parte affirmatiua ponderasset ; adducit *ex numero quarto, vsque ad decimum sextum*, quamplurimorum Authorum placita, & quibus, iurisdictionales concessiones, ad libitum possunt reuocari, concessione non obstante ; nam in eis semper Superioris authoritas reseruatur, & nisi eius authoritate, iurisdictio non potest exerceri, cum in eo residear suprema potestas inseparabilis. Et cũ iurisdictionalia sint de iure positiuo, possunt arbitrio Principis, ad sui libitum reuocari. Nec per talem reuocationem conqueri valent ij, quibus concessa sunt, natura contractus precarij ita suadente, vt vtendum concedatur tamdiu, quamdiu concedens patitur. Non enim aliud conceditur, nisi exercitium meri, & mixti Imperij, & ideo non mirum, si ad libitum sit reuocabile, prout hæc, & alia similia, latiùs comprobat *ibi* Mastrillus. Et tandem *ex num.* 16. *cum seq.* latè fundat, quod Princeps minimè debet iurisdictionalia reuocare, nisi ex vrgenti, & iusta causa ; & consequenter, quod non potest amouere Officiales, etiam ad nutum, & ad beneplacitum creatos, absque iusta & rationabili causa.

Eisdem quoque conclusionibus, suprà propositis, iurisdictionales concessiones, per viam priuilegij factas, liberè, & absque vlla causa posse per Principes reuocari, ex sententia quorundam : ex sententia verò aliorum non posse, nisi iusta interueniente causa, etiam de plenitudine potestatis; ex causa tamen reuocari valere : quod si concessiones ipsæ iurisdictionales in contractum transierint, vel ex causa remunerationis seruitiorum factæ sint, reuocari non pos-

Ioan. del Castillo Quot. contr. iur. Lib. VI.

 sint,

sint, adductis contrariis opinionibus, latè comprobauit Ioseph. Ramonius, videndus omnino *in consilio 24. ex numero 67. ex folio 263. vsque ad numerum* 88. *& numero* 92. vbi etiam vide. Et hactenus de his, quæ Doctores communiter tradere, atque adnotare solent in proposito articulo, vtrum priuilegium iurisdictionalium reuocari possit Princeps, cum causa, vel sine causa etiam pro libito voluntatis. Cæterum mirandum est, tot Interpretes, relatos *suprà*, & alios plures, qui ab eis commemorantur; Recentiores etiam omnes, Ludou. Casanate excepto, ita indistinctè, & absolutè tradidisse, priuilegia iurisdictionalium, siue in quibus iurisdictionum concessio facta est, si in contractum transierunt, hoc est, pecunia data aut pretio, vel alio æquiualenti accepto, aut si ex causa remunerationis factæ fuerint, reuocari non posse; & pro se allegasse Baldum, *in l. qui se patris, n. 14. C. unde liberi*: cum
552 potius contrarium voluerit Bald. *ibi*, adeo apertè, vt aliud ex eo colligi non poterit. Item, quando Priuilegia iurisdictionalium pura, & simplicia fuerint, & in contractum non transierint, adhuc Baldus ipse, non simpliciter statuit, reuocari posse pro libito voluntatis, & absque causa; nec etiam simpliciter dixit, irreuocabilia esse; sed vltra progressus est, & latius rem explicauit. Quod vt euidenter demonstretur, verba Baldi, *dicto numero* 14. commemorare oportebit, quæ sic se habent: *Item in concessis absque præiudicio Superioris, vt iurisdictionalibus, nam in eis semper authoritas Superioris reseruatur, & nisi eius authoritate non potest exerceri, cum in eo resideat suprema potestas inseparabilis. Vnde potest iurisdictionis supprimere aliarum, non solum singularium personarum, sed etiam ciuitatum: vt notat. in l. omnes populi, per DD ff. de iust. & iure, in translatis vero quoad directum dominium, vel vtile, non habet locum pœnitentia, cum de iure gentium teneatur ex suo consensu, vt notatur per Cin. supra de legibus, l. Digna vox.* Hactenus Baldus, qui præsupponit, generaliter non posse Principes, & Reges reuocare suos contractus, nec priuilegia sua, quæ in contractum transierunt, maximè pecunia interueniente. Eam tamen limitat in iurisdictionalibus, in quibus asserit, posse concessionem suam, etiam pecunia, & pretio interueniente, factam, reuocare. Sic sanè acceperunt verba, & doctrinam Baldi, vt siue in vim priuilegij, vel gratuitæ concessionis, siue in vim contractus, aut remunerationis, concessiones iurisdictionalium transeant, ad nutum per Principem reuocari possint, quamplurimi ex relatis *suprà*, *numero* 151. Belluga etiam, Natta, Mantica, Ioannes Campegius, Albert. Brun. Aretin. Roland. Roderic. Xuares, & alij, prout eos refert, & mentem Baldi optimè percipit Ludouic. Casanate, *in consilio 43. numero* 42. *&* 43. & repetit *numero* 47. *&* 48. vbi etiam egregiè, & singulariter aduertit, clarè intellexisse, atque voluisse Baldum, *dicto in loco*, quod iurisdictionalia reuocare licet, etiam vbi aliàs non liceret; & sic etiamsi adsit contractus, vel interuentio pecuniæ: vnde vt adsit specialitas in iurisdictionalibus, necessariò fatendum est, Baldum dixisse, quod sit specialis in iurisdictionalibus, & quod reuocare liceat, vbi aliàs non liceret, & sic etiamsi interueniat pactum, vel pecunia. Atque ita pulchrè Baldum declarat Bossius, & præsupponit Decius, prout *ibidem* Casanate notat. Et *dicto numero* 47. asserit, deceptos Authores plures ab eo relatos, prout decipiuntur à me commemorati *numero* 151. *suprà*, dum intelligunt, Baldum loqui in iurisdictionalibus concessis, absque interuentione pecuniæ, vel quæ in contractum non transierunt. Et *num.* 49. refert Bellugam, Afflict. Aretin. Roderic. Xuarez, Bossium, & Decium, qui allegantes Baldum, eum intelligunt, atque accipiunt ad modum prædictum, vt iurisdictionalia, siue in vim priuilegij, vel concessionis gratuitæ, siue in vim contractus transeant ad nutum sint Principis concedentis, & ab eo, pro libito reuocari possint. Et regulam, quod Princeps non possit reuocare priuilegium suum, propter pecuniam, aut aliud, vel propter seruitia concessum, limitari, & non procedere secundum Baldum ipsum, in priuilegio, seu concessione iurisdictionis, quæ potest ad voluntatem Principis supprimi, auferri, & reuocari. Rectè etiam notauit Casanate metipso, *numero* 50. 51. *&* 52. Baldi resolutioni, multùm obstare, atque repugnare nonnulla. Primum, quod Princeps non potest pactis, & contractibus contrauenire, illis enim ligatur, & ad eorum obseruantiam, præcisè tenetur, ad quod citat Authores nonnullos, *dicto numero* 50. & latissimè comprobaui *suprà*, *numero quarto*, *& sequentibus*. Secundum, quod Princeps, nec priuilegia, quando sui naturâ sint reuocabilia, potest reuocare, si ob interuentionem pretij, vel ob aliam causam, aut ob benemerita transierunt in contractum, prout tenent relati *ibidem*, *dicto numero* 51. & latè etiam comprobaui *suprà*. Tertium, quod etiam in iurisdictionalibus, contra Baldum, quod non possit Princeps priuilegium, seu concessionem iurisdictionis reuocare, si per pactum, aut contractum, vel pecunia interueniente, aut ob benemerita, facta fuerit concessio; tenent plures, à Casanate relati, *dicto numero* 52. *& antea*, *numero* 47. & permultos alios ego retuli *supra*, *numero* 151. deinde, *numero* 57. ipsemet ostendit, specialitatem hanc in iurisdictionalibus à Baldo consideratam, ex voluntate Principis ea concedentis, fundamentum assumere, quod Princeps, & quiuis alius iurisdictionis Dominus, in quocumque priuilegio, pacto, seu contractu, super iurisdictionalibus facto, semper censetur superioritatem suam reseruare, & sic iurisdictionem precariam, reuocabilem, & diuisibilem concedere, nisi aliud in contractu expressum sit, vel ex verbis, vel ea mente illius, clarè resultet. Et concludit idem Casanate, hoc esse quod dixit Bald. *in dict. l. qui se patris*, *numero decimo quarto*, quod in iurisdictionalibus, Superioris authoritas semper censetur excepta. Statuit quoque ipse Casanate, *num.* 63. *&* 64. quod 553
Princeps, adeò in iurisdictionalibus, intentionem suam, & liberam disponendi facultatem fundat, vt quæcumque donatio, seu concessio, circa iurisdictionem, & quæcumq; iurisdictionalium, siue exemptio, siue dispositio intelligatur semper in dubio, quasi precario nomine fieri, & sic reuocationi, diuisioni, & dismembrationi semper subiici, iuxta naturam, & materiam subiectam iurisdictionis, super qua fit dispositio, nisi ex claris verbis concessionis, contrarium appareat. Et citat Bald. Bartol. Crauet. Nattam, Menochium, Ripam, Roland. & Petram. Et addidit, quod iurisdictionis concessio, sui natura, nisi aliud exprimatur, habet sibi insi-

tam

tam proprietatem, vt à voluntate concedentis dependeat; ab eóque possit quandocumque reuocari, seu limitari, & citat Bartol. Bald. Iason. Decium, Menochium, Afflict. Natt. Roland. Follerium, Mier. & Auendan. & idipsum adnotauit Ioseph. Ramonius, *in cons.24. num.58.* qui Ludou. Casanate non citat.

154 Tandem Casanate metipse, *ex num. 59. vsque ad numerum 63.* vt dicta Baldi, *in dict.l. qui se patris, numero decimoquarto,* apertius declarata, atque enucleata relinquat, quatuor casus principales considerat.

Ego sanè, ex ipsis quatuor casibus, quartum omittam, quod ad quæstionem præsentem non pertineat, quamuis casui illi, super quo consilium illud confecit, rectè applicetur. Tres autem alios casus reassumam, & in eis insistam, sed non eodem ordine, quo Ludouic. Casanate, eos proposuit.

Primus itaque casus sit (qui erat tertius Ludou. Casanate) quando scilicet iurisdictionum concessio fuit merè gratuita, & per simplex, & merum priuilegium facta: & tunc statuit *num. 61.* quod liberè Princeps reuocare possit, pro libito voluntatis, & absque vlla causa. Et in hoc magis communiter Doctores conueniunt, non modò in iurisdictionalibus, sed etiam in aliarum rerum priuilegiis, vt *numeris præcedentibus* vidimus. Alij tamen contradicunt, & tenent, priuilegia à Principibus concessa, generaliter in omni actu & materia debere esse firma, & stabilia, & perpetua; & docere, quod non reuocentur, vt tradidi *suprà, ex n.140.* & in ipsis terminis iurisdictionalium, cum aliis multis, ita contendit Ramonius, *dicto consilio vigesimoquarto, ex numero 68. cum sequentibus.* Et hic casus intelligitur, quando priuilegium, vel concessio fit super solo iurisdictionis exercitio; tunc enim inquit Casanate, non censetur altera iurisdictionis natura, sed remanet sui naturâ reuocabilis; quia ex mente Principis concedentis, censetur semper ipsius authoritas, & superioritas reseruata, vt liberè reuocari possit, nisi contrarium expressum sit in concessione.

Secundus casus sit (qui etiam fuit secundus eiusdem Ludouici, *num.60.* & est limitatio casus præcedentis, atque ita melius, & opportunè magis hic proponitur) quando scilicet priuilegium, vel concessio fit super solo iurisdictionis exercitio, & administratione, absque translatione alicuius dominij vtilis, vel directi. Adest tamen pactum, quod non liceat iurisdictionis exercitium reuocare, vel diuidere, vel minuere. Et in hoc casu (inquit Casanate) nulla esset quæstio voluntatis, cum clarè constet Principem voluisse facultate diuidendi, & reuocandi se priuare. Et quod in hoc secundo casu non posset procedere decisio Baldi, *in dict. l. qui se patris, numero decimo quarto,* quatenus fundatur in defectu voluntatis, sibi reseruasse. Cum clarè in pacto contineatur quod scilicet censeatur eam superioritatem, quod noluit eam facultatem sibi reseruare. Et quod in his terminis procedit communis illa Scribentium resolutio, quod non possit Princeps, contractus suos, vel priuilegia in contractum transeuntia reuocare. Et procedunt quoque consultationes illæ Menochij, *in consilio 264.* & Crauetæ, *in consilio, 592.* Nam apud eos præsupponitur in themate, & discursu consiliorum, interuenisse expressum pactum, quod non possit diuidere, vel dismembrare, & sic nulla poterat verti quæstio voluntatis, sed solum erat quæstio potestatis.

Hactenus Ludouic. Casanate, qui tantam vim pacto prædicto non reuocandi tribuit, vt ex eo crediderit cum Caueta, Menochio, & aliis, priuilegium effici irreuocabile. Addiderim ego idipsum generaliter in omnibus priuilegiis, nullo excepto, nec etiam eo, quo iurisdictionalia concessa sunt, obseruasse per multos Authores relatos à me *suprà hoc eodem capit. numero 141.* vbi ex ipsorum sententia statui, Principes & Reges reuocare non posse priuilegium simplex, & purum, quando promiserunt perpetuò illud seruare, & seruari facere.

Addiderim etiam, nullum ferè confici instrumentum concessionis cuiusvis priuilegij; in quo pactum prædictum, pro obseruantia, & maiori firmitate concessionis non exprimatur, atque apponatur: atque ita non dari locum præsumptionibus, aut coniecturis, an scilicet Princeps reseruauerit superioritatem suam, & facultatem reuocandi, vel non, siue habuerit, vel non, voluntatem priuandi se iure, & potestate reuocandi.

Tertius casus sit (qui fuit primus Ludou eiusdem Casanate, *numero 59.* & erit etiam limitatio casus ipsius primi, *suprà* propositi: vbi scilicet factus fuerit contractus super dominio vtili, vel directo iurisdictionis, vt quia Princeps, iurisdictionem alicui concedat, vel donet, nedum quoad exercitium, sed & quoad dominium vtile, vel directum. Et in hoc casu (inquit Ludou.) non poterit Princeps vti superioritate reuocandi, diuidendi, vel dismembrandi iurisdictionem. Et reddit rationem, quia eo casu non transfertur iurisdictio precaria, sed in proprietate. Et sic Princeps dominium iurisdictionis, per suum contractum, in tertium translatum, minimè potest vnire, diuidere, auferre, supprimere, vel dismembrare. Et addit, quod licèt, in hoc etiam casu, multi tenuerint, in iurisdictionalibus posse contractum, & conuentionem reuocari, vt patet ex Authoribus *ibi* relatis tamen verius videri, non posse tunc iurisdictionē translatam reuocari, vel minui, vt clarissimè probat ipse Baldus, *in dict. l. qui se patris numero decimo quarto,* in illis verbis: *In translatis verò quoad dominium directum, vel vtile, non habet locum pœnitentia, cum de iure gentium teneatur ex sue contractu.* Atque ita apertissimè constituit differentiā inter conuentionem, seu concessionem factam super exercitio iurisdictionis, & inter translationem illius, quoad dominium directum, vel vtile, & concludit, iuxta hanc distinctionem intelligendos, atque explicandos Authores nonnullos, quos *dicto numero 59. per totum,* expendit, vbi videri potest.

Et hactenus Lodou. Casanate, pro cuius maiori explicatione constituo, atque obseruo, quod ex quo ipse, in terminis prædictis, quando Princeps, iurisdictionem concedit, vel donat, ne dum quoad exercitium sed & quod dominium vtile, vel directum non potest reuocare concessionem, seu donationem; non distinxit, an pecunia accepta, vel pretio dato, aut aliquo facto, vel faciendo, seu dando, concessio facta sit; apertissimè voluit, resolutionem eam omnibus casibus indistinctè conuenire, quibus concessa sit iurisdictio, quoad dominium vtile, vel directum, etiam non accepta pecunia, vel nullo dato, vel facto ex parte eius, cui concessio facta fuit, sed quod omnino fuerit gratuita, & per purum, & simplex priuilegium. Quod manifestissimè etiam denotat, & insinuat verbum il-

tiud, *concedat, vel donet*; quo vsus est Casanate, *dicto num. 59. in principio*, cum ad priuilegium purum, & simplex, & omnino gratuitum, verbum ipsum, *donet*, sit referendum. Et in hoc conuenit Casanate, communi Interpretum nostrorum placito, quo statutum est, Principem sine iusta causa non reuocare priuilegium quodcunque, per quod transfertur dominium, sicuti latiùs comprobaui *suprà, numeris præcedentibus*.

Quartus casus sit ex mente Baldi, & qui apertè deducitur ex notatis, & scriptis ab eodem Casanate, *dicto consilio 43. ex num. 42. vsque ad num. 50.* posse inquam, Reges, & Principes, in iurisdictionalibus, liberè, & ad nutum reuocare concessiones, etiam per contractum, & pecunia accepta, aut pretio, vel aliquo dato, aut facto interueniente, aut ob benemerita quoque, & in remuneratione seruitiorum factas: atque ita limitari regulam, quod Principes non possint reuocare priuilegium suum, concessum propter pecuniam, vel seruitium. Et non procedere secundùm Bald. in priuilegio, seu concessione iurisdictionis alicui facta, prout *suprà*, latius retuli. Et contrarium magis communiter voluisse Doctores, vt constat ex traditis à me *suprà, num. 151.* & per eundem Casanate, *num. 47. & 52.* Baldus autem, in eo principaliter fundamentum facit, quod etiam accepta pecunia, vel causa remunerationis interueniente, videatur concessa iurisdictio ad nutum; & precario, atque ita reuocari possit quandocumque Princeps voluerit, & pecunia videatur data pro tempore, quo Princeps ipse voluerit tantùm. Addiderim ego, & imputet sibi is, qui pecuniam dedit, vel datum, aut factum promisit, & amplius rem declarari, siue legem apertius dici non curauit, nec pactum non reuocandi, aut vtilis, vel directi dominij translationem apponi, & exprimi, non petiit; quod tamen, iuxta communem opinionem necessarium non est, & quando iurisdictionalia in contractum transierunt idipsum in eis, quod in aliarum rerum priuilegiis obseruandum est, ex ipsa communi sententia, vt antea dixi.

Limitat autem Baldus idem, *in dict. l. qui se patris, num. 14.* placitum prædictum, in hæc verba: *In translatione verò quoad directum dominium, vel vtile, non habet locum pœnitentia, cum de iure gentium teneatur ex suo consensu.* Hactenus Baldus, qui expressè limitat à se antea dicta, quando Princeps, nedum quoad exercitium, sed etiam quoad dominium directum, vel vtile, iurisdictionem concessit. Addiderim ego, à communiter accidentibus, qualitatem hanc semper verificandam in priuilegiis, aut concessionibus, per quas iurisdictiones, & iurisdictionalia conceduntur, semper namque, ita concessio fieri solet, vt non modò, quoad exercitium, sed quoad dominium vtile, vel directum transferatur; idque maximè, quando concessio, aut priuilegium in contractum transit & pecunia aut aliud datur. Quod si omittatur pactum non reuocandi, aut non exprimatur, an iurisdictionalia concedantur quoad exercitium tantum, an etiam quoad directum, vel vtile dominium; ex sententia Baldi reuocari poterit concessio, quasi precario, & ad nutum facta videatur: ex sententia verò aliorum non poterit: quæ magis communiter probatur; & in omnibus priuilegiis indistinctè & etiam in eis, per quæ iurisdictionalia conceduntur, reuocandi facultatem denegant, & tollunt, accepta pecunia, & vbicumque in contractum transierunt, vt toties repetitum est.

Sed & aliud, ego metipse addendum considerani, quod Ludou. Casanate, & cæteri, silentio prætermittunt, quod si probabiliter dubitari posset ex forma, & verbis priuilegiorum, an iurisdictio precaria, & ad nutum, siue quoad solum exercitium concessa sit; an verò etiam, quoad dominium vtile, vel directum; tunc rem hanc definiri forsàn posse ex qualitate, & æstimatione iurisdictionis, quæ concessa fuerit, ex pecunia etiam, aut valore dati, vel promissi, facti, vel faciendi, ex conditione quoque, & qualitate personæ, cui concessa fuerit, item ex aliis, quamuis verisimile non sit, rem tanti momenti, an scilicet iurisdictio quoad solum exercitium, seu precario concessa sit; an verò quoad directum, vel vtile dominium, omissam fuisse; quod tamen ex verbis ipsorum priuilegiorum, & qualitate rerum, & personarum, melius diffiniti poterit in casibus occurrentibus, quam certa aliqua, aut generali regula, quæ omnibus rebus, causis, & personis conueniat, terminari. Et hæc sunt notanda, quia ingenti studio, & diligentia, sic digeruntur, & nullibi erant antea sic considerata, nec explicata.

Sed & nonnulla erunt circa ipsa iurisdictio- 155
nalia obseruanda, quæ quotidiana sunt, & maximæ importantiæ: iurisdictiones inquam omnes, à Principe, veluti à fonte manasse, & ab eo, & ad eum fluere, & refluere, sicut aquas à mari, & ad mare: sic Princeps dicitur dominus, & fons omnium iurisdictionum, *l. prima, ff. de constit. Princip. l. prima, ff. & cod. de officio Præfecti vrbi: cap. primo, quæ sint Regalia, cap. primo, de allodiis, in feud. l. 1. & 2. titulo 1. & l. prima, tit. 15. lib. 4. recop.* & notarunt Bald. And. Isern. Præposit. Abbas, Auchar. Belluga, Roderic. Xuarez, Couarr. Afflict. Ludou. Molina, Curt. sen. Robert. Maran. & Grammaticus, cum quibus ita obseruarunt D. Carolus de Tapia, *in rubrica ff. de constitut. Princip. cap. 4 num. 10. fol. mihi 59.* Bald. Mier. Ferrer. Peguera, Olib. Cancerius, Menochius, Couarru. Parladorius, Bardaxi. & Petra, cum quibus Ioseph. Ramonius, *in consilio 24. num. 55. fol. mihi 260.* Auendañus, *de exequend. mandat. cap. 1. & quarto*, vbi latè comprobat: Valasc. *de iure emphyteut. quæst. 8. num. 21. & 29.* Menochius, *libr. 2. præsumptione 14.* Magonius, *decisione Floren. 87. numer. 1.* Bossius, *titulo de Principe, num. 233.* Casanate, *in consilio 43. num. 1.* D. Francis. Alfarus, *de officio Fiscalis, glossa prima*, Bobadilla, in Politica, *libr. 2. cap. 16. num. 73.* Mastrillus, & alij referendi *infrà*.

Et iurisdictio omnis plenaria radicata est 156
originaliter in Principe, & ab eo aliæ, pro iustitiæ administratione communicantur. Sic Magistratus omnes, nullam de per se iurisdictionem habent, nisi quatenus à Principe, lege, vel statuto, sibi concessa reperitur, & hoc tam in ordinario, quàm in delegato, prout vtrumque latiùs comprobat, & permultos citat Authores, D. Garcia Mastrillus, *de magistrat. lib. 3. cap. 2. &
lib. 5. cap. 5. per totum.* Vnde Reges nostri Hispa- 157
niæ, & alij Reges, & Principes, Superiorem non recognoscentes, in toto Regno, & Principatu, respectu iurisdictionis, fundatam habent intentionem suam, quoad ipsam iurisdictionem plenariam,

nariam, vt qui dixerit, se iurisdictionem aliquam, in aliquo loco, ciuitate, aut villa totius Regni habere, aut exercere posse, id planè, optimè, atque manifestè probare debeat, si velit obtinere, alioqui succumbet ex sola præsumptione iuris, quæ Regibus, & Principibus suf-
158 fragatur omnino, sicuti Baldus, Bartolus, Innocentius, & alij scribunt. Et relatis permultis, referunt Rodericus Xuarez, *allegatione 7. numer. 7.* Auendañus, *de exequendis mandatis, cap. 1. in principio, & num. 6. & 8. & cap. 4. numer. 5.* Hippolytus Riminaldus, *in consilio 5. numer. 93. libr. 1.* Couarruuias *practicarum, cap. 1. numer. 9. & in regula, possessor, secunda parte, §. 3. numer. 2.* qui allegat *dictam libr. 1. & 2. titulo primo, & libr. 4. titulo 15. libr. 4. nouæ collectionis Reg.* Casanate, *in consilio 43. numer. 2.* Mastrillus, *libr. 3. dicto cap. 2. numer. 6. & 11. & 12. & libro primo, cap. 20. numer. 8.* & latè comprobant, atque exornant Azeuedus, *in dict. libr. 2. titul. primo, libr. 4. numer. 16. & 17.* Iacobus Cancerius, *variar. tom. 2. cap. 2. de iurisdictione numer. 307.* Ioseph. Ramonius, *in consilio 24. numero 23.* Bossius, *in titulo de Principe, numer. 233.* Camillus Borrellus, *de præstantia Regis Catholici, cap. 21. ex numer. 14.*
159 Bobadilla, *libr. 2. cap. 16. numer. 73.* atque ita, iurisdictio ad aliquem pertinere non potest, absque Principis concessione, mediata, vel immediata, vt post Alexandr. & alios plures adnotauit Carolus de Tapia, *ad Rubricam, ff. de constitut. Princip. cap. 4. numer. 15.* & conueniunt omnes Authores, nunc re-
160 lari. Vnde, si iurisdictio ab aliquo possideatur, quamuis de iure communi, quilibet præsumatur dominus rei, quam possidet, *l. cum res, C. de probat. l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito*, attamen ex dicta præsumptione iuris communis, & attentis dictis legibus Regiis, qui iurisdictionem possidet in his, & aliis Regnis, non præsumetur dominus iurisdictionis, sed potius Regis præsumi debet; prout notarunt omnes communiter, & Gregorius Lopez, *in l. prima, titulo 18. part. 2. in verbo*, derecho, *in versiculo potest dici, quod Rex.* & ex *dicta lib. 2. titulo primo, libr. 4. Recopilationis*, satis expresse deducitur: tenebitur ergo quicunque iurisdictionem aliquam possidens, ostendere titulum validum, & legitimum suæ possessionis, cum ei obstet dicta præsumptio iuris, & tanquam vi, aut clam, aut precario possideat, poterit ab ea possessione turbari & expelli, sicuti notarunt Palacius Rubeus *in Repetition. cap. per vestras, notabili, 2. §. primo, numer. 43.* Auendañus, *prima parte, cap. 1. numer. 7.* Azeuedus, *in d. libr. 2. titulo 1. libr. 4. numer. 16. in fine*, D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libr. 3. cap. 2. numer. 12. & 17.* vbi refert Rodericum Xuarez, Padillam, Bobadillam, Auiles, Cancerium, & Peregrinum dicentes, quod Rex potest cogere vassallos, vt ostendant titulum iurisdictionis, cuius vigore illam exerceant. Est enim primus, & verus dominus iurisdictionum omnium in toto suo Principatu, & Regno, atque ita liberam habet facultatem vniendi, dismembrandi, diuidendi, & suppri-
161 mendi iurisdictiones, pro libito voluntatis, *l. prima, C. de Metropoli Beryto libr. 11. l. si eadem, ff. de officio assef. §. illud tamen, in authentica vt iudices sine quoquo suffragio, cap. sicut in iure, de excessibus Prelator.* & post Glossam, Francum, Anchatanum, Geminian. Gregorium Lopez, Molinam, Bartolum, Baldum, Brunum, Nattam, & Couarruu. quos refert, notauit Ludou. Casanate, *dicto consilio 43. num. 3.* D. Carol. de Tapia, *in Rubrica, de constitution. Princip. dicto cap. 4. numer. 13.* D. Garcia Mastrillus, *libr. 3. cap. 2. num. 21. & 22.* Ponte, *de potestate Proregis, titulo de abundant. § primo numero 21.* Belluga, *in speculo Princip. Rubrica 22. numero 31.* non solùm singularium personarum, aut locorum, sed etiam ciuitatum, vt dixit Mastrillus, *dicto numero 21. &* addit *numero 22.* id maximè procedere, si ex iusta causa fieret, post Cancerium, *variar. libro 3. capite 3. numero 428.* notauit etiam
Ioseph. Ramonius, *dicto consilio 54. numero* 162
53\. sic etiam, Reges, & Principes possunt separare, atque diuidere castrum à castro, oppidum ab oppido, villam à ciuitate, & similia loca, & aldeas erigere, & creare villas cum iurisdictione, & villas facere ciuitates; sic sanè post Bald. *in consilio 327. colum. 4. libro primo*, scripserunt Craueta, Iason, & Cephalus, quos refert, & ita obseruat Ioseph. Ramonius, *dicto consilio 24. numero 56.* Rodericus Xuarez, *allegatione 7. numero 12.* Menochius, *in consilio 564. numero 63.* Alexander Raudensis, *responso 4.* Sese, *decisione 187.* D. Garcia Mastrillus, *de magistrat. libro 3. capite 4. ex numero 270. cum sequentibus*, vbi etiam addit *numero 275.* quod Princeps potest de vna Prouincia facere duas, & è conuerso. Et iunge Marium Freeciam, *de subfeudis, titul. 2. folio 10. numero 27. & sequentibus*, Bobadillam, *tomo primo, libro 2. cap. 16. numero 205.* vbi inquit: *Que el Rey puede desmembrar vna aldea de la iuridicion de la cabaça del partido, y hazer la villa con iuridicion de por si, y que los señores particulares, y Condes, Duques, y Marqueses, no lo puedan hazer.* Et hactenus de quinta conclusione principali in hac materia.

Sexta deinde sit conclusio, & obseruatio 163
in eodem tractatu contractuum, conuentionum, & priuilegiorum Principum, quæ hactenus dicta fuere, Principes, & Reges supremos, suis pactis, conuentionibus & contractibus obligari, & promissa, & conuenta seruare teneri, nec posse ea reuocare, etiam de plenitudine potestatis, & in contractibus, & conuentionibus, velut priuatos iudicari, priuilegia etiam, in quibus casibus diximus, esse ab eisdem Principibus obseruanda; ea inquam omnia intelligenda, atque accipienda esse, non modo respectu eorundem Regum, & Principum sed etiam successorum sequentium.

Successores, itaque in Regno, & Principatu tenentur seruare pacta, conuentiones, contractus Regum, aut Principum prædecessorum, nec iure possunt illos impugnare, nec minus reuocare, & consequenter contractus Regum, & Principum, nomine Dignitatis, etiam cum subditis initi, non modò obligant eos, sed etiam successores; idque, siue hæredes sint Principis prædecessoris, putà patris, vel fratris, ex regula *l. cum à matre C. de rei vendicat.* siue hæredes non sint, si Rex, aut Princeps contraxisset in his, quæ pertinent ad suum statum, & sub nomine Dignitatis, vt dixi. Et ita hæc omnia notauit Peregrinus *de iure fisci, libro primo, titulo 3, num. 62.* post Baldum, Abbat.

Decium,

Decium, Socinum, & Ruinum, quod citat, & latè comprobat Socinus iunior, videndus omninò *in consilio 60. volumine 3. & in consilio primo, num. 69 & sequentibus, volum. 4* Beroius, *in consilio 65. volum. primo*, Per. Anton. de Petra, *de potestate Principis, quæstione 32. ex num. 179. folio mihi 551. vsque ad num. 191.* vbi ponderat textum *in capite primo, de probationibus*, in verbo, *prædecessores suos*, quem ad hoc expendit Iason, *in consilio 19. num. 1. volum. 3* dicens, quod successor tenetur seruare contractum licitum factum per prædecessorem, non autem factum illegitimè, quia illegitimè facti, successorem non ligant; quod tenent etiam permulti alij Authores ab eodem Petra relati, *vsque ad dictum num. 191.* qui concludunt, successorem firma habere debere omnia pacta, & promissa, & capitula facta per prædecessorem, nec posse ea, aut contractus, licitè gestos infringere, siue quouis modo alterare. Et quod etiam de plenitudine potestatis non potest illos reuocare, sed tenetur suas, & suorum prædecessorum concessiones seruare, quia debet esse author, & cultor iustitiæ, & Petra metipse, *num. 187.* illud beati Gregorij, *in lib. Regum 6 capit. 16.* adducit, vbi dicit, quod rescindere bene ordinata, est docere cæteros, exemplo sui ipsius, quandoque instituta, post se reuocare, & dissoluere; quod est quidem nimis asperum, & bonis moribus inimicum & refert Luc. de Penna, *in l. finali, num. 68. C. de locat. præd. ciuili, lib. 11.* qui etiam notauit *num. 75.* quod si Rex, bene ordinata per suum prædecessorem infringat, dicitur sibi iniuriam facere. Latè comprobat eandem resolutionem Rolandus, *in consilio primo, num 40. & sequentibus, libro 2. & in consilio 66. num. 33. eodem volum. & in consilio 13. ex numer. 36. vsque ad num. 40. volume. 3.* vbi inquit, quod conuentiones, & pacta prædecessorom obseruare tenẽtur successores, quinimo successor Principis, qui venit ad Principatum, non per viam successionis, sed electioois, vt Papa, & Imperator, tenetur obseruare gesta prædecessoris, quatenus pertineant ad Digoitatem, & officium suum; & si Princeps cupit mandata sua à successoribus obseruari, debet & ipse mandatis prædecessorum venerationem præstare, & custodiam; alias dat materiam successori dissoluendi eius gesta, & successor Principis contrauentens factis antecessoris, dicitur sibi ipsi contrauenire, quia semper est vnum Imperium, prout hæc omnia comprobat, & exornat ibi comprobant etiam eandem resolutionem Rodericus Xuarez, *allegatione 9. num. 4. & allegatione 10. num 3.* Tiraquellus, *in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 13 & sequentibus, & in tractatu, de iure primogen. quæstione 35. num. 20. & sequentibus*, Bossius, *de Principe num. 313. & sequentibus*, Anton. Gabriel, *commun. conclusion. tit. de iure quæsito non tollendo, conclusione 5. num. 2.* Bolognetus, *in consilio primo, num. 176.* Otalora, *de nobilitate 4. parte principali, capite 5. numero 9. & sequentibus*, Ioann. And. Georgius, *quæstione seu allegatione 15. n. 13. & sequentibus*, Ludouic. Mororius, *responso 45. num. 9* Ioseph. Cumia, *in cap. si aliquem de successione feudi in verbo, maior natu. num. 177. & sequentibus*, vbi quod etiam de plenitudine potestatis, successores non reuocant contractus, & conuentiones prædecessorum: Petr Gregor. *in tractatu, de concessione feudi, parte prima, quæstione 7. versiculo, secundo verò casu* Loazes, *in allegatione. super controuersia oppidi de Mula 4. pro parte oppidi fundamento ex num. 8. folio mibi 28. in fine & 29. cum pluribus sequentibus*, Petr Surdus, *in consilio 140. num. 38.* latiùs *in consilio 419. num. 56* Sixtinius, *de regalibus, libro primo, capite 6. num. 7. & 17* Menochius *in consilio 564. ex num. 20. cum sequentibus & in consilio 1003 ex num. 98. vsque ad numerum 101.* vbi etiam, quod successores tenentur obseruare donata, & concessa à suis prædecessoribus, & citat Parisium qui in Rege successore loquitur, & Rodericus Xuarez, qui agit de Rege Hispaniarũ, qui Marchioni de Denia donauerat, & contendit, latéque fundat, successores in Regno teneri donationem seruare, & perpetuò ratam habere alios etiam refert, qui loquuntur de successore Ducis, Marchionis, & Comitis; & extendit ad Imperatorem, & Principem electum, & creatum aliquid facientem, vel promittentem, sub nomine Digoitatis, vt eius successores teneaotur obseruare, ad Romanum etiam Pontificem extendit, vt cùm gesta ab eo, censeantur sub nomine Pontificiæ Dignitatis facta, eius successores, & si electione, & creatione efficiantur Pontifices, attamen facta illa, & promissa seruare tenentur, sicuti Bald. Ias. Brunus, Crauera & Rolandus, *ibi* relati notarunt & concludit, Reges Hispaniæ teneri seruare pacta, conuentiones, donationes, & contractus suorum prædecessorum, Alexand. Trentacinquius *variarum resolution. lib. 3. tit. de pactis, resolutione prima, num 8. & tribus sequentibus*, vbi communem resolutionem recenset, & declarat non procedere, quando contraxisset super reseruatis, & super regalibus; in quibus successori vllum præiudicium generari non potest, Georgios de Cabedo, *decisione 75. n. 1.* Azeu. *in l. 3. tit. 10. lib. 5. n. 23. & seq.* Iacob. Tomingius, *in cons. 48. n. 9. & 11.* Decianus, *in consilio 5. n. 23. & 24. libro 5.* vbi loqoitur in concessione immunitatis, & asserit, hanc esse communem opinionem, & nonnullis fundamentis, pro contraria parte, antea addoctis, satisfacit, responsúmque præbet, dicens qood loquuntur, quando Princeps vellet ligare successores per viam legis, secus si per viam contractus, licitè per eum celebrati; Ioannes Philippus, *in consilio 25. num 20. libro primo* Ioan. Baptist. Plotus, *in consilio 11. num. 4.* Sigismundus, Lofredus, *in consilio 38. num. 17. & sequentibus, & num. 27.* vbi rem hanc nonnullis exornat, & post Bal. *in l digna vox, in fine, C. de legibus* inquit, quod pax, & capitula facta ab Imperatore cum subditis, non debent, nec possoot infringi per successores; & nòtanter Baldus ipse, *in consilio 326. ex numero 4. libro primo*, dicens, quod contrarium tenere, periculosum est, cum rescindere, vel minuere concessa, vel ea quouis modo alterare, somma iniquitas sit; & ideò qui hoc dicunt, malum consilium capiunt pro Rege, & eius filiis, quia sic nullus cum illis contraheret, si filius posset coocessa per patrem, reuocare. Et Baldum, *eo loco*, & aliis pluribus expendit Pet. Anton. de Petra, *in loco relato supra*, Tuschus etiam, *tomo 6. litera P. conclusione 691. per totam*, Principis contractus, quando obliget successorem, vel non; vbi ea sententia multorum probauit, quod tenetur quilibet successor in Regno, & Principatu; etiam per electionem, seruare pacta, conuentiones, & contractus suorum antecessorum & quod non possunt illis contrauenire, etiam de plenitudine potestatis, Et vide *conclusion. 692. folio 545.* idem etiam resoluit Camillus de Medicis, *in consilio 118. num. 32.* Philippus Paschalis, *de viribus patriæ potestatis, prima parte, capite prima, num 50. 51. & 55. folio mihi 11. & num. 88. folio 17.* vbi quod Reges, & Principes

successores

successores non possunt contractum antecessoris, etiam de plenitudine potestatis infringere, & quod capitula Regni non modò obligant Regem concedentem, & ab eo seruari debent, nec reuocari possunt; sed etiam eius successores; idque maximè, cùm ex causa remunerationis, aut accepta pecunia processerint, Pelaez à Mieres, *de maioratu*, 4. *parte*, *quæstione prima*, *numero* 168. & 169. Paulus Christineus, *decision.* 53. *numero* 5. *parte* 2. Iacob. Cancerius, *variar. libro* 3. *capite primo*, *de actionib. & obligationib. numero* 142. Pet. de Peralta, *in lib.* 3. §. *qui fideicommissam*, *numero* 131. *ff. de heredib. instit.* Ioseph Ramonius, *in consilio* 24. *numero* 69. & 79. & 81. Mastrillus, *de magistratibus*, *libro* 3. *capite* 4. *ex numero* 339. *vsque ad numerum* 346. vbi etiam, quod successor tenetur seruare contractum licitum factum per prædecessorem, licet non teneatur seruare leges, prout latius *ibi*: Ignatius del Villar, *responso* 8. *numero* 26. & 27. & 46. Fachineus, *in consilio primo*, *numero* 41. & 44. & 45. & *tribus sequentibus*, D. Francis. Alfarus, *de officio fiscalis*, *glossa* 34. *numero* 4. Stephanus Gratianus, *disceptation. forens. tomo* 5. *capite* 891. *numero* 10. D. Carolus de Tapia, *ad l. finalem*, *ff. de constitut. Princip.* 2. *parte*, *capite* 9. *ex numero* 11. *vsque ad numerum* 20. *folio mihi* 250. vbi reassumit materiam, & inquit, quod successor in Regno tenetur seruare contractus, & conuentiones prædecessoris, & citat Authores quamplurimos ita tenentes, & qui loquuntur in successore cuiusque Principis, & specificè in successore Pontificis, & in successore Imperatoris, & in successore Regis, & in successore Ducis, & in successore Marchionis, & in successore Comitis, prout *dicto numero* 11. videri poterit. Deinde, quod in successore in Dignitate, non hæreditario iure succedente, sed electione dixerat, declarat, intelligendum esse, dummodo septem requisita interueniant, quæ etiam *ibidem* videri poterunt, & eadem repetit ipse D. Carolus de Tapia, Senatus Italiæ *decisione* 5. *numero* 53. & 54. *folio* 205. vbi etiam, quod successor in Regno tenetur seruare contractus antecessoris, nec potest illos reuocare; & quod Princeps, quamuis non possit ligare successores per viam legis, potest tamen ligare per viam contractus, Augustin. Barbosa, *in collectan. ad Decretales*, *in capite primo*, *de probation. numero* 7. *folio* 459. vbi dixit, obligationem per Principem, ex conuentione contractam, adeò validam esse, vt nec ipse, nec eius successor, siue per electionem, siue per successionem, possit suum contractum, vel prædecessoris sui infringere. & citat Anton. Gomez. Padillam, Ioseph. Lud. Peregrin. Didac. Perez, Gamam, Menchacam, Suarez, & Cabedum, sic tenentes.

Ii autem omnes, quos hactenus retuli, pro resolutione prædicta, quod successor in Regno, & Principatu, teneatur prædecessoris contractus, conuentiones, & concessiones seruare; eicant textum vulgarum, *in capite primo*, *de probat.* & omittunt textum alium admodum singularem, *in cap. sicut*, 25. *quæstione* 2. vbi sic scribitur: *Si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse, iustè comprobarer.* Rationem etiam eam expendunt communiter, quia dignitas Regalis semper durat, & semper est eadem, *cap. quoniam Abbas*, vbi

164 Glossa, & Doctores, *de officio delegat. capit. gratio-*

sè, *de rescript. libr.* 6. facit *l. si vsusfructus*, 67. *ff. de vsufruct. legat. l. proponebatur*, 76. *ff. de iudiciis*, sicuti ergo Reges, & Principes, qui contractus inierunt, & concessiones, & conuentiones fecerunt, obseruare eas debent, vt adeò latè probatum est suprà, ita pariter, atque ob eandem rationem, eius successores, ad ipsarum obseruantiam tenentur: quod si contrauenirent facto sui antecessoris, dicerentur sibi ipsis contrauenire, cum semper sit vnus Princeps, & vnum Imperium, licet personæ mutentur. Et cum subrogentur in honore, debent subrogari in onere; quia Regnum est vniuersitas, vnde astricti debent esse ad onera prædecessoris; & ita ex communi Scribentium placito tradidit Tuschus, *tomo* 6. *litera P. dicta conclusione* 691. *in principio*, & originaliter Baldus, *in consilio* 326. *numero* 3. & 4. *libro primo*, & *in cap. venerabilem*, *de electione column.* 2. *in fine*, Rolandus, & Decianus, *in locis relatis suprà*, *numero præcedenti*, Menochius *in consilio* 534. *numero* 3. *lib.* 6. Sigismundus Lofredus, *in consilio* 38. *numero* 18. Iacob. Tomingius, *in consilio* 43. *numero* 9. & 10. & alias rationes considerat Philipp. Paschalis, *in loco relato suprà*, & rationem superiorem considerauit etiam Mastrillus, *de magistrat. libro primo*, *cap.* 18. *numero* 43. *fol.* 70. vbi inquit, contractus antecessoris, ideò nocere successori in Regno, & Principatu, quia Regia Maiestas, semper eadem est, & nunquam moritur.

Quod si inquiratur, an ex causa iusta, & legitima, siue ex causa publicæ vtilitatis recedere possit à conuentionibus, & contractibus initis cum subditis à prædecessoribus, & eos infringere, atque reuocare; repetenda, atque reuocanda sunt in memoriam ea omnia, quæ scripsi *suprà* in eo dubio, vtrum Princeps reuocare possit contractus, priuilegia, & conuentiones suas, ex causa iusta & legitima, & maximè publicæ vtilitatis, quæ de nouo emergat, & quæ tempore contractus, aut actus gesti, cogitata, aut præuisa non fuit: ex eisdem namque causis, & quando ea interueniant, quæ *ibidem* obseruata reliqui, successores poterunt prædecessorum contractus, & concessiones reuocare, atque infringere.

Item vbi contractus Principis, nullitatem aliquam contineret, siue non valeret de iure, aut illicitus, & iniustus, aliqua ratione esset; tunc quidem potest per eum, & etiam per eius successores reuocari, sicuti tenuit, & comprobauit Lucas de Penna, *in l. finali*, *C. de locatione prædior. ciuil. libr.* 11. dicens, quod Princeps potest emendare, & reuocare id, quod prædecessor illicitè fecit. Refert, & sequitur Petr. Anton. de Petra, *de potestate Principis*, *quæstione* 32. *numero* 194. & ponderat text. *in authentic. de nuptiis*, §. *nos autem*, & addit *numero* 195. quod contractus Principis reuocabiles sunt, & à successoribus in Regno, & Principatu reuocantur, vbi incœperunt esse perniciosi Statui, & Dignitati Principis, vt concludit Lucas de Penna, *in loco relato suprà*, & id ipsum apertissimè supponunt omnes Authores, qui in proposito sermonem instituunt, & longa serie relati *suprà*, *numero* 163. dum enim statuunt, successores teneri seruare pacta, contractus, & concessiones prædecessorum, supponunt pro certo contractus ipsos, aut conuentiones valuisse, & firmitatem habuisse de iure, alias reuo- 165

Cc cationi

cationi subiectos mansisse: & ita apertè voluerunt quamplures relati per Mastrillum, *de magistrat. lib. 1. cap. 8. per totum*, Azeued. *in l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopilat. num.* 18.

166 Item vbi contractus, conuentio, aut concessio Principis tenderet in magnum, & enorme damnum, & præiudicium Regni, & Principatus, & Regiæ Coronæ, possent successores in Regno, & Principatu reuocare ea, quemadmodum, & ipse Princeps, qui concessit, aut qui contraxit, posset; etiam si iuramentum interuenisset, vt est textus, *in cap. intellecto, de iureiurando*, & infinitis Authorum allegationibus, & doctrinis comprobauit Per. Anton. de Petra, *de potestate Principis, quæstione 32. ex numero 196. folio mihi 554. vsque ad numerum 256.* vbi est videndus omninò, & concludit, quod si contractus, alienatio, aut concessio facta per Regem, in magnam læsionem Regni, aut Regiæ Coronæ redundet, vel enorme damnum, & detrimentum contineat, non valeat, etiamsi iurata sit, & possit à successoribus reuocari, quod etiam ex sententia, quamplurimorum notauit Menochius, *in consilio* 1003. *numero* 18. D. Carolus de Tapia, *ad l. finalem, ff. de constitut. Princ. secunda parte, capite 9. numero 33. & tribus sequentibus, folio mihi 256. & 257.* qui loquitur tam respectu Principis contrahentis, aut concedentis, quam successorum, vt tam ipse, quam successores reuocare possint, quando concessio, dispositio, aut contractus, in magnum Regni detrimentum resultaret, Peregrinus etiam, *de iure fisci, libro primo, titulo 3. numero 74. per totum, folio* 23. Philip. Paschalis, *de viribus patria potestatis, prima parte, capite primo, ex numero* 109. Georgius Cabedus, *decisione 17. & 18. & 19. parte 2.* Ioseph. de Sese, *decisione 79. parte prima*, D. Garcia Mastrillus, *de magistrat. libr. primo, capite 18. per totum*, vbi inquirit, an, & quando Regalia, per Principem alienata, reuocari possint ab eo, vel ab eius successore: & primo loco inquit, resolutionem deducendam esse ex conclusione, & distinctione, *capite 13. eiusdem tractatus*, ab eo proposita, & doctrina Bartoli, *in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam*, quam ego metipse expendi, & longa serie exornaui *suprà hoc eodem tractatu, capite* 17. vbi retuli permultos alios Authores, vltra relatos nunc. Et refert Mastrillus ipse Baldum dicentem, quod res quæ pertinent ad Regnum, Rex potest donare, & concedere, obligat successorem, quando non esset in magna diminutione concessio, adeo quod successor reuocare non posset, refert etiam Baldum eundem, alio in loco dicentem; quod donationes Regis, vel Imperatoris non possunt reuocari per successores, nisi enormiter lædant: Mandellum etiam, Decium, Iason, Rolandum, Purpurat. Menchacam, Hippolytum, Riminaldum, Socinum, iunior. Osascum, Beroum, Menochium, Nattam, Lofredum, Marcabrunum, & Cabedum, idem tenentes. Et huius rei rationem esse dicit *num.* 9. quia successor tenetur approbare contractum licitum sui prædecessoris, & dicit esse licitum, si enormiter non lædat. Secus tamen vbi alienatio, siue concessio tenderet in magnam diminutionem, & læsionem Regni, quia tunc, nedum ipse Princeps, sed etiam totum Regnum, seu Principatus, & omnes subditi læderentur: & hæc latiùs comprobat *vsque ad dictum num.* 24. Ramonius quoque, *in consil. 24. num. 94. & 155. in fine.*

Denique inquit Mastrillus metipse, *eodem capite 18. libri primi, numero* 24. quod Princeps, nec per contractum, nec alio modo potest concedere Regalia in præiudicium successorum; quòd si fiat alienatio à Principe de Regalibus, de quibus *in cap. 1. quæ sint Regalia*, Princeps ipse, vel saltem successor poterit illa reuocare, & citat infinitos Authores ita tenentes. 167

Dixit etiam notanter, & verè ipse Mastrillus, *eodem capite 18. ex numero 26. vsque ad numerum* 38. quod ex sententia aliquorum Authorum, & maximè Baldi, quem *dict. numer.* 26. citat: siue alienatio tendat in maximam, siue in minimam diminutionem Regni, semper possit illam successor reuocare; attamen, quod in contrarium est veritas, secundum communem opinionem, de qua plures testantur, & distinctionem Bartoli admittunt. Et vt Natta, *in consilio 122. numero* 9. optimè respondet, loquitur Baldus contra id, quod alibi tenuit, nec iura per eum allegata, obstare videbantur, quia loquuntur, quando prædecessor conderet legem, vel statueret, & iurisdictionem exerceret, quo casu non potest sibi ipsi, nec alij successori præcipere, & legem imponere, quominus possit ab ea discedere: at conclusio firmata *suprà, numero* 166. procedit in actu licito, hoc est, in modicæ rei alienatione, quo casu, ipse, & successor ligatur, prout declarat, & intelligit idem Baldus, *in l. digna vox, prope finem, C. de legibus.* Item procederet dictum Baldi, quando alienatio esset magna, & non aliter, prout ipse Mastrillus comprobat, & aliorum Authorum authoritatibus satisfacit, vt in tuto relinquat distinctionem prædictam, an contractus, vel alienatio in magnum tenderet Regni, & Principatus detrimentum an in modicum: & hactenus D. Garcia Mastrillus, cui addendum est, vltra iuris Interpretes ab ipso relatos, eodem in placito fuisse Pet. Anton. de Petra, *de potestate Principis, quæstione 32. numero 112. versiculo, tertiò temperatur, folio mihi* 557. vbi scripsit: *Tertio temperatur hac declaratio à contrario sensu, vt contractus Principis inuiolabilis dicatur, quando est super re modici momenti, & statim dicam; quamuis ista videatur magna restrictio, quæ fit dicta capies* Intellecto, *quod simpliciter loquitur de alienatione facta in præiudicium Regni, quod intelligi potest etiam de minimo, cap. sicut nostris, eodem titulo de iureiurand. quod loquitur simpliciter de promissione, in damnum Regia dignitatis facta, quòd intelligitur etiam de minimo damno, vt infrà dicemus in 7. casu, nihilominus à dicto temperamento non est recedendum, quoniam si res esset pauci præiudicij, valeret alienatio irreuocabiliter, vt de venditione libertatis ciuitatis Florentiæ, ipsis Florentinis facta pretio sex millium Ducatorum, & ciuitatis Lucana, etiam ipsis Lucanis facta pretio duodecim millium Ducatorum per Rodulphum Imperatorem, approbante Honorio Pontifice, firmat Felinus, in cap. cum non liceat, colum. penultim. in princip. refert Decius, consilio 357. numero* 2. Hactenus Petra, qui *numeris sequentibus*, latius comprobat, & *numero* 219. refert Alexand. dicentem quod Reges, & Principes possunt alienare vnam villam, vel similem, quæ non sit in magnam diminutionem Principatus: Sese autem, *decisione 79 num. 6 & 7.* 168

6. & 7. & 8. non distinctè hoc percepit, prout *ibi* videri potest.

169 Addit etiam Mastrillus, *eodem capite 8. libri primi, numero* 38. quod si alienatio meri & mixti Imperij per Regem facta, magnam Regni læsionem tenderet, reuocari posset, etiam ex casu superuenienti, vt purà, quia ex post facto concessio cœperit esse damnosa Regi, aut Regno, vel Reipublicæ, & tempore concessionis, tale damnum non extabat, sed postea emerserit, vel concurreret publica vtilitas; ad quod citat Bald. Felinum. Gozadin. Afflict. Grammaticum, Aretin. Cabedum, Tapiam, Rol. Cast. Cancerium, & alios.

Item addit Mastrillus metipse, *numero* 41. & 42. cum aliis pluribus Authoribus, quod alienatio iurium Regalium, etiam facta per legis promulgationem, si est maximi præiudicij, potest reuocari per successorem; secus si modicum læderet, quia tunc legem condendo, contractus nocet successori in Dignitate, prout latius *ibi* comprobat *vsque ad num.* 46.

170 Sentiunt autem apertè Authores omnes, hactenus relati *ex numero 166. supra* quod quando Principis contractus, seu concessio in magnum Regni, & Principatus detrimentum redundaret, siuè enormem contineret læsionem, posset etiam ab ipsomet Principe, qui contraxit, aut qui concessit, infringi, & reuocari, non modò à successoribus in Regno, sicuti ex eorundem allegationibus deducitur manifestè; & in eum sensum, quasi non valeat, nec vires vllas obtineat, & statim impugnari possit concessio, aut alienatio enormem continens læsionem, retulit permultos Authores D. Carol. de Tapia *ad d. l. finalem, ff. de constitut. Princip.* 1. *parte, capite* 9. *numero* 33. 34. & 35. & expressè dixit *numero* 36. Specificè quoque notauit Petr. Anton. de Petra, *de potestate Principis, dicta quæstione* 32. *numero* 196. vbi primò statuit, quod vbi contractus Principis tenderet in magnam læsionem Regni, vel Status, aut

171 præiudicium Dignitatis suæ, non tenetur Princeps ipse, qui contraxit, vel eius successor, ei stare contractui, legis dispositione repugnante, etiamsi iuramento firmatus sit, & quod ipse etiam Princeps contrauenire potest, & contractum, alienationem, seu concessionem reuocare: quod scripserunt Castrensis, Calderinus, And. de Isern. & alij plures, *ibi relati vsque ad numerum* 206. quorum nonnulli expressè; & specificè asserunt, Principem ipsum, qui contraxit, posse contrauenire contractui, & concessionem, aut conuentionem reuocare. Alij verò, contractum ipsum, qui enormem læsionem continet, esse ipso iure nullum, etiam iuratum, & consequenter, reuocationi, & rescissioni subiectum, expressè adnotarunt: permulti quoque illi iuris Interpretes, per Mastrillum commemorati, *de magistrat. libro primo, dicto capit.* 18. id ipsum clarè admiserunt, & Mareabrunus, *in consilio* 55. Purpuratus, *in consilio* 443. Loftredus, *in consilio* 18. *numero* 17. Menochius, *in consilio* 307. Ioseph de Sesc, *decisione* 79. *numero* 7. vbi post Bossium, firmiter resoluit, quod si alienatio, aut concessio Principis enormem contineat læsionem, possit Princeps metipse, qui alienauit, aut concessit, eam reuocare; Matienzus etiam, *in lib. 3. titulo* 10. *lib. 5. glos. 7. numero* 10. & *glossa* 3. *numero* 6. *fol.* 187. vbi vide omnino, refert enim

alios Authores sic tenentes, & optimè comprobat. Et idem voluit Azeuedus, *in eadem l. 3. titulo* 10. *numero* 18. Sixtinius, *de Regalibus, libro primo, capite 6. nu.* 13. & 14. *folio mihi* 179. vbi etiam cum aliis multis Authoribus, eidem Principi contrahenti, aut concedenti, reuocandi, seu annullandi facultatem concedit, quando alienatio, in magnum Regni, & Principatus detrimentum resultat.

Septima denique, & vltima conclusio, & obseruatio in hac materia sit, singulare quidem, & egregium dubium esse, vtrum ius annullandi, & infringendi, seu reuocandi contractus, alienationes, & concessiones, à Regibus, & Principibus, in magnum Regni, & Principatus detrimentum factas, quod successoribus in Regno competere, certum est, & latè comprobatum *supra*: tempore immemoriali præscribi valeat aduersus successores metipsos, si ponamus, à die contractus gesti, aut factæ concessionis, vel alienationis, tempus immemoriale lapsum fuisse, & toto eo tempore, successores omnes tacuisse, & contractui, aut concessioni non cõtrauenisse, nec reclamasse, aut eam impugnasse, siue annullati, & reuocari, ab eis, ipsorúmque Fiscalibus Regiis non petitum ante tempus ipsum immemoriale effluxum: Et prima facie dicendum videtur, immemorialem ipsis successoribus nocituram, vt impleta scilicet immemoriali præscriptione, reclamare non possint, nec contractus, aut concessiones reuocare. 172

Quod probatur primò, nam immemoriali præscriptione, Regalia, etiam Principi reseruata, acquiri posse, communiter receptum est, per textum admodum vulgatum, *in cap. super quibusdam, §. præterea, de verborum significatione*, & cum Panormitano, Alexandro, & Felino, Iasone, Bossio, Couarr. Boërio, Valasco, Azeuedo, Cabedo, & Peregrino, resoluit Barbosa, *in l. competit. 6. numero* 161. & 162. *folio* 141. vbi addit *numero* 163. & 164. quod in concessione generali Regalium, veniunt omnia Regalia, etiam Principi reseruata, si clausula generalis adiecta sit, exceptis his, quæ rarissimè per Principem concedi solent, prout latius *ibi* videri poterit, & per Regnerium Sixtinium, *de Regalibus, libro primo, cap.* 5. *ex numero* 131. *vsque ad numerum* 145. *folio* 157. vbi eandem conclusionem comprobat, exornat etiam Peregrinus, *de iure fisci, libro* 6. *titulo* 8. *num.* 14. *fol. mihi* 146. vbi quod Regalia, reseruata Principi, ac illius fisco, in signum singularis priuilegij, & supremæ potestatis, qualia sunt exactiones vectigalium, creare tabelliones, & alia similia, per vsum temporis immemorialis præscribuntur, & acquiruntur contra Principem. Latè quoque comprobat D. Garcia Mastrillus, *de magistratib. lib.* 1. *cap.* 19. *ex n.* 6. *vsque ad num.* 28. vbi cum aliis multis Authoribus tradit, quod Regalia, Principi reseruata, ratione Dignitatis, tempore immemoriali præscribuntur, & reddit rationem *numeris sequentibus*, quam & Peregrinus, *ex numero* 15. *cum sequentibus*, assignauit; quod scilicet immemorialis habet vim priuilegij, constituti, legis, & veritatis, & æquiparatur titulo vero, & expressæ Principis concessionis, prout alio *capite*, latius comprobabitur *infrà*. Si ergo præscriptione immemoriali sola acquiruntur Regalia, quamuis titulus specialis, & expressus, siue concessio 173

Regalis specifica non appareat, sed ex immemoriali præsumatur; quanto magis acquiri poterit contra successores in Regno, & Principatu ius præscribendi facultatem, quam habent reuocandi alienata, aut concessa per Reges prædecessores, in magnum Regni, & Principatus detrimentum vbi supponitur, adesse titulum expressum, & specialem concessionis, seu alienationis, & simul interuenit immemoralis præscriptio.

174 Secundò pro eadem parte, fortiter adstringere videntur Petri Barbosæ *in l. competit, 6. C. de præscript. 30. vel 40. annorum* resolutiones, & memorandæ obseruationes, *ex numero 46. pagina 226. vsque ad numerum 75.* is namque, *dicto numero 46.* inquit, conclusionem deductam ex *dicta l. competit*, quod publicæ functiones nullo tempore præscribuntur, limitandam esse per textum elegantem, *in l. finali, §. finali, C. de fund. patrimon. libr. 11.* qui probat, quod si Princeps concessit alicui fundum patrimonialem, dempto canone, & is fundum per 40. annos possedit, neque ratione canonis poterit amplius inquietari: ac ita probat, quod possessor fundi liberabitur, etiam à publica functione, si præcessit Principis concessio, & post eam cucurrerunt 40. anni, & quod ita notarunt Glossæ, *ibi* relatæ, & Platea, & Balbus atque ex his dicit ipse Barbosa colligi, duo copulatiuè requiri, vt hæc limitatio procedat, scilicet quòd interueniant simul Principis concessio; & cursus 40. annorum, vt notarunt Ioannes Igneus, & Hippolyt. Riminald. quos refert *numero* 47. item, quod neque sola concessio Principis sufficiet, nisi spatio 40. annorum fuerit confirmata. His autem duobus simul coniunctis, præscribetur census debitus Principi. Et hoc modo est limitanda *dicta l. competit.* explicando tamen, vt per Bald. *ibi* relatum, quod si concessio Principis fuisset valida, illa sola sufficeret, ad præstandam perfectam liberationem, à solutione prædicti census, *cap. cum personæ, §. quod si tales, & §. finali, de priuilegiis in 6.* si autem fuerit inualida, tunc oportet confirmari spatio 40. annorum, & hac ratione procedit *dicta l. finalis, §. finali*, nam in eo casu, liberatio huiusmodi erat prohibita fieri per *l. finalem, C. de fundis rei priuatæ, libro 11.* & *l. finalem, C. ne rei Dominicæ, vel templorum, eodem libro*, vnde vt valeret prædicta concessio, oportuit facere mentionem clausulæ derogatoriæ, quæ inducebatur ex prohibitione prædictarum legum, quod cum factum non fuerit, mero iure non valuit concessio, & ideò oportuit confirmari spatio 40. annorum, sicuti tenent plures Authores, *ibi* relati, *num.* 51.

Inde scribit ipse Barbosa, *numero* 53. *fol.* 227. receptum esse, quod exemptio à muneribus publicis, per Principem concessa; si aliqua ratione non valeat, tamen is defectus tolletur spatio 40. annorum. Et ità tenuisse permultos Authores relatos *vsque ad num.* 57. & quod sufficit titulus coloratus, vt potè concessio immunitatis, quamuis aliqua ratione sit inualida, si simul interueniat cursus 40. annorum.

Refert etiam Barbosa meidem, *numero* 60. Antonij de Butrio Theoricam, *in cap. peruenit, colum. vltima, ad finem de censibus*, quod licet aliqua res præscribi non possit, quia ius resistit præscriptioni, tamen si allegetur titulus, re vera inualidus, spatio 40. annorum ita confirmabitur, vt securus omnino reddatur possessor; & subscribunt quamplures, *ibi* relati, vbi à fortiori colligit idem Barbosa, quod licet agatur de re, quæ non præscribitur nisi tempore immemoriali, præscribatur modo expresso *in dicta l. finali §. finali*, & reddit rationem, *numero* 62. quia in his terminis, præscriptio 40. annorum cum titulo, etiam aliàs inualido, æquiparatur præscriptioni immemoriali, prout comprobat *numero* 62. & addit *numero* 63. quod à fortiori prædicta procedent, quando verba concessionis fuerint ambigua, nam tunc cursus 40. annorum, illa interpretabitur, vt amplius super illorum verborum interpretatione non admittatur controuersia, prout *ibidem* comprobat: *& numero* 66. in hunc modum scribit: *Cæterum vbi interuenit Principis concessio, quæ fuerit nulla ex defectu solemnitatis, quia tunc lex ipsa, propter cursum 40. annorum, supplet defectum illum, ac si à principio concessio facta esset solemniter*, & hactenus Barbosæ obseruationes, ex sententia communi aliorum quamplurimorum Authorum quos cumulat; ex quibus in summa deducitur, quod alienatio, aut concessio Principis, confirmata cursu, & possessione 40 annorum, tametsi aliqua ratione inualida fuerit, siue nullitatem quamlibet in se habuerit, ita operatur, & plenam securitatem possidenti præstat, quod possessor amplius inquietari non possit, & quod omnis defectus concessionis tollitur, aut suppletur spatio 40 annorum, cùm hæc præscriptio in his terminis, cum titulo, etiam aliàs inualido, æquiparetur immemoriali, qua immemoriali interueniente, simul cum titulo, & concessione Principis, licèt nullitatem contineat, multo magis, eiusdem nullitatis defectus suppletur, prout expressè asserit Barbosa, *ibidem, numero 61. & 62.* & repetit *numero* 73. vbi æquiparat in proposito, immemorialem præscriptionem, & concessionem Principis, etiam inualidam aliqua ratione cùm cursu 40. annorum, Et id procedere intelligit, siue nullitas ex defectu solemnitatis, siue alia quacunque ratione procedat.

Videtur ergo iuxta superiora dicendum, ius competens successoribus in Regno aduersus alienationem, seu concessionem à prædecessoribus, in magnum Regni, & Principatus detrimentum factam, cursu 40. annorum cum titulo ipso concessionis, & multo magis immemoriali tempore, ita excludi, & præscribi, vt amplius possessor inquietari non possit, nec successores ipsi, ad reuocandum admitti valeant.

Tertio deinde loco vrget Iosephi Ramonij placitum, & in terminis propositis, specifica resolutio, *in consilio 24. numero 100. & 101.* qui cùm resoluisset, & longa serie comprobasset *numeris præcedentibus*, Reges, & Principes reuocare non posse concessiones, & conuentiones suas, si in contractum transierunt, & in successoribus in Regno, id ipsum statuisset, *numero 81. per totum*; *dicto numero 100. & 101.* in hunc modum scribit: *Et ius saltem reuocandi, si quod Principi competebat, fuit præscriptum tanto tempore, quo aduersus Regem præscribitur. Ruinus, dicto consilio 115. & Socinus iunior, consilio 76 numero 89. libro 1. & consilio 115. numero 28. libro 2. & multo minus reuoca-* 175

tiori

tioni locus esse potest, concurrente possessione immemorialis & vetustissimi temporis, quæ cumulatiuè continet priuilegij, contractus, & legis virtutem, l. de quibus, §. inueterata, cum l. sequenti, ff. de aqua pluuia arcenda, Parisius, cons. 26. num. 27. & 114. lib. 1. Ias. consilio 119. libro 4. Cephal. consilio 342. numer. 3.

176 Quartò facit, immemorialem præscriptionem, in bonis maioratus, contra omnes successores admitti; atque ita, non modò natis, sed etiam futuris omnibus ipsius maioratus successoribus nocere in perpetuum, quoniam ex tanti temporis lapsu, Regia facultas, & omnia ad id necessaria præsumuntur, sicuti Ludou. Molina, *de Hispan. primog. lib. 4. cap. 10. num.* 10. asseuerauit. Et tenuerunt infiniti alij, cum quibus ego metipse defendi, *tom. 5. cap. 93. §. 8. ex num. 27. cum seq.* atque ita, aduersus omnes successores in infinitum præscribitur tempore immemoriali, ius impugnandi, & reuocandi alienationes bonorum maioratus: vnde & contra successores in Regno, dictum ius præscribi posse videtur. Et vltra Authores à me relatos *dict. num. 27. §. 8.* qui Molinæ opinionem amplectuntur, sunt videndi Scipio Rendin. *receptar. sententiar. folio* 540. Salgadus, *de Regia protectione, tertia parte, cap. 10. n. 150. & seq. & num. 283. & seq.* Lanarius, *in consilio* 94. Carol. Bardellonius, *in cons.* 47. Petr. Barbosa, *in l. cum notissimi, §. illud C. de præscript. 30. vel 40. annorum, ex numero 82. folio 275. vsque in finem §.*

Quintò denique & vltimo loco facit, in terminis prædictis, non modò interuenire titulum, & concessionem Principis expressam, prout supponitur, sed tacitum quoque atque præsumptum titulum, qui ex tempore immemoriali, à die factæ concessionis inducitur; priui-
177 legium autem de Regalibus, tacitè per lapsum temporis immemorialis acquisitum, reuocari non posse, vt notauit Sixtinius, *de Regalibus, lib. 1. cap. 6. num. 15. folio mihi* 179. vbi sic scribit: *Sexta est, si præsumptiuè, ac tacitè, priuilegium de Regalibus, per lapsum temporis immemorialis acquisitum sit, vt scilicet reuocari non possit, vt post Afflict. Castrens. & Ias. tradit Cacherannus, decis. 139. n. 12 accedunt Cephal. cons. 342. incipien. Nundina, n. 55. in fin. & n. seqq. Carol. de Tapia, d. c. 9. n. 23. & plures alij ab eo ibid. adducti.*

178 Ius etiam præscriptione immemoriali siue 40. annorum cum titulo quæsitum, in terminis propositis, per Principem tolli, aut reuocari non potest, quamuis præscriptio ipsa possit prohiberi; quod Sixtinius etiam, cum aliis Authoribus resoluit, *de Regalibus, lib. primo, cap. 6. num. 18. 19. & 20. folio* 180. Iosephus Ramonius, *dicto consilio 24. numero 99.* Pro contraria tamen parte, quod scilicet ius reuocandi alienationes, atque concessiones, in magnum Regni, & Principatus detrimentum factas, aduersus Reges successores non præscribatur, etiam tempore immemoriali, imò quod lapsu temporis cuiuscumque non obstante, possint successores in infinitum, iure ipso reuocandi, & impugnandi huiusmodi alienationes, aut concessiones, vti; sequentia vrgent, & fortiter adstringunt fundamenta; ac Primò quidem, quod si hucusque Scribentes omnes in hac materia, attentè, & originaliter prælegantur; inuenie mus sane vnanimiter, & indistinctè omnes tradidisse, contractus, alienationes, conuentiones, & concessiones à Principibus in magnum Regni detrimentum factas, nullas esse, & nullam firmitatem in futurum habituras, nec de præsenti firmas esse, imò reuocationi subiectas vsque adeò manere, vt ab omnibus successoribus perpetuò impugnari, & reuocari valeant sicuti obseruarunt permulti illi iuris Interpretes à me commemorati *suprà num.* 166. qui ita rem hanc adstringunt, vt priuent Reges ipsos, & Principes faciendi dictas concessiones, & alienationes, & abnegent potentiam contrahendi, siue disponendi in magnum Regni detrimentum, prout ex eisdem Authoribus, *ipso num.* 166. relatis, deducitur manifestè. Atque ex multis relatis per Ramonium, *dicto consilio 24. num. 94. & 154. & 155.* Sixtinium, *de Regalibus, lib. 1. cap. 5. num. 5. folio mihi 122. in fine & 123.* vbi quod Regalium concessio ita fieri non potest, vt vergat in graue præiudicium, & læsionem Imperij, aut Regni; & citat Iserniam, Iacob. Georgi. Peregrinum, Lancelotum, Cephal. Rosental. Cacheran. Capicium, Zazium, & Decianum, ita tenentes, & ab negantibus Principibus potentiam, ita concedendi, etsi concesserint, quod concessio non valeat, etsi iuramentum ei accedat. Et repetit Sixtinius ipse, *eodem libro 1. cap. 6. num. 14. folio mihi* 179. vbi firmiter asserit non valere, aut non seruandum, nec obligare Principem ipsum concedentem, & minus successores, priuilegium per modum contractus de Regalibus concessum, si magnam Regni diminutionem, & magnum præiudicium contineret, & citat Lucam de Penna, Iserniam, Felinum, Afflict. Beroum, Decium, Bossium, Laudens. Zazium, Socin. iun. & Rolandum ita tenentes, & plures alios ego retuli *suprà hoc eodem tractatu, c.* 17. & refert D. Garcia Mastrillus *de magistrat. lib.* 1. c. 18.

Inuenicmus etiam, eosdem Authores, & cæteros omnes hactenus scribentes, pro certo semper supposuisse, & forsan tanquam indubitatum, ad quæstionem, aut dubium non reduxisse, ius hoc infringendi, & reuocandi alienationes, & concessiones, in enorme damnum Regni, aut Regiæ Coronæ, impræscriptibile esse; ita vt nec spatio mille annorum, aut tempore quocunque, aduersus successores præscribi posset. Nec est verisimile, quod rem, adeo considerabilem, & necessariam, & ad limitationem communis resolutionis præcisam, silentio omitterent, si in consideratione eam habuissent, aut pro indubitato non supposuissent, nullius tempori lapsum, aut præscriptionem nullam, successoribus eisdem nocituram, aut impedimentum aliquod reuocandi præstituram.

Secundò pro eadem parte fortiter vrget, ti- 180
tulum tacitum, & præsumptum, qui ex immemoriali præscriptione inducitur, non debere esse maioris vis, virtutis, & efficaciæ, quam expressum; & specificum titulum Regiæ concessionis: si ergo successores in Regno, & Principatu, reuocant indubitanter alienata, & concessa à prædecessoribus, in magnum Regni detrimentum, etiam si eorundem prædecessorum titulus expressus, & fortissimus extet, & producatur, fortiori quidem, aut pari saltem ratione poterunt, tametsi titulus tacitus, ex immemoriali præscriptione resultans, probetur, nec inter vnum, & alterum, congrua differentiæ ratio reddi potest. Et quamuis certum esset, nec aliquo dubio careret, priuilegium de Regalibus, tacitè per lapsum temporis immemorialis acquisi-

rum, renocari non posse, quod pro contraria parte dictum fuit *suprà num.* 177. attamen id intelligi deberet, & semper intelligendum est, dummodò non redundet in graue, & enorme Regni, aut Regiæ Coronæ detrimentum, ne fortius ius tribuatur titulo præsumpto & tacito, quàm expresso & vero, quod esset maximum absurdum; cum maior sit vis & potentia expressi, quàm taciti. Et tacitum minus operari valeat, quàm expressum, quod latiùs comprobaui, & multorum Authorum allegatione exornaui *in Commentariis tom. 4 cap. 17. num. 43. per totum folio* 137. maximè cum ex immemoriali resultet præsumptio tituli validi, & legitimi, & Regiæ concessionis, ac si re vera, ipsa concessio præcessisset, & extaret, & consequenter, idem iudicandum sit de tacito, quod de expresso titulo: si ergo successores renocant ita alienata, & concessa, etiam extante titulo vero & expresso, vt dixi; quantò magis reuocare poterunt, sola præsumptione tituli validi apparente, qui ex immemoriali resultat? idque maximè in terminis nostris, quando vltra immemorialem, apparet titulus specificus Regiæ concessionis, seu alienationis, cuius virtute, per tempus immemoriale, ita obseruatum est, prout in ipso titulo continetur: quemadmodum enim titulus expressus, atque alienatio, siue concessio Regia, in futurum remanet reuocationi, & annullationi subiecta, vt à successoribus in Regno impugnari, & renocari valeat, si in magnum detrimẽtum Regni redundet: ita etiam & immemorialis, quæ virtute eius tituli, & concessionis Regiæ causatur, atque ex ea originem trahit initium possessionis, tanquam causata ab ipso titulo, & concessione, & quod in causato non debet esse plus iuris, quàm in causante, eidem reuocationi & annullationi debet remanere subiecta; quamuis etiam verum sit, immemoriali præscriptione Regalia acquiri, id intelligendum, atque temperandum est, nisi in magnum, & enorme Regni, aut Regiæ Coronæ detrimentum redundet. Et explicandum eodem modo, quando sola adest immemorialis præscriptio, absque titulo expresso, quod quando interuenit titulus simul cum immemoriali ipsa, immemorialis namque id efficit, vt titulus validus, & legitimus, & concessus à Principe præsumatur, & præsumi debeat, perinde ergo haberi debet, ac si solus titulus expressus, & specificus extare, cùm idem effectus ex tacito, qui causatur ab immemoriali, resultet, qui ex titulo expresso, & speciali, semper enim supponitur, titulum adesse, vel expressum, qui extat & producitur; vel tacitum, qui ex immemoriali causatur. Vndè vterque, cum ex concessione aut expressa, vel tacita, ex immemoriali proueniente, resultet, remanet dictæ reuocationi subiectus, si appareat, in magnum Regni, & Principatus detrimentum, alienationem, vel concessionem redundare, & immemorialis ipsa faciat præsumere, quod Princeps ita concesserit, cùm tamen in enormem Regni læsionem concedere non poruerit, & inta ipsa, communesque Doctorum resolutiones, tali concessioni, aut alienationi repugnent. Idque, vel eo magis, quod in eisdem alienationibus, aut concessionibus, semper censeatur facultas reuocandi, & impugnandi illas, reseruata, si postmodùm apparuerit, in enorme, & magnum Regni detrimentum redundare.

Concludimus ergo, non rectè inferri, aut non iuridicam illationem fieri, Regalia possunt immemoriali præscriptione acquiri: ergo si semel acquisita sunt, reuocari non possunt; cum etiam acquirantur per contractus, & legitimas concessiones Principum, & nihilominus successores in Regno, eas impugnare, & reuocare possunt, si in magnum Regni, & Principatus detrimentum redundent.

181 Tertiò pro eadem parte fortiter vrget, quod textus *in dicta l. finali, §. finali, C. de fund. patrimonial. lib.* 1 1. non procedit, si ex parte præscribentis, detur mala fides, iuxta regulam *capit. finalis, de præscript.* & in specie videtur textus, *in cap. constitutum, de Religios. domibus.* Vndè iniustè quis se defenderet aduersus successores in Regno, & Principatu, qui alienata, seu concessa, in graue damnum, & detrimentum Regni, impugnarent, & reuocarent, cùm bona fides abesse omninò videatur, si alienationes, in graue damnum Regni acceptatæ fuerunt, aut postquam graue, & enorme damnum Regni einsdem, aut Regiæ Coronæ continere incipiunt, retinentur, & defeuduntur, idque, iuxta ea, quæ multum ad propositum scripserunt Alexand. *in consilio* 136. *n.* 20. *lib.* 2. Natta, *in consilio* 226 *num.* 6. *lib.* 2. Rolandus, *in consilio* 5. *num.* 55 *lib.* 1. & notauit Barbosa, *in dicta l. competit, C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum, num* 64. qui ex *num.* 66. *cum seq.* id admittit, quando nullitas concessionis, seu alienationis Principis, in alio consistat, quam in defectu solemnitatis, vt si adsit mala fides, prout latiùs *ibi*; quamuis etiam præscriptio immemorialis procedat, etiamsi ius commune resistat, vel sit præsumptio contra præscribentem, vt *in cap.* 1. *de præscript. lib.* 6. & relatis multis Authoribus, tradidit Barbosa, *in Rubrica, C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. num.* 167. *fol.* 27. id tamen limitatur, si appareat de titulo vitioso: nam cùm ex eo constet de mala fide, non procedit præscriptio etiam immemorialis, iuxta Glossam, *verbo, nisi in dicto capite* 1. Castrens. Menochium, Couarruu. Parisium, & Crauetam, quos *ibidem* citat Barbosa, *num.* 168. & cum aliis Mastrillus, *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 18. vbi etiam, quod præscriptio immemorialis, nihil operari potest, vbi titulus apparet inualidus, & nullus: Peregrinus quoque, *lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 25. & Barbosa, *vbi suprà, num.* 171. in terminis autem propositis, & hactenus prosequutis, eo ipso, quod Princeps alienauit, seu concessit, aut quouis modo contraxit in magnum, & enorme Regni, aut Regiæ Coronæ, & patrimonij sui detrimentum, & is, in cuius fauorem concessio facta fuit, vel contractus initus, acceptauit, aut apparente iam damno enormi, retinere contendit, in mala fide ipse versatur, aut constituitur, & successores quoque, aut hæredes suos constituit, ex quo scit, aut scire debet, se admittere, & acceptare concessionem, aut pati alienationem legibus interdictam, aut prohibitam, & reuocationi Principum successorum subiectam, nec posse Principem concedentem, seu alienantem, in magnum Regni, & Principatus detrimentum alienare, aut concedere.

182 Vndè, sicut is, qui contra iura mercatur, malam fidem habere videtur, & nec tempore immemoriali præscribit; ita quoque, & qui contra iura, alienationi, aut concessioni huiusmodi resistentia, alienationem, aut concessionem admittit, in mala fide esse videtur; ad quod extat singularis Ludouic. Molinæ locus, *lib.* 2. *cap.* 6. *num* 68.

num.68.vers.cæterum, vbi expresſè dixit, quod quando quis contra iura mercatur, eſt præſumptio contra eum, propter quam non præſcribet, non modò longiſſimo tempore, imò neque tempore, etiam immemoriali, *cap.finali, de præscription.* idque maximè, quando nullitas ex alio deducitur, non ex defectu ſolemnitatis: diſtinguit autem Molina in hunc modum, quod quando titulus eſt reprobatus à iure, & cui lex reſiſtit, ſeu manifeſtè vitioſus eſt, veluti ſi ſit contractus alienationis factus ab Eccleſia, minore, ciuitate, ſeu fiſci Procuratore, de re immobili, & abſque debitis ſolemnitatibus, vel quilibet alius titulus, ex quo manifeſtè mala fides aliter colligatur; & tunc huiuſmodi titulus non præſtat iuſtam cauſam præſcribendi, imò conſtituit præſcribentem in mala fide, tam in longi, quàm in longiſſimi, ſeu immemorialis temporis præſcriptione: aut titulus non eſt omninò à iure reprobatus, ſed talis, cui nec ius aſſiſtit, nec reſiſtit, ſeu in quo modicæ ſolemnitatis defectu inuenitur, & tunc huiuſmodi tituli vitium, non adeò protrahendum eſt, vt longiſſimi, vel immemorialis temporis præſcriptionem elidere, atque inualidare poſſit. Et hactenus Ludouici Molinæ diſtinctio, de qua licèt dubitauerit Barboſa, *in Rubrica, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, num.*102. *folio* 22. eam tamen expreſsè admittit, quando clarè conſtiterit de vera mala fide: nam tunc, nullo tempore procedet præſcriptio, vt tenent etiam alij Authores, *ibi* relati; vel etiam inquit procedere, quando datur capacitas in præſcribente, ſiue ratione perſonæ, vt per Bald. & Cardinalem *ibi* relatos, *num.* 105. ſiue etiam ratione rei, quæ præſcribi non poteſt, vt per Celſ. Hugonem, quem *ibidem* commemorat. Sanè in ipſo caſu propoſito, quando alienatio tendit in magnum Regni, & Principatus detrimentum, rectè & propriè poterit vtroque modo incapacitas conſiderari; & ſuperiora confirmari poſſunt ſingulariter ex pluribus, quæ vtiliter congerit Carol. Bardell. *in conſ. 47. per totum lib.* 1. vbi vide omninò.

Quartum denique, & vltimum fundamentum in eo conſiſtit, quod licèt immemorialis præſcriptio in bonis maioratus, contra omnes ſucceſſores in infinitum admittatur, & procedat; diuerſa quidem ratio in eis conſideratur, ex quo bona maioratus, cum facultate Regia alienari, & diſtrahi poſſunt; immemoriali autem præſcriptione, facultas Regia, ad alienandum, & omnia alia neceſſaria præſumuntur, ac ſi verè, & expreſsè apparerent; & producerentur. Vndè quemadmodum ex titulo facultatis Regiæ, ſi bona maioratus alienentur, firma remanet alienatio, & contra eam recurſus non datur: ita etiam, ſi immemorialis præſcriptio interueniat, & probetur, ex qua facultas Regia, in ampliſſima forma, & validiſſima præſumitur, firmitas omnis alienationis præſtatur, nec impugnari poteſt, vt latiùs *in Commentariis tom. 5. dicto cap.* 93. § 8. comprobaui. Cæterùm in terminis noſtris, differentia in eo conſiſtit, quod immemorialis, quæ ſupponit titulum validum Principis, non poteſt plus operari, quàm titulus verus, & ſpecificus, qui produceretur, & appareret; ſed titulus, & conceſſio Principis, quamuis fortior ſit, & in ampliſſima forma concepta, non præſtat ſecuritatem, nec firmitatem, vt ſucceſſoribus in Regno, & Principatu, ius impugnandi, & reuocandi auferat, ſi damnum enorme, aut magnum verificetur: ergo nec immemorialis, quæ titulo ſpecifico æquatur, tollere poteſt dictam facultatem, ſi conceſſio, aut alienatio, in magnum Regni detrimentum redundet. Et hæc omnia, quæ *ex num.* 179. tradita ſunt, ſingularia quidem, & notanda, quia noua, & ingenti ſtudio, & diligentia, ſic compoſita, nec ab aliquo hactenus ſic conſiderata, nec tacta.

CAPVT XIX.

Tertiæ alicui conceſſæ, ſiue ex priuilegio, & gratia competentes, per non vſum, & tempore à lege præfinito non vtendo an, & qualiter amittantur.

Vbi quinque caſus principales, nouè excogitantur, atque conſiderantur, quibus dubia omnia circunſcribuntur, quæ in propoſito occurrere poſſunt, & notabiliter res hæc explanatur.

Generaliter etiam, an, & quando priuilegia per non vſum amittantur, quando etiam per contrarium vſum, vel factum; an quoque expirent per mortem concedentis, ſi ad voluntatem, & beneplacitum eius conceſſa ſint, ſingulariter & diſtinctè explicatur.

Et excitatur dubium illud, vtrum Regia facultas ad maioratum inſtituendum, amittatur ex non vſu, per lapſum decennij.

SVMMARIVM.

1 *Tertia, alicui conceſſa, ſiuè ex priuilegio, & gratia competentes, per non vſum, & tempore à lege præfinito gratia, & priuilegio non vtendo, an & qualiter amittantur.*

Et per totum caput.

Et quod attinet ad tertias ipſas, quinque caſus principales, nouè excogitantur, atque conſiderantur, & ſingulariter explanantur.

Et vniuſcuiuſque breuis, & vera traditur reſolutio.

Et numeris ſequentibus comprobatur.

2 *Priuilegium, aliquando in faciendo, aliquando in non faciendo conſiſtit.*

Priuilegium, quo alicui facultas aliquid faciendi conceditur, per non vſum decennij amittitur.

Quod exornatur.

Et expenditur deciſio l. primæ, ff. de nundinis.

3 *Auguſtini Barboſæ obſeruationes nonnullæ in propoſito, & ad explicationem.* cap. de terra, & cap. accedentibus, de priuilegiis, *in medium proferuntur, & explicantur.*

4 Dictæ l. 1. ff. de nundinis, *conſtitutio, non modò procedit in nundinis, & in caſu in quo loquitur, ſed generaliter in omnibus caſibus & rebus, in quibus priuilegium conceſſum ſit, quod in faciendo conſiſtat.*

5 *Priuilegium habens largum, ſi ſtrictè illo vtatur, an deinceps poſſit illo vti magis largè.*

6 *Priuilegium non attenditur, sed vsus eius, & acquisitio possessionis.*

7 *Priuilegia, in eo valent, & tenent in quo vsitata, & obseruata fuerint.*

8 *Priuilegium non amittitur per non vsum decennij, nec per multum tempus, quando se non obtulit facultas, aut occasio vtendi.*

Quod exornatur.

Et expenditur l. vnius ex Sociis, §. finali, *cum* l. sequentib. ff. de seruit. rustic. præd.

9 *Priuilegium non extinguitur non vsu decennij, data facultate faciendi pluribus modis.*

10 *Priuilegium non amittitur non vsu decennij, quando collatum esset in arbitrium, aut liberam voluntatem alicuius.*

Quod extenditur, atque exornatur.

Et inquiritur, an Regia facultas ad maioratum instituendum, amittatur ex non vsu decennij.

11 *Priuilegium, quod transiuit in contractum, non amittitur non vsu decennij.*

Idem si concessum fuerit ob seruitia, & in remunerationem.

Aut si concedens recepit aliquam annuam pensionem pro eo, quod faciendum alicui concessit.

12 *Priuilegium concessum Ecclesia, vel ciuitati, an amittatur non vsu decennij.*

13 *Priuilegium, vt dicatur amissum non vsu, precisè probari debet, priuilegiatum non fuisse vsum priuilegio.*

14 *Et in dubio iudicandum est, priuilegium durare, & non esse extinctum.*

15 *Priuilegium, cui certum tempus, aut modus adiicitur, quo illo vtendum sit, finito tempore, aut iuxta modum præfixum, finitur, nec attenditur non vsus decennij.*

16 *Priuilegium habens actum momentaneum, & non reiterabilem, amittitur vno actu contrario, quando in non faciendo consistit.*

17 *Non amittitur duodecim casibus, hic commemoratis.*

18 *Priuilegium quod in non faciendo consistit, quando habet tractum successiuum, & reiterabilem, non amittitur per actum contrarium: & numeris sequentibus.*

19 *Vbi Cardinalis Tuschi, Andrea Guill, Bernardi Grauei, Georgij Acacij, & Camilli de Medicis resolutiones communes expenduntur.*

20 *Et Ioannis Garcia locus copiosus, & memorabilis in proposito commendatur.*

Et concluditur, ex decisione l. 42. tit. 18. part. 3. *priuilegium de non faciendo, perire ex contrario vsu, triginta annis; & priuilegium de faciendo, perire ex non vsu decem annis; & vide supra n. 3 per totum.*

21 *Gregorij quoque Lopez locus, & resolutio ponderatur.*

22 *Et Augustini Barbosæ obseruationes referuntur.*

23 *Priuilegium concessum ad voluntatem, in beneplacitum concedentis, an morte ipsius expiret.*

Et de communibus resolutionibus in proposito.

Et materia l. 4. ff. locati, l. centesimis, §. finali, ff. de verbor. obligat. cap. si gratiosè, de rescript. lib. 6.

Vbi beneplaciti tractatus exornantur nonnullis.

TRVM Tertiæ alicui concessæ, siue ex priuilegio, & gratia competentes, per non vsum, & tempore à lege præfinito, gratia, & priuilegio non vtendo, amittantur, controuerti, & explicari, vsque adeò ad nostrum tractatum pertinet, vt disceptatio hæc silentio prætermitti nullo pacto valeat. Huiusce quæstionis casus quinque principales considerari, & cogitari possunt, prout ego consideraui, atque cogitaui eos. 1

Primus casus est, si dubium proponamus respectu Regum ipsorum Hispaniæ, & aliorum Regnorum, & Prouinciarum, quibus à Sede Apostolica, Tertiæ ipsæ concessæ fuere, atque iustissimis de causis applicatæ: & Regum eorundem respectu (alia disputatione omissa) securè dicendum est, gratias ipsas, & concessiones Apostolicas, per non vsum non amitti, nec earum exactionem, atque solutionem, eo prætextu impediri posse, quod per non vsum Regum Hispaniæ, aut negligentiam in exigendo amissæ fuerint, nisi negligentia ipsa in exigendo adeò magna fuerit, vt tempus immemoriale lapsum fuerit, siue legitima præscriptio immemorialis completa, nec minoris temporis lapsus, aut non vsus Regibus ipsis nocebit; cum exemptio à solutione dictarum Tertiarum, non alias, quàm per legitimum titulum, aut tempus immemoriale induci, & causari possit. Quod adeo certum est, vt de eo controuerti nullo modo valeat; extat enim expressa decisio *dicta l. prima, titulo 21. lib. 9. noua collect. Regia*, ex qua contra Reges nostros, in materia Tertiarum, aliud ius allegari non potest, quàm titulus, & immemorialis præscriptio, vt dixi.

Item ex alio (quamuis dictæ legis primæ specifica decisio non extaret) quod Tertiæ prædictæ, Regibus Hispaniæ, & aliarum Prouinciarum, magis ex causa onerosa, & in remunerationem summorum, & continuorum sumptuum, & laborum, quos in debellandis, & propugnandis Mauris, & inimicis fidei, & Ecclesiæ, assiduè fecerant, & faciebant, & in futurum fieri necessarium erat, quam ex mera liberalitate, aut gratia concessæ fuerint à Romanis Pontificibus: vnde per non vsum non amitti, communi Interpretum placito, & consensu receptum est, prout inferius adnotatur, & comprobatur *n. 11.*

Secundus casus sit, si proponamus, Romanos eosdem Pontifices, qui ius Tertiarum, hoc est, *de los dos nouenos, de todo lo que se diezma, y dezmare*, Regibus ipsis concesserunt, per gratiam, & priuilegium exemisse aliquem, vel aliquos à solutione dictarum Tertiarum, aut Tertias alicuius loci, eis concessisse, & tunc quidem, siuè exemptio sit, atque ita priuilegium, quod in non faciendo consistit, hoc est, in non soluendo Tertias; siue Tertiarum alicuius partis concessio, & sic priuilegium, quod in faciendo, & tertias exigendo, consistit: in quibus casibus dixerimus inferiùs; priuilegia, quæ in faciendo, & quæ in non faciendo consistunt, per non vsum, aut per contrarium vsum, vel factum amitti, vel non amitti, id ipsum in quæstione proposita, & in materia Tertiarum dicendum erit, nec ius diuersum constitui, aut diuersa resolutio proponi poterit his duobus casibus, qui vt casus duo, & diuersi considerantur, quia in vno, priuilegium, quod in faciendo; in alio verò, quod in non faciendo consistit, concessum est, vt vides.

Quartus

Quartus casus sit, si proponatur, Reges metipsos Hispaniæ, & aliarum Prouinciarum (quibus Tertiæ prædictæ, à Sede Apostolica concessæ fuere) eas alicui, vel aliquibus, per priuilegium, aut merè gratuitam & puram gratiam concessisse, prout Reges nostri Tertias has, in multos, variis, & diuersis titulis transtulerunt, & de iure transferre possunt, sicuti *alio cap. suprà* comprobaui. Siuè etiam exemisse aliquem, vel aliquos, ab earundem Tertiarum solutione: & in his casibus, eadem explicatio, atque resolutio sumenda erit, quæ in casibus duobus præcedentibus; videlicet in quibus casibus, priuilegia, per non vsum, aut per contrarium vsum, aut factum amittuntur, vel non: in eisdem, in hoc tractatu, & in materia Tertiarum, idem ius statuendum, eandémque resolutionem sumendam, quam in aliis rebus, generaliter statuemus *infrà*. Item præ oculis habendum, an Tertiæ, per priuilegium purum concessæ sint, atque ita ex mera gratia, tunc enim dubium obtinet locum, an scilicet per non vsum amittantur: an verò ex causa onerosa, pecunia scilicet accepta, vel aliquo dato, aut facto, aut in remunerationem seruitiorum, tunc námque per non vsum priuilegium non amittitur, vt inferius dicetur, & idem dicendum est in priuilegio, quod in non faciendo consistat, in non soluendo scilicet Tertias ipsas, an tamen his casibus, longissimi temporis, & multo magis immemorialis præscriptio nocere possit, & negligentia non vendi, aut contrarij vsus, legitimo tempore præscripta, attendatur, ex dicendis quoque *infrà* constabit.

Quintus casus sit, dum inquiritur, an priuilegium ipsum Tertiarum, à Regibus alicui, vel aliquibus concessum, reuocari ab eis Regibus valeat, vel expressè, de quo latè actum fuit *capite præcedenti*, nec aliquid repetere licet, & per And. Gail. *libro 2. obseruatione 60. numero 17.* & eius Additionatorem Græuecum *ibi*: Aut tacite aliquando reuocatum censeatur; & quid si ad nutum, ad beneplacitum, & voluntatem Principis concessum fuerit, an per mortem ipsius expiret: & in his terminis, idipsum in priuilegiis, quod in aliarum rerum gratiis, & concessionibus dicendum, atque resoluendum est, & ad eum modum, ad quem, beneplaciti materia explicatur *infrà numero 22.* nec differentia aliqua constitui potest.

Vt igitur casuum omnium præcedentium, quos proposui, vera, & distincta resolutio proponatur, meminisse oportebit, atque in memoriam reuocare necessarium erit, Interpretes nostros, post Bartol. (qui *in l. finali ff. de constitut. Princip.* magistraliter distinxit) ad tria capita principalia, totam hanc disceptationem, & materiam reduxisse; *Primum* est, vtrum priuilegia per non vsum amittantur. *Secundum*, an per contrarium vsum, seu factum. *Tertium*, an expirent per mortem concedentis, si ad nutum, & beneplacitum concessa fuerint.

2 Quod attinet ad primum, communiter statuunt, priuilegium aliquando in faciendo, aliquando in non faciendo consistere. Priuilegium quod in faciendo, idest, quo facultas aliquid faciendi conceditur, per non vsum decennij amitti. Idque per text. *in l. prima ff. de nundinis*, vbi Modestinus Iureconsultus ait: *Nundinis impetratis à Principe non vtendo qui meruit, per decennium amittit.* Confonat l. 3. *titulo 7. partitu 5.* & extat singularis alia *lex 42. titul. 18. partita 3.* notarunt Glossa, & Doctores communiter, *in l. falsa, C. de diuers. rescript.* vbi Padilla, *numero 3. & sequentibus*, Bartol. *in eadem l. prima ff. de nundinis, & in dict. l. final. ff de constitut. Princip. & in l. locatio, §. earum rerum, ff. de publican. & vectigal. numer. 3.* Felinus, *in cap. cum accessissent, ex numero 25.* & Decius, *numero 63. & sequentib.* post Panormitanum, *numero sexto, de constitut.* idem Decius, *in consil. 6. 8.* Alexand. qui notabiliter declarat materiam, & eleganter, & vtiliter loquitur, *in consilio 33. per totum, volum. 5. & in consilio 133. dubio 4. volum. 2.* Angelus, *in l. prima §. si quis, ff. quando appellandum sit.* Gregorius Lopez, Breuiter, & doctè *in dicta l. 42. glossa prima & secunda.* Bartol. Bald. Odoffred. Ias. Ioan. de Platea, Abbas, Felin. Decius, Alexand. Socin. Capicius, Riminald. Belluga, & Menesius, quos refert, & sic resoluit D. Carolus de Tapia, *ad l. finalem ff de constitut. Princip. 2. parte cap. primo, numero quinto, folio mihi 169.* And. Gail, *libro 2. obseruatione 60. numero secundo folio mihi 177.* Abbas, *in consilio 61. numero septimo.* Georgius Acacius *in tractatu de priuilegiis, libro tertio. cap. decimoquinto. numero vigesimosexto, & sequentibus, folio mihi 322. & 324.* Iacob. Mandellus de Alba, *in consilio 111. numero 12. & in consilio 112. numero 14.* Iacob. Menochius, *libro 6. præsumptione 4. numero sexto.* Antonius Faber, *ad titulum C. de præscript. 30 vel 40. annor. definitione 10.* Otalora, *de nobilitate 2. parte, 3. partis principalis, cap. 9. ex numero 7.* Ludouic. Molina, *lib. 2. cap. 7. numero 71.* Pat. Molina, *tom. 3. disput. 599. num. 10.* Balbus, *de præscriptionibus, quarta parte, quinta partis principalis, numer. secundo folio mihi 442.* vbi refert Bartol. dicentem, quod si Princeps alicui ciuitati concesserit priuilegium studij generalis, vel doctorandi, & ciuitas eo non vtatur per decennium, illud perdit. Et esse generale, quod in his, quæ in faciendo consistunt, priuilegium per non vsum amittatur, lapso decennio, cum aliis Authoribus tradidit Sixtinius, *de Regalibus libro primo cap. 6. numero 30. & 31. folio mihi 184.* Capicius, *decisione 134.* Menchaca, Næuius, Ludouic. Molina, Cald. Pereira, Villalobos, Azeuedus, Azor. & Cabedus, cum quibus Augustin. Barbosa, *in cap. accedentibus, de priuileg. numero nono*, D. Garcia Mastrillus, *decisione 96. numero primo.* Mieres, *de maioratu, prima parte, quæstione 17. numer. 2. folio 111.* Matienzus, *in l. prima, titulo 10. lib. 5. glossa 17. numer. 2.* Camillus de Medicis, *in consilio 63. numer. primo*, Fontanella, *de pact. nuptialib. clausula 3. glossa 2. numero 20. & 21. folio 14.* Verallus, *decisione 370. lib. 2.* Iacob. Cancerius, *variar. lib. 3. cap. 3. de priuilegiis, ex numero 270. folio 85.* Azeuedus, *in l. prima, titulo primo, libro sexto, noua collect. Regia, ex numero 40. cum sequentibus.* Hippolyt. Riminaldus, *in consilio 56. numer. 67.* Pat. Soarez, *de legibus, lib. 8. cap. 34. numero 19. & cap. 35. num. 19. cum sequentib.* Additionator Gammæ, *ad decisionem 283.* Hieronym. Gabriel, *in consilio 162. per totum, libro primo.* Decianus, *in consilio 25. numero 106. libro primo, & in consilio 66. numero 65, lib. 3.* Card. Tusch. *tom. 6. litt. P. conclus. 755. fol. 581.* Bernard. Græuecus, *in addit. ad And. Gail, dicta conclus. 60. ex n. 2. fol. 188.* & latiùs, *consider. 2. ex fol. 190.* Menchaca, *controuers. illust. cap. 2. numero 5.* D. Augustin. Barbosa, *in collectan. ad Decretales, in cap. si de terra, 6. de priuilegiis, numero 6. & 7. folio 355.* vbi explicat textum, & con- 3

ciliat eum textu *in cap. accedentibus*, 15 *eiusdem tituli*. Nam *in dicto cap. si de terra*, probari videtur, tempus triginta annorum sufficere, vt præscribatur priuilegium, quod Religiosi, seu Monasteria habent, de decimis non soluendis. At *in dicto cap. accedentibus*, in eadem specie, eisdémque terminis priuilegij de non soluendis decimis, requiritur tempus quadraginta annorum. Et videtur confirmari ex regula generali *capit. de quarta, de præscrip. & cap. illud, & cap. ad aures, eiusdem tituli*, vbi in omnibus præscriptionibus contra quascumque Ecclesias, etiam inferiores, sola quadragenaria præscriptio admittitur, non verò minoris temporis. Et pro vera explicatione, nonnullos intellectus adducit, eósque confutat: tandem *numero* 5. obseruat, priuilegium dupliciter posse amitti, vel per modum, & viam præscriptionis, vel per viam tacitæ renuntiationis ex non vsu. De primo modo agitur *in dicto capit. accedentibus*, id est, de vera, & propria præscriptione, ideóque, vt per eam Monasterium amittat suum priuilegium, quadraginta annos requirit, iuxta regulam generalem *dicti c. de quarta*, cum similibus: de secundo verò modò agitur *in dicto c. si de terra*, id est, de sola amissione priuilegij, per modum tacitæ renuntiationis, quæ deducitur ex non vsu, seu magis contrario vsu eiusdem priuilegiarij; & ideò non exigitur tempus in præscriptionibus necessarium. Et latiùs hunc intellectum prosequitur, & nonnullis obiectionibus satisfacit, responsúmque præbet.

Inquit etiam ipse Augustin. Barbosa, *in eod. cap. si de terra numero sexto, folio* 354. ex decisione *dicti cap. si de terra, & dicti cap. accedentibus*. satis apertè expeditum non esse, quod tempus sufficiat, aut necessarium sit, vt priuilegiatus, per non vsum, aut contrarium vsum, priuilegio suo renuntiare videatur, & illud amittat. Et concludit, communem esse sententiam, quoad hunc effectum, idem tempus requiratur, quod in aliis præscriptionibus necessarium est, secundum qualitatem personarum, contra quas præscribitur; atque ita, decem annos inter priuatos præsentes, & viginti inter eosdem absentes, iuxta *l. primam ff. de nundinis*, contra Ecclesias verò, triginta annos esse necessariò, iuxta text. *in dict. c. accedentibus*.

Sed & *in dicto cap. accedentibus* 15. *de priuilegiis, numero nono, folio* 374. dubitauit ipse Augustin. Barbosa, quanto temporis spatio, priuilegium per non vsum amittatur? Et inquit, videndos esse Menchacam, Sebastian. Næuium, Molinam, Cald. Pereiram, Villalobos, Azeuedum, & Cabedum, & nihil certum resoluit. Sanè, quando priuilegium in faciendo consistit, per non vsum decennij amitti, specificè, & expressè probatur *in dict. l. prima, ff. de nundinis*. Nec distinguitur, an simus inter præsentes, an inter absentes, vt ex verbis eius textus, manifestissimè apparet. Quod si de præscribendo eo iure ageretur, tunc posset admitti distinctio ea, an simus inter præsentes, vel inter absentes, prout Barbosa, *dicto num. sexto, in dicto cap. si de terra*, notauit: quod si priuilegium in non faciendo consistat, tunc per contrarium vsum, & tempus triginta annorum amittitur, vt *in dicto cap. si de terra*, vbi priuilegium fuerat concessum de decimis non soluendis, & sic in non soluendo, siue in non faciendo consistebat. Quod si de præscriptione contra Ecclesiam ageretur, non de tacita renuntiatione, quæ per contrarium vsum, aut factum inducitur, tunc quadraginta anni necessarij essent, sicuti Barbosa, ex sententia Innocentij, & aliorum notauit *in dicto cap. si de terra, ex. numer. quinto, & lege partita*, idipsum expressè, & specificè probatur, sicuti adnotabitur *infra numero vigesimo*, nec ita distinctè in locis prædictis notatur per Barbosam, sempérque considerandum, & præmittendum est, an priuilegium in faciendo, an in non faciendo consistat, prout distinxi *suprà*, & notanter percepit Ioannes Garcia, cuius specificam mentionem faciam *infra, num.* 10.

Remanet ergo, priuilegium, quod in faciendo consistit, per non vsum decennij, ex clara decisione *dicta l. prima, ff. de nundinis*, amitti. Deinde, legem ipsam primam, non modò in nundinis, & in casu illo, in quo loquitur, sed etiam generaliter, in omnibus casibus, & rebus procedere, in quibus priuilegium concessum fuerit, quod in faciendo consistat; quod contra Archidiaconum, & alios, qui existimarunt, textum illum habere locum dumtaxat in casu speciali nundinarum, in quo loquutus est, ob multorum præiudicium, de quo in nundinis agitur; tuetur communis Doctorum sententia, sicuti testatur Felinus, *in cap. cum accessissent, de constitut. numero decimoquarto*, vbi post eum Decius, *numero* 70. & sequuntur Gregorius Lopez, *in l.* 42. *titulo* 18. *partita* 3. qui voluit, idem in priuilegio extrahendi vetita à Regno, vel vendendi vetita, aut mensura inconsueta; D. Carol. de Tapia, *ad dictam l. finalem, ff. de constitut. Princip. parte* 2. *cap. primo, numero sexto*. Pelaez à Mieres, *de maioratu, prima parte, quæstione* 17. *numero primo, & secundo*, qui rectè aduertit, pro hac sententia, & opinione communi, claram esse & expressam decisionem *dictæ l.* 42. *titulo* 18. *partita* 3. quæ loquitur generaliter in casibus, quos *ibi* exprimit, & in aliis non expressis, vt constat ibi: *O otras cosas, qualesquier que fuessen*. Et deducitur ex traditis per Iason. *in dicta l. falso, C. de diuers. rescript*. Decium, *in consilio* 608. Ludouic. Molinam, *de Hispanor. primogen. lib.* 2. *dicto c.* 7. *num.* 71.

Et inde, atque ex decisione *eiusdem leg. prima, ff. de nundinis, & l. vsum aqua, C. de aqua ducta, lib.* 11. notarunt Bartol. *in eadem l. vsum aquæ*, Alexand. *in consilio* 33. *colum.* 2. *volum.* 4. quod priuilegium habens largum, si eo vtatur strictè, aut non ita largè, sibi præiudicat, & deinceps vti non potest magis largè: refert Balb. *de præscript.* 4. *parte*, *quinta principalis, quæstione quarta, numero octauo, folio mihi* 444. qui de hoc dicit, videndum esse Iaso. *in loco ibi relato*. Et non esse attendendum priuilegium, sed vsum eius, & acquisitionem possessionis, siue qualiter quis eo vsus fuerit, post Bart. Bald. Plat. Alexand. & Felinum, obseruauit D. Garcia Mastrillus, *decisione* 96 *num.* 3. *folio mihi* 114. & priuilegia in eo valere, in quo vsitata fuerint, & obseruata, & vltrà vires non extendere; ex Ludouic. Molina, Ioanne Garcia, Bobadilla, & Gironda; annotauit Augustinus Barbosa, *in dicto cap. si de terra, numero* 8. *de priuilegiis, folio* 355. & antea dixerat *in cap. cum accessissent, de constitut. numero* 5. *fol.* 18.

Nunc verò limitatur prædicta conclusio, priuilegium inquam, quod in faciendo consistit, per non vsum decennij amitti, vt non procedat, quando se non obtulit facultas, aut occasio vtendi,

vtendi,atque ita, quando non vsus non processit, aut non fuit causatus voluntariè; quod ex sententia communi, & multis Authoribus relatis, scripserunt Padilla,*in dict. l. falso*, *C. de diuers. rescript. numero quarto*, qui inquit, limitari textum,*in dict. l. prima, ff. de nundinis*, vt minimè procedat, si occasio oblata non sit, vt is, cui concessum sit priuilegium, eo vti non possit; nam eo casu, nec per mille quidem annos inducitur amissio priuilegij. Et expendit text. egregium,*in l. Alicinus ff. de seruit. rusticor. prad.* vbi ei qui non potest vti seruitute, non vsus seruitutis non nocet.& *in l. in filij, C. de Decurion. lib.* 10. ex quo colligit Battol. *numer. primo.* Quod si ciuitas aliqua teneatur conducere militem pro Ecclesia Romana, belli timore instante, & per centum annos Romana Ecclesia bellum non gerat, non amittit illud priuilegium militis cogendi. Et concludit, superiorem esse communem sententiam, quam præter omnes ipsius Authores, probat textus elegans,*in cap. primo*, *in fin. de feudo sine culpa non amittendo*, quem expendit Bald. a Padilla *ibi* relatus. Eandem etiam resolutionem probauit Balb. *de praescript. 4. p. quinta principalis, dicta quaest. 4. numer. 3. folio* 342. vbi etiam, quod non nactus occasionem vsus sui priuilegij, non amittit illud, etiamsi per multum tempus non vtatur, And. Gail, *practicar. obseruat. lib.* 2. *obseruatione* 60. *ex numero* 2. *vsque ad numerum* 9. *folio* 177. vbi quod decisio *dicta l. prima, ff. de nundinis*, procedit, si quis intra decennium non sit vsus priuilegio voluntariè, vt putà, quia potuit, sed non voluit vti; secus, si ob necessitatem vsus non sit, eo quod occasio vtendi se non obtulerit, quia tali casu, nulla negligentiæ culpa non vtenti imputari potest, priuilegium non amittit, etiamsi eo, vltra hominum memoriam, vel mille annos non sit vsus. Et inquit, ita communiter concludere omnes Doctores, & plures relatos *ibi.* Et esse textum notabilem,*in l. vnius ex sociis*, *§. finali*, *cum l. sequenti*, *ff. de seruitut. rust. prad.* vbi seruitus hauriendi aquam ex fundo alterius, non amittitur, si fons exaruerit, ita vt seruitute vti non potuerit: & in *dict. l. & Atilicinus.* Et pertinere regulam, quod non valenti agere, non currit præscriptio, *l. vnica, §. ne autem, C. de annali except.* & quod vbi non adest negligentia, ibi non debet esse pœna: & *numero* 4. *vsque ad numerum nonum*, adducit aliquos casus, atque decisiones, ex quibus comprobat, quod occasio vtendi priuilegio, vel aliquo iure concesso, dum se non offert, & casus vtendi non euenit, nulla præscriptio currit; aut propter non vsum, ius concessum non amittitur. Comprobat etiam Bernard. Græueus, eius Additionator *ibi considera- tione* 2 *ex num.* 1. *vsque ad* 9. *ex folio* 190. vbi etiam quod priuilegiatus, priuilegio non vtens ob causam, quod casus vtendi non obuenerit, concessione priuilegiata non cadit. Et citat Pichard. Menochium, Menchacam, Vincent. de Anna, Decian. Mascard. & alios, sic tenentes: & ampliat *numero secundo*, vt id procedat, etiamsi per mille annos, ideò quis priuilegio vsus non fuerit, qui casus vtendi se non obtulit: & *numero tertio*, etiamsi venisset vtendi occasio, si tamen alio modo euenit: & infert *num.* 5. vassallum non præscribere seruitia, vbi Domino non obueneiit occasio, vel necessitas exigendorum seruitiorum. Et idem in iurisdictione statuit *numero* 6. vt licet per multos annos non exerceatur, non *Ioan. del Castillo Quot. Contr. iur.* Lib. VI.

obueniente casu, non amittatur. Et in aliis rebus idipsum obseruat, sicuti videri potest *numeris sequentibus.* Conuenit etiam superiori conclusioni D. Carol. de Tapia, *ad l. final. ff. de constitut. Princip. secunda parte, capit. primo*, *num.* 10. & 11. vbi adducit simile, quod lex non amittitur non vsu, non data facultate vsus: Sixtinius *de Regalibus, lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 32. & 33. *folio* 184. Mynsinger. *resp.* 76. *num.* 4. Bellonus, *in consil.* 1. *num.* 11. D. Garcia Mastrillus, *decis.* 96. *num.* 6. & 7. vbi etiam ponderat simile de lege, quæ non tollitur per non vsum, quando data non est facultas, ea vtendi. Et refert esse communem opinionem, quæ non habet contradictorem, quod priuilegium, per decennium non amittitur, si occasio vtendi se non obtulit. Et reddit rationem; nam cùm priuilegium amittatur decennio ex negligentia, & hæc non cadat in eum, qui non habet occasionem, nec facultatem faciendi, ratio ipsa postulat, vt nulla amissio detur. Tenent etiam Camillus de Medicis, *in consi.* 63. *n.* 1. Fontanella, *de pact. nupt. to.* 1. *claus.* 3. *glos.* 2. *n.* 20. *fol.* 14. Gitonda, *de priuilegiis, q.* 9. *num.* 85. Iacob. Cancet. *variar. tom.* 3. *cap.* 3 *de priuilegiis, num.* 272. & *quatuor sequent. folio* 85. Ioan. Garcia, *de nobilitat. glos.* 6. *num.* 37. *fol.* 134. Georg. Acacius, *de priuileg. lib.* 3 *cap.* 15. *num.* 31. & 32. *pag.* 323. & 324. Card. Tusch. qui sæpè repetit, *to.* 6. *lit. P. concl.* 755. *fol.* 581. & maximè, *n.* 14.

Non etiam extinguitur priuilegium non vsu 9 decennij, data facultate faciendi pluribus modis; si enim aliquo modo non fecerim, potero aliis modis facere, sicuti D. Carol. de Tapia, *c.* 1. *dicta partis* 2. *n.* 12. *fol.* 171. scripsit.

Limitatur etiam prædicta conclusio, quod 10 priuilegium amittatur per non vsum decennij, quando collatum esset in arbitrium, aut liberam voluntatem alicuius, quia tunc per non vsum non amitteretur; veluti si Imperator concedat alicui priuilegium construendi molendinum pro suo arbitrio, Glossa, *in capit. priuilegia*, *in verbo*, *semel*, *circa finem*, *de priuilegiis.* Felinus cum aliis, *in dicto capit. cum accessissent, numero vigesimosexto, cum sequentibus*, *de constitut.* Et ita resoluit And. Gail, *libro secundo*, *dicta obseruatione* 60. *numero* 9. vbi eius Additionator Græueus, *consideratione* 3. *folio* 192. ex Baldo, Felino, Rocho, Menchaca, Deciano, & aliis, idipsum obseruat; & inquit, priuilegia faciendi, in arbitrium priuilegiati concessa, non præscribi, seu amitti per non vsum: D. Carol. de Tapia, *ad dictam l. finalem*, *ff. de constitut. Princip.* 2. *parte*, *capite primo*, *numero* 13. *folio* 171. vbi *numero* 14. 15. & 16 extendit, vt non amittatur priuilegium non vsu decennij, quando concessum fuerit, vt quandocumque, & vbicumque possit facere: Aut cum ex priuilegio facultatis producitur actio; aut quando quis vsus fuit actualiter priuilegio, licet illud non allegauerit, aut ostenderit. Eandem etiam resolutionem communem commemorat Padilla, *in dicta l. falso*, *C. de diuers. rescript. numero quinto*, vbi citat Balbum, & alios ita tenentes: Georgius Acacius, *de priuilegiis*, *libro* 3. *cap.* 15. *numero* 33 *folio* 324. Ludouic. Molina, *de Hispan. primogen. libro secundo*, *cap.* 7. *numero* 71. vbi inquirit, an Regia facultas ad maioratum instituendum, amittatur ex non vsu per lapsum decennij, & improbat sententiam eorum, qui arbitrantur amitti, & contrariam securè tuetur; & adducit motiuum prædictum, priuilegiū videli-

cet, quod factum ponit in meta, ac libera facultate eius, cui conceditur, ex non vsu non amitti, imò priuilegiatum posse illud quocumque tempore expedire; & refert multos Authores sic tenentes, ac inter alios Bossium, qui latè prosequitur materiam. Et concludit, quod hodie indubitanter procedit hæc opinio in facultatibus, quæ ad instituenda primogenia conceduntur, cum semper dici soleat: *Os damos facultad, para que en vuestra vida, o al tiempo de vuestra muerte, &c.* Et conuenit in omnibus Pelaes à Mieres, *de maioratu, prima parte quæst.* 17. qui inde infert ad explicationem legum quarundam hoius Regni, in quibus electio, aut facultas aliquid faciendi relinquitur voluntati, aut arbitrio alienius. Sequuntur etiam Aluaradus, *de coniect. mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. num.* 84. Pat. Ludouic. Molina, *tom. tertio, disputatione* 599. *numero* 10.

11 Tertiò limitatur regula eadem generalis, ex *dicta l. prima, ff. de nundinis,* deducta, vt non procedat in priuilegio, quod transiuit in contractum, illud enim non amittitur per non vsum, per lapsum decennij, sicuti ex Glossa, Anton. de Butrio, Calder. Riminal. sen. & Bellnga, obseruauit D. Carol. de Tapia, *in dict. l. finali, ff. de constitut. Princip. 2. parte, cap* 1. *num.* 8. *folio* 170. Et relata *decisione Phœbi* 33. *num.* 9. *cum seq.* idipsum annotauit Augustin. Barbosa, *in dicto cap. accedentibus,* 15. *de constitut. num.* 8. *fol.* 373. & quando priuilegium concessum fuit ob benemerita, aut seruitia præstita, quod non amittatur per vsum decennij, ex eisdem Authoribus, quos retulit Tapia, scripsit D. Gargia Mastrillus, *decisione* 96. *num* 8. aut si concedens recepit aliquam annuam pensionem pro eo, quod faciendum alicui concessit, prout Baldus tradit *de præscript.* 4. *parte,* 5. *principalis, num.* 6. *folio mihi* 444. & retulit Felin. & Albericum, sic tenentes. Ratio est, quia pecunia accepta, vel aliquo dato, aut facto interueniente, & sic quando priuilegium transiuit in contractum, verè desinit esse priuilegium, aut gratia, etiamsi verbum *Indulgemus* adiectum fuerit; & contractus onerosus reputatur: vnde decisio *dicta l. prima, ff. de nundinis,* quæ in priuilegiis loquitur, & accipitur communiter ad contractus, vel negotia, quæ contractuum vicem obtinent, trahi non potest, sicuti ex sententia Baldi, & aliorum multorum, latè comprobaui *cap. præcedenti.*

12 Quartò limitatur in priuilegio concesso Ecclesiæ, vel ciuitati, quod non amittitur lapsu decennij; sicuti ex sententia Ioann. Andreæ, Felin. Balbi, & Muntaloi, probauit D. Carol. de Tapia, *in dicta l. finali, parte 2. dicto cap. 1. num* 9. *folio* 170. cuius contrarium dicit tenuisse Decium, Bartol.

13 & Bossium, *in locis ibi relatis.*

Quintò limitatur, siue declaratur, vt procedat, cum ex parte eius, qui intendit, priuilegium amissum, probatum fuerit, priuilegiatum non vsum fuisse priuilegio, quia ei incumbit onus probandi, & in dubio præsumitur priuilegium durare, sicuti Gregorius Lopez, *in l.* 42. *tit.* 18. *partita* 3. *verbo* falta treinta años, *in fine,* optimè explicauit, & limitauit: & sequitur D. Carol. de Tapia, *dicta 2. part. cap. 1. num.* 17. *fol.* 172. & authoritate Felini, Decij, Iason. Parisij, & aliorum, in Rota Romana iudicatum esse testatur specificè Verallus, *decis.* 179. in ordine, aliàs *decisione* 42. *part.* 2. refert Græueus ad Gail, *dicta obseruatione* 60. *lib.* 2. *consideratione* 2. *num.* 4. *folio* 191. Azeuedus, *in l. prima, tit. 1. lib. 6. num.* 44. D. Garcia Mastrillus, *decisione* 96. *num.* 4. *vers. At ex aduerso: & num.* 5. post Vincent. de Anna, quem 14
citat. Et addit, in dubio præsumendum esse, priuilegium non fuisse amissum, seu extinctum, sed potius durare. Et vtrumque notabiliter tradidit Ioannes Garcia, *de nobilitate, glossa 6. numer.* 59. *vers. Vnde in priuilegio, folio* 140. vbi in hunc modum scribit: *Vnde in priuilegio faciendi, si hodie facias, præsumeris semper fecisse: in priuilegio item non faciendi, si hodie non facias, præsumeris non fecisse: vtrcque probatio non vsus competit dicenti; tum, quia est fundamentum suæ actionis, tum quia priuilegium est probatio probata: glossa, in dict. l. 42. sed in vtroque, si finas abire tempus legitimum, decem in illo, triginta in hoc annorum, planè non vtendo priuilegio, hoc est, faciendo, quod non eras facturus, aut non faciendo, quod aliàs eras facturus, perit priuilegium legitimè, iuxta iura, & receptam sententiam.*

Limitatur denique prædicta conclusio, vt 15
priuilegium, cui certum tempus, aut modus adiicitur, quo illo vtendum sit, finito tempore, aut iuxta modum præfixum, finiatur, nec attendatur non vsus decennij: ita sanè ex sententia aliorum notauit Sixtinius, *de Regalibus, lib.* 1. *quæst.* 6. *ex num.* 41. *fol.* 186. & reddit rationem, quia tempus alicui rei præfixum, de forma eius rei sit, & forma destructa, res ipsa destruatur, *l. Iulianus, §. sed etsi quis, ff. ad exhibendum.* Et idem notauit Acacius *de priuilegiis, lib. tertio, cap.* 15 *numero* 34. *folio.* 324.

Et hactenus, qualiter priuilegium, quod in faciendo consistit, per non vsum amittatur.

Quoad secundum verò casum, quando scilicet priuilegium consistit in non faciendo, an, & qualiter amittatur per actum contrarium, vel factum? Bartol. *in dict. l. finali, ff. de constitut. Princip.* duas firmauit conclusiones; quarum prima est in priuilegio habente actum momentaneum, & non reiterabilem: secunda verò in priuilegio, quod habet actum successiuum, & reiterabilem. Quoad primam conclusionem, resoluit Bartol. 1
amitti priuilegium per vnicum actum contrarium, vt *in l. 2. C. de iure dominij impetrando, & in l. commissoria, C. de pact. inter emptor. & venditor. & in cap. cum accessissent, de constitut.* & cum Petro, Cino, Baldo, & Alexand. resoluit D. Carol. de Tapia, *in dict. l. finali, ff. de constitut. Princip. 2. parte, cap. 2. num. 1. fol.* 174. qui inde infert ad nonnulla, *vsque ad num.* 12. quod scilicet immunis à collectis, sciens quòd sit descriptus in libro eorum, qui tenentur soluere nec appellans incontinenti, amittit priuilegium. Refert tamen nonnullos Authores contrarium tenuisse, quod immunis à collectis, si promisit soluere, non amittit priuilegium immunitatis: & explicat, vt procedat prior sententia quoad munera, in quibus est descriptus: & nisi coactè soluerit. Et alia adducit, his similia, prout *ibi* videri potest.

Statim etiam, Carol. metipse de Tapia limitat duodecim modis, *ex num.* 12 *vsque ad numerum* 27. Primò, quando quis in contrarium protestaretur. *Secundò,* quando mandato Superioris quis contraueniret; quod explicat. *Tertiò,* quando quis contrauenit directò, vt cùm est concessum alicui priuilegium generale ab omnibus oneribus; nam si quis contraueniat quoad aliqua, quoad cætera sibi non præiudicat. *Quartò,* in

in priuilegio concesso Ecclesiæ, in quo requiritur præscriptio longissimi temporis, & idem in ciuitate. *Quintò*, quando non solum respiceret fauorem priuilegiati, verùm etiam alterius, in cuius præiudicium non potest priuilegiatus renuntiare suo priuilegio ex contrauentione. *Sextò*, in priuilegio quæsito ex consuetudine, ad quod tollendum requiruntur plures actus. *Septimò*, quando actus contrarius non habuisset effectum iuris. *Octauò*, quando in priuilegio esset clausula decreti, vel alia prohibitiua, irritans facta contra priuilegium. *Nonò*, quando ignoranter esset contrauentum. *Decimò*, quod tunc habet locum, cum non potest capi alia coniectura, cùm in dubio non censeatur renuntiatum priuilegio. *Vndecimò*, non procedit, quando quis contraueniret accidentalibus priuilegij. *Duodecimò*, quando quis ideo contrauenit, quod non habeat priuilegium paratum.

18 Secunda Bartoli conclusio est, quando priuilegium habet tractum successiuum, & reiterabilem, & in non faciendo consistit, & non amittitur per actum contrarium: ideo exemptus, si soluat aliquibus annis, sibi non præiudicat, sed ad hoc vt amittatur requiritur spatium triginta annorum, vel quadraginta; ita sanè, per text. *in cap. si de terra, & in cap. accedentibus, de priuilegiis, & in l. 42. tit.* 18. *part.* 3. ex sententia Cyni, Saliceti, Luc. de Penna, Decij Alexand. Petri Rauen. Guid. Pap. Corseti, Gosadini, & Balbi resoluit D. Carolus de Tapia, *in dict. l. finali, ff. de constitut. Princip. 2. part. cap. 2. num.* 27. 28. *&* 29. *fol.* 178.

19 Conuenit autem his conclusionibus, & sæpè repetit eas Cardinalis Tuschus, *tom. 6. littera P. conclusione* 756. *fol.* 582. And. Gail. *practicar. obseruat. lib. 2. obseruatione* 60. *ex num.* 10. *vsque ad numerum* 15. vbi ex sententia communi, inquit, quod quando priuilegium consistit in non faciendo, distinguendum est, vtrum priuilegium, priuatæ personæ concessum sit, an verò Ecclesiæ, ciuitati, aut communitati. Primo casu, quod priuilegium, vnico actu directè ei contrario amittitur, nam directa contrauentio, renuntiationem inducit, ex *dicto cap. cum accessissent, de constitut.* Secùs, si non directè contraueniat. Exempli gratia, habens priuilegium generale immunitatis à muneribus publicis, si propria authoritate munus aliquod acceptauerit, non præiudicat sibi in aliis, neque etiam in illo, quod acceptauit, si denuò ad illud eligatur, per text. *in l. voluntariè, C. de excusat. tutor.* & Bartol. *in l. finali. ff. de constitut. Princip.* vbi dicit, quod quando priuilegium continet effectum successiuum, non tollitur per vnum actum contrarium; secùs autem, si momentaneum: & per Alexand Felin. Decium, & alios, *ibi* relatos. Quando verò priuilegium conceditur Ecclesiæ, vel Communitati, non perditur per actum contrarium, nisi longissimo tempore, puta quadraginta annorum spatio præscribatur, ex textu, *in dicto cap. de terra, & in dicto cap. accedentibus, de priuilegiis.* Ratio est, quia singulares personæ non possunt per contrauentionem renuntiare priuilegio concesso Ecclesiæ, vel Communitati, nec nocere vniuersis, prout latius *ibi* comprobat Gail, & eius Additionator Græueus, *consideratione* 5. *&* 6 *ex folio* 193.

Conuenit etiam superioribus, & latius ea comprobat Georg. Acacius, *de priuilegiis, lib. 3. cap. 15. ex num.* 1, *vsque ad numerum* 12. *ex folio* 317. vbi vide: Camillus de Medicis, *in consilio* 63. *ex num. 2. vsque ad numerum octauum, folio* 251. vbi breuiter summat resolutiones communes, & inquit in hunc modum: *Secundo casu, si priuilegium concedit aliquid non faciendi; & tunc vel habet effectum momentaneum, aut effectum successiuum: si habet effectum momentaneum, per vnicum actum contrarium amittitur, l. 2. C. de iure dominij impetrando. Bartol. in dict. l. final. post numerum sextum. Si verò habet effectum successiuum, quia respicit reiterationem, vt in priuilegio immunitatis, quod non soluantur datia, seu quod quis non habeat munera; tunc si sponte vnum acceptauit, in aliis sibi non præiudicat, l. voluntariò. C. de excusat. tutor. Inde tradunt ibi Cynus, & Salicet. quòd immunis à datiis, si semel, & pluries soluit, in illo actu tantum solutionis sibi præiudicabit, sed non in futuris solutionibus. Ad idem Bart. in l. 2. ff. de veteranis. Et ratio est, quia actus taciti, & voluntas tacita, non ita latè sunt interpretandi, sicut expressi, sed eatenus, quatenus se extendunt, ex quibus voluntas tacita resultat: l. prima, §. Iulianus, & §. hoc interdicto, vbi Bartol ff. de itin. actúque priu. requiritur ergo, vt priuilegium habens effectum successiuum, per actum contrarium tollatur, vt ei contrauentum si per triginta annos. Scribentes communiter, in cap. cum accessissent, de constitut. Alexand. consil. 33. lib. 4. & hæc est communis opinio, refert Gozadin. in consilio 23. numero primo, & 9. versicul. Non obstant. Verum prædicta procedunt, quando priuilegium est concessum priuatæ personæ, quia tunc per contrauentionem inducitur tacita renuntiatio priuilegij. Sed quando priuilegium est concessum Ecclesiæ, sicut Canonici, & singulares personæ Ecclesiæ expressè non possent renuntiare priuilegio ei indulto, ita contrauenendo, non possent tacitè renuntiare: & proinde vt tollatur, necesse est, vt contrauentum sit, & ei proscribatur per quadraginta annos, est textus, in cap. accedentibus, de priuilegiis. Cui est standum, licet de præscriptione triginta annorum loquatur textus, in cap. si de terra, eod. titul. &c.*

Easdem quoque conclusiones communes latius explicat, atque exornat Ioannes Garcia, videndus omnino in hac materia, *de nobilitate, glossa 6. ex num. 23. cum infinitis sequentibus, ex folio* 132. *vsque ad folium* 153. *& numero* 29. adducit distinctionem communem inter actus momentaneos non reiterabiles, & actus momentaneos reiterabiles, & actus successiuos. Et considerat aliam distinctionem inter actum vniuersum, & particularem. Et si sit priuilegium, quod in non faciendo consistat, concludit, esse necessarium tempus triginta annorum, vt priuilegium amittatur; decem autem annorum, si sit faciendi, prout *ibi, numer.* 36. & repetit *numer.* 38. *versiculo, Quinto præmitto, folio* 139. vbi sic scribit: *Quinto præmitto vnum certissimum, de quo nemo vnquam dubitauit, & est decisiuum nostræ quæstionis, quod priuilegium de non faciendo moritur, & perditur triginta annis, hoc est, si totos triginta annos, non sit vsus priuilegio, id est, si toto hoc tempore facias, quòd aliàs ex indulgentia priuilegij, non tenebaris facere. Et priuilegium faciendi perit, & perditur, si totos decem annos non feceris, quod aliàs ex priuilegij forma eras facturus. Hæc est conclusio indubitatissima, de qua nemo hucusque dubitauit.* Et refert permultos Authores, qui tenent eam. Et inferius, *in versiculo. Ex quibus, quæ sunt verissima, folio* 140. repetit idipsum, & inquit, ex dictis hactenus patere sensum *ad l. 42. titul. decimooctauo, partita tertia,* quæ iuxta iuris regulas, & 20

receptam sententiam intelligenda est, vt scilicet priuilegium de non faciendo, pereat ex contrario vsu, triginta annis, & priuilegium de faciendo pereat ex non vsu, decem annis. Et addit ipse Ioannes Garcia, quod ex recepta sententia non interest, quod isti anni sint proximi concessioni priuilegij, vel non: siue enim sint proximi, siue non, si postquam tibi concessum est priuilegium de non faciendo, reperiantur triginta anni actuum contrariorum, vel decem anni, respectu priuilegij de faciendo, cum negligentia, quia non fecisti, quod facere poteras ex forma priuilegij, certe priuilegium perit, vt omnes intelligunt, & est intellectus verus *ad dict. lib. 42. partita*; vbi Gregor. Lopez, ac denique Ioannes ipse Garcia, *eadem glossa sexta, ex numero trigesimo nono, cum sequentibus, fol.* 140 & 141. latè agit de intellectu textus, *in dicto cap. cum accessissent, de constitut. & in cap. si de terra, & in cap. accedentibus, de priuilegiis*, vbi videri potetit. Tandem etiam resolutionem communem, quod priuilegium aliquid faciendi, per non vsum decennij amittatur: priuilegium autem aliquid non faciendi, per non vsum triginta annorum, commemorat Ioannes Matienzus *in l. prima, titulo decimo, libro quinto, glossa decima septima, fol.* 277. *numero secundo, & tertio.* Azeuedus, *in l. prima, titulo primo, libro sexto, ex num. 40. vsque ad num. 50. fol. 7. &* 8. vbi repetit, & declarat nonnulla ex his, quæ Ioannes Garcia, *in loco antea relato*, notauit. Et singulariter, & doctè percepit Gregorius Lopez, *in dicta lin. 42. titulo decimo octauo, partita tertia*, qui cum ex ea lege dedu-
21 xisset, quod priuilegium concessum a Regalibus exactionibus immunitatis, est perpetuum, sed perditur per non vsum à concessione, vsque ad triginta annos; priuilegium verò alicui nouæ concessionis, vt nundinarum, aut extrahendi à Regno vetita, vel vendendi ea, quæ vendere non licebat, seu per aliam mensuram inconsuetam, perditur per non vsum decem annorum, à tempore concessionis numerandum. Cum inquam ita deduxisset, notauit statim *glossa prima*, ea lege probari, quod si infra triginta annos fecerunt aliquas solutiones tributorum, de quibus habebant immunitatem, licet præiudicent sibi in solutis, non tamen in soluendis in posterum, nisi per triginta annos soluissent, & priuilegio non vterentur, vt in *ipsa lege partita* dicitur expressè, & *in dicto capit. si de terra, & capit. accedentibus: Neque obstat (dicit ipse Gregorius) id quod habetur in dicto cap. cum accessissent, de constitut. & in l. 2. C. de iure dominij impetrando, quod per vnum actum contrarium priuilegio, quis perdat priuilegium: Quia illud procedit, quando priuilegium continebat actum momentaneum, & non iterabilem effectum, secus verò est, quando habet actum successiuum, vt hic.* Deinde commendat Alexandri *consilium 33. in 5. volu.* & deducit, quod potius præsumitur, quod fecerunt istas solutiones, odio extrahendi lites, quam vt renuntiarent suo priuilegio, & quod sufficit omnis modica præsumptio ad tollendam præsumptionem de spontanea voluntate. Et licèt per triginta annos quis soluisset certum genus tributi, non tamen sibi præiudicat in alio tributo. Deinde *glossa* 2. inquirit ipse Gregor. Lopez, si ius habendi nundinas acquireretur præscriptione, an perdatur non vtendo spatio decem annorum? & refert Ioan. de Platea, dicentem, quod sic; ipse tamen optimè dubitat, prout *ibi* videri poterit.

Est denique de prædictis videndus M. Ant. Genuens. *practicab. Eccles. quæst.* 54. Pat. Soarez, *de legib. lib. 8. cap. 35. num. 12 cum sequent.* August. Barbos. *in dict. cap. cum accessissent, de constit. numero. 6. 7. & 8 fol. 18. &* 19. vbi disputat, 22
vtrum actus vnicus contrauentionis sufficiat, vt priuilegium amittatur? & tandem communem distinctionem probauit, & aduertit, ideo *in d. cap. cum accessissent*, per vnicum actum contrauentionis, priuilegium tolli potuisse, quia non habebat tractum successiuum, sed vnico effectu constabat, quia scilicet, renuntiatio quoad vnum actum, importat simplicem renuntiationem quoad totum priuilegium; agebatur enim de extinguenda quadam Dignitate, vt in ea Ecclesia amplius non esset: quare Canonici contrauenientes, iterum illam videntur erigere; & ideo sicut extinctio Dignitatis, vnico actu perficitur, ita contrauentio vnico actu facit, vt ea de nouo erecta, & priuilegium reuocatum censeatur.

Quoad tertium tandem, & vltimum casum, 23
vtrum priuilegium concessum ad voluntatem, seu beneplacitum Principis concedentis, morte ipsius expiret; dubitauit And. Gail, *lib. 2. dicta obseruatione 60. num. 15. &* 16. & inquit, videndum esse text. notabilem, *in cap. si gratiosè, de rescriptis, in 6.* & Glossam *ibidem, in verbo, expirat.* vbi dicitur, quod gratia, siue beneplacitum, morte concedentis finitur. Et facere text. notabilem, *in l. 4. ff. locati.* Bartol. Bald. Iason. Decium, Hippolyt. Gozadinum, Francum, & Francis. Marcum, qui beneplaciti materiam explicant, atque exornant. Et concludit, priuilegium ad beneplacitum concessum, tantum perdurare, donec concedens illud reuocet, quia beneplacitum nulli legi subiacet: vel moriatur, quia voluntas morte soluitur, & extinguitur; tex. *in d. cap. si gratiosè, & in d. l. 4 ff. locati, & in l. mandatum, C. mandati, & in l. vxorem, §. penul. ff. de legat.* 3. sed vsus obseruat (addit ipse Gail) morte concedentis, talia priuilegia non reuocari. Et facere optimè text. *in l. iuris peritos. ff. de excusat. tutor. & in l. sufficit. ff. de condict. indeb.* & hactenus Gail: eiúsque Additionator Græueus, *considerat. 3. num. 2. fol.* 193. in explicatione propositi dubij non insistit, sed dicit, videndos esse Mascardum, *de probat. conclus.* 188. Menochium *de arbitr. quæst. 69. per totam*, Anton. Gabrielem, *commun. conclusio. lib. 6. titul. de praebendis. conclus. 1. ex num. xx. vsque ad num.* 37. Alexand. Raudensem, *de Analogis, lib. 1. cap.* 40. *num. 59. & seq. & num. 73. & seq.* Addo ego nonnullos alios, qui ipsam beneplaciti materiam singulariter, & vtiliter explicarunt; & ponderarunt text. *in d. cap. si gratiosè, in d. lib. 4. ff. locati, & in l. centesimis, §. fin. ff. de verbor. oblig.* Anton. inquam Gomezium, *tomo 3. variar. cap 8. de exilio, & relegatione, num.* 5. Aluar. Valascum, *de iure emphyteut. quæst.* 34. Surdum, *in consilio 482. num. 11. lib.* 4. Phanutium *de momento temporis cap.* 8. Fabium de Anna, *in consilio 18. per totum*, Catocium, *casu, seu decisione 18. & de locato, & conducto, quarta parte, quæst. 12. de beneplacito, fol. 213. & sequentibus*, Fontanellam, *de pact. nuptialibus, clausula 4 glossa 10. ex num. 145 cum sequentibus, folio 57. tomo primo*, Ruginellum, *practicarum cap.* 37. Gonzales, *super regula 8. Cancellariæ, glossa 1x. ex fol.* 268. Pat. Ludouic. Molin. *de iust. & iur. tom. 2. disputatione x98. & l. 6. disputatione* 20.

Couat.

Couar. *variar. lib. 3. cap. 15. ex num. 1.* Simòn de Prætis, *de interpretat. vltimar. voluntat. libr. 5. interpretat. 3. dubitatione prima, numero 212. folio 578.*

Est etiam videndus omnino Georgius Acacius, qui in indiuiduu quæstionem excitat, & declarat, *de priuilegiis, lib. 3. cap. 2. per totum, ex fol. 229.* vbi nonnulla nouè considerat: Regnerius Sixtinius, *de Regalibus, lib. 1. cap 6. num. 44. folio mihi* 187. vbi post Bald. Angel. Marsil. Gozadin. Angel. Socin. iunior. Capic. Couar. & Gail, quod priuilegia ad beneplacitum, seu voluntatem Principis concedentis, finiuntur & expirant morte ipsius. Et commendo D. Carol. de Tapia, *in dict. l. finali ff. de constitut. Princip. 2. par. cap. 3. ex num. 1. vsque ad num. 19. ex fol.* 183. vbi in proposito articulo priuilegij, ad voluntatem, seu beneplacitum concessi, nouem principales casus considerat, quos ideò non repeto, quia transcribendi vitiom semper abhorreo, & quia *ibidem* videri poterunt.

CAPVT XX.

Titulus, qui necessarius est, & *in l. 1. tit. 21. lib. 9. nouæ collect. Reg.* requiritur, vt exemptio à solutione Tertiarum causetur, & ab earum præstatione quis se eximere, & liberare valeat; vtrum præcisè in libris Saluatorum debeat esse positus, atque scriptus.

An sufficiat, quod habeatur, ostendatur, & probetur.

Lex quæ generaliter loquitur, & quæ non distinguit, aut cum aliquid omittit, generaliter est intelligenda, nec supplenda; & quod non expressit, censetur noluisse.

Magna, & notabilia quæ sunt, in specie declarari, atque exprimi debent, aliàs videntur quasi neglecta, & non requisita. Quod exornatur.

Por la ley primera, tit. 18. lib. 9. nouæ collect. Reg. *ninguno se escusa de pagar alcauala, aunque alegue, y prueue costumbre, o prescripcion immemorial: Sino tuuiere titulo, o priuilegio Real, y este estuuiere puesto, y assentado en los libros de lo Saluado.*

Y lo mismo se dispone, y determina en el seruicio, y montazgo, por la ley 9. titulo 27 lib. 9. recopilat.

Y es duda singular, si esta ley se corrije, y altera por la ley 16. del mismo titulo.

Y tratase de su verdadero entendimiento.

Y ponderanse otras leyes Reales en este proposito.

En los casos, en que por decision de las leyes destos Reynos, los priuilegios de exempciones, y franquezas, y otros derechos Reales, como alcaualas, no se guardam, sino estuuieren assentados, y puestos en los libros de lo Saluado; si la immemorial, conciencia y paciencia de los Señores Reyes, o de sus Oficiales, puede obrar algo.

Que será, si los priuilegios, o mercedes, no son meromente gratuitos, sino proceden ex causa onerosa, pecunia data, vel pretio interueniente, aut aliquo dato, vel facto, vel etiam ex causa remunerationis, & ob benemerita, aut seruitia.

Si todavia procedera la decision de las leyes, que piden la calidad, de estar puestos en los libros de lo Saluado; Y de la ley 9. tit. 10. lib. 5 nouæ recop. *En que se obseruan algunas cosas singulares, y que no estauan assi escritas.*

Forma non seruata, actus corruit:

Et tradita à lege, in omnibus censetur esse substantialis.

Quod exornatur.

Legum correctio vitanda est, nec præsumendum, quod vna lex, aliam corrigere voluerit; quod exornatur.

SVMMARIVM.

1 *Titulus, qui necessarius est. &* in l. prima, titulo 21. lib. 9. nouæ collect. Regiæ *requiritur, vt exemptio à solutione Tertiarum causetur, & ab earum præstatione quis se eximere & liberare valeat; vtrum præcisè in libris Saluatorum debeat esse positus, atque scriptus.*

An verò sufficiat, quod titulus habeatur, ostendatur, & probetur, quamuis in dictis libris positus non fuerit.

Cum lex ipsa Regia prima, titulum requirat;

Et quod habeatur, ostendatur, & probetur:

Qualitatem verò, quod sit positus in libris Saluatorum non exprimat.

2 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

3 *Et vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

4 *Et quod omittit, pro omisso habendum est.*

Nec opponi potest quod non est cautum.

5 *Quia videtur supponere, non esse necessarium.*

6 *Aut si id voluisset, expressisset, ne deficere videatur tam necessaria.*

Et quod non expressit censendum est noluisse.

Si facile exprimere posset, nec nos supplere possumus, nec dicere quod lex non dixit.

7 *Expressio vnius, alterius exclusionem inducit.*

8 *Specialis nota quæ digna sunt, si omittantur, videntur quasi neglecta, & non requisita.*

9 *Magna, & notabilia quæ sunt, in specie declarari, atque exprimi debent.*

10 Por la l. primera, *titulo 18. lib. 9. nouæ collect. Regiæ,* ninguno se escusa de pagar alcabala, aunque alegue, y prueue costumbre, ò prescripcion immemorial.

Sino tuuiere titulo o priuilegio Real.

Y este estuuiere puesto y assentado en los libros de lo saluado.

11 Y lo

11 Y lo mismo se dispone y determina en el seruicio y montazgo por la ley 9. *titulo* 27. *lib.9.recopilat.*

12 Y en los priuilegios de iuro de por vida, o de heredad; o de qualquier manera que sean, en la ley 9. *tit.* 10. *libr.5.noua collect. Regia.*

13 En la l. primera *tit.* 11. *lib.* 6. *recopilat.* que pone pena contra los que toman portazgos y peajes no teniendo cartas, o priuilegios, porque los puedan tomar.

No se expressa la calidad de que las cartas, o priuilegios estén puestas, y assentadas en los libros de lo Saluado.

14 Ni en la ley 2. *tit.* 13. *libr.6. eiusdem recopilat.* en los mineros de oro, y plata, y otros qualesquier metales.

15 Ni en la ley 19. *tit.6.lib.3. noua collect. Regia,* que suspende los portazgos, y nueuas imposiciones sin titulo.

Se dize, que este assentado en los dichos libros de lo Saluado.

16 *Leges vna, ab alia declarationem, atque interpretationem recipiunt.*

17 *Titulus, aut priuilegium, quod producitur, vt exemptio à solutione Tertiarum censeatur, an debeat esse positum in libris Saluatorum, cùm non fuit merè gratuitum, siue ex mera gratia concessum, sed in contractum transiuit, atque ex causa onerosa processit.*

Pecunia scilicet, aut pretio interueniente, vel aliquo dato, vel faciendo.

Aut etiam causa remunerationis, ob benemerita, & seruitia, & numeris sequentibus.

18 *Et pro vera explicatione, atque resolutione, fortiter ponderatur* dict. lib.9. titu. 10. lib. 5. recopilat.

19 *Ponderatur etiam* L. prima, titulo 18. & l. 9. titulo 27. lib.9.

20 *Et pars affirmatiua defenditur constanter; quod scilicet siue ex vna causa, siue ex altera, tituli, & priuilegia procedant; debeant precisè in libris Saluatorum apponi.*

Alias firmitatem, & robur non habeant, si apposita non fuerint.

Et fundamentis omnibus, quæ in contrarium excitari valent breuiter, & subtiliter respondetur.

21 *Aliud etiam motiuum in contrarium ponderatur, & eidem quoque responsum prabetur.*

22 *In quibus casibus, ex decisione legum huius Regni, priuilegia obseruari non debent, nec firmitatem obtinere, nisi sint posita in libris Saluatorum; vt in priuilegiis gabellarum, & aliorum iurium Regalium; in eisdem, immemorialis prescriptio, nihil operatur, nec supplet defectum libri Saluatorum.*

Nisi ipsismet legibus admissa, & expressa fuerit.

Et de sententia quorundam Authorum in proposito.

23 *Et explicatione, atque interpretatione*, lib. 16. tit.27.lib.9. nonæ collect.Regiæ.

Et an corrigat lib. 9. præcedentem, eiusdem tituli.

Idque vt accuratè explicetur, an el seruicio, y montazgo *tempore immemoriali prascribi potest.*

Et quorundam Authorum huius Regni lapsus, siue error manifestè detegatur.

Et pluribus numeris sequentibus.

24 *Leges quando aliquid cum aliqua qualitate statuunt, aut pracipiunt, debet vtrunque verificari, & probari.*

25 *Quia quidquid in eis exprimitur, appositum esse censetur pro forma.*

26 *Et omnis forma legis ad vnguem debet obseruari.*

27 *Nec potest per aquipollens talis forma adimpleri.*

28 *Quia forma tradita à lege, censetur in omnibus esse substantialis.*

29 *Prascriptio immemorialis, quamuis habeat vim tituli, & priuilegij, non est priuilegium.*

Siue non est verum, & proprium priuilegium, sed fictum, & commentitium, aut prasumptum.

30 *Forma non seruatâ, actus corruit.*

31 *Priuilegium concessum alicui Qualitati, intelligitur de vera, non de ficta per reprasentationem.*

32 *Antiquitas temporis non inducit veritatem, sed prasumptionem.*

Prasumptio autem tollitur, veritate apparente in contrarium.

33 *Veritas negatiuè probatur concludenter per inspectionem scriptura, in qua non reperitur illud, de quo agitur.*

34 *Dictio,* nullo modo, *aut* nulla quauis ratione, *aut* nulla alia ratione, *est vniuersalis negatiua, & prohibitiua, & excludit omnem alium casum quàm expressum.*

35 L.16. titulo 27.lib.9. nonæ collect. Regiæ, *singulariter, & notabiliter explicatur, & num.seq.*

36 *Legum correctio vitanda est nec prasumendum, quod vna lex aliam corrigere voluerit.*

37 *Lex posterior generalis, nunquam corrigit specialem legem pracedentem, quando inuicem compatiuntur.*

38 *Tributa, pedagia, & iura Regibus debita, in signum suprema potestatis, & vniuersalis dominij, nullo tempore prascribi possunt, etiam immemoriali, contra Reges ipsos.*

EX his, quæ capitibus præcedentibus scripta, atque adnotata reliquimus, apparet manifestè, ex fructibus, & rebus omnibus, quæ decimantur, Tertias debitas esse, & ab omnibus, qui eas percipiunt, Regibus nostris Hispaniæ præstandas, & ab ipsarum præstatione non alios excusandos, quàm eos, qui titulum legitimum, aut immemorialem præscriptionem habuerint, sicuti *in d.l.1.tit.21. lib.9. nouæ collect. Reg.* cauetur, vbi expressè immemorialis præscriptio admittitur contra Reges ipsos, vt exemptio à solutione dictarum Tertiarum acquiratur, quæ tamen in gabellis, & in aliis iuribus Regalibus, expressim excluditur, vt inferiùs dicemus, & certissimum est; de immemoriali, *capitib. sequent.* agendum est. Quod attinet ad titulum, meminisse oportebit, *in eadem l. prima, titulo 21. de las Tercias*, omninò omissum esse, nec aliquo modo decisum, an titulus, qui ad prædictam exemptionem producitur, atque exhibetur, vt producat effectum & exhibenti prosit, in libris Saluatorum positus, & scriptus esse debeat; duntaxat enim scribitur: *No teniendo, y mostrando, y prouando tener legitimo titulo, o prescripcion immemorial.* Copulatiuè itaque requiritur: *Que tenga, y muestre, y prueue titulo legitimo, quien se quisiere eximir, y librar de pagar*

pagar Tercias, de lo que se diezma. Aut immemo-
rialem babuerit, vt dictum est.
2 Singulare ergo, & subtile, præcisum etiam
in hac materia dubium est, *si se verificarà, y se-*
ra tener, y monstrar, y pronar titulo, teniendo-
le, y monstrandole., y prouandole, si tamen in li-
bris Saluatorum non sit positus, aut scriptus;
cum qualitas prædicta libri omissa fuerit, vt
dixi, & lex ipsa prima generaliter loquatur, at-
que ita videatur, quod generaliter intelligi de-
beat *lex prima, § quod autem, ff. de aleatoribus, l.*
3 *prima, §. & generaliter, ff de legat. præstandis, l. in*
fraudem, ff. de militari testamento, & notarunt, at-
que exornatunt Socinus, *regula* 12. Camillus
Gallin. *de verb. signifi. lib.* 10. *cap.* 2. *per totum, &*
cap. 3. *&* 4. Dec. Cephal. Mieres, Titaquel. Sur-
dus, & alij quos ego metipse retuli. & ita nota-
ui *in commentariis de vsufructu, cap.* 3. *numero*
21. Addo nunc Ioan. Gutiettes, *practic. libr.* 3.
quæst. 34. *numero* 4. *& quæst.* 16. *numero* 47. Cardi-
nal. Tuschum, *tomo* 3. *littera L. conclusione*
262. *&* 287. & vbi lex non distinguit, nec
nos distinguere debemus, ex vulgata regula
l. de pretio. ff. de public. in rem action. Socinus,
regula 229. Ioann. Gutier. *practicar. lib.* 3. *quæst.*
16. *numero* 47. *& quæst.* 30. *numero* 33. Tuschus,
tom. 5. *littera L. conclusione* 508. & ego quoque
notaui, *dicto cap.* 3. *de vsufructu, numero* 81 &
exornant à me ipso relati, *tomo* 4 *cap.* 14. *nu-*
4 *mero* 5. omissum quoque in lege, aut in alia dis-
positione, pro omisso habendum est, *l. quidquid*
adstringendæ. ff. de verbor. obligat. l. commodissi-
mè, ff. de liber. & posthum. & exornant Alpha-
nus, *collectan.* 296. *&* 297 Rolandus, *in con-*
silio 56. *ex numero* 5. *libr.* 3. Fabius de Anna, *in*
consilio 10. *ex numero* 38. *& in consilio* 84. *ex nu-*
mero 32. Camillus Gallinius, *de verb. signific.*
libr. 9. *cap* 2. *& sequen.* Mascard. *de probat. to-*
mo 5. *conclusione* 1136. Tuschus, *tomo* 5. *lit.*
O. conclusione 115. *&* 116. *ex folio* 1051. infini-
tos alios ego metipse cumulaui, & latius ex-
plicaui *in commentariis tomi* 4. *cap.* 15. quia quan-
do deficit prouidentia legis, in casu de quo agi-
tur, nec casus ipse cogitatus censetur, *l. dies cau-*
tionis, §. toties, ff. de damno infecto, l. prima. §. loqui-
tur, ff. de aqua quotidiana, & æstiua: & cum Re-
buffo, Rolando, Cephalo, & M. Ant. Eugenio,
obseruauit Valençuela Velasquez *in consilio*
91. *numero* 16. *folio* 686. Nec opponi potest,
quod non est cautum, *Authent. de non eligen.*
secundo nubent §. optimum, collat. prima. Fran-
cisc. Beccius, *in consilio* 162. *numero* 22. *lib.* 2. Va-
lençuela Velasques, *in consilio* 92. *numero* 93. *&*
94. *folio* 703. Nec debet in practica introdu-
ci res, quæ sit extra legis dispositionem, pro-
vt foret, si in terminis propositis, libri Salua-
torum qualitas suppleretur; sicut in simili no-
tauit Vvesembecius, & retulit Valençuela Ve-
lasquez, *dicto consilio* 91. *numero* 19. quia vide-
5 tur supponere, non esse necessariam, & ita in si-
mili argumentantur Decius *in consilio* 443. *nu-*
mero primo. Cephalus, *in consilio* 445. *numero* 36.
6 *l.* 3. quia si foret necessaria, sine dubio exprime-
retur; prout ego metipse, cum Decio, & Ce-
phalo notaui, *de vsufructu, cap.* 3. *numero* 82. ne
lex deficere videretur in re necessaria. Et quod
non expressit, censendum est noluisse, si faci-
le exprimere potuit: nec nos supplere possu-
mus. Id quod *in commentariis tomi quarti, c.* 14.
longa serie, ego metipse comprobaui: & axio-
mata hæc exornaui. Et cum aliis Authoribus
notauit Valençuela Velasquez, *in consil.* 91. *nu.*
19. *& in consilio* 93. *num* 25. Si ergo *dicta lex pri-*
ma, titulo vigesimo primo, de las Tercias vtrumque
simul voluisset, & titulum scilicet legitimum, &
qualitatem, quod esset positus in libris Saluato-
rum, non erat difficultas coniunctim ea dispone-
re; prout argumentantur Rolandus, *in consilio*
68. *numero trigesimo quinto, libro quarto.* Beccius,
in consilio duodecimo, numero 44. *& in consilio trige-*
simosecundo, numero decimosexto. Tiraquellus, *in*
l. si vnquam, in verbo, libertis, numero tertio. Ioan-
nes Gutierrez, *practicar. libro tertio, quæst.* 16. *nu-*
mero 48. *& quæst. vigesima secunda, numero septi-*
mo, & quæst. vigesima nona, numero quarto. Vnde
videtur, quod dicere non valeamus, quod lex
non dixit, *l. si seruum, §. non dixit Prætor, ff. de ac-*
quir hæred. & cum Rolando, Grato, Crauera, &
aliis, sic argumentatur nonnullis in casibus,
Valençuela Velasquez, *in conf.* 18. *nu.* 51. *in conf.*
79. *num.* 112. *&* 113. *in conf.* 91. *num* 17. *in conf.*
92. *num.* 91. *in conf.* 93. *num.* 24. *& d. c.* 14. *tom.* 4. *n.* 2.
idem quoque, cum aliis multis, ego scriptum re-
liqui: & *n.* 3. ponderauit textum vulgarum, *in l.*
vnica, §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. &
in cap. ad audientiam, de decimis, & in cap. inter cor-
poralia, de translatione Episcop. in illis verbis: *Vn-*
de si circa translationem, idem fieri voluisset quod
de cessione dixerat, & de translatione potuerat expri-
mere. Sic in nostro proposito, quod *dicta l. prima,*
de titulo legitimo expressit, & de qualitate libri
Saluatorum potuerat exprimere: vnde cùm
non expresserit, suppleri (vt dixi) non potest.
Idque maximè, cum in iure nostro, vnius ex- 7
pressio, & inclusio, alterius exclusionem indu-
cat, *l. cum Prætor. ff. de iudiciis*, quam Pet. Bar-
bosa *ibidem* exornauit permultis: & vide Iason.
in l. 2. *in princip. num.* 12 *ff* de vulgari. Ludou.
Molinam, *de primogen. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 35.
Sed & qualitas ipsa, quod titulus apposi- 8
tus fuerit in libris Saluatorum, cùm speciali no-
ta, & expressione esset digna, & omissa fuerit,
videtur quasi neglecta, & non requisita, ex *l. item*
apud Labeonem, §. ait Prætor, ff. de iniuriis, l. eos,
C. de aquæductu, lib. 11. quam exornarunt Bartol.
in l. si quis in principio testamenti, numero 10.
ff. de legatis 3. Mandellus de Alba, *in consilio*
27. *numero* 8. *in consilio* 169. *numero* 11, *&* 21.
Valençuela Velasquez, *in consilio* 83. *numero* 81.
folio 614. Menochius, *in consilio* 210. *num.* 19.
20. *&* 21. *& n.* 61. *&* 62. *l.* 3 vbi inquit, quod ma-
gna, & notabilia quæ sunt, in specie declarari, at-
que exprimi debent, aliàs consultò videntur
omissa.
Secundò deinde, & pro eadem parte vrget, plu- 9
ribus in legibus, in quibus qualitas prædicta re-
quiritur, quod titulus sit appositus in libris Sal-
uatorum; eam qualitatem, specificè, atque ex-
pressè adiectam fuisse, non autem omissam, pro-
vt apparet *in l. prima, tit.* 18 *l.* 9. *nouæ collect. Regiæ,* 10
vbi dicitur: *Que ninguno se escuse de pagar alcaua-*
la, aunque alegue, y prueue costumbre, o prescripcion
immemorial, sino tuuiere titulo, o priuilegio, y este
estuuiere assentado en los libros de lo Saluado. Quod
constat ex illis verbis: *Ni por cartas, ni priuile-*
gios, ni albalaes, que tengan, saluo, si las tales mer-
cedes, y franquezas fueren assentadas en los nuestros
libros de lo Saluado, y sobrescritas de nuestros Conta-
dores mayores. Quemadmodum ergo *hac lege* ex-
primitur qualitas prædicta; ita & *in dicta l.* 1.
tit. 21 *de las Tercias*, exprimeretur, si lex ipsa id
desideрasset, aut voluisset.

11 Et idem quoque inuenitur expressum *in leg. 9. tit. 27. libr. 9. nona collect. Regia*, vbi sic scribitur: *Y mandamos, que persona alguna se escuse de pagar el dicho seruicio, y montazgo, y las otras cosas sobredichas, ni por cartas, ni priuilegios, que de Nos tengan, y de los Reyes nuestros antecessores, ni por otra razon alguna: saluo los contenidos, y Saluados en el quaderno, y condiciones, con que mandamos arrendar los dichos derechos, como pareçe por los libros de nuestros Contadores.* Ecce, vbi *en el seruicio, y montazgo*, qualitas prædicta exprimitur adeò specificè, vt vides.

12 Et idipsum deregitur *en los priuilegios de juro de por vida, o de heredad, o de qualquier manera, que sean, in leg. 9. titulo decimo, libro quinto, recopilat.* vbi in hunc modum apparet scriptum: *Ordenamos, y mandamos, que qualesquier concejos, o Iglesias, y lugares, y personas, &c. Que tienen, o tuuieren qualesquier mercedes, ansi de juro, y de heredad, como de por vida, o de cada año, ò de otra qualquier manera, por qualesquier cartas, y albalaes, y priuilegios, que tengan, los quales no esten puestos, no assentados en los mis libros de los mis Contadores mayores, que del dia de la data desta nuestra carta hasta vn año cumplido primero siguiente, vengan mostrando, y muestren ante nos en el mi Consejo los priuilegios, y cartas, y albalaes, y recaudos originales, que en esta razon tienen. Y de aqui adelante, qualesquier ciudades, villas, y lugares, Iglesias, y comunidades, y personas, de qualquier estado, y condicion, y dignidad, que sean, a quien nos hizieremos qualesquier mercedes de juro de heredad, o de por vida, o de cada vn año, o de otra qualquier manera, los vengan a monstrar ante los nuestros Contadores mayores, y los assienten en los nuestros libros. Y de otra manera no las puedan auer, ni gozar, ni gozen dellas.*

13 Omittitur autem qualitas metipsa libri Saluatorum, *in leg. 1. tit. 11. libr. 6.* nouæ recopilat. *Porque puniendo pena contra los que toman portazgos, y peajes, no teniendo cartas, o priuilegios, porque los puedan tomar: no se expressa la calidad dicha, de que las cartas, o priuilegios estèn puestas, y assentadas en los libros de lo Saluado.*

14 *Y en la ley segunda*, tit. 13. lib 6. eiusdem recopilat. *en que se determina, y declara, que los mineros de oro, y plata, y otros qualesquier metales, y las aguas, y poços de sal, pertenecen a los Reyes, y no a otra persona alguno, saluo aquellos, que tuuieren priuilegio de los Reyes, o las huuissen ganado por tiempo immemorial: tampoco se expressa, que sea necessario, que el priuilegio estè puesto, y assentado en el libro de los Saluados. De manera, que como en la ley primera de las Tercias, se admitte contra los Reyes, titulo, o priuilegio, o immemorial prescripcion, y no se dize, ni se expressa, que estè assentado en el libro de los Saluados; esto mismo se haze en los mineros, y metales, y poços de sal,* in dict. l. 2. tit. 13. lib. 6.

15 *Y de la misma manera, en la ley* 19. titulo 6. lib. 3. nouæ collect. Regiæ. *En que se manda, que se suspendan los portazgos, y nueuas imposiciones, y que no las lleuen, ni otros derechos, los que no tienen titulo, o prescripcion immemorial, para que de derecho las puedan llenar; no se expressa, ni requiere, que el tal titulo estè assentado, y puesto en los libros de lo Saluado.*

De manera, que en la ley de las Tercias, y en la de portazgos, y peajes, y en la de los mineros de oro, y plata, y en la que se suspenden las nueuas imposiciones, se requiere titulo, o prescripcion immemorial, para acquirir derecho contra los dichos Reyes, y de ninguna manera se haze mencion de los libros de lo Saluado. Y solamente se ordenò, y mandò esto en la ley de las alcabalas, y del seruicio, y montazgo. Y en la de los juros de por vida, o de heredad, o mercedes de otra qualquier manera.

Inde, & probabiliter dubitari potest, an dicta qualitas, quod titulus, aut priuilegium, reperiatur scriptum, & positum in libro Saluatorum, requiratur in terminis Tertiarum, & dictarum legum, in quibus omissa fuit omnino, cùm tamen in aliis legibus ponderatis *suprà*, specificè expressa fuerit.

Aliud etiam singulare notandum (prout ego considero) quod *in dictis legibus*, in quibus requiritur, priuilegia, & gratias, scriptas esse in libris Saluatorum, immemorialis præscriptio non admittitur, sed priuilegium, aut titulus legitimus dumtaxat. In cæteris verò, in quibus de libro Saluatorum mentio facta non est, immemorialis ipsa, sicut titulus, admissa est. Atque ita forsan, non tanta, aut tam scrupulosa solemnitas requisita est in titulis, quando immemorialis non excluditur, sicut quando exclusa est.

Dici tamen probabiliter, & verisimiliter potest, quod cùm vnæ leges, ab aliis declarationem, atque interpretationem recipiant; vt plenè comprobant Romanus, *in cons. 341. ex num. 18. cum sequent.* Cagnol. *in l. in toto iure, ff. de regul. iur.* Anchar. *in cons. 222. Subtiliter. num. 2. & sequent.* Aretinus, *in cons. 14. nu. 5.* Alexand. *in cons. 101. num 19. & seq. lib. 3.* Gregor. Lop. *in l. 7. tit. 13. p 6. glos. 9.* & ex quo ex aliis legibus, & maximè tribus relatis *suprà*, vt quis eximatur à solutione alicuius iuris regalis, Regibus nostris competentis, requiritur præcisè, & copulatiuè, quod habeat titulum, aut priuilegium, & quod sit positus in libris Saluatorum, nec aliàs seruari, aut firmitatem obtinere valeat; satis apertè demonstrari, aut ex dictis legibus, alias suppleri posse, vt idipsum requiratur, vbicumque titulus producitur, ob quem, quis à solutione Tertiarum, vel alio iure Regali se eximere contendit, aut aliquod ius contra Reges acquirere; nulla enim differentiæ ratio reddi posse videtur. Et non mediocriter vrgere decisionem generalem *dicta l. 9. titul. 10. libro 5. recopilat.* quæ generaliter in omnibus priuilegiis, *y mercedes*, loqui videtur, eáque comprehendere. Item, cùm *in dicta l. prima, titulo 21. de las Tercias*, requiratur titulus legitimus, vt constat ibi: *Tener legitimo titulo*, quod titulus legitimus non dicatur, qui nõ habet qualitates omnes aliis legibus requisitas, atque expressas, & maximè prædictam, quod scilicet sit positus, & scriptus in libris Saluatorum. Et non absque maximo mysterio censeatur appositum *in eadem lege prima*, titulo *de las Tercias*, verbum, *legitimo titulo*, quod in aliis legibus relatis *suprà*, omissum est. Licet enim dicatur, titulum adesse debere, non dicitur legitimum, quamuis titulus legitimus esse debeat, etsi non exprimatur. 16

Et quamuis lex generaliter loquens, generaliter debeat intelligi: & vbi non distinguit, distinguere non liceat. Et omissum in ea, pro omisso habendum sit, nec supponendum non expressum, quia lex, si voluisset, facilè exprimere posset; & alia his similia, quæ adduxi & ponderaui *sup. ex numer. 2. vsque ad numer.* 10. adhuc tamen, cum ex alia parte, de mente, & voluntate Legislatoris constet, hoc est, ex decisione

aliarum

aliarum legum, quas expendi *sup.* & cum militet eadem ratio, & ob generalitatem verborum *d. l. 9. tit. 10. l. 5 noue collect. Regia.* Ex vi etiam verbi *legitimo titulo*, idipsum intelligere voluisse Legislatorem, quod in aliis legibus euincimus, nec tantam vim dictis generalibus assumptis tribuere debemus, cum ex quacunque coniectura, aut mente præsumpta disponentis in contrarium, cessare, communi Scribentium placito sit receptum, & latè à me comprobatú *in Commentariis tom. 4. c. 14.* & hæc videtur tutior, & verior opinio, & verbis, & menti dictarum legum Regiarum magis conueniens; cùm enim de acquirendo, aut præscribendo iure Regali, in omnibus casibus legum ipsarum agatur; non video, quare magis in vnis, quàm in aliis, priuilegium, aut titulus non debeat esse positus, atque scriptus in libris Saluatorum: & maximè (vt dixi) stante decisione generali *dicta l. 9. titulo 10. lib. 5 noue collect. Regia*. Et ratione sæpè à me repetita, *dicto cap. 14 tom. 4.* cessare axiomata prædicta ex quacumque coniectura, quæ in contrarium vrgeat. vel si casus omissus, aut verbum, quod suppletur, in alia parte dispositionis, aut aliis legibus reperiatur expressum, prout latius *ibi* videri potest: & maximè, *ex num. 11. vsque ad numerum vigesimum secundum*, & per Cancerium, *variar. tom. 2. cap. 20. de legatis, ex numero 177.*

17 Posito tamen pro vero, quod priuilegium, aut titulus, qui producitur, vt exemptionem à solutione Tertiarum inducat, debeat esse positus, atque scriptus in libris Saluatorum; tunc quidem se offert necessarium, & vtile dubium, & de quo controuerti, & dubitari aliquando vidimus, sed nunquam accuratè satis, & radicitus explicari: verùm inquam, id intelligi, atque procedere debeat in meris, & gratuitis priuilegiis, *y mercedes*, quæ ex mera gratia & liberalitate conceduntur; an etiam in his, quæ in contractum transierunt, atque ex causa onerosa processerunt, pecunia scilicet recepta, aut pretio interueniente, vel aliquo dato, vel faciendo, aut etiam ex causa remunerationis, ob benemerita, & seruitia; quæ remunerationis causa, veluti onerosa reputatur, vt reuocari non valeat, & eisdem regulis, & doctrinis gubernetur, quibus contractus onerosi gubernari solent, sicuti *cap. 18 suprà*, longa serie, & plenissima manu adnotaui: Et in gratiis, donationibus, & concessionibus remuneratoriis, idipsum, quod in contractibus onerosis, ex communi Scribentium sententia, statui, prout *ibi* videri poterit.

18 Et dubium semper facit generalis decisio *legis 9. titulo decimo, libro quinto, recopilat.* vbi disponitur, quod omnia priuilegia, vsque ad diem conditæ illius legis data, & in futurum danda, intra annum ponantur in libris Saluatorum; & si posita non fuerint, quod vires non habeant, nec seruentur, vt constat ibi: *Y de aqui adelante, qualesquier ciudades, villas, y lugares, Iglesias, y Monasterios, y concejos, y comunidades, y personas de qualquier estado, y condicion, y dignidad, que sean, a quien nos hizieremos qualesquier mercedes de juro de heredad, o de por vida, o de cada vn año, o de otra qualquier manera, los vengan a monstrar ante los nuestros Contadores mayores, y las assienten en los nuestros libros, dende el dia, que por nos le fuere hecha la tal merced hasta vn año: y si assi no lo hizieren, y cumplieren, que por esse mismo hecho ayan perdido; y pierdan las dichas mercedes, y les no sean puestas, ni assentadas dende en adelante en los nuestros libros, ni las ayan, ni puedan auer, ni puedan gozar, ni gozen de las.*

Hactenus dicta lex; quæ generaliter loquitur *en qualesquier mercedes, ansi de juro, y de heredad, como de por vida, o de cada año, o de otra qualquier manera, por qualesquier cartas, y albalaes, y priuilegios, que tengan, los quales no estèn puestos, ni assentados en los libros Reales.* Vnde comprehendit quoque priuilegia, aut gratias exemptionis Tertiarum, aut acquisitionis iuris earum, & cuiuslibet alterius rei, aut iuris Regalis; quod ex verbis nunc relatis negari non posse videtur: ex verbis etiam, *in initio ipsius legis* positis, quæ euincere quoque videntur, *que en ellas se comprehendan las mercedes, y priuilegios, que se huuieren dado, y se dieren, aunque sean por via de contrato, y causa onerosa*, accepta scilicet pecunia, & pretio interueniente: vel etiam ex causa remunerationis, ob seruitia, & benemerita, *para que se ayan de poner, y se pongan en los libros de lo Saluado*. alias nec seruandæ sint, nec firmitatem obtineant. Lex enim ipsa, *indistinctamente llama mercedes, las de juro, y de heredad, o de otra qualquiera manera, por qualesquier cartas, y priuilegios, aora se vendan, aora se dèn graciosamente, y no se distingue, si huuo precio, o causa onerosa, o si fue pura, y mera gracia, o por causa de remuneracion, y en venderse, aunque sea por dinero, y precio, o por causa de remuneracion,* suppone, *que se haze merced. Y estas tales mercedes, de qualquier manera, que sean, y por qualesquier cartas, y priuilegios, manda, que se pongan en los libros de lo saluado. Y el exemplo de juros, no coarta la generalidad de la decision para otras cosas, antes della se saca argumento efficaz, para que lo que se dispone en juros, sin distinguir, si se dan por gracia, y merced, ò por dinero; igualmente se aya de entender, y se entienda en los titulos, y priuilegios de las Tercias, y titulos, que se presentaren, para eximirse de pagarlas, que todos, para tener fuerça, y firmeza, ayan de estar en los libros de lo Saluado, como en las alcaualas està dispuesto en* 19
la dicha ley primera, titulo 18. libro nono, *y en el seruicio, y montazgo, en la ley nona* titulo 27. libro nono; in quibus legibus ponderandum, est, *que se llaman mercedes, gracias, y franquezas, indistinctamente, sin distinguir*, an pecunia data, vel pretio accepto, concessa sint priuilegia; *porque se tienen por mercedes, aunque se ayan hecho por dinero*, vel ex causa remunerationis, vt dixi suprà. *De manera, que juzgan las leyes, que los Señores Reyes hazen merced en conceder estos priuilegios, aunque* interue- 20
niat pecunia, vel aliquod datum, aut factum, siue causa remunerandi, ex quo conceditur id, quod denegarè Reges possent; vnde & in terminis iuris communis, apponi solitum esse in gratiis, priuilegiis, & concessionibus, verbum. *Indulgemus*, etsi pecunia interuenerit; scripsit Bald. *in l. qui se patris, num. 14 C. vnde liberi.* & referunt infiniti ferè Authores, à me commemorati *supra cap. 18.*

Y con esta consideracion, & vel vno tantum verbo, *se puede responder, y satisfazer a quantos fundamentos en contrario se pueden imaginar, y ponderar, porque llanamente confessamos, que en la dicha ley 9.* titul. 10. lib. 5. *se repite muchas vezes la palabra:* Qualesquier mercedes.

Las dichas mercedes ò qualesquier mercedes, y las tales mercedes. *Y que no se halla palabra, que mire a donacion remuneratoria, ò a contracto oneroso, con dinero*, vel aliquo dato, aut facto, *y que en efecto nunca se vsa de otro genero de hablar, que de mercedes, y que merced propriamente, parece, que se dize, y es, la que se haze*, ex causa gratuita, atque ex mera liberalitate, non autem ex contractu oneroso, vt *in l. finali, titulo 32. partita 7. & in l. prima, titulo 24. partita 3.* & per Hugon. de Celso *in Repertorio legum Regni, in verbo*, merced. *versiculo primero*: Alexand. *in consilio 176. numero 12. volum. 7.* Oldrad. *in consilio, 139. Ad habendum numero 3. & 4.* Calderin. *in consilio 278.* aliàs 2. *de emption. & vendit. & in consilio 394.* aliàs 9. *de regularibus*, Aretinum, *in consilio*, 4. Cardinal. Tuschum, *tomo 3. litera D. conclusione 621. folio 825.* & latè comprobaui *suprà, capite 18.* vbi ex communi Doctorum placito, diuersum ius statuitur in priuilegiis meris, & puris, & quæ ex mera gratia, & liberalitate processerunt, ab his, quæ pecunia accepta, aut pretio interueniente, vel aliquo dato, aut facto, vel faciendo, concessa sunt. Et in donationibus remuneratoriis idem ius statuitur, quod in contractibus onerosis.

Non inquam obstat consideratio prædicta, & differentia considerata; quia adhuc leges nostræ Regiæ voluerunt, *que todas las mercedes, y priuilegios dellas, esten puestas, y assentadas en los libros de lo Saluado, y juzgan por mercedes, que por los Señores Reyes conceder exempcion de los derechos Reales, en ellas expressados, aunque se ayan hecho por dinero*, aut pretio accepto, vel ex causa remunerationis: *porque merced grande, y gracia es, eximir de los dichos derechos de Regalia a los vassallos, ò concederles el derecho della, por qualquier manera que sea, pues pudieran no concederlos, y se estiman mucho mas, y las exempciones, y libertad de no pagar, que todo quanto se dà*, & hoc respectu, *y que los dichos Señores Reyes*, ex mera gratia, & voluntate, *aunque sea por dinero, lo dan se dizen mercedes, y lo son*, quia nullo cogente iure conceduntur, & negari possent, & aliquando negantur; vt in *l. donari, ff. de regul. iuris*, & comprobauit Tuschus, *vbi supra*.

Quicquid ergo excogitari, aut dici potest in contrarium, eliditur ex clara decisione dictarum legum huius Regni, quæ duo continent mirabilia: Primum, *que juzgan por mercedes, la exempcion, ò concession de los dichos derechos Reales, aunque se ayan hecho por dinero, y no distinguen, si se pagaron los priuilegios*, vel processerunt ex causa onerosa, vel ex causa remunerationis, aut ex causa merè gratuita: *porque de qualquier manera es merced.* Secundum, *que aunque en quanto à la obseruancia de los contractos*, velut priuati quicunque, Reges, & Principes iudicantur, vt latiùs probaui suprà, *capite 18.* atque ita, contractus onerosi, vel ex causa remunerationis facti, *no se debieran insinuar, ni escriuir, ni poner en los libros de lo Saluado*, quia priuatorum contractus onerosi, vel ex causa remunerationis, siue ob causam facti, non insinuantur; vt per Anton. Gabriel. Penellum, Gamam, Burgos de Paz, Ioannem Garziam, Surdum, Cald. Pereiram, Azor. Pac. Molinam, Lessium, Cardin. Manticam, Viuium, Stephan. Gratianum, & alios; cum quibus sic notauit Emmanuel Barbosa, *in remissionibus Doctorum, ad titul. 62. ordinationis Regia, numero 11. & 12. folio 128.* vbi etiam notauit cum aliis pluribus, donationem factam à Principe, insinuationem non requirere; adhuc tamen, *las dicas leyes Reales requieren, que los priuilegios de merced, indistinctamente se escriuan, y pongan en los libros de lo Saluado, y que de otra manera no se cumplan, ni guarden, y dexo sin duda de conuenir assi, para que aya mejor noticia de los priuilegios, y mercedes, y se sepa del tenor, y forma dellos, y quando se acaban, y no se de lugar a confussion, y a otros inconuinientes*, & quemadmodum *los derechos, las leyes, y los Reyes pudieron dar, y dan cierta solemnidad a los testamentos, a los contractos, y a todos los actos humanos, que se celebran, y hazen*, ita quoque, & æqualiter, *pudieron estatuir, y mandar que los priuilegios, titulos, y mercedes de qualquier derecho Real, se escriua, y ponga en el libro de los Saluados.*

Sic sane, vnanimiter obseruatum est, & obseruatur quotidie, priuilegia huiusmodi, in quibus iura Regalia conceduntur, vel exemptiones eorundem iurium expediuntur, ita formari, vt exprimatur, *que por hazer merced, y gracia, y por seruicios hechos, se despachan*; quamuis pretio accepto, aut aliquo dato, vel facto expedita sint; & in libris Saluatorum ponuntur, atque scribuntur, vel scribi, & poni debent, ob expressam legum Regiarum constitutionem. Vim autem, authoritatem, & virtutem obseruantiæ magnam esse, & maximos effectus producere, ex his constat dilucidè, quæ ego metipse, adnotata, atque scripta reliqui *in Commentariis tom. 5. cap. 93. §. 6. per totum*, vbi videri poterit.

Quod si dixeris, leges ipsas Regias, aut Principes, non potuisse, etiam de plenitudine potestatis, contractus semel initos, & maximè ex causa onerosa, & pecunia accepta, aut ex causa remunerationis procedentes, vllo modo alterare, aut modificare, aut dicto onere libri Saluatorum grauare, siue modum, aut conditionem, vel grauamen postmodùm adiicere, prout plena manu comprobaui *supra hoc eodem tractatu, capite 18. & in Commentariis tomi 5. capite 89. ex numero 85. vsque ad numerum 94.* 11

Respondetur quidem, contractus ipsos, & donationes, in sui substantia, & quoad pecuniarium commodum, non modificari, nec grauari; iidem enim contractus, eædem donationes, gratiæ, aut concessiones remanent, & cum eadem vtilitate, & grauamen dumtaxat adiicitur in eo, quod facilè impleri, satisfierique potest, curando scilicet, & faciendo, quod dicta priuilegia, *y mercedes*, in libris Saluatorum ponantur, atque scribantur: iustis autem de causis, & vt vitentur confusiones, fraudes, & alia inconuenientia: vt etiam constet apertiùs de priuilegiis metipsis, & de tempore eorum, aut quando finiantur: legéque generali lata, per quam contractus ipsi non reuocantur, sed qualitas prædicta libri Saluatorum adiicitur, rectè, & iuridicè potuisse Principes ipsos, dictum grauamen, aut qualitatem adiicere; imò & priuilegia ipsa, ex causa moderari, & restringere possent, sicuti *eodem cap. 89. tom. 5.*

tom.5. n. 93. ego metipse notaui, & multorum Authorum allegatione comprobari notaui quoque in indiuiduo *suprà*, c. 18. & iusta causa, & maximè publicæ vtilitatis, id fieri posse obseruaui, vbi videri poterit.

22 His, & aliud addendum erit, admodum necessarium, & vtile, obtinuisse quidem, & iterum, atque iterum receptum, & seruatum fuisse, quod vbi qualitas prædicta libri Saluatorum requiritur, siue in casibus, in quibus ex decisione legum huius Regni, priuilegia non debent obseruari, nisi sint posita in libris Saluatorum, vt in legibus relatis *suprà*; nec de immemoriali mentio fit, hoc est, non exprimitur, quod immemorialis admittatur, sicut titulus, prout exprimitur *in dicta l. prima, titulo* 21 *lib.* 9. aut excluditur, vt *in dicta l. prima titulo* 18. *eodem libro* 9. & in aliis adductis *suprà*: tunc non sufficiet, allegare, & probare immemorialem præscriptionem, ea namque, dumtaxat prodest, quando lege ipsa exprimitur, aut non excluditur, vt in lege Tertiarum, & aliis similibus, de quibus *suprà*. Aliàs enim, si in his terminis, in quibus titulus expressus non prodest, nisi sit positus in libris Saluatorum, immemorialis prodesset, quæ est titulus tacitus, & non potest reperiri, aut positus esse in libris Saluatorum, immemorialis ipsa, & sic titulus præsumptus, plus operaretur, quàm priuilegium, aut titulus expressus, qui non sufficit, si deficiat qualitas prædicta, quod sit positus in dictis libris, vt ex *eisdem legibus relatis suprà*, deducitur, & exemplo Gabellarum probatur concludenter, priuilegium namque concessum non soluendi Gabellam, nec etiam vsus, aut consuetudo immemorialis valet, nec excusat, eam soluere debentem; *sino fuere, estando la tal franqueza assentada en los libros Reales de lo Saluado, y sobre escrito de los contadores mayores de su Magestad*, vt *in dicta l. prima, titulo* 18. *lib.* 9. cauetur specificè, & cum Gregorio Lopez, Auendaño, Menchaca, Auiles, Gironda, & Lasarte, resoluit Ioannes Gutierrez, *de Gabellis, quæstion.* 5 *num.* 22. qui inde infert *num.* 14. se dubitare de limitatione ad *dictum l. primam, tit.* 18. *de las alcaualas*, adductam à Gironda; & probatam per Azeuedum, dum ij existimarunt, quod si immemorialis consuetudo, aut præscriptio, cum scientia, & patientia Regis fuerit introducta, vel suorum auditorum; seruanda erit: & reddit rationem, nam cùm priuilegium ipsum non sufficiat, *sino fuere stando escrito en los libros de lo Saluado, como puede guardar se la tal costumbre, aunque sea immemorial, ò introducida conciencia, y paciencia del Rey, ò de sus Oydores, pues falta lo demas que se requiere por la dicha ley, que es estar assentada la franqueza en los libros de lo Saluado; y la ciencia, y paciencia del Rey, y mucho menos de sus Oydores, no iustifica, ni excusa à ninguno de pagar al caualar: pues no basta en esta materia, para adquirir vno derecho, ni possession contra su Magestad, aunque sea de tiempo immorial: porque la paciencia no induce consentimiento*, nec priuilegium sufficiens in futurum, Tum, quia processit potiùs ex quadam naturali obliuione, præ multitudine negotiorum, & incuria suorum Officialium, quàm ex mera voluntate concedendi simile priuilegium. Tùm etiam, quia etsi vltrò. & ex proposito id concessisset, non sufficeret, nisi esset adscriptum in libris Regiis *de lo Saluado, y sobre escrito de sus Contadores Mayores*, vt dicta *l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 9.

Hactenus Ioannis Gutierrez obseruatio, & resolutio, & verissima quidem: non tamen debuisset ipse, aliquo pacto dubitare de prædicta Girondæ opinione, sed firmiter, & absque vllo dubio asserere, immemorialem præscriptionem, cum scientia, & patientia Regis, aut Officialium, quoad exemptionem Gabellarum, nihil prodesse, vtpotè cùm *lege ipsa prima, titulo* 18. expresè exclusa fuerit, sicuti Lasarte, *cap.* 19. *num.* 6. & alij ab eo relati non dubitarunt, Pelaez etiam à Mieres *quarta parte de Maiorat. quæstione* 20. *num.* 256. *folio* 229. optimè fuit allequutus, dixit enim in indiuiduo, quod in casibus, in quibus per aliquas leges Regni, priuilegia non debent obseruari, nisi sint posita in libris Saluatorum, vt in casu *lib.* 9 *tit.* 27. *lib.* 9. *en el seruicio, y montazgo*, & in aliis similibus, non sufficiat probare immemorialem, ne plus operetur immemorialis, quàm priuilegium, & dispositio Principis.

Addit tamen ipse Mieres, in contrarium facere singularem *leg.* 16. *tit.* 27. *lib.* 9. quæ magnam vim dat præscriptioni immemoriali, & magis, quàm priuilegio, nec vltra progreditur; sine in explicatione legis eiusdem 16. non insistit; sed dumtaxat dicit, id esse nouum, & singulare, & in practica contingere. 23

Ioannes etiam Gutierrez, *dicta quæstione* 5. *de Gabellis, num.* 18. *folio* 35. allegans legem ipsam 16. *tit.* 27. *lib.* 9. pro certo supponit cum aliis Authoribus, idipsum, quod Pelaez à Mieres, hoc est, immemoriali magnam vim dari in lege ipsa 16. atque ita, ius non soluendi, *el seruicio, y montazgo*, tempore immemoriali acquiri posse, nec aliter explicat.

Res ergo hæc maiori declaratione indiget, nec sola relatione, aut annotatione dictorum Authorum explicata remanet. Vt autem accuratè, & singolariter explicetur, meminisse oportebit, *in dicta l.* 9. *tit.* 27. *lib.* 9. apertè probari videri contrarium omnino eius, quod ita securè, & expresè; cum Azeuedo, & aliis, Ioannes Gutierrez, *dicta quæst.* 5. *num.* 18. obseruat, & supponit Pelaez à Mieres, *dicto num.* 256. lex enim ipsa, quæ expresè statuit, *que ninguno se escuse por priuilegio, ni por otra razon, de pagar el seruicio, y montazgo, salue los contenidos, y saluados en el quaderno, &c.* Apertissimè voluit, sola priuilegia, aut aliam quamcunque rationem non sufficere, nisi qualificata sint simul cum libro Saluatorum; atque ita copulatiuè requiri, priuilegia extare, & qualitatem prædictam habere, quod scripta sint in dictis libris. Et quandò leges aliquid cum aliqua qualitate statuunt, aut præcipiunt, vtrumque debet interuenire, atque verificati, & probari, vt notauit Gregorius Lopez, *in l. prima, tit.* 13. *part.* 1. *glossa* 2. *in fine*, ita vt qualitas prædicta pro forma requiri videatur: quia quicquid in eis exprimitur, appositum censetur pro forma, Decius, *in consilio* 434 *num.* 1. & 2. & *in consilio* 455. *num.* 7. Craueta, *in consilio* 180. *num.* 10. Socinus, *in cons.* 92. *num.* 15 *lib.* 4. Ias. per textum *ibi, in l. si vnus*, C. *de testam. num.* 3. & cum Anton. de Butrio, Tello, Molina, Puteo, Cachecrano, & Azeuedo obseruauit Pelaez à Mieres, 4. *part. quæst.* 20. *num.* 178 vbi sic scribit: *Circa intellectum autem dicta legis, ante omnia est animaduertendum, quod præcisè, & in indiuiduo sunt articulanda, & probanda omnes illius legis qualitates: argumento l. certa forma, C. de iure fisci, l. si hæredi plures, ff. de condit. instit. l. prima, ff. de liber. & posthum.* 24 25

& quando lex introducit aliquam probationem, cum
certis qualitatibus, & modificationibus, quidquid in
ea exprimitur, est reputandum esse appositum pro
forma, &c.
26 Et omnis forma legis, ad vnguem debet ob-
seruari, Baldus *in authent. cessante, C. quomodo, &*
quando iudex, & in cap. ex litteris de constitut. Bald.
ipse, Angel. Socin. *in l. prima, ff. de liber. & posthum.*
Rolandus, *in cons. 33. num. 3. & in cons. 43. num. 13.*
lib 2. Ioannes Gutierrez, *practicarum lib. 3. quaest.*
15. num 13 Mieres, *dicta quaest. 20. num. 179* Va-
lenzuela Velasques, *in cons. 3. num. 22.* Tuschus,
tom. 4. litt. F. conclus. 419. & aurea *concl. 415.* Fari-
nacius, *part. 2. Fragmentorum, verb. forma, seu solem-*
nitate à lege, vel statuto requisita in aliquo actu,
non seruata, quando actus corruat, num. 214. fol. 210.
27 nec potest per æquipollens adimpleri, sicuti re-
latis permultis notauit Gratianus, *Regula 212.*
& cum Matienço, Simone de Prætis, Molina, &
aliis, idem Mieres, *vbi suprà, num 180. & prima*
parte, quaest. 30. num. 47. Ioann. Gutierrez *practica-*
rum lib. 3. quaest. 15 num. 13. Tuschus, *vbi suprà*, &
28 Farinacius *num. 109. fol. 110.* quia forma, à lege
tradita, censetur in omnibus esse substantialis,
vt cum Decio, Iason. Croto, Ripa, Hannibale, &
Auendaño, tradidit ipse Mieres, *4. parte, dicta*
quaest. 20. num. 179 Ioannes Gutierrez *practica-*
rum lib. 3. quaest. 55. num. 15. & quaest. 30. num. 18.
& quaest. 63. num. 3. Farinacius, *vbi supra, num. 217.*
fol. 211.

Vndè, *la decision de la dicha ley 9.* titulo 27.
lib. 9. *y la calidad, que expressa, y pide, no se podrà*
cumplir con prescripcion immemorial, ni verificarse
con ella, cùm requiratur pro forma vt dixi, quæ
29 non potest verificari in casu præsumpto, aut fi-
cto, præscriptio autem immemorialis, quamuis
habeat vim tituli, & priuilegij, non est priuile-
gium, Socinus, *in consilio 260 num. 22. lib. 2.* Mie-
res, *4. part. dicta quaest. 20. num. 257.* siuè non est
verum, & proprium priuilegium, sed fictum, &
commentitium, aut præsumptum, vt cum Cra-
ueta notauit *ibi* Mieres, *num. 244.* & vltra eum,
Ruinus, *in l. Gallus, §. & quid si tantum in 2. lectura*
num. 113. Menochius, *in consilio 220. numer. 138,*
lib. 3.
30 Forma igitur, *in dicta l. 9.* expressa, non serua-
ta, actus corruit omninò, & est nullius momen-
ti, *l. cum hi, §. Praetor. ff. de transact. l. prima, & secun-*
da, C. quando prouocare non est necesse, Farinacius,
congerens permultos, *vbi suprà num. 104. fol. 209.*
Cardinalis Tuschus, *tom. 4. litt. F. conclus. 414. nu.*
5. & 415. num. 10 & 16. & 28. & conclus. 418. per
totam, Ioannes Gutierrez, *practic lib. 3. quaest. 15.*
num 7. Valençuela Velazquez, *in consilio 3. ex nu-*
mer. 18. vsque ad numerum 32. vbi quod forma
non seruata, corruit actus; & forma deficiente,
substantia deficit; & modi, & formæ defectus
vitiat actum; & à forma recedendum non est;
& ad vnguem obseruari debet: & nihil addi,
aut detrahi ei potest, nec à forma recedi potest,
etiam in contractu stricti iuris: Et paria sunt,
contra legem facere, vel non seruare eius for-
mam; & formæ omissio, etiam in actu fauorabi-
li, impedit legis dispositionem, prout hæc om-
31 nia comprobat *ibidem*; & eminent, dispositum
in vero priuilegio, & scripto in libris Saluato-
rum, locum habere non posse in immemoriali
præscriptione, ob rationem prædictam; & quia
priuilegium concessum alicui qualitati, intel-
ligitur de vera, non de ficta per repræsentatio-
nem, *l. cum hic status, §. si sponsus, ff. de donat. inter*
virum & uxor. quem textum in specie, ad id no-
tarunt Aret. & Socin. cum quibus Decianus, *in*
consil. 19. n. 56. volum. 3.

Ni por la antiguedad del tiempo, ni la fuerça de
la costumbre, ò prescripcion immemorial, se puede su-
plir, ni menos presumir la calidad dicha, de que las
cartas, priuilegios, y mercedes estan escritas, ni assen-
tadas en los libros de lo Saluado; porque esta calidad
ha de constar, ex inspectione ipsorum librorum,
libris autem inspectis, contrarium apparet, &
defectus eius detegitur, *porque no se hallan assen-*
tados, ni escritos, ni lo puedan estar, quando se funda
vno en prescripcion immemorial; atque ita cessat
omnino omnis præsumptio, & veritati cedit,
Abbas, *in consilio 61. num. 6. lib. 1.* Decius, *in con-*
silio 564 num. 3. Ias. *in l prima, num. 10. C. qui ad-*
mitti. Decian. *in consilio 24. num. 30. & 35. volum.*
3. vbi notanter scribit, quod antiquitas tempo- 32
ris non inducit veritatem, sed præsumptionem;
præsumptio autem tollitur, veritate apparente
in contrarium, *l. finali, in principio, ff. quod metus*
causa, l. quod si nuptura, in fine, ff. de iure dotium, l.
filio quem pater, ff. de liber. & posthum. l. prima, §. si
quis filium, ff. si tab. testam. nulla ex tab. l. si chiro-
graphum, ff. de probat. Cephalus etiam notauit *in*
consilio 68. num. 10. lib. 5 post Socinum, *in con-*
silio 46. num. 3. lib. 4. & veritas probatur nega- 33
tiuè, & concludenter per inspectionem scriptu-
ræ, in qua non reperitur illud de quo agitur, vt
post Bartol, & Decium, ipse Decianus obseruat,
eodem consilio 24 num. 11. vbi adducit notabilem
Ioannis de Imola doctrinam in proposito, *in*
consilio 110. num. 1. vbi dixit, quod licèt vera sit
conclusio, quod in sententia antiqua præsumi-
tur citatio, propter antiquitatem temporis,
quando sola sententia repetitur: sed quando
apparent, & producuntur etiam actus, super
quibus lata est sententia, in quibus non constat
de citatione; tunc illa præsumptio, quæ insur-
gebat ex antiquitate temporis, tollitur ex illa
probatione veritatis, quæ insurgit ex inspectio-
ne actorum, in quibus non apparet citatio. Et
refert, idem dixisse Afflict. *decisione 107.* quod
illa præsumptio antiquitatis tollitur ex eui-
dentia facti. Et vt dubium omne remoueret, &
etiam immemorialis præscriptionis allegatio-
nem, & probationem; postquam dixerat lex ipsa
9. titul. 27. lib. 9. *Ni por cartas, ni priuilegios, que*
de nos tengan, ni de los Reyes nuestros antecessores,
addit statim: *Ni por otra razon alguna*, ita quod
nulla ratione, aut modo, priuilegia firmitatem
obtineant, quæ in libris Saluatorum non sint
scripta, quocunque modo, aut causa, illa fuerint
expedita, siue concessa; dictio enim illa: *Ni por* 34
otra razon alguna, latinè, *nullo modo*, aut *nulla qua-*
uis ratione, aut *nulla alia ratione*, est vniuersalis
negatiua, & prohibitiua, & excludit omnem
alium casum, quàm expressum, & rationem
quamlibet, quæ excogitari possit, atque ita, im-
memorialis etiam consuetudinis, aut præscri-
ptionis rationem, Ias. *in l. prima § sublata, numer.*
13. in 2 lectura ff. ad Trebell. & in l. penult. num. 9.
C. de testamentis, Mandosius, *regula 34. quaest. 88.*
num. 3. Rubeus, *in consilio 51. num. 3.* Decius, *in*
consilio 310. num. 2. Ruinus, *in cons. 30. num. 3. vol.*
5. Cenedus, *in singulari 60. & 69.* & de dictione
ipsa, *quouis modo, & quoquo modo*, quòd sit vni-
uersalis, & includat omnem modum, tam prin-
cipalem & directum, quàm incidentem & indi-
rectum, latè Cardinalis Tuschus, *tom. 3. littera D.*
conclus. 359. per totam, folio 650. Item in *ipsa l. 9.*
alia

alia negatiua inuenitur, siuè aliò pacto ponderari potest, dicitur enim, *ni por otra*, & dictio, *alius*, vel *alia*, quando adiicitur termino vniuersali, non solùm similia, sed & diuersa, & generalitatem, atque vniuersitatem designat, & sic omnia comprehendit, & etiam maiora expressis, *Clementina prima, de re iudicata, in principio*, & cum multis Authoribus, Cenedus, *singulari 4. de dictione*, Alius, *n. 5.*

35 Restat nunc satisfacere, atque responsum præbere *dicta l. 16. eodem tit. 27. lib. 9.* quæ contrarium probare videtur, & admittere, *en el seruicio, y montazgo, y para acquirir exempcion de no pagarle la costumbre, ò prescripcion immemorial*: & in hunc modum scribit: *Porque somos informados que ha auido duda sobre si los nouenta dias, en que la ley precedente habla, para presentar los titulos, ò priuilegios, que tienen los que pretenden lleuar las cosas, en la dicha ley contenidas, y la disposicion della si se entiende con el que no tuuiere titulos, que presentar, y sea auida de prescripcion immemorial, y por euitar esto, declaramos, que la dicha ley no se entiende con el que alega, y prueua la prescripcion immemorial.*

Hactenus dicta lex, quæ verè non corrigit vllo modo, nec alterat decisionem legis 9. præcedentis, cùm illa præcisè requirat titulum, aut priuilegium qua'ineatum, hoc est, positum, & scriptum in libris Saluatorum, vt contra Reges nostros præscribi valeat, *el derecho del seruicio, y montazgo.* Nec de immemoriali fit aliqua mentio *in ipsa lege 9.* quæ si sufficeret, verisimile non est, quod res tantæ considerationis omitteretur, imò absque dubio exprimeretur, vt nonnullis
36 doctrinis comprobaui *suprà*; & cum legum correctio vitanda sit, nec præsumendum, quòd vna lex aliam corrigere voluerit, & maximè in continenti, & in eodem tractatu, & titulo, Baldus, *in consilio 107. lib. 5.* Ancharan. *in consilio 268. nu. 7. vers. respondetur aliter.* Dinus, *in consilio 27. n. 3.* vbi inquit, quod quando lex præcedens habet aliquam formam, aut est prohibitiua, lex sequens non tollit præcedentem, si non est derogatoria, Tuschus, *tom. 5. lit. L. concl. 260. per totam, fol. 185.* vbi latè, quod lex posterior non corrigit
37 præcedentem: & *num. 3.* post Angel. & Lapum, quod lex posterior generalis nunquam corrigit legem specialem præcedentem, quando inuicem compatiuntur. Et ego metipse notaui *in commentariis de vsufructu, cap. 2. n. 54.* vbi cum aliis Authoribus scripsi, quod legum correctio, quantum possibile sit, vitanda est. Contrarietas etiam in omni dispositione, quod vitanda sit, latè comprobat Cardinalis Tuschus, *tom. 3. littera C. conclusione 1008* idque maxime, quando lex posterior est dubia, siue in dubio versamur, an corrigere voluerit, vel non; vt Tuschus metipse, *dict. lite. L. conclus. 273. fol. 298.* cum aliis Authoribus comprobat.

Item, *porque en los casos, en que las leyes deste Reyno quisieron admitir prescripcion immemorial contra las Regalias, o derechos Reales, que à su Magestad y à los Señores Reyes de Castilla tocan, y pertenecen, y que por tiempo immemorial se pudiessen prescribir, lo expressa en especifica, y expressamente; como fue en las Tercias, in dicta l. prima, tit. 21. lib. 9. y en otros derechos, como consta de las leyes referidas supra. Y a donde omitieron la prescripcion immemorial, y pidieron titulo legitimo y calificado, esto es, puesto, y escrito en los libros de lo Saluado; fue, porque excluyeron la immemorial, y solamente quisieron perder el derecho de sus derechos Reales, y Regalias con titulo legitimo, y priuilegio, y no con prescripcion immemorial, ni de otra manera alguna, y en todas quantas leyes de la Nueua Recopilacion hablan en esta materia de exempcion, y franqueza de derechos Reales, y se ponderaron supra, en que se admite prescripcion immemorial contra los señores Reyes, no se halla el seruicio, y montazgo, aunque se exceptan otros derechos;* Vndè, *no siendo de los exceptuados, en que se admite immemorial, queda firme la regla en el mismo seruicio, para que ninguno se escuse de pagarle, que no tuuiere titulo legitimo, escrito en los libros de lo Saluado, tanto y mas auiendo ley expressa, y especifica, que lo determina indiuidualmente, que es la dicha ley 9. que no està derogada por otra ley alguna, ni menos por la ley 16. del mismo titulo, ni tal se puede presumir, como dixe y son muy diferentes los terminos de la vna, y de la otra ley, que el seruicio, y montazgo no se pueda acquirir contra su Magestad, ni los señores Reyes, sino por solo titulo escrito en los libros de lo Saluado, es cierto, y decidido,* in dicta l. 9. *y esta no se corrige, ni altera* ex dicta lege 16. (vt dixi) quia loquitur, & procedit, retentis terminis legis 15. præcedentis, hoc est, quando *los señores, y otros particulares, en sus tierras, y en algunos lugares pretenden tener titulos, y priuilegios, para algunas imposiciones, derechos, y passajes, y pontajes, contra los pastores, y ganaderos, pues en este caso dispone y manda la dicha ley 15. que solamente se pague vn seruicio, montazgo a los señores Reyes, y que le cobren sus arrendadores, recaudadores, ò receptores, y no otra persona alguna. Y para que se sepa mejor qualesquiera imposiciones; y derechos de los susodichos, se manda que todos los Concejos, y qualesquier Vniuersidades, y personas singulares, que tienen, ò pretendieren auer derecho, para coger, y para pedir los dichos portazgos, y seruicios, y passajes, y pontajes, ò otros derechos, ò otra qualquier imposicion, traygan, y presenten sus titulos y priuilegios, dentro de nouenta dias: para que se sepa, que imposiciones son las que piden. Y que los ganaderos, y pastores, que vna vez huuieren pagado el seruicio, y montazgo, no le paguen otra vez, ni se le pidan aquellos, cuyos son los priuilegios, que se mandan traer dentro de los dichos nouenta dias: esto es lo que contiene, y dispone la dicha ley 15.* titulo 27. libro 9. *y luego la ley 16. que immediatamente se sigue, añade, o dispone, que esto de los nouenta dias, no sea, ni se entienda con el, que alegare y probare la immemorial, esto es, que no se ciña, ni restringa el derecho de la immemorial, para alegarla, y prouarla a los dichos nouenta dias, porque* à communiter accidentibus, *es necessario mas termino, y mas tiempo: pero para presentar priuilegios, es muy bastante. La immemorial se entiende, quando en los terminos de la ley 15. precediente, tratan algunos Concejos, comunidades, y personas de cobrar seruicio, y montazgo, y otros derechos de los pastores, y passajeros, y alegan, que estan en costumbre, y possession immemorial, de lleuarlos, y cobrarlos, y que demas del seruicio ordinario, que a los señores Reyes se haze, han de lleuar ellos, estos derechos, y imposiciones, pues en este caso, en que no se fundan en priuilegios, ni los tienen, para presentarlos luego, sino en immemorial, la ley 15. no se entiende con el que la alegare, y la quisiere probar: pero no dize, ni supone (ni tal cosa se puede sacar, ni imaginar della) que el derecho de seruicio, y montazgo se prescriba contra su Magestad por tiempo immemorial, porque este es inprescriptibile*, nisi lege aliqua, aut concessione Principis factum sit præscriptibile; præscribi autem potest tempore

immemo

immemoriali per priuatum, aut Vniuersitatem, aut quamcumque personam, *el derecho de cosas, de que se trata* in d.l. 15. contra priuatos transe-
38 untes, idque ex decisione *dicta l.* 16. est namque certum, quod seruitia, tributa, & pedagia, quæ Regibus, & Principibus soluuntur, in signum Regaliæ, & vniuersalis dominij, & iurisdictionis, nullo tempore, nulláque consuetudine, etiam immemoriali præscribi possunt, *l. 6. tit. 23. partita 3. l prima, & 2. tit. 15. lib. 4. Recopilat.* & relatis Gregorio Lopez, Didaco Perez, Couar. Auendaño, Auiles, Villalobos, & aliis, resoluit Aceuedus, *in dicta l prima, titulo 15. lib. 4. numer. 42. & tribus sequentibus, folio mihi* 478. Ioannes Garcia, *de nobilitate, glossa 7. n. 29. & gloss. 19. num.* 1. Lasarte *in addit. ad cap. 19. num.* 5. Mieres, *de maioratu 4. p. q. 21. num.* 79. Ioan. Gutier. *de gabellis, quæst. 5. num. 16. &* 17. Barbosa, *in l. competit 6. C. de præscrip. 30. vel 40. annor. num. 19. & 20. & num. 160. & quatuor sequentibus, & antea n. 3. &* 4. & de his hactenus.

CAPVT XXI.

Regalia, an, & qualiter acquiri possint, titulo, & concessione; præscriptione etiam, aut consuetudine immemoriali?

Ius exigendi, & percipiendi Tertias ex rebus omnibus, quæ decimantur, à Summis Pontificibus, Regibus Hispaniæ concessum, contra Reges ipsos, tempore, seu consuetudine, aut præscriptione immemoriali acquiri.

Ius exigendi, & percipiendi gabellas, contra Reges nostros Hispaniæ, nullo vnquam tempore, etiam immemoriali acquiritur, iure nostro Regio.

Nec etiam exemptio eas non soluendi.

Paria sunt, titulum non extare, & inualidum illum esse, & nullum; aut imperfectum quod est, effectum validum producere non potest.

Quod exornatur.

Non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, quod exornatur.

Immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi, & habendi gabellas, aut non soluendi eas, impleta, antequam condita fuisset *lex 2. tit. 15. lib. 4. nouæ collect. Regia, & l. 1. tit. 18. lib. 9.* an censeatur sublata.

Quod notabiliter, & singulariter declaratur.

Ius semel acquisitum, & radicatum, ex casu superuenienti, non infirmatur.

Et ea, quæ legitimè constituta sunt, durant, etsi res deueniat ad casum, à quo non posset incipere.

Quod exornatur.

SVMMARIVM.

1 *Regalia acquiri, & possideri posse, titulo, & concessione.*

Quod exornatur.

2 *Regalia acquiruntur contra Principem, tempore, aut consuetudine, vel præscriptione immemoriali.*

Quod explicatur & exornatur.

3 *Ius exigendi, & percipiendi Tertias, ex rebus omnibus, quæ decimantur, à Summis Pontificibus, Regibus Hispaniæ concessum, contra Reges ipsos, tempore, aut consuetudine, vel præscriptione immemoriali acquiritur, atque præscribitur,*

Tam ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis;

Quam à secularibus, & aliis quibuscunque.

4 *Tertiæ præscribi possunt contra Reges, ab aliis Dominis particularibus, tempore immemoriali.*

5 *Contra superiora proponitur dubium in contrarium.*

Et numeris sequentibus diluitur.

6 *Recipiens annuam pensionem ab aliquo, pro eo, quod sibi faciendum concessit, an possit præscribere, vt id, quod concessit, non fiat.*

7 *Ponderatur textus*, in cap. instantia, de censibus.

8 *Antony Fabri locus insignis ponderatur.*

9 *Quorundam error confutatur.*

10 *Titulo legitimo, seu concessione, aut priuilegio, quæ acquiri possunt; tempore etiam, aut præscriptione immemoriali acquiruntur.*

11 *Immemorialis præscriptio habet vim tituli, & priuilegij & concessionis Regiæ.*

Et potioris, & melioris tituli, qui excogitari possit.

12 *Ius exigendi, & percipiendi gabellas, contra Reges nostros Hispaniæ, nullo vnquam tempore, etiam immemoriali, acquiritur.*

Nec etiam exemptio eas non soluendi.

Quidquid in terminis iuris communis, aliter diceretur, atque seruaretur.

13 *Quid si cum præscriptione immemoriali concurreret simul titulus aliquis, de cuius valore dubitaretur, aut lis excitaretur.*

Quod singulariter explicatur.

14 *Titulus vitiosus non iuuat, nec prodest.*

15 *Nullum, aut imperfectum quod est, effectum validum producere non potest.*

Et paria sunt, actum non facere, & inualidum facere.

Aut titulum non extare, & inualidum illum esse.

Quia dispositio qualibet mentionem faciens de actu quocunque, refertur ad validum.

Quod exornatur.

Et non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum.

16 *In iure exigendi, atque percipiendi gabellas, quod Regibus nostris competit, quare immemorialis præscriptio admissa non fuerit.*

17 *Vassalli an præsumantur soluere impositiones, ex tyrannide & coactione Dominorum, & an Dominis ipsis incumbat onus probandi, quod sponte soluerint.*

Et

Et an impositiones ipsa, tempore immemoriali prascribantur.

18 *Immemorialis consuetudo, vel prascriptio percipiendi, aut non soluendi gabellas, impleta, antequam condita fuisset lex* 2.tit.14.lib.4.nouæ collect.Regiæ, & l.1.tit.18.lib.9.*an censeatur sublata; & num. seqq.*

Et an Princeps tollere valeat immemorialem completam, & ius ex ea quasitum.

19 *Ius semel acquisitum, & iam radicatum, ex casu superuenienti non infirmatur.*

20 *Et ea, qua legitimè constituta sunt, durant, etsi res deueniat ad casum à quo non possent incipere.*

Quod exornatur.

21 *Ioannis Gutierrez observationes nonnulla in medium proferuntur.*

1 QVEMADMODVM ex decis. *d. l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. *noua collection. Regia*, vt quis eximi, & liberari possit à solutione Tertiarum, & exemptionem earum non soluendarum acquirere, titulus legitimus admittitur, & sufficiens est, hoc est, priuilegium, aut concessio Principis, prout *capitibus pracedentibus* adnotaui, & iure communi comprobatur, ex quo Regalia adquiri, & possideri posse, titulo, & concessione Principis, certum est ex textu, *in cap. super quibusdam § praterea, de verbor signific.* & facit etiam text. *in l.* 1. *& 3. C. vectigal. nou. instit. non poss. &c.* Estque communissima, & receptissima Doctorum sententia, adeóque vera, vt Ripa, *responso* 80 *n.* 1. dixerit, incidere in crimen læsæ Maiestatis, eum, qui negauerit, Principem Regalia posse concedere: dum tamen semper intelligatur, quod quocunque modo, Regalium concessio fiat, Principis suprema potestas (quæ Maioria vocatur) semper retenta, & reseruata dicatur, prout vtrumque multorum Authorum allegatione comprobat Regnerius Sixtinius, *de Regalibus lib.* 1. *c.* 5. *n.* 1. *&* 2. qui ampliat, limitat, & declarat, vsque *ad n.* 130 *ex fol.* 121. *vsque ad fol.* 157. vbi materia hæc, ex professo explicatur, & latius per Mastrillum, *de magistratib. lib.* 1. *c.* 12. *per totum ex fol.* 38. vbi etiam facit regulam generalem, *n.* 1. quod Rex, vel Imperator possit Regalia concedere. Et pluribus modis ampliat, & limitat: declarat etiam *n. seqq.* & explicat *cap.* 14. vt procedat, dummodò Regalia specificè concedantur: nam in generali concessione non veniunt, sed requiritur specialis mentio. Quod etiam latius exornat, & declarat *per totum cap.* & vide *cap.* 16. *per totum*, vbi explicat, an Regalium concessio comprehendat reseruata Principi, siue quæ, & qualiter. Azeued. quoque *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *noua collect. Regia, n.* 8. *fol. mihi* 14. post Didac. Perez & alios, specificè notauit, quod titulus concessionis Regalium debet esse specialis, & reddit rationem. Et anteà statuerat ex sententia aliorum, quod Regalia absque expresso titulo, & concessione possideri non possunt, & quod possessio Regalium probari non potest, nisi per concessionem, titulum, & priuilegium Regium, eandem etiam conclusionem, quod Regalia concedi possint per Principem, tenuerunt Natta *in consil.* 640. Cephal. *in consil.* 154 *ex num.* 28. *cum seqq.* Capicius, *decis.* 121. & pluribus modis explicat Peregrinus *de iure fisci, libro primo, titulo tertio, ex num.* 70. *folio* 22. *vsque ad numerum* 81. vbi vide.

Quemadmodum ergo titulus admittitur in materia Tertiarum *in d. l.* 1. *titul.* 11. *lib.* 9. ita & immemorialis admissa est, prout notaui *capp. pracedentibus*, & expresse probatur *in ipsa l. prima*, ibi: *Que no tengan, muestren ni prueben tener titulo legitimo, ò prescripcion immemorial*, & iuridicè quidem, ita statuitur, nam vt titulo, & concessione, sic & immemoriali consuetudine, 2 aut præscriptione, Regalia acquiri posse contra Principem, probatur *in eodem capite super quibusdam, § preterea, de verbor. signif.* nec est differentia, an sit consuetudo, an præscriptio, dummodò immemoriale tempus probetur. Et ita referens infinitos alios Authores, & exornans, & declarans, resoluit Regnerius Sixtinius, *de Regalibus, libro primo, dicto capite* 5. *numero* 130. *cum sequentibus, ex folio* 157. *vsque in finem capitis*, vbi vide Belluga, *in Speculo Principum, Rubrica* 23. §. *sed pæna*: Alexander, *in consilio* 7. *volumine* 2. Bald. *in consilio* 167. *numero* 9. *volum. primo*, Socinus, Balbus, Couarru. & infiniti alij, cum quibus Menochius, *in consilio* 2. *numero* 309. *libro primo, & in consilio* 1101. *numero* 39. *volumin.* 12. latius D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libro primo, cap.* 19. *per totum*, vbi ad sex casus principales, materiam reducit. Et in summa concludit, Regalia maiora, Principi reseruata in signum superioritatis, & supremæ potestatis, præscribi non posse. Reseruata verò ratione Dignitatis, præscribi sola immemoriali præscriptione, non minori; in cæteris autem rebus, & casibus, præscriptionem immemorialem habere locum, resoluit, prout latiùs *ibi* videri poterit. Idem quoque, quod scilicet per immemorialem præscribuntur Regalia, tenuerunt Aluarus Valascus, *consultatione* 141. *numero* 7. *&* 8. Francisc. Marcus, *quast.* 234. Gasp. Caballinus, *milleloquio* 591. & post Bartol. Iason. Gratum, Mandellum, & alios, Ioann. Bap. Valençuela Velazquez, *in consilio* 93. *num.* 42. *fol* 616. qui antea dixerat *numer.* 41. quod creatio officiorum est de Regalibus, & quod ex eo, cursoria, & mojoneria deberet esse ad prouisionem suæ Maiestatis, attamen, quod villa illa, de qua *in eo consilio* agebatur, per tempus immemoriale potuit acquirere ius in cursoria Regalia etiam, præscriptione immemoriali acquiri posse, cum aliis Authoribus annotauit, & explicauit Ioannes Gutierrez, *de gabellis*, *q.* 5. *numero* 2. *&* 3 *& seqq.* De titulo, quo Tertiæ acquiri possunt, *capitibus pracedentibus* egi: de præscriptione immemoriali nunc agendum est.

Et quidem post editam decisionem *dicta l. prima, tit.* 21. *lib.* 9. omnes huius Regni Interpretes vnanimiter admiserunt, & obseruarunt, *que el derecho de percibir, y lleuar las Tercias, esto es, los dos nouenos de todo lo que en estos Reynos se diezma, que a los señores Reyes de Castilla toca, y pertenece, per concessiones Apostolicas, se prescriue, y se adquiere exempcion de no pagar las dichas Tercias, por tiempo immemorial, como por titulo*: idque, tam ab Ec- 3 clesiis, & Ecclesiasticis personis, quam à sæcularibus, & aliis quibuscunque, qui aliàs soluere debebant; prout latiùs deducit cum aliis Authoribus, Ioann. Gutierrez, *de gabellis, dicta quastion.* 5. *num.* 16. Menchaca, *controuersiarum illustrium libr.* 2. *cap.* 89 *num* 6. Palac. Rub. *in Rubrica de donat. inter*, §. 37. *numero* 13. *versiculo, cuius contrarium videmus*, Azeuedus;

uedus;*in l. 1.tit.15.lib.4.noua collect.Regia,n.70.&*
*71.& en l.1.tit.21.lib.9.n.41.& 42.*Pet. Barbosa,
en l.Titia,n.41.& 42 ff.soluto matrim. Et inde im-
probatur communiter Auend. qui contrarium
tentauit,vt refert Ioannes Gutierrez, *dict. n.16.*
4 inde deducens,quod Tertiæ ipsæ præscribi pos-
sunt contra Reges nostros , tempore immemo-
5 riali,ab aliis dominis particularibus. Quamuis
autem videri posset aliquibus, etiam immemo-
rialem præscriptionem admittendam non esse
aduersus dictum ius Tertiarum , quod Regibus
Hispaniæ competit,idque ea ratione,quod Ter-
tiæ ipsæ concessæ fuerunt Regibus à Romanis
Pontificibus,iustissimis quidem de causis,atq;ex
causa publicæ vtilitatis,& in compensationem,
atque considerationem magnorum sumptuum,
& expensarum,quas fecerant,& quotidie facie-
bant,& facturi erant in futurum in bellis ordi-
nariis contra Mauros,& fidei Catholicæ inimi-
cos,& pro defensione Ecclesiæ,vt *alio cap.*dixi,&
exornaui *sup.*atq,ita videri , quod cum ex parte
sua,Reges metipsi adimplenissent,& in futurum
adimplere parati essent, & obligationi suæ,vsq,
adeo satisfecissent , vt minuissent , & ferè con-
sumpsissent Regium suum patrimonium, atque
ita nullam præscriptionem admitti debuisse in
fauorem Ecclesiarum , & Ecclesiasticarum per-
sonarum, nec aliarum;cum dicto commodo , &
beneficio defensionis,& conseruationis fidei, &
Ecclesiæ,omnes fruerentur , & fruituri essent in
perpetuum:imò quod ex parte sua adimplere in
futurum deberent,nec vlla præscriptione inuari,
cum ratio prædicta concessionis semper dura-
ret,& æqualitas seruaretur,quod Reges scilicet,
inimicos propulsarent,& Regnum,& Ecclesiam
defenderent,Ecclesiæ autem, Ecclesiasticæ per-
sonæ, & omnes , in recompensationem dicti
commodi,& beneficij, quod nunquam cessabit,
in solutione quoque Tertiarum nunquam ces-
sarent,nec præscriptione,aut alio modo,se à di-
6 cta obligatione eximerent ; idque iuxta doctri-
nam singularem Alberic.*in l.de quibus, n. 173 ff.*
*de legib.*quem refert,& sequitur Fel. *in c. illud,n.*
*5.de prascript.*in hæc verba, *Vndecima conclusio Si*
recipio à te annuam mercedem pro eo, quod tibi faci-
endum concessi,nunquam prascribam vt non facias,li-
cet eo iure nunquam vtaris, Alber.solemniter , in re-
petitione l.de quibus,col.50.ponens latè, quod si Rex
concessit Comiti pedagium , & de hoc recipiat ab eo
annuam mercedem.non perdit Comes ius pedagij , per
*diuturnum non vsum.*Notauit etiam Balb. *de pra-*
7 *scrip.4.p.5. p. princip. q.4.n.16.fol.mihi* 444.vltra
quos ponderari potest text.*in c. cum instantia,de*
*censib.*vbi probatur,procurationem delegationis
Sedis Apostolicæ præscribi non posse. Et reddi-
tur ratio,quæ admodum congruit, & adaptatur
Regibus Hispaniæ,qui tanta cura, diligentia,&
vigilantia,& tot sumptibus,expensisque vt dixi,
defensioni,& conseruationi Regni,& Ecclesiæ,
semper,& continuò se obtulerunt,& nunc offe-
runt,nunquamque in hoc cessarunt , nec cessa-
bunt.Et in eo text. in hunc modum scribitur:
Cum in talibus prascriptio,sibi locum nequeat vendi-
care,quia nos à prouisione pastoralis solicitudinis cir-
ca omnes Ecclesias nunquam cessamus. Et exornant
textum ipsum,Authores nonnulli commemora-
ti per August. Barbos. *in collectan. ad Decre-*
tal.in cap.cum ex officij 26. de prascript. numer. 2.
*fol.*599.
8 Viget denique notabilis in proposito An-
tonij Fabri locus,*ad tit. de prascr. 30.vel 40.ann.*
difinitione.20. fol 816. vbi sic reliquit scriptum:
Quod dici solet,legatum pensionis annua , etiam pro
loco relictum , finiri spatio centum annorum , ad ea
legata non pertinet qua habent causam perpetuam,
& qua etiam post centum annos durant , vt putà;
si tale quid legatum sit Franciscanis , aut alteri Ec-
clesia,ea lege,vt pro legantis anima , quotidie sacro-
sanctum Missa sacrificium offeratur. Quandiu enim
satisfit voluntati , & conditioni , legatum debetur.
Idemque multo magis obtinet, si debitum contractum
sit ex contractu, vltro, citróque obligatorio , cui ex
parte vna iam satisfactum sit : nam fieri non potest,
vt contractus,qui iam ex vna parte impletus est , ex
altera prascribatur.
Hæc inquam vrgere videbantur,vt ius ipsum 9
Tertiarum, ex dictis causis , Regibus Hispaniæ
concessum,præscriptione obscurari,& tolli non
posset,& aliquando vidimus, ita nonnullos ex-
citasse atque mouisse,vt non dubitarent intan-
tare,decisionem *d.l.1.tit.21.lib.9.* procedere, at-
que obtinere respectu alicuius tertij , qui per
tempus immemoriale Tertias non soluisset,
non autem in Ecclesiis ipsis , quæ non possunt
præscriptione, etiam immemoriali , se liberare
à solutione earum,quæ in recompensatione de-
fensionis præteritæ,& præsentis,& futuræ,con-
cessæ fuerunt : quod tamen falsissimum est , &
verbis *eiusdem l.1.*omnino contrarium,atque re-
pugnans,quippe,quæ tam Ecclesiis,& Ecclesia-
sticis personis,quàm laicis, & omnibus genera-
liter, qui Tertias soluere tenerentur , præscrip-
tione temporis immemorialis se tueri , & libe-
rari posse concessit , nec deterioris conditionis
esse Ecclesias , quàm tertios priuatos admisit,
nec admittere, iure debuit ; vt planum & com-
pertum est, atque ex verbis *ipsius l. 1.* extra om-
nem dubitationem deducitur ; vt potè cum illa
ad omnes generaliter referantur , & referri de-
buerint,ex hactenus dictis, & communi illo In-
terpretum nostrorum placito , de quo etiam *ca-*
pitibus pracedentibus actum est,titulo legitimo,
seu concessione,aut priuilegio, quæ acquiri va-
lent,tempore etiam , aut præscriptione imme-
moriali acquiri , sicuti probatur *in c. super qui-*
busdam,§.praterea.de verb.signif. vbi expressè de-
ciditur,quod pedagia,guidagia,& salinaria , ac-
quiruntur largitione , & priuilegio Imperato-
rum,vel Regum,vel Later.Conc. vel ex antiqua
consuetudine , cuius initij memoria in contra-
rium non existat. Et quamuis ille textus non
loquatur in tertiis specificè, eadem tamen ratio
militat in eis , quæ in aliis iuribus Regalibus,
quæ etiam tempore immemoriali acquiruntur,
vt dixi *suprà , numero* 2. nec differentiæ ratio
reddi potest ; sic sanè,priuilegio , & concessione
quæ acquiruntur , & immemoriali acquiri va-
lere , post Bald. Iason. Parisium , Auendañum,
Gratum , Couarr.Matienzum , Rotam , Mobe-
dan.Mandellum , Osascum , & Afflictum , tra-
didit Valenzuela Velazquez , *in consilio 93.num.*
40 *folio* 616 Gonzalez etiam,*ad regulam* 8. *Can-*
cellaria,glossa 33.numero 4. Siztinius *de Regalibus ,*
libro primo,capit.6.numero 15. Mastrillus,*de magi-*
stratibus,libro primo , capite 19. numero 7. habet
enim immemorialis præscriptio vim tituli , & 10
priuilegij,& concessionis Regiæ,& potioris , &
melioris tituli , qui excogitari possit, prout sæ-
pè repetitum est *cap. pracedent.* & infinitis ferè
[illegible] , egometipse comprobaui , atque exor-
naui

nani *in commentariis tom.5.c.93. §.8 &c. seq.* dicendum est.

12 Vndè, si *in lege prima, titulo 18. libr. 9. nouæ collection. Regia*, immemorialis, in materia gabellarum non fuisset expresè, atque specificè exclusa, itaut sola immemoriali, à solutione gabellarum, nullus se excusare valeat, nisi titulum habeat, ex quo quidquid priuilegio, seu titulo acquiri potest, & immemoriali acquiritur; immemorialis ipsa sufficeret, prout sufficere in terminis iuris communis, cum aliis Authoribus probauit Ioannes Gutierrez, *de gabellis, quæst. 5. ex num. 1.* & maximè, *num. 5. & num. 13.* vbi sic scripsit: *Non obstant adducta pro prima parte, quia ea omnia iure communi, optimè procedebant; insuper, & iure nostro Regio, in cæteris tributis de quibus loquitur dicta l.1. tit.11 lib 6. noua collect. Regia, non verò in gabellis, hoc est en alcaualas, quæ nullo tempore, etiam immemoriali præscribuntur, vt in dicta l.2. tit.15 lib.4. cum cæteris supra allegatis.* Et quod Ioannes Gutierrez, in terminis *dicta l. secunda, tit.14.* statuit, vt ius scilicet percipiendi gabellas, ab aliquo priuato acquiri posset contra Reges, tempore immemoriali: iure communi, non autem iure Regio: æqualiter procedit in terminis *dictæ l. prima, tit.18. lib.9.* quando aliquis, scilicet se eximere contendit à solutione ipsa gabellarum per tempus immemoriale; posset enim, iure communi attento, non autem Iure Regio, ob expressam decisionem *dictæ l. prima, titulo 18. lib.9.*

13 Quod si cum possessione, aut præscriptione immemoriali, contendatur, titulum aliquem simul concurrere, è contrario autem, ex parte Regij fiscalis dicatur, titulum esse vitiosum, aut nullum, siue ob aliquam rationem annullãdum, aut rescindendum, aut quomodocunque inualidandum, vt vires non habeat; tunc proculdubio exitus, & finis litis expectandus erit: nam si declaretur, titulum validum esse, & seruandum; non rescindendum, aut annullandum, tunc certum erit, solum ipsum titulum prodesse, nec immemorialem iuuare, quæ nullius est momenti, in materia gabellarum, si titulus validus, & omni ex parte firmus, & constans non sit declaratus. Vndè immemorialis ipsa, nullam vim, aut efficaciam, titulo ipsi dare potest, si ipse solus de per se non subsistat, virésque, & firmitatem non habeat: nec in his terminis procedere potest doctrina Baldi, *in autheni. quas actiones, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, nec altera Antonij de Butrio, *in cap cum dilectus, num. 5. de consuetudine.* Quod si titulus declaretur nullus, siue ratione quacunque non admittatur; tunc nec immemorialis cum ipso titulo simul iuuat, nec titulus de per se, aut immemorialis sola proderit vllo modo, nec iuuauit: Non immemorialis, quia dictis duabus legibus, prima scilicet, *tit.18. lib.9. & 2. tit.15. lib.4.* expresè excluditur, & vno, &
14 altero casu, solus titulus admittitur: Non titulus, quia vitiosus, aut non admittendus fuit declaratus; titulus autem vitiosus, aut qualibet ratione infirmus, non iuuat, nec prodest, sicuti cum aliis pluribus Authoribus obseruarunt Pereg. *de iure fisci, lib.6. tit.8. nu. 25.* D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, lib 1. c.19. n.28.* Pet. Barb. *in rub. C. de prascrip. 30. vel 40. annorum num. 166.*
15 & nullum, aut imperfectum quod est, effectum validum producere non potest; *l.4. §. condemnatum*, vbi DD. *ff. de re iud.* Roland. *in consilio 49. num. 29. volum. 4.* Pet. Surd. *in consilio 3. num 11. lib. 1.* & paria sunt, actum non facere, & inualidum facere; aut titulum non extare, siue eum, qui extat, inualidum esse, *l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bonor. possess. contra tabulas*, vbi Bartol. *l. prima, §. quod autem*, vbi Baldus, *ff. de officio præfec. vrbi, l. quoties*, vbi Ias. *ff. qui satisdare cogant.* Cephalus, *in consilio 166. numer. 11. & sequentibus*, Rolandus, *in consilio 14. numer. 25. volum. 1.* Surd. *dicto consilio 3. num. 12.* vbi multis confirmat *vsque ad numerum 20.* & in comprobationem adducit, quod paria sunt, non comparere, aut minus legitimè comparere, & quod testamentum irritum, dicitur abusiuè testamentum, & quod legata solui mandans testator, intelligitur de validis. Et quod dispositio quælibet mentionem faciens de actu, refertur ad validum; & mutui mentio vbi fit, intelligitur de valido; & testamenti mentio si fiat, intelligitur de valido; & instrumenti mentio, intelligitur de valido: prout hæc omnia, latiùs ipse Surd. comprobat. Cald. etiam Pereira, *tom. 3. de potestate eligendi, & nominationis reuocatione, cap. 5. ex n. 7. fol. 65.* vbi etiam nonnullis comprobat, quod nullum impedimentum præstant, quæ de iure non sortiuntur effectum, siue aliquo respectu non valent, vt habetur *in regula, non præstat, de regul. iur. lib.6.* & inde, quod nominatio, aut electio, nulliter facta, non dicitur nominatio, aut electio; ex textu, *in d. l.4. §. condemnatum*, quod actus nullus, non est actus, & pro non facto habetur: *l. si cui, §.1. ff. de oper. libertor.* & propterea testamentum nullum, non est testamentum, *l.2. §. 1. ff. quemadmod. testam. aper.* & exhæredatio nulla, non est exhæredatio. Idem in compromisso, in collatione, in mandato, in pacto, in sententia nulla, quod non sit sententia, & in instrumento, vt nulliter factum careat nomine instrumenti, & non habeat executionem paratam, ex *l. diuus, & ibi* Bart. notat, *ff. de testam. milit.* & latiùs comprobat Cald. *dict. n. 8. per totum.*

Concluditur ergo, quod *dicta l.1. tit. 21 lib.9.* iuri communi se conformare volens, ex quo, quidquid titulo, & priuilegio acquiri potest; & immemoriali acquiritur, vt dixi: & Regalia per tempus immemoriale præscribuntur, vt etiam probaui *suprà*, & per Valençuelam Velazquez, *in cons. 20. n. 49. & in cons. 93. n. 41.* vt à solutione Tertiarum, quis se eximere, & liberare valeat, sic admittit immemorialem præscriptionem, prout titulum; quam tamen si exclusisset, prout in gabellis, vna, & altera lege exclusa est, plures quidem lites cessassent, quæ quotidie occurrunt, cùm immemorialis ipsa opponitur ab his, qui Tertias ipsas soluere recusant.

Quod si inquiras, quare in Tertiis admissa sit 16
immemorialis, exclusa autem in gabellis; siue quis per immemorialem se eximere contendat à solutione gabellarum, quæ de omnibus rebus, quæ venduntur, & ab omnibus præstanda est, qui titulum legitimum non ostendant, vt *in dict. l.1. tit.18. lib.9.* siue contra Reges nostros, ius exigendi gabellas à vassallis, vel aliis, vel in aliquibus locis, se præscripsisse, domini aliqui particulares prætendant, vt *in d. l.2. tit.15. lib. 4.* Responderi quidem poterit, non omnium, quæ à maioribus statuta sunt, rationem reddi posse, vt *in l. non omnium, ff. de legib.*

Auendaño, *de exequendis mandatis Regum, capite primo, sub numero 30. versiculo, quod*

facit, vt domini, fol. 16. dubitat in terminis, quare *alcauala* noo præscribatur contra Regem, & se remittit ad Bellugam, *in Speculo Principum, cap.* 14 §. 1. *in fine*, Axeuedus etiam, *in dicta l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *num.* 3. *folio mihi* 484. ad eundem quoque se refert. Nec *ibi* dictum concludit. Cogita; an forsan dici possit (prout ego considero) in gabellis ideo immemorialem non admissam, quoniam Duces, Marchiones, Comites, & alij Domini oppidorum, & villarum huius Regni, immediatè exigunt, atque recipiunt gabellas ipsas à suis subditis, & vassallis, ex quo materia subiecta inducit maiorem, & vrgentiorem præsumptionem, quod eas extorqueant vi, metu, aut respectu reuerentiali, cùm ab eis assiduè patiantur extorsiones, & molestias multas; & in effectu, quod hi soluunt inuiti, nec soluerent sponte, si non cogerentur: & sic domini ijdem facillimè acquirerent contra Reges nostros titulum, pro ipsis gabellis retinendis, si sola immemorialis præscriptio sufficeret: quod esset in magnum damnum, & detrimentum Regij patrimonij; vnde iustissimè, & prudentissimè, & summa cum ratione exclusa fuit immemorialis, vna, & altera lege data, quæ de gabellis loquuntur. Ad quod mirè conueniunt ea, quæ Ioannes Garcia, *in tract. de expens. & meliorat. cap.* 9. *num.* 8. *& num.* 35. *& seqq.* Auendañ. *de censibus, c.* 8 *ex num.* 1. *vsque ad num* 19. scripserunt, dum inquirunt, & in dubium excitant, an vassalli præsumantur soluere impositiones, ex tyrannide, & coactione Dominorum; & an Dominis ipsis incumbat onus probandi, quod spontè soluerint: An denique impositiones ipsæ præscribantur tempore immemoriali? Semper enim considerant, ex parte Dominorum vim, metum, & coactionem interuenire; & rarò, aut nunquam, spontè subditos assentire impositionibus prædictis, vt constat ex eisdem Authoribus, & singulariter notauit post Innocent. Put. Roland. Tiraq. Mench. Couar. Auiles. Auend. Azeued. Boer. Greg. Lopez, Padill. & Ioan. Gutier. quos in eodem proposito cumular Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 16 *num.* 117. 118. 119. *&* 110. *fol.* 716 *&* 717. vbi coocludit, *que las imposiciones, que los Señores hazen en sus tierras, y lugares, y a sus vassallos, son odiosas, y se han de restringir, y que se presume, que no fueron de mera voluntad, sino que se empeçaron, y introduxeron por miedos, opressiones, violencias, y tiranicamente. Y assi, aunque por costumbre immemorial, que tiene fuerça de titulo, y de verdad,* l. 8. tit. 15. lib. 4. Recopil. *se adquieren, y conseruan. la immemorial se ha de probar exactamente con todos sus requisitos, y que contra los Señores se admiten menores probanças, por la dicha presumpcion de fuerça, y violencia.*

Aliquando etiam vassalli metipsi, magis vellent Dominis suis, & eorum locorum, in quibus habitant, gabellas soluere, quàm Regibus nostris, vnde faciliùs, solóque eorundem vassallorum facto, & consensu, immemorialis introduceretur, atque perficeretur, si ea sufficeret; & in magna quantitate redditus, & prouentus Regij minuerentur, & tollerentur; atque ita, justissima quidem fuit, & admodum necessaria dictarum legum decisio, hoc est, *d. l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. ex qua statuitur, ius acquirendi, percipiendi, & habendi gabellas, contra Reges nostros, nullo vsu, nulla consuetudine, nulláque præscriptione, etiam immemoriali, Dominos, & alios priuatos acquirere posse, sed ad solos Reges ipsos pertinere, nisi ipsis titulo legitimo, eas concesserint, aut transtulerint; & *d. l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 9 *Recopil.* ex qua, ius non soluendi gabellas, aut se ab earum solutione eximendi, etiam immemoriali tempore non præscribi; prout vnam, & alteram legem, rectè distinguit Axeued. *in d. l.* 1. *de las alcaualas, numero decimoquarto, &* 15. *in fine, folio* 72. *&* 73.

In Tertiis autem, ideo forsan immemorialis admissa est, vt à solutione earum, quis se eximat, iuxta text. *in d. l.* 1. *tit.* 21. *de las Tercias, lib.* 9. quia Tertiæ ipsæ soluuntur ex his, quæ decimantur; & non exiguntur, nec habentur à vassallis, sed ab œconomis, & priuatis, non subditis, neque vassallis eius, qui soluturus est, in quibus cessat ratio prædicta coactionis, & metus.

Item, & alia ratio vrget, quod præsumendum non sit, quod sine titulo soluissent ei, qui titulum non ostendebat, & quod haberent pro titulo Tertiarum, quod quis Tertias non soluisset, & retinuisset. Aut etiam dici potest, gabellas ipsas, magis propriè ad Regium patrimonium pertinere, quam Tertias, quæ ex concessione Apostolica processerunt; & ideo difficiliùs eas amitti, atque ita solo titulo, aut priuilegio, non autem immemoriali.

Tunc autem occurrit singulare, & omnino necessarium dubium, atque ita, quod prætermitti nullo pacto potest, vtrum immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi, aut non soluendi gabellas, impleta, antequam condita
fuisset *d. l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *nona coll. Regia, & l.* 1. *tit.* 18
18. *lib.* 9. censeatur quoque sublata; an verò leges hæ, quarum vna loquitur contra eos, qui ius habendi, & percipiendi gabellas contra Reges in aliquibus locis, aut oppidis, præscriptione immemoriali contendebant; altera verò, vt nullus, sola immemoriali præscriptione, à solutione gabellarum se eximere valeat, intelligendæ sint respectu præscriptionis futuræ; atque ita, tunc non completæ; an verò respectu etiam præteritæ præscriptionis, quæ iam fuisset impleta. Et dubium facit, quoniam immemorialis præscriptio habet vim tituli & priuilegij, & concessionis Regiæ, & melioris, & posterioris tituli, qui excogitari possit, vt *suprà* dixi, & *capitib. seqq* latius comprobabitur; & idem, quod titulus, aut priuilegium operatur. Ea autem, quæ ex contractu, aut titulo, siue concessione Principis, ad aliquem pertinent, per Principem alterari, tolli, aut reuocari, siue modo aliquo infringi non valent, etiam de plenitudine potestatis. Et si ob causam publicam alterentur, tollantur, aut reuocentur in casu necessitatis de nouo emergentis, integra satisfactio à Principe præstanda est, prout hæc omnia notanter, & longa serie comprobaui *suprà hoc eodem tractatu, c.* 18. ergo neque acquisita præscriptione immemoriali auferri potuerunt, aut ius, iam acquisitum alterari, iuxta ea, quæ *ipso c.* 18. latius tradidi.

Dubium etiam facit, quia leges sui natura, comprehendunt futura, non autem præterita, *c.* 1. *& finali, de constit. & alio cap. supra hoc eodem tractatu,* latè comprobaui. Vndè *dicta l.* 2. *titul.* 5. *lib.* 4. videtur procedere in præscriptione immemoriali non impleta tempore testamenti, *de la Reyna doña Isabel, y del Rey don Fernando, que prohibieron aquella prescripcion, y de la data de la misma ley* 2. *que fue a diez de Nouiembre de*

mil

mil y quinientos, y quatro años, y la data de la dicha ley primera, titul. 18. lib. 9. *que fue en diez dias de Diziembre de* 1495. secùs, si immemorialis fuisset antea completa: quasi consuetudo futura per legem impediri possit; ius tamen acquisitum ex præscriptione perfecta, etiam completa tolli non potest; secundum Paul. Castrensem, quem sequitur Balbus, & vtrumque refert Ioannes Gutierrez, *de gabellis, quæst.* 5. *num.* 8. qui in eisdem terminis nostris sic argumentatur: & vltra eum, quod Princeps non valet tollere immemorialem completam, nec ius, ea mediante quæsitum, referens Rolandum, Cephal. Crauetam, Pinellum, Mororium, & Ludouic. Molinam, sic tenentes, scripsit Valençuela Velasquez, *in consilio* 93. *num.* 47. *fol.* 717. & addit *num.* 48. quod cum immemorialis sit potentior priuilegio, difficiliùs tollitur ius acquisitum consuetudine, vel præscriptione, quam priuilegio, vt dixerunt Innocentius, & Crauetta, *ibi* commemorati, & id ipsum tenuerunt alij, referendi *infrà*.

Item, quod Princeps, in dubio non censetur velle tertio præiudicare aliquo modo, nec ius ei acquisitum auferre, *l.* 2. *§. si quis à Principe, &* *§. merito, ff. ne quid in loco publico, vel itinere fiat*, Menoc *lib.* 2. *præsump.* 9. *&* 10. Ant. Fab. *definitione vltima, ad tit. C. si contra ius, vel vtilit. publicam*, & consequenter, dictæ leges non videantur velle præiudicium aliquod inferre præscriptioni iam completæ, & perfectæ: præterea, quia factum legitime, retractari non debet, licèt casus postea euenerit, à quo non posset inchoari, *regula, factum legitimè de reg. iur. in* 6. *l. pluri-*
19 *bus §. & si placeat, ff. de verb. oblig.* & ius semel acquisitum, etiam radicatum, ex casu superuenienti non reuocatur. Et ea, quæ legitimè constituta sunt, durant perpetuò, quicquid postea contigerit, vt vtrumque comprobant, & exor-
20 nant Pet. Sord. *de alimen. tit.* 9. *qu.* 11. *ex num.* 8. *folio* 386. Cal. Per. *de potestate eligendi, & nominationis reuocatione, c.* 10 *ex num.* 2. atque *ex num.* 6. *cum seqq. fol.* 97. vbi ex sententia multorum comprobant, quod inquisitionem consummatam, accusator superueniens non extinguit; & seruitus semel constituta non extinguitur per casum superuenientem, *l. vt pomum, § fin. ff. de seru.* maritus etiam, qui propter inopiam dotem amisit, diues factus illam non recuperat, & legitimatio filij non infirmatur per legitimi natiuitatem; prout hæc, & alia, latius *ibi* exornat. Exornauit etiam Tiraqu. *in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num.* 230. *& verbo, susceperis liberos, num.* 55. & *de cessante causa, limitat.* 11. *&* 12. ego quoque metipse exornaui *in commentariis tom.* 4. *cap.* 42. *num.* 113. *& tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 5. *& seqq.* vbi dixi, quod ea, quæ vtiliter constituta sunt, durant, licet postea contigerit casus, à quo initium capere non potuerunt; & quæ iam facta, absoluta, atque consummata fuere, non debent, nec possunt ex superueniente quocumque casu reuocari. Et qui non potest petere, vel acquirere, potest retinere: prout hæc omnia latiùs comprobaui *ibi*, Pereg. etiam, *in consi.* 39. *num.* 14. *&* 15. *tom.* 3. Pat. Thom. Sanch. *in sum. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 30. *per totum. fol. mihi* 391. *& sub num.* 31. Barbosa, *in l. si constante, ex num.* 32 *vsque ad num.* 40. *ff. soluto matrimonio*.

Item, quod dicta lex 2. *tit.* 15. *libro* 4. loquatur in præscriptione immemoriali, nondum completa, ex eo deducitur, quod ipsa lex interrumpat præscriptionem, vt constat ibi: *E interrumpimos la dicha prescripcion*, & ibi: *Y la auemos por interrumpida*, quæ verba non videntur conuenire præscriptioni iam consummatæ, & perfectæ, sed ei tantum, quæ nondom completa est, & ita quoque argumentatur Ioannes Gutierrez, *dicta quæst.* 5. *de Gabellis*, *sub num.* 8. ibi, *at quod dicta lex loquatur*.

Ipse autem Ioannes Gutierrez, constanter, & 21
securè tuetur, ex decisione *dicta l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. omnem præscriptionem præteritam, etiam immemorialem tolli, quamuis iam perfecta, & completa esset tempore, quo lex ipsa condita fiat, mouetur, atque excitatur primo loco ex verbis eiusdem l. 2. ibi: *Por auer coxido y lleuado, &c.* iunctis illis verbis, *Por qualquier tiempo, aunque fuesse immemorial.* Et inquit, quod iunctis his verbis, omnis præscriptio præterita, etiam immemorialis tollitur, si qua fuisset. Et addit, lege ipsa, id fieri potuisse, & præscriptionem omnem, etiam præteritam prohiberi, videri in dubium. Tùm, quia alia lex antiquior, scilicet prima illius tituli 15. Regis Alphonsi X I. anno 1386. lata, dicit esse leges, quibus cauetur, *Que las cosas del Reyno no se puedan ganar por tiempo*, & est lex Regni 6. *tit.* 29. *partita* 3. non igitur sufficiebat, nec valida erat præscriptio immemorialis, percipiendi gabellas contra Reges, etiam ante tempus testamenti, *de la Reyna doña Isabel*, completa: ac proinde potuit postea prædicta lex 2. ita declarari, & interrumpi quæcunque præscriptio immemorialis, etiam præterita impleta. Tum etiam, quia cum extet memoria temporis, quo primum, ab his Regnis concessæ fuerunt gabellæ, nempe Regi Alphonso X I. anno 1342. non potest dici, nec probari verè immemorialis, à dicto anno 1342. vsque ad dictam leg. x. nempè annum 1504. præsertim cum hæc immemorialis esset antea legibus Regiis, in Regalibus prohibita, & ex iustissimis causis, de quibus *in d. l.* x. cassata, & interrupta: quamuis igitur ea lege interrumpatur, id est & fit ex causis iustis præcedentibus, quibus etiàmsi iam completa esset, declaratur cassa, & interrupta, præsertim, cum dici non valeat immemorialis, ex suprà dictis; quamuis vt talis allegetur, & probari nitatur, fit igitur ex suprà dictis (inquit ipse Gutierr. *num.* 10.) quod tandiù Domini vassallorum huius Regni, vel alij habebunt gabellas, quamdiu Rex Castellæ voluerit tolerare, nisi titulum ostendant legitimum. Tolerantiæ namque Regum, ex iustis causis, eos mouentes, in causa fuerunt, vt multi ex Dominis gabellas perciperent in suis dominiis, & nonnulli etiam, Regibus ipsis ignorantibus, vsque dum Reges iidem Hispaniæ tolerantiam ipsam interruperunt per prædictam l. 2. quo facto, Domini ipsi iam non possunt eas percipere, cum Regum sint; ideóque coacti fuerunt ostendere titulum, si quem habebant sufficientem, eas percipiendi; & non ostendentes, fuerunt condemnati, vt eas dimitterent, vel emerent, si vellent iusto pretio, prout aliqui Domini inferiores tunc fecerunt, vt constat ex Auendaño, & Azeuedo, *ibi* relatis. Nolla ergo præscriptio, quantumuis immemorialis, allegata, & probata ab his Dominis inferioribus, percipiendi gabellas Regias, tribuet ipsis possessionem, aut titulum, aut ius ad gabellas percipiendas, vt decidit *d. l.* 1. & per

Fi... cum.

eam, Auend. Azeued. & Parl. quos refert, & sic obseruat Ioannes ipse Gut. *num.* 11. *&* 12. & addit, probari etiam id ex *l.* 2. *in fine, d. tit.* 14. *lib.*4. ibi: *Y assi mismo, lo que las leyes dizen, que las cosas del Rey no se puedan ganar por tiempo* (scilicet immemoriali, nec alio) *se entienda de los pechos, y tributos, a nos debidos*, quæ lex est præfati Regis Alphonsi XI. anno 1566. & Philippi II. anno 1566. & sic postquam ab his Regnis fuerunt concessæ alcaualæ prædicto Regi Alphonso XI. meritò acquiri postea non potuerunt præscriptione etiam immemoriali; siquidem ante ipsam completam, si qua introduci potuit (quod negatur) fuit sublata, & interrupta ab eodem Rege Alphonso. Quod autem Rex id potuerit disponere, probat etiam ipse Ioan. Gut. *d. quæst.* 5. *num.* 12. & alio motiuo: quod deducit ex *l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. prout eam *ibi* inducit. Et hactenus de his, quæ Ioan. ipse Gutier. notauit in proposita q. & is Author apertè præsentit, gabellas ipsas sui natura præscriptionem, etiam immemorialem non admittere, sed titulum dumtaxat, aut priuilegium, item dictas leges comprehendere omnem præscriptionem, etiam antea completam, & sic præteritam, sicut futuram; quia potius sunt declaratoriæ iuris, & naturæ; seu subiectæ materiæ gabellarum, quæ præscriptionem vllam non patitur, quam inductiuæ iuris noui: & velut indicant, & ostendunt apertè præscriptionem indistinctè excludi, & ita legibus latis, declarari; quia natura earum non patitur alio modo, quàm per titulum, seu concessionem acquiri, atque ita non tam ius nouum statuitur, quàm quod est ex natura gabellarum declaratur, vt aliàs dicitur *in l. sicuti,* §. *sed si quæratur*, *ff. si seruitus vendicetur*, ibi: *Quia per sententiam non debet seruitus constitui, sed quæ est, declarari.*

Imò nec facta computatione initij; & introductionis concessionis gabellarum, quæ fuerunt concessæ Regi Alphonso Vndecimo, anno 1342. vt dixi. Et annorum, quibus dictæ leges 2. *titulo* 15. *lib.* 4. *&* *l* 1. *titulo* 18. *lib.* 9. fuerunt conditæ, in memoriam quoque repetitis his, quæ præcisè necessaria sunt, vt immemorialis præscriptio introduci, & perfici legitimè, cum suis requisitis valeat. Facta inquam prædicta computatione, possibile non est, vt immemorialis existere, aut probari concludenter valeat, nec testes etiam inueniri possint, qui iuxta legum sanctionem, de immemoriali ipsa deponere possint, aut de his recordari, de quibus testari, & concludere debent, prout *alio capite infrà* demonstrabitur.

Mea igitur sententia, & opinio, Ioannis Gutierrez placito, & resolutioni conformis, & conueniens semper omninò fuit, & in futurum manebit, *esto es, que la l.* 2. titulo 15. libro 4. & l. prima, titulo 18. libro nono, & l. 4. *en el quaderno de alcabalas, que indistinctamente excluyen la immemorial en ellas, assi a los Señores en cobrarlas; y quererlas apropriar, y tener para si, y quitarselas a su Magestad; como en quererse eximir de no pagarlas al Rey, qualquiera que trate de eximirse, proceden* etiam *en la immemorial formada, y perfeta antes de la promulgacion de las dichas leyes. Que son los terminos, en que Iuan Gutierrez propuso la question. Si bien (segun mi juyzio y sentimiento) no se pudo, ni puede auer formado, ni estar perfeta prescripcion alguna, por la declaracion de las dichas leyes, y naturaleza de las dichas alcabalas, que no admite, ni sufre prescripcion ninguna, aunque sea immemorial, ni otro derecho, que priue a los Señores Reyes de Castilla, del que tienen en las alcabalas, que no sea titulo, o priuilegio. Y con esto se excluye el principal fundamento, y motiuo, que en contrario considerè* suprà, *y que truxo Iuan* Gutierrez, *dicta quæstione quinta, numero octauo, in principio*: scilicet, quod lex, aut Princeps non valet tollere immemorialem completam, nec ius, ea mediante, quæsitum: quod etiam notarunt Pet. Ant. Petra, *de potestate Principis cap.* 25. *ex numero* 26. Petrus Surdus, *in consilio* 262. *numero* 65. Gironda, *de priuilegiis, numero* 903. Mieres, *de maioratu*, 4 *parte*, *quæst.* 20. *numero* 246. negamus enim, in propositis terminis, & attento dicto tempore concessionis, & datis dictarum legum attentis, item inspecta natura, & iuris Regij gabellarum subiecta materia, præscriptionem aliquam immemorialem perfici, aut impleri potuisse, quod leges ipsæ declarare, & dubium tollere, quod circa præteritas præscriptiones occurrere posset, iure quidem potuerunt. Idque, quia gabellæ metipsæ, ex sua natura, & subiecta materia, & fine, non sunt quæsibiles, siue acquiri non possunt sine expressa concessione Principis, & ita vsus acquisitionis, siue tempus quodcumque possessionis, non iustificat possessionem ipsam, iuxta ea, quæ cum aliis multis Authoribus, latiùs comprobat D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libro primo, cap.* 19. & vis decreti irritantis, quod in eisdem legibus Regiis reperitur, influit nullitatem in ipsa possessione, & cùm sint leges declaratoriæ retro suum effectum operantur, Crescensis, *decision.* 4. *de priuilegiis, numero quinto.* Rota *diuersorum*, *decisione* 189. *numero quarto*, *parte* 2. *&* *decisione* 24. *numero quarto*, *prima parte.* Bellamera, *decisione* 535. *numero primo.* Verallus, *decisione* 15. *numero primo, libro tertio.* Farinacius, *decisione* 666. *numero secundo*, & de lege noua, quæ declarat, aut interpretatur legem antiquam, aut ius antiquum, quod erat, quod trahatur etiam ad præterita; eleganter probarunt Ioann. Vincent. Honded. *in consilio* 16. *ex numero decimo quarto, cum multis sequentibus, libro primo.* Iacob. Mandell. de Alba, *in consilio* 554. *&* *consil.* 749. Morla, *emporij prima parte, titulo de legibus, quæstione* 6. *numero decimo septimo*, & ego metipse notaui *in commentariis*, *tomi quarti*, *capit.* 56. *numero* 88. *&* 89.

Deinde, quia vt *capit. præcedenti*, latiùs notaui, quamuis immemorialis habeat vim priuilegij, & tituli, & concessionis Regiæ, verè tamen non est titulus verus, sed præsumptus, nec minus literalis, & in libris Saluatorum scriptus, & positus, prout *ibidem* probaui, & in terminis notauit Auendaño, *de exequend. mandat. secunda parte, cap.* 4. *ex numero vigesimo septimo.* Lasarte, *de decima venditionis*, *cap.* 19. *numero sexto.* vnde operari non potest id, quod verum, & reale priuilegium, & in libris Saluatorum positum, operaretur; quod etiam *eodem cap. præcedenti* comprobaui. Et omnes huius Regni Authores hactenus scribentes, & maximè relati *suprà*, *numero duodecimo*, vnanimiter voluerunt, gabellas, sui natura, non esse capaces præscriptionis, etiam immemorialis. Et tam de præterita, quàm de futura præscriptione, post ipsas leges latas, loquitur Lasarte,

dicto

dicto cap. 19. numero quinto, & sexto, vbi vide *folio* 182. & cùm eisdem legibus, immemorialis ipsa reproberur, tanquam iniqua; comprehenditur quidem tam præterita, quàm futura; & vna, & altera reprobatur, atque irritatur, vt Lasarte ipse notauit; & iunge Pat. Suarez, *de legibus lib. septimo, cap. 7. per totum*, maximè *ex numero secundo*, ex quo latius potest fundari, atque comprobari, & id procedit etiam, si cum ipsa immemoriali, titulus aliquis allegaretur, quantumcunque coloratus, nisi ille solus, de per se sufficeret, & in libris Saluatorum positus, & scriptus esset, vt obseruaui *suprà, hoc eodem cap. numero decimo tertio*, & apertè voluit *dicta l. prima, titulo decimo octauo, libro nono*, in illis verbis: *No se escuse de pagar alcabalas por vso, ni costumbre, aunque sea immemorial, ni por otra razon alguna.* Atque ita omnem immemorialem excludit, quamuis cum titulo illa allegaretur, nisi titulus validus sit, & in libris Saluatorum positus, quo casu immemorialis, nihil iuuat, nec potest; & solus titulus attenditur, atque operatur. Nec in his terminis, & editis iam dictis duabus legibus Regiis in materia gabellarum procedere potest obseruatio quædam Aluari Valasci, *consultatione* 120. *numero vigesimo, & vigesimo primo*, vtpote cum allegatio, & probatio tituli, quantumcunque colorati, nihil prodesse possit; nisi titulus ipse in libris Saluatorum esset scriptus, prout ex ipsis legibus deprehenditur, & aliud, attento iure communi procederet, quo qualitas ea libri Saluatorum, pro forma non requiritur, prout in gabellis requiri præcisè, latiùs *cap. præcedenti* probaui.

Denique, lata lege generali, & publica vtilitate, atque necessitate exigente, & ad vitandas magnas fraudes Dominorum huius Regni, qui absque aliquo titulo, gabellas ipsas detinebant, atque occupabant, ex quo, Regno, & Regibus magna damna, & incommoda resultabant; ius etiam acquisitum ex immemoriali tolli potuisse, cum etiam acquisitum, ex titulo vero, & reali, & non solum præsumpto, qualis est is, qui ex immemoriali resultat; tollatur, ex his colligitur, atque euincitur manifestè, quæ *suprà cap.* 18. longa serie probaui, atque scripsi. Idque indubitanter magis, cum rei veritate, & iuxtà obseruata suprà, immemorialis ipsa; nec perfici, aut impleri potuerit, prout leges ipsæ Regiæ declarare intendunt, nec minus probari possit requisitis illis omnibus, quæ ad immemorialis probationem requiruntur.

Nec potest argumentum aliquod validum, aut firmum deduci ex eo, quod *in dicta l. 2. titulo 15. libro quarto* dicatur: *E interrumpimos la dicha prescripcion.* Nam statim adiicitur, *y la auemos por interrumpida.* Quæ verba vltima, ad omnem præscriptionem, quæ prætendatur, etiam præteritam, propriè referuntur; quasi lex ipsa declarer, in præteritum quoque, & omni tempore interruptam à lege præscriptionem videri, cum natura ipsa, & subiecta materia gabellarum; eam non patiatur. Et de his hactenus.

CAPVT XXII.

Immemorialis præscriptionis virtus, vis, & efficacia, qualis, & quanta sit, vt ius Tertiarum, contra Reges nostros, & etiam exemptio à solutione earum, aliáque iura Regalia, quæ in patrimonio Regis sunt, acquiri, & præscribi valeant tempore immemoriali, an etiam ea, quæ in signum supremæ potestatis, & vniuersalis dominij, reseruata sunt Regibus ipsis.

Immemorialis præscriptionis effectus omnes illi, qui per manus Scribentium, Aduocatorum etiam, & Iudicum, circumferuntur quotidie, ingenti studio, & diligentia cumulantur, & congeruntur; & vulgata allegatio *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æstiu.* & *cap. super quibusdam, § præterea, de verborum signification.* quod immemorialis præscriptio habeat vim tituli legitimi, constituti, mandati, pacti expressi, & concessionis Regiæ; & mirabiles, maximíque momenti effectus produceat; exornatur, & comprobatur permultis.

Et *hoc capite*, & *nonnullis sequentibus*, de immemoriali ipsa præscriptione, eiúsque tractatu, quamplurima vtilissima explicantur, atque enucleantur.

SVMMARIVM.

1 *Immemorialis præscriptionis virtutem, vim, & efficaciam, magnam esse, eámque magnos, & notabiles effectus in iure producere, & ad decisionem multarum causarum frequentissimè allegari, & per manus Iudicum, & Aduocatorum circumferri quotidie.*

Et vide numero 3. *vbi exornatur decisio vulgata* l. hoc iure, §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstio.

Et cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. significat.

2 *Immemoriali præscriptione acquiri ius Tertiarum, contra Reges nostros, & etiam exemptionem à solutione earum.*

Ibidem etiam, quod præscriptioni Tertiarum, nullum prostat impedimentum, quod sint pars decimarum, siuè quod deducantur ex decimis, quæ sunt res spirituales, prout hic explicatur.

3 *Immemorialis præscriptionis materiam, & tractatum, & eiusdem effectus, & attributa maxima, siue pronuntiata omnia Doctorum, circa vim, & virtutem immemorialis; assumpsisse, atque exornasse infinitos fere iuris Interpretes, qui in vnum congeruntur, atque cumulantur hoc numero.*

Et in effectu concluditur, ex immemoriali possessione seu præscriptione, mirabiles effectus resultare.

Et eos maximè qui ex Antonio Gabriele, Rolando,

lando, Menochio, Muſcardo, Ioanne Garcia, Ioanne Gutierrez, & innumeris aliis, hic referuntur.

4 *Iura Regalia, quæ ad Reges, & Principes pertinent, quo tempore præſcribantur.*

Quo etiam tempore præſcribatur ſolutioni eorundem iurium.

5 *Ea, quæ de patrimonio Regis ſunt, & ei debentur in ſignum, & recognitionem ſupremæ poteſtatis, & Regiæ dignitatis, & vniuerſalis dominij, nullo vnquam tempore, etiam immemoriali præſcribuntur.*

Tributa verò, & alia iura Regalia, quæ in patrimonio Regis ſunt incorporata, ſed non habent qualitatem prædictam, immemoriali tempore præſcribi poſſunt.

Solis gabellis exceptis.

1 MMEMORIALIS conſuetudinis, ſeu præſcriptionis, magnam eſſe virtutem, vim, & efficaciam, eámque magnos, & notabiles effectus in iure producere, & ad deciſionem multarum cauſarum, maximi momenti, & conſiderationis diiudicati communiter, ex his, quæ *capite præcedenti, & capite 3. huiuſce tractatus*, ſcripta reliqui, conſtat euidenter: & quod habeatur vice, & loco tituli, priuilegij, & conceſſionis Regiæ, tituli etiam melioris, qui excogitari valeat, ſæpè repetitum eſt. Idcirco (vt *capite proximo præcedenti* ſcripſi) quemadmodum, vt à ſolutione Tertiarum, aliquis ſe eximere valeat, titulus, aut priuilegium admittitur, ita & immemorialis præſcriptio admiſſa eſt, ſiue tanta vis tribuitur *in dicta l. prima, titulo 21. lib. 9.* immemoriali ipſi, ſicut titulo, & priuilegio. Et regulariter, quæ titulo, aut priuilegio Regis acquiri poſſunt, & conſuetudine, aut præſcriptione immemoriali acquiruntur, vbi expreſſa legis conſtitutione, immemorialis ipſa excluſa non eſt, vt in gabellis, & aliis iuribus Regalibus, quod etiam *capite præcedenti*, cum aliis Authoribus notaui *num.* 10. & Valençuela Velazquez ſcripſit *in conſilio 93. num.* 40. Camillus de Larata, *in*
2 *conſilio 83. ex num.* 16. regulariter etiam per immemorialem Regalia acquiruntur, quemadmodum titulo, aut priuilegio, quod etiam *capite præcedenti, num.* 1. *&* 2. comprobaui. Vnde & exemptio ipſa ſolutionis Tertiarum, immemoriali præſcriptione acquiri potuit, cum immemorialis, vim, & virtutem tituli, & priuilegij habeat, *l. hoc iure. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æſtiu.* & priuilegij Pontificalis, & Regij, quoad ipſam Regalium acquiſitionem, *cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verborum ſignificat.* & vim legis, *l. prima, §. finali, & l. ſumma, in principio, ff. de aqua pluuiæ arcen.* pacti etiam expreſſi, & conceſſionis factæ à Principe poteſtatem etiam habet derogatoriam, limitatiuam, & interpretatiuam, vt latè comprobant infiniti Authores, referendi *infrà numer.* 3. & hoc vltimum poſt Gloſſam ordinariam notauit Abbas, *in conſilio 26. numero 5. in verſiculo, conſuetudo enim habet, libro* 2. Craueta, *in conſilio 775. numero 8. lib. 5.*

Nec immemoriali ipſi præſcriptioni Tertiarum, aut exemptioni ſolutionis earum, impedimentum aliquod præſtat, dicere, Tertias ipſas, partem decimarum eſſe, ſiue ex decimis procedere, quæ res ſpirituales ſunt; atque ita videbatur dicendum, quod præſcribi non valeant, vt latiùs deduxi, atque comprobaui *ſuprà, capite 3. huius tractatus*, ſi conſideremus, quod quando Principibus, vel aliis conceduntur decimæ, non eſt intelligendum, ius ſpirituale percipiendi decimas fuiſſe conceſſum, cuius laici ſunt incapaces, *cap. cauſam, de præſcriptionib.* ſed tantum eis conceditur facultas percipiendi ſuo nomine fructus, qui ſub nomine *decimæ* includuntur, qui quidem fructus non cenſentur eſſe res ſpirituales, vel Eccleſiaſticæ, ſed potius res temporales; *cap. finali, ne Prælati vices ſuas, cap. veſtra, de locato*, & ideo laici, illorum ſunt capaces, quod etiam Baldus tradit in *l. ſi vſusfructus, in lectura antiqua, ſuprà, de iure dotium*, innuens, quod licet ius decimarum non poſſit concedi laicis, tamen perceptio fructuum venientium ſub nomine *decimæ*, concedi poteſt; & ita notanter, & doctè tradit Pet. Barboſa, *in l. Titia 35. num. 42 ff. ſolut. matrim. folio 784.* & *alio capite ſuprà*, latiùs exornaui. Item, quia Tertias ipſas, ſiue decimarum partem, ex eo tempore, quo à Sede Apoſtolica conceſſæ fuere Principibus ſæcularibus, temporalizatas fuiſſe, & ſæculares, atque profanas effectas, ita vt pro bonis temporalibus reputentur, & in patrimonio Regum, ſicut alia bona temporalia exiſtant, & conſequenter, Principes ſæculares, tanquam quid temporale, poſſint eas liberè alienare, & benemeritis concedere, aut titulo quocunque transferre; *alio capite ſuprà*, latiùs comprobaui, & cum Diuo Thoma, Soto, Gregorio Lopez, Menchaca, & aliis, notauit ipſe Barboſa, *in dicta l. Titia, numero* 42. & conſequenter, ſicut titulo expreſſo, & conceſſione Regia, ius Tertiarum, aut exemptionis ſolutionis earum acquiri poteſt, ita & titulo tacito, & præſumpto, qui ex immemoriali reſultat, ex quo, non ius aliquod ſpirituale decimarum, ſed exemptio non ſoluendi eas; aut fructuum percipiendorum facultas tantum præſcribitur, prout ipſe Barboſa, ſingulariter notauit.

Cum autem, præſcriptio hæc immemorialis, debeat eſſe iuridica, & legitima, & modo, & forma à Iure introducta, & cum requiſitis neceſſariis, legibus expreſſis, & ab Interpretibus noſtris conſideratis, neceſſarium admodum, & in actu practico, negotiiſque aſſiduè occurrentibus, vtiliſſimum, & magnæ conſiderationis, & importantiæ, in futurum erit, ſi de immemoriali ipſa præſcriptione, nonnulla *hoc capite, & ſequentibus* obſeruemus, atque ſcribamus, & regulis nonnullis generalibus, atque doctrinis, quæ ad hanc materiam ſpectant, & frequentiùs occurrunt explicemus, atque exornemus. Sic enim facilius oſtendetur, quæ requirantur, neceſſariáque ſint, vt immemorialis, quæ ad exemptionem ſolutionis Tertiarum, admiſſa eſt *in dicta l. prima, titulo 21. lib.* 9. de iure procedat.

Et ante alia præmitto; immemorialis præſcriptionis tractatum plenum non extare, nec inueniri, ſiue nullum hactenus, de hac materia, ex profeſſo ſcripſiſſe, variis tamen in locis, & ab infinitis ferè iuris Interpretibus, de immemoriali ipſa actum, & nonnulla ab vno quoque ſcripta: quæ tamen, maiorem, & latiorem explicationem, atque interpretationem recipiunt: de qua quidem, *hoc capite, & ſequentibus* agendum eſt.

Præmitto etiam, hiſce de rebus, & pro explanatione eiuſdem materiæ, & quæſtionum, quæ

quæ *capitibus ipsis sequentibus* proponuntur, me prolixo sanè, & ingenti studio, & diligentia euoluisse, atque attentè legisse, quamplurimos, & maximè eos, qui latiùs in eodem proposito insistunt, aut latiora commentaria ediderunt, quamuis nullus hactenus perfectè, & absolutè (vt dixi) tractatum hunc assumpserit, aut materiam ipsam explicauerit, nec attigerit omnia, quæ ad perfectam ipsius explicationem necessaria erant.

Ex his quidem omnibus, quos viderim; sequenti ordine commemorabo illos, qui vtiliter magis, & latiùs in proposito se habuerunt.

3 Et primo loco (vt ab eo incipiam, & antiquiores, infinitosque ab eo commemoratos omittam) videndus est omnino, atque originaliter Antonius Gabriel, qui communes Doctorum sententias *in dicto articulo Immemorialis præscriptionis*, mirabili ordine, & summa distinctione recenset, & componit, *communium conclusionum, libr. 5. titulo, de præscriptionibus, conclusione prima per totam, ex folio* 1417. qui in argumento eius conclusionis inquirit, quid præscriptio, seu consuetudo immemorialis tempore operetur. Et *numero primo* inquit, primum effectum esse; nam præscriptio immemorialis habet vim priuilegij à Principe legitimè obtenti, ex textu *in dicto cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. significat.* & *ibi* notat Glossa, *in verbo, non extat.* Notarunt quoque innumeri Authores, quos citat, & infert *numero* 2. ideo dici, quod consuetudo, seu præscriptio tanti temporis, priuilegio æquiparatur.

Ampliat primò, *numero secundo*, vt præscriptio tanti temporis habeat vim priuilegij, etiam in reseruatis Principi, vt est textus, *in dict. cap super quibusdam, §. præterea*, & infert *numer.* 5. hinc esse, quod illud, quod non est concessibile priuilegio, non possit etiam acquiri præscriptione tanti temporis, idque explicat *num.* 6. vt procedat respectu concedentis tantum, contra quem ista præscribi non possunt, secùs quoad alias personas.

Secundò ampliat *n.* 9. vt conclusio procedat etiam quoad ea, in quibus ius commune repugnat possidenti, vt est, quando quis in alieno territorio, vel in aliena parochia possidet, *cap. 1. de præscript. lib. 6.* & propterea talis consuetudo, seu præscriptio tanti temporis operatur, vt in alieno territorio quis lignandi, & pascendi facultatem habeat, prout *ibi, num.* 10. & explicat *numer.* 11. & 12.

Tertiò ampliat, etiam si talis consuetudo immemorialis, sit valdè præiudicialis Ecclesiis, dummodò possit subesse aliqua causa rationabilis consuetudinis, seu præscriptionis, prout latius *ibid. n.* 13. & 14.

Quartò ampliat, vt spatium tanti temporis sufficiat ad hoc, vt Dominus subditis suis, onera, & grauamina imponere possit, prout *ibi numer.* 15.

Limitat primò, *n.* 16. conclusionem prædictam, vt non procedat ipsa, quando possidens est omnino incapax, atque ita ius commune resistit etiam possessioni; quod latius explicat *ex num. 16. vsque ad n.* 24.

Secundò limitat, vt contra supremam potestatem Papæ, aut Regis, ista præscriptio non habeat vim priuilegij, prout *ibi*; *numero* 24. 25. & 26.

Tertiò principaliter limitat, vbi lex resisteret consuetudini, vel præscriptioni, quia tunc consuetudo, aut præscriptio immemorialis, nihil operatur, quod declarat *ex numero vigesimo septimo, vsque ad numerum* 34.

Quartò, quintò, & sextò, limitat, *ex num.* 34. *vsque ad numerum.* 42. quia consuetudo, aut præscriptio tanti temporis operatur vim priuilegij, quoad subditos tantùm; non tamen quoad alios. Aut non operatur, quando eneruaret vires Ecclesiasticæ disciplinæ, aut esset irrationabilis, quamuis in dubio præscriptio, aut consuetudo immemorialis semper sit præsumenda rationabilis.

Septimò limitat, *numero* 42. & 43. nam licet consuetudo, aut præscriptio tanti temporis habeat vim priuilegij; tamen illud non est verè priuilegium, vel potest appellari priuilegium tacitum. Quod notaui, & comprobaui *suprà cap.* 20. & 21.

Et hæc Antonius Gabriel, quoad primi effectus materiam tradit.

Secundum effectum principalem esse dicit, quia consuetudo, seu præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non existit, habet vim tituli, vt est textus, *in dicta l. hoc iure, § ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiu. & in cap. primo de præscript. in 6. & in l. si quis diuturno, ff. si seruit. vendic.* & refert infinitos Authores *numero* 44. qui sic notarunt: & infert *numer.* 45. ex hac conclusione, quod stante consuetudine, aut præscriptione tanti temporis, alius titulus non est probandus, quia præsumitur: Imò titulus probatur probata consuetudine, seu præscriptione, prout *ibi, numero* 46. quinimò, non solum titulus non debet probari, si immemorialis præscriptio interueniat, sed nec etiam debet allegari, idque iuxta sententiam quorundam; ex sententia verò aliorum allegari debet: ipse autem opiniones concordat, prout *ibi* videri potest.

Ampliat etiam *numero* 50. idem Anton. Gabriel, vt ex consuetudine, aut præscriptione temporis immemorialis, titulus præsumatur, quia talis præsumptio dicitur esse iuris, & de iure, quæ non admittit contrariam probationem: quamuis nonnulli Authores contrarium tenuerint, quorum opinionem explicat *numero* 50. & 51.

Secundò ampliat, *num.* 54. quia talis titulus, qui inducitur præsumptiuè ex consuetudine, aut præscriptione immemoriali, præsumitur titulus iustus.

Tertium principalem effectum esse dicit, quia in præscriptione tanti temporis; bona fides non est necessaria, ex sententia quorundam, contra verò ex sententia aliorum, de quibus agit ex *num.* 55. *vsque ad numerum.* 59. & consultò id omitto, quoniam explicandum est ex proposito, *alio cap. infr.*

Quartus effectus est, quia in hac præscriptione temporis immemorialis non requiritur scientia illius, contra quem præscribitur; de quo agit *num.* 59. *vsque ad numerum* 62. atque ex proposito agendum est *infra, alio capite huiusce tractatus.*

Quintus effectus immemorialis præscriptionis est, quia habet etiam vim Constituti, prout comprobat *ibi, num* 61.

Sextus est effectus, quia per immemorialem acquiritur dominium directum, prout *ibi n.* 62.

Septimus, nam contra talem præscriptionem immemorialem non conceditur in integrum restitutio, prout *ibi*, *num* 64. & *alio capite* agendum est *infra*.

Octauus, & nonus effectus est, quia ista consuetudo, aut præscriptio tanti temporis, habet etiam vim legis, & habetur pro veritate, prout *ibi, num.* 65. & 66.

Decimus, vndecimus, duodecimus, & decimus tertius effectus est, quia immemorialis habet eandem potestatem, quam habet Imperator, quando cum causa procedit. Et habet vim seruitutis, & vim pacti, & vim publici instrumenti, prout *ibi*, *ex num* 67. *vsque ad num.* 71.

His ita præmissis, quæ ad effectus, & attributa immemorialis præscriptionis pertinent; duo principaliter inquirit Anton. Gabriel, *eadem concl.* 1. *tituls, de præscript.*

Primum est, quod dicatur tempus immemoriale ad effectus relatos; idque explicat *ex n.* 71. *vsque ad n.* 74 & *alio capite* explicandum est *infra* præcisè, cum ad nostrum propositum, & tractatum pertineat omnino explicare, quod dicatur tempus immemoriale, vt a solutione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat.

Secundum est, quomodo probetur per testes, consuetudo, aut præscriptio tanti temporis, quod memoria hominum in contrarium non existat; de quo agit *ex num.* 74. *cum sequentibus, vsque in finem conclusionis*, & *alio capite* agendum est *infra*.

Et Hactenus Antonij Gabriells obseruationes, & resolutiones in tractatu, & materia immemorialis consuetudinis, & præscriptionis: cui in effectu, omnes ferè conueniunt.

Bellamera inquam, *in consilio vigesimo septimo*.

Gratus *in consilio* 61. *numero vigesimo nono & sequentibus, libr.* 1.

Beroius, *quæst.* 114.

Socinus Iunior, *in consilio* 76. *num.* 54. & 92 & *in consilio* 49. *num.* 13. *volumin. primo*, & *in consilio* 115 *ex num.* 38. *lib.* 2.

Decius, *in consilio vigesimo quarto*, *ex num.* 111. & *in consilio* 85. *ex num* 2.

Afflict. *decisione* 254.

Ofascus, *decisione* 161.

Aimon, Craueta, *in consilio* 146. *latiùs in tractatu, de antiquitate temporis quarta parte*, incipit, *absolutis differentiis, ex folio* 174. & *fol.* 197. incip. *materia ista singularis*.

Crauetæ, & Chassanei obseruationes, & resolutiones, sciens, consultóque præterea, quoniam ad has in effectu reducuntur, quas ex Antonio Gabriele, nunc retuli, & ipse commemoraui eos.

Alexander, *in consilio sexto, lib.* 1.

Ioannes Francisc. Balbus, *de præscriptionibus, secunda parte, tertia principalis, quæstione sexta, ex numero decimo tertio, vsque ad numerum* 30. *ex folio* 118 & 119. vbi etiam repetit immemorialis effectus, & eosdem, quos ex Antonij Gabrielis relatione notaui.

Didac. Couarr. *in regula, possessor, 2. parte,* §. 3. & § 8.

Veralhis, *decisione* 376. *lib.* 2.

Carolus Ruinus, *in consilio* 118. *lib.* 4.

Tiraquel. *de primogen. quæst.* 69.

Mandellus de Alba, *in consilio* 64. *num.* 49. & *sequentibus*.

Puteus, *decisione* 205. *lib.* 1.

Bellonius, *in consilio primo*, & *in consilio* 53. *num.* 5. & *in consilio octauo*.

Hieronym. Gabriel, *in consilio* 164. *ex numero decimo tertio, lib.* 1.

Ioannes Cephalus, *in consilio* 316. *ex num.* 41. & *in consilio* 342. *ex num.* 81. *vol.* 3. & *in consilio* 358. *ex num.* 19. & *in consilio* 403. *ex num.* 36 *cum sequentibus, eod. volum.*

Rolandus à Valle, *in consilio* 22. *numero* 4. & *sequentib.* & *in consilio* 66. *ex numero* 40. *cum pluribus sequentibus*, & *in consilio* 53. *numero* 21. & *sequentibus*, & *consilio* 89. *volum.* 2. & *in consilio* 30. *ex numero* 94 *libro primo*; & *consilio* 100. *ex numero* 100. *libro* 4. vbi superiora exornat, & inquit, quod acquisitio facta ex cursu temporis immemorialis, habet vim contractus. Æquiparatúrque concessioni Principis, ex quo eius authoritate introducta fuit, habetque vim concessionis factæ per habentem potestatem; habet vim constitutionis, ac si de consensu partium, tale ius statutum fuisset; necnon & tituli legitimè constituti, ac mandati: item, & vim pacti expressi; ac tantum potest, quantum Imperator cum causa: & liberatio inducta per præscriptionem, æquiparatur liberationi inductæ per pactum. Et titulum, quem vult quis, sufficit allegare pro fundamento Pedagij cum probatione temporis immemorialis. Et nobiles, si nunquam fuerunt interpellati de contribuendo in oneribus, si nunc interpellentur, & allegent titulum liberationis, & ad probationem huius tituli inducatur tempus immemoriale, præsumitur titulus liberatorius, per eos allegatus. Et titulus pascendi pecora, probatur ex cursu temporis immemorialis, etiam si non allegetur titulus specialis. Et taxas, annuatim exigenti, sufficit allegare titulum, & eum probare per vsum, & consuetudinem tanti temporis, cuius initij memoria non extat, absque alia probatione; & cursus temporis immemorialis æquiparatur priuilegio, expressè concesso à Principe ex certa scientia, cui Princeps ipse detrogare non potest. Et hæc omnia Rolandus, *præcitato consilio* 66. & nonnulla ex eis repetit *dicto consilio* 89. vbi etiam, quod præscriptio immemorialis habet vim concessionis Regiæ, pacti, tituli, & priuilegij: & per eam, nedum vtile dominium, sed etiam directum acquiritur. Et addit, quod præscriptio immemorialis fauorabilis est. Et ea probata operatur, ac si esset probatus titulus, & bona fides; prout *ibi, num.* 19. & 35.

Petrus Paulus Parisius, *in consilio* 104. *numero* 111. *cum sequentibus, volumin. primo*, & *in consilio* 122. *ex numero* 22. & *in consilio* 27. *numero* 89. *eod. volumin.* latiùs *in consilio* 27. *cum sequentibus*, *libro primo*, & *consil.* 101. *num.* 8. *lib.* 2.

Ioseph. Ludouicus, *decisione Perusina* 106.

Rebuffus, *de decimis, quæstione* 13. *num.* 94. & *sequent.*

Achilles. Pedrocha, *in consilio* 36. *ex numero* 349. *cum sequentibus, vsque ad num.* 391. *ex fol.* 233.

Bursatus, *in consilio* 40. & *in consilio* 13. *volum.* 1. & *in consilio* 127. *ex numero* 43. *lib.* 2. & *in consilio* 141. *numero* 19. & *consilio* 160. *num.* 19. *eod. lib.*

Francisc. Beccius, *in consilio* 15. *numero* 7. & *sequentibus*.

Hippolytus,

Hippolytus, *singulari* 8.

Vldaric. Zazius, *in consilio* 16. *numero* 14. *& sequentibus*.

Marc. Anton. Eugenius, *in consilio* 9. *ex numero* 6.

Camillus Borrellus, *ad Bellugam, rubrica nona, in verbo, consuetudo*.

Rosentalis, *de feudis, cap* 5. *conclusione*. 16.

Loffredus, *in consilio* 40. *ex num*. 48.

D. Fernand. Vasquez de Menchaca, *controu. illust. lib*. 2. *cap* 83. *ex num*. 19. *& cap*. 81. *num*. 13. *& cap*. 89. *num*. 10.

Bertazolus, *consilio ciuili* 76. *num*. 28. *cum sequentibus*.

Begius, *in consilio* 33. *&* 34.

Aldouinus, *in consilio* 10. *numero* 17. *& sequentibus*.

Vimius, *in consil*. 37. *ex num*. 3. *lib*. 1.

Auendaños, *de exequendis mandatis Regum, cap*. 6. *ex num*. 7.

Pancirolus, *in consilio* 119.

Mynsingerus, *obseruatione* 30. *Centuria* 1.

Hippolyt. Riminaldus, *in consilio* 26. *num*. 9. *libr*. 1.

Pet. Surdus, *in consilio* 261. *num*. 22.

Burgos de Paz, *in consilio* 15. *ex numero duodecimo, cum sequentibus, & numero trigesimo tertio, & trigesimo nono*, vbi repetit axiomata prædicta, & effectus immemorialis præscriptionis: & *in consilio decimosexto, numero decimo quarto*.

Iacob. Menochius, *libro tertio, præsumptione* 131. *ex numero trigesimo octauo, cum sequentibus, & præsumptione* 132. *numero* 70. *&* 71. *& lib. sexto, præsumptione* 79. *numero quinto, & de arbitrariis, casu* 43. *& in consilio vigesimo primo, ex numero decimo nono, volum*. 1. *& in consilio* 201. *ex numero octauo, cum sequenti, & numero* 90. *cum sequentibus*, vbi etiam commemorat easdem communes traditiones Doctorum à me relatas *suprà*.

D. Marta *de iurisdictione, prima parte, casu* 32. *numero vigesimo sexto, cum sequentibus*.

Ioseph. Mascardus, *de probation. tomo* 3. *conclusione* 1372. videndus omnino *ex numero decimo sexto, vsque ad numerum* 53. *folio mihi* 246. vbi sequentia notauit, & multorum Authorum allegatione comprobauit. Quod titulus sine dubio præsumitur ex temporis immemorialis cursu. Quod tempus immemoriale tribuit titulum *pro suo*. Quod bona fides causatur ex cursu temporis immemorialis. Quod titulus pascendi pecora, probatur ex tempore immemoriali, etiamsi titulus specialis non allegetur. Quod possessio antiquissima præsumitur habere iustitiam permanentem. Quod titulus exigendi taxas annuatim, probatur per consuetudinem temporis immemorialis. Quod habet vim tituli. Quod salinaria, & pedagia, Principi reseruata, tempore immemoriali præscribuntur per inferiorem. Quod titulus probatur ex temporis immemorialis consuetudine. Quod tempore immemoriali præstitum, potest in futurum peti, nulla causa expressa. Quod homagium probatur per vsum temporis immemorialis. Quod vnio beneficij, tempore immemoriali probatur. Quod titulus acquisitus ex vsu temporis immemorialis, non solum probandus, sed nec allegandus quidem est: idque ex sententia quorundam; contra

Fran. del Castillo Quot. Contr. iur. Lib. VI.

verò ex sententia aliorum, qui requirunt, quod titulus allegetur, prout refert Mascardus, *numero* 28. *&* 29. & conciliat *numero* 30. *&* 31. vbi quod titulus allegandus est, quando inductus fuit ex sola patientia, aut quando agitur de re, quæ non potest præscribi: quod immemorialis habet vim tituli, & priuilegij à Principe concessi; quòd titulus priuilegij allegatus præsumitur ex tempore immemoriali; quòd tituli præsumptio insurgens ex cursu temporis immemorialis, est iuris, & de iure, & contrariam probationem non admittit, ex sententia quorundam, contra verò ex sententia aliorum, & ipse has opiniones conciliat *numero* 37. 38. *&* 39. & vide *numero* 43. *&* 44. & an detur restitutio in integrum contra enormissimam læsionem, *ibidem, numero* 40. *&* 41. *& seqq*. quòd titulus iustus præsumitur ex cursu temporis immemorialis; quòd immemorialis nunquam censetur sublata, quamuis aliàs lex, vel statutum præscriptionem tollat; quòd præstitum alicui, tempore immemoriali, ex iusta causa præstitum præsumitur; quia tempus immemorialis habet vim iustæ concessionis: & bacteous Mascardus, *dicta conclusione* 1372. & nónnulla dixerat antea *conclusion*. 115. *ex num*. 6. *atque ex num*. 45. *cum seqq*.

Tobias Nonius, *in consil*. 83. *ex num*. 1. *cum sequentibus*.

Aniles, *cap*. 14. *Prætorum, glossa*, ò præscripcion, *num*. 6.

Vvesembecius, *in consilio* 5. *numero* 41. *lib. primo, in consilio* 43. *num*. 34. *eod. lib. & in consilio* 60. *num*. 3. *lib*. 2.

Tiberius Decianus, *tractat. criminali, part*. 1. *lib*. 4. *cap*. 9. *num*. 14.

Vincent. de Franchis, *decisione* 166. *ex numero primo*.

Villalobos, *commun. opinion. in verbo, præscriptio, num*. 217. *& seqq*.

Gozadinus, *in consilio octauo, ex numero* 37.

Palacios Rubios, *in repetit. cap. per vestras, fol* 336. *num* 48.

Pet. Dueñas, *regula* 141.

Martinus Laudensis, *in tractatu de Principe, quæstion*. 171.

Fabius de Anna, *in consilio* 59.

Lodouicus Molina, *de Hispanorum primogeniis, lib*. 2. *cap*. 6. *per totum*, vbi longa serie agit de materia immemorialis præscriptionis, & effectus nonnullos ex relatis suprà, adducit *ex num*. 13. *cum seq*.

Riccius, *collectanea* 233.

Fulnius Pacianus, *in consil*. 20. *ex num*. 50. *cum sequentibus*.

Pelaez à Mieres, qui etiam de immemoriali præscriptione scribit quamplurima, *de maioratu*, 4. *parte, qu*. 20. *ex n*. 223. *cum infinitis sequentibus, in noua editione, ex fol*. 126. *vsque ad fol*. 238. & effectus nonnullos ex his, quos *suprà* adduxi, recenset *ex n*. 242. *vsque ad num*. 255. *ex fol*. 228.

Ioannes And. Georg. *repetition. seu quæst. feudali, cap*. 17. *&* 28 *ex fol*. 167.

Carol. de Grassis, *de effectibus clericatus, effectu primo, ex numero* 375. *vsque ad num*. 380. *fol*. 113. vbi etiam adducit nonnullos immemorialis præscriptionis effectus.

Caballinus *Milleloquio* 591.

Ioannes Gutierrez, *practicarum libr*. 3. *quæstione* 14. *numero* 20. 21. *&* 22. *& numero* 35 *&*

num. 57. & pluribus sequentibus, vsque ad numerum 84. vbi quamplurima congerit in proposito, illud scilicet, quod est quæsibile priuilegio, esse quæsibile tempore immemoriali: quòd omnis immemorialis præstat illud, quod aliquando potuit esse; quòd probata immemoriali possessione, præsumptio inducitur allegati tituli, etiam sine allegatione tituli; quòd impræscriptibilia acquiruntur per immemorialem possessionem, cum allegatione expressa tituli, qui per eam probatur; quòd possessio immemorialis Dominorum, exigendi impositiones à suis vassallis, quoad proprietatem, habetur loco tituli sufficientis; quòd vbi adest immemorialis, ibi est probatio plenaria; quòd habet vim tituli, & priuilegij, constitutionis etiam, & tunc non est opus allegare titulum; quòd habet effectum publici instrumenti, & Regij assensus, & priuilegij; quòd immemorialis dat possidenti ius plenissimum, ex fortiori causa, quæ excogitari possit, & habet vim legis, & iustitiæ, & vim tituli, & concessionis, & habetur pro veritate, & solemni priuilegio, & habet vim concessionis, expressæ ab eo, qui dare potuit, & elidit omnem præsumptionem iuris in contrarium, & inducit præsumptionem tituli, & priuilegij à Principe, etiam contra dispositionem iuris communis; & repetit nonnulla ex bis, *eodem libro 3. quæstione 17. ex numero 142. & sequentibus, & numero 290. & 298. cum sequentibus, & numero 304. & sequent.*

And. Fachineus, *controuer. iuris libr. 13. cap. 82. & in consilio 3n. num. 28. & 29. & 30. vsque ad num. 19. lib. 1.*

Caldas Pereira, *receptar. sententiar. lib. 1. q. 23. num. 109.*

Ioann. Vincent. Hondedeus, *in consilio 69. libro primo*, & maximè *ex numero 9. vsque ad numerum 17. & numero 34. & sequentibus, & numero 44. & duob. sequent. & in consil. 80. num. 77. lib. 2.*

Intrigliolus, *in tractatu de feudis, quæstione 39.*

Ioseph. de Sese, *decisione 125. ex numero 25. libr. 2. & decisione 300. numero 17. libro 3. & decisione 393. numero 16. & 30. & 394. numero 14. & decisione 362. numero 25. cum sequentibus, lib. 4.*

Peregrinus, *de iure fisci, libro primo, titulo 2. ex numero 61. vsque ad numerum 68. & libro 6. tit. 8.* & maximè, *ex num. 15. cum sequentibus*, vbi repetit nonuullos immemorialis præscriptionis effectus: *& in consilio 28. n. 4. lib. 1.*

Bobadilla, *in Politica, libro 2. cap. 16. numero 118 & 119.* vbi sic scribit: *Y assi, aunque por costumbre immemorial, que segun la real, tiene fuerça de titulo, y de verdad, &c.*

D. Carolus de Tapia, *decisione 2. Italiæ, ex num. 359. cum multis seqq.*

Caputaquen. *decision. 344.*

Ioan. Philippus. *de consuetudine, cap. 19.*

Franciscus Viuius, *commun. opinion. opinione 241. lib. 1.*

Franciscus Beccius, *in consilio 180. ex numero 26.*

Ioannes Garcia, *in tractatu de nobilitate, glossa 12. ex numero 54. folio 170. vsque ad numerum 66.* vbi quod immemorialis habet vim legitimi tituli; & immemoriali probata, præsomimus præcessisse titulum legitimum; attamen, quòd est necesse allegare titulum, & quod immemoriali probata, debet Iudex credere, quod processit ex legitimo titulo, & habet vim veritatis, & acquirit possidenti ius, ex fortiori causa, quæ excogitari possit; & immemorialem qui habet, dicitur habere titulum datum à lege; & immemorialis habet vim iustitiæ, & immemorialem habens, adeo est tutus, ac si haberet priuilegium áb eo, qui concedere illud posset, & habet instrumentum vndequaque perfectum; & est immemorialis, titulus, causa, & priuilegium, & tantum potest, quantum Rex, vel Imperator cum causa; & licèt lex dicat, vt solo priuilegio aliquid probari possit, ille probat, qui immemorialem habet, & hæc omnia latiùs comprobat Ioannes ipse Garcia, *in loco anteà relato.*

Syluest. Aldobrand. *in consil. 26. n. 17.*

Aluarus Valascus, *consultatione 241. ferè per totam*, & maximè, *ex num. 6.* vbi repetit nonnulla ex dictis *suprà*, & concludit, quod præscriptione immemoriali acquiruntur ea, quæ sunt sui natura impræscriptibilia, & quod sufficit immemorialis ad præscribendum quodcunque ius Regale, siue affirmatiuè, siue negatiuè, & *in praxi partitionum, cap. 35. n. 10.*

D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, lib. 1. capit. 19. per totum*, & maximè, *ex num. 6. vsque ad numerum 20. fol. 74.* vbi repetit eosdem immemorialis effectus, quos ex Ioanne Garcia, & aliis, nunc retuli.

Ioan. Baptis. Costa, *de scient. & facti ignorant. inspectione 98. ex n. 10. fol. 83.*

Antonius Olibanus, *de iure fisci, cap. 6. ex num. 35. & 36. & seqq.*

D. Spino, *in Speculo testam. glo. 19. n. 93.*

Camillus de Larata, *in consilio. 83. ex num. 17. cum sequentibus.*

Cardosus, *in praxi, verbo, præscriptio, numero 19.*

Rosentalis, *de feudis, parte 2. conclusione 16.*

Camillus de Medicis, *in consilio 152. ex numero 61. vsque ad numerum 66. & in consilio 154. ex numer. 42.*

Felicianus de Solis, *de censibus, lib. 2. cap. 5. numer. 241.*

Rodriguez, *de annuis redditibus, libro primo, quæstione 15. num. 4.*

Ceuallos, *commun. contra communes, tomo primo, quæstione 13. numero 8.* latiùs *quinto, & quæstione 55. num. 36. & sequentibus vsque ad num. 43.*

Iacobus Cancerius, *variarum tom. 2. cap. 1. num. 35.*

D. Christophorus de Paz, *ad legem 200. styli, num. 47.*

Farinacius, *decisione 419. numero 6. & decisione 448. numero 3. & decisione 482. numero 3. prima parte tom. 2. & decisione 126. numero 3. & decisione 170. numero 4. & decisione 194. numero 4. ibidem, & decisione 21. numero 2. & 3. prima parte tomi secundi, & decisione 614. ex numero primo, cum sequentibus, secunda parte tomi 2.*

Regnerius Sixtinus, *in tractatu de Regalibus, lib. 1. cap. 5. ex num. 136. vsque ad num. 157. ex fol. 159.* vbi etiam repetit axiomata communia Doctorum & immemorialis præscriptionis effectus, sæpè repetitos *suprà.*

Franciscus Salgadus, *de Regia protectione,*

ne, prima parte, capite primo, praludio primo, ex numero 32. vsque ad numerum 39. folio 12. & 53. & prima parte, capite primo, praludio 3. num. 126.

Pet. Barbosa, *in rubrica, C. de praescription. 30. vel 40. annorum ex num. 266. fol. 27.* latiùs *ex numer. 322. cum seqq. fol. 42. & numero 391. cum sequentib. fol. 49.*

Petr. Fontanella, *de pactis nuptialibus, tom. 1. clausula 4. glossa 17. ferè per totam, ex folio 248. & 249.* vbi agit da immemoriali, atque *ex num. 30. cum seqq. folio 250.* immemorialis ipsius effectus eosdem congerit, quod scilicet praescriptio immemorialis habet vim tituli, concessionis, & priuilegij, & per eam acquiritur ius districtum, absque aliis coniecturis; quod immemorialis est potentior prioilegio, & dicitur alterum ius naturale, quod mutari non potest. Et est potentior priuilegio, & habet locum, etiam vbi ius resistit, & his alia similia adducit, prout *ibi* videri possunt.

Ioann. Pet. Moneta, *de decimis, c. 5. quaest. 1. ex n. 75. cum seqq.*

D. Francis. Hieron. Leo, *decis. Valentia 38. num. 14.*

Hieronym. Gonçalez, *ad regul. 8. Cancellaria glossa 33. per totam, fol. 380. & 381.* vbi etiam consuetudinis immemorialis effectus recenset.

Cardinalis Tuschus, *tom. 6. littera P. conclus. 550. & tribus seqq. ex fol. 411. & tom. 8 littera T. conclus. 40. per totam, fol. 19.* vbi latè, quod tempus immemoriale operatur multa, & habet multa specialia, & priuilegia.

Ioannes Matienços, *in l. 8. tit. 7. lib. 5. glos. 5. num. 6. & 7.*

Azeuedus, *in l. prima, tit. 25. lib. 4. numer. 6. & 7. & 21.*

Alexander Ludouisius, *decis. 196. num. 1. & decis. 252. num. 3. & 5. & 298. n. 1. & 12. & 434. n. 51. & 449. n. 9. & 467. n. 24. & 378. n. 4.* & vide omnino *decis. 51. & 298.*

Velazquez Auendaños, *de censibus, c. 8. per totum, & in l. 41. Tauri, gloss. 2. per totam.*

Iguacius del Villar, *responso primo, numero 23.*

Valeoçuela Velazquez, *in consilio 10. numer. 48. & quatuor seqq. folio 145. & in consilio 33. numer. 27. folio 245. & in consilio 93. ex numero 38. cum sequentibus, folio 616.* vbi etiam agit de immemoriali, & noonullos eius effectus adducit.

D. Anguianus, *de legibus libro secundo, controuersia 20.*

Carolus Bardelonios, *in cons. 47.* vbi tradit nonnulla in materia praescriptionis immemorialis, admodùm vtilia.

Fabius Turretus, *in cons. 71. n. 33.*

Vincent. Fusarius, *de substitut. de fideicommissaria substitutione, quaest. 528. numero 10. fol. 757.*

Ioannes Franciscus de Ponte, *in consilio 130. n. 20. & in consilio 155. n. 7. lib. 2. & in consilio 95. n. 3. lib. 1.*

Euerardus, *in consilio 42. n. 37. & seqq. & in consilio 58. n. 45. & in consilio 3. num. 5. & in consilio 21. num. 8.*

Paulus Christinaeus, *decis. Curia Belgica 594. per totum, fol. 479.*

Pet. Gillenius, *in tract. de praescription. prima parte, cap. 5. numer. 39. fol. 43.*

August. Barbosa, *in collect. in d. c. super quibusdam, § praeterea, num. 6. & 7. fol. 490.*

Ego quoque metipse, de immemoriali praescriptione, eiusque effectibus, setipsi nonnulla *suprà hoc eodem tractatu, cap. 3. n. 8. 9. & 10. & 14. & cap. 7. num. 13.* latiùs *in commentariis tom. 5. cap. 93. § 8. ex num. 33. vsque ad num. 44.* vbi dixi, quod immemorialis possessio, seu praescriptio habet vim tituli, & priuilegij, & facit praesumi omnia, & quaecumque necessaria, & solemnia ad effectum praescriptionis, & nullum requisitum deficere. Et quod habet vim legis, & vim priuilegij, ex certa scientia, atque legitimè obtenti: & habetur pro veritate, & vt constitutio. Habet etiam vim concessionis expressae ab eo, qui dare potuit: & elidit omnem praesumptionem iuris in contrariom. Et tantum potest, quantum Princeps: & tollit necessitatem probandi alium titulum; vt nec titulum allegare necesse sit: & praestat omnem securitatem possidenti, & praestat, & supplet omne illud, quod aliquando potuit esse, adeo vt det possessori ius plenissimum, ex fortiori causa, quae excogitari possit: & facit verum, omne possibile: & semper refertur ad tempus magis vtile. Et haec, multorum Authorum authoritate, & allegatione comprobaui; nunc verò addidi permultos alios, quos tunc non retuli. Addo quoque D. Ioan. de Solorzano, *de iure Indiarum, lib. 3. c. 1. n. 20. & 76.*

Cum ergo immemorialis praescriptio, vim tituli, priuilegij, constituti, & concessionis Regiae habeat; & quae titulo, & priuilegio acquiruntur, immemoriali quoque praescriptione acquirantur, iuridicè quidem statutum est *in d. l. 1. tit. 21. lib 9. noua collect. Reg.* exemptionem non soluendi Tertias, quae debentur ex rebus omnibus, quae decimantur, praescriptione immemoriali acquiri posse, prout titolo, & priuilegio. Item, & ius ipsum percipiendi Tertias, eodem immemoriali tempore esse quaesibile, prout dixi *in initio huius capitis*, & antea dixeram *capite praecedenti.*

Id autem, & alia ratione corroboratur, quia Tertiae ipsae, quamuis io patrimonio Regum existant, & considerentur, non tamen sunt de his, quae in signum supremae potestatis, & vniuersalis dominij reseruata sunt Principi, atque immemoriali ipsa praescriptione acquiri valent, quod vt distinctè satis explicetur, meminisse oportebit, Interpretes nostros in dubium excitasse, atqua disputasse, iura Regalia, quae ad Reges, & Principes pertinent, quo tempore praescribantur. Quo etiam tempore praescribatur solutioni eorundem iurium, siue iuri non 4
soluendi tributa, & iura Regalia, & an exemptio non soluendi ea iura, longo tempore, triginta scilicet, vel quadragiota annorum praescribatur, & nonnullos quidem existimasse praescribi dictae solutioni contra Fiscum, spatio 40. annor. & secundum alios 30. annorum spatium sufficere: alios verò distinxisse, an titulus coloratus interueniat simul cum praescriptione 40. annorum, an verò non interueniat: alios denique tempus requirere, cuius initij memoria non extet in contrarium; vt scilicet per cessationem solutionis non soluendi tanto tempore, inducatur praescriptio libertatis, & ita opiniones has recensent Ioan. Cephal. *in cons. 129. & in cons. 166. ex num. 16.* Hippol. Riminald. *in cons. 26. num. 8. & 9. & 49. vol. 1.* & latiùs explicant, an, & qualiter procedat dicta praescriptio, tam affirmatiuè,

quàm negatiuè, Fuluius Pacianus, *in conf.* 10. *lib.* 1. vbi latissimè, Pet. Surdus, *in conf.* 234. *lib.* 2. Peregrin. *de iure Fisci, lib.* 6. *tit.* 8. Sixtinius, *de Regalibus, lib* 1. *cap.* 5. *&* 6. Mastrillus, *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 19. Barbosa *in l. competit, de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. ex num.* 1. *cum multis sequentib.* vbi vide omnino D. Franciscus Alfarus, *de officio Fiscalis, glossa* 16. *à num.* 166. *& glos.* 20. §. 9. *à num.* 144. Sic sanè, *dicta l. prima, tit.* 21. *lib.* 9. vt per cessationem solutionis, aut non soluendi Tertias, induеatur præscriptio libertatis seu exemptionis in futurum, tempus immemoriale requirit, & præscriptionem ipsam immemorialem admittit, quia supponit pro certo, Tertias prædictas, quæ in patrimonio Regum, iam incorporatæ sunt, non esse de his, quæ in signum vniuersalis dominij, & supremæ potestatis reseruata sunt, ea autem, quæ de patrimonio Regis sunt, & ei debentur in signum, & recognitionem supremæ potestatis, & Regiæ dignitatis, & vniuersalis dominij, licèt nullo vnquam tempore, etiam immemoriali præscribantur, tributa verò, & alia iura Regalia, quæ in patrimonio Regis sunt incorporata, sed non habent qualitatem prædictam, quod reseruata fuerint in signum prædictum, immemoriali quidem tempore præscribuntur, sicuti notaui, & scripsi *capite præcedenti huiusce tractatus, num.* 2. & distinctionem hanc communem, specificè probarunt Gregorius Lopez, Didac. Perez, Couarr Auendañus, Villalobos, Auiles, & alij, cum quibus Azeuedus, *in l. prima, tit.* 15. *lib* 4. *num.* 42. *& tribus sequentibus, fol.* 478. Ioannes Gutierrez, *de gabellis, quæst.* 5. *num.* 16. *fol.* 34. Ioannes Garcia, *de nobilitate, glossa* 7. *num.* 29. *& glossa* 19. *num.* 1. Lasarte, *in addit. ad caput* 19. *de decima venditionis, num.* 5. Micres, *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 21. *num.* 79. D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, lib.* 1. *cap.* 19. *ex num.* 1. *vsque ad numerum* 19. *& num.* 30. *vsque ad numerum* 35. vbi exornat D. Francisc. Alfarus, *de officio fiscalis, glos.* 16. *num.* 167. *fol.* 79. Peregrinus, *de iure fisci, lib* 3. *tit.* 8. *n.* 13 *&* 14. atque *ex num.* 31. Burgos de Paz, *in consilio* 15. *num.* 11. Regnerius Sixtinius, *de regalibus, lib.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 136. *vsque ad numerum* 147. *ex folio* 159. Mascardus, *de probat. tom.* 3. *conclusione* 1215. *num.* 50. Antonius Olibanus, *de iure fisci, cap.* 6. *num.* 13. *&* 14. *& num.* 21. *cum sequentibus*, *vsque ad numerum* 34. & relatis Matienço, Flores de Mena, & Cabedo, notauit etiam Augustinus Barbosa, *in collect. cap. cum non liceat* 12. *num.* 3. *de præscript. fol.* 597. Cardinalis Tuschus, *tom.* 6. *littera P. conclusione* 569. *fol.* 428. *conclusione* 570. *fol.* 430. Valençuela Velazquez, *in consilio* 20 *num.* 49. *&* 50. *& in conf.* 93. *num.* 42. Paulus Christinæus, *decis.* 194. *num.* 14. *&* 15. Pet. Barb. *in l. competit* 6. *C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annor.* videndus *num.* 3. *&* 4. vbi ex communi Doctorum sententia resoluit, quod subiectio, quæ Principi datur, præscribi non potest: nec id, quod in signum prædictæ subiectionis soluitur: & *num.* 19. *& seqq.* vbi proponit, quod regulariter tributa, & alia iura Regalia præscribuntur tempore immemoriali, quod immemorialis præscriptio non habet locum in his, quæ soluuntur in recognitionem vniuersalis subiectionis, & in aliis casibus, quos *numeris sequentibus* adducit: & repetit *num.* 160. *& quatuor sequentibus*, & reddit rationem, *num.* 19. 20. *&* 21. in hæc verba: *Sed vera videtur resolutio, quod regulariter tributa, & alia iura Regalia præscribuntur tempore immemoriali, cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signific. cap. primo, in fine, de præscript. lib. 6. præterquam in casibus, hic expressis, scilicet, quando agitur de præscribendo tributo, quod soluitur in recognitionem vniuersalis subiectionis: nam quemadmodum, contra eam subiectionem præscribi nullo tempore potest, cap. cum non liceat, de præscript. ita etiam, neque tributum præscribitur, quod in signum prædictæ subiectionis soluitur, &c.*

CAPVT XXIII.

Immemorialis præscriptio, aut consuetudo, ex qua titulus iustus, & legitimus, atque ex iustissima causa procedens præsumitur, ita vt probandus non sit, sed probata immemoriali, probetur; verùm efficiat, vt nec etiam titulus debeat allegari, quemadmodum probari non debet: singularis, & notanda explanatio, & resolutio, quæ tribus casibus distinctis, & nouè consideratis, perficitur.

Immemorialis ipsa præscriptio, seu consuetudo, quibus iuribus, tam Canonicis, quàm Ciuilibus, fundamentum, & initium acceperit.

Et an iusta, politica, & publicæ vtilitatis ratione, introducta, fundatáque sit.

SVMMARIVM.

1 *Immemorialis præscriptio, aut consuetudo, cum adest, & legitimè probatur, alius titulus non est probandus, quia titulus verus, iustus, & legitimus, & melior, qui excogitari possit, præsumitur.*

Et eo ipso probatur, quod tanti temporis consuetudo probata fuerit.

Et non solum probandus, sed nec allegandus est titulus aliquis.

Idque ex sententia communi, quam ferè omnes Interpretes probarunt.

2 *Contra verò ex sententia aliorum, qui contendunt titulum allegari debere.*

3 *Alij verò, has opiniones conciliant prout hic explicatur; & vide infrà, n. 7. ad finem.*

4 *Author autem, vt articulum hunc explicet, tres casus principales constituendos, atque distinguendos esse, considerauit.*

5 *Casus primus proponitur, quando ex lege, vel ex dispositione, immemorialis præscriptio admissa est expressè, & specificè, sicut titulus.*

6 *Secundus casus consideratur, quando generaliter immemorialis præscriptio admittitur sicut titulus, aut priuilegium, prout regulariter admittitur, & titulo, aut priuilegio æquiualet.*

7 *Iura omnia, quæ de immemoriali præscriptione, aut consuetudine loquuntur, tituli alicuius allegationem non requirunt.*

8 *Declaratur, vt non procedat, quando subiecta rei materia, præscriptionem non admittit, siue res, de qua agitur, præscribi non potest sui naturâ.*

9 Ter

9 *Tertius, & vltimus casus adducitur, quando ex lege solus titulus, aut priuilegium admittitur, & immemorialis specificè excluditur.*

10 *Ioannis Andreæ Georgij annotationes siue obseruationes nonnullæ in materia præscriptionis immemorialis, & allegationis tituli expenduntur.*

Et ibidem explicatur immemorialis ipsa præscriptio, quibus iuribus, tam Canonicis, quàm Ciuilibus, fundamentum acceperit.

Et an iusta, politica, & publica vtilitatis ratione fundata sit.

11 *Vsucapionis, & præscriptionis introducendæ causa quæ fuerit.*

IMMEMORIALIS præscriptio, aut consuetudo; quod habeat vim tituli, priuilegij, concessionis Regiæ, legis, pacti, & constituti, & veritatis etiam; longa serie comprobatum fuit *capite præcedenti*. Ibidem quoque scriptum, quod vbi immemorialis ipsa præscriptio, aut consuetudo adest, alius titulus non est probandus, quia titulus, non modò præsumitur, sed etiam probatur, immemoriali probata: quod Antón. Gabriel, *commun. opinion. lib. 5. conclu. 1. de præscriptionibus, num. 45. & 46.* multis alijs relatis Authoribus, obseruauit: Mascard. quoque, *de probat. tom. 3. conclus. 1392. num. 16. & sequent.* Ioan. Garcia, *de nobilit. glos. 12. num. 66* infinitos alios consultò prætereo, quia omnes commemorati *c. præcedenti, num. 3.* sic adnotarunt; & addiderunt, vsque adeò id procedere, vt non modò, immemoriali præscriptione interueniente, titulus non debeat probari, sed eo ipso probatus censeatur; vt nec etiam allegari debeat, quia ex sola immemorialis præscriptionis allegatione, atque probatione, velut allegatus, & probatus

1 titulus præsumitur. Ex sententia itaque quamplurimorum, tituli allegatione opus non est, cùm immemorialis adest, & probatur; quia titulus verus, iustus, & legitimus, & melior, qui excogitari possit, præsumitur, & quod processerit ex iustissima causa, & pro allegato, & probato habetur, & ita in indiuiduo tenuerunt permulti illi iuris Interpretes, quos in vnum congessit, & ipse quoque sic notauit Ant. Gabriel, *d. concl. 1. num. 47. fol. 1423.* Mascard. *d. conclus. 1392. num. 28.* Ioan. Garcia *d. glos. 12. n. 56. & 57.* Ioan. Gutier. *pract. lib. 3. q. 17. & 18. num. 142.* & conueniunt omnes ferè relati *sup. cap. præcedenti, d. num. 3.* Ioan. etiam Georg. *repetition. siue quæstion. feud. cap. 19. num. 7. fol. 147.* vbi inquit, quod tituli allegatio, vel probatio non est necessaria in immemoriali præscriptione, etiam contra Fiscum, vel Ecclesiam: Aug. Barbos. *in collect. ad Decretales, in cap. super quibusdam, §. præterea, de verb. signific. n. 9. fol. 490.* vbi citat Couar. & Soar. sic tenentes: Paul. Christin. *decis. 294. num. 14. & 15.* & ego metipse sic notaui, & nec titulum allegare necesse esse, referens alios, scripsi *in commentarijs tomi 5. cap. 93. §. 8. numer. 56.*

2 Contrariam tamen sententiam, & opinionem; imo quod immemorialis præscriptio, vbi adest, & probatur, adhuc titulus allegari debeat, quamuis non probari, tenuerunt Alex. Cæpol. Felin. Curt. iun. & Purpur. quos referunt Anton. Gabriel, *præcitata conclus. 1. dicto num. 47. in fine*: Mascardus, *dicta conclusione 1371. num. 19.* alij verò quamplures, & ferè innumeri illi commemorati, *dicto cap. præcedenti, num. 3.* in hac contrarietate non insistunt; immo vt certum supponunt, aut tradunt, immemoriali probata, non solum titulum non debere probari, sed nec etiam debere allegari.

Antonius verò Gabriel, *ipsamet conclusione prima, de præscript. num. 48. & 49. folio 1423.* sic has contrarias opiniones concordat, atque conciliat: quòd scilicet verum sit, quod quis non tenetur in specie allegare titulum, virtute immemorialis præscriptionis, & ita procedat opinio prima; sed quod tenetur in genere allegare, petita per ipsum, sibi deberi ex iusta, & legitima causa, & quod ita declarant Claudius, & Bertrandus, *in locis sibi relatis* per Anton. Gabrielem. Qui inquit, quod tenendo primam opinionem, tanquam communem, limitemus, vt procedat, quando præsumptio inducitur, concurrente aliquo facto positiuo, secus autem quando induceretur ex sola patientia, nam tunc est necessaria tituli allegatio, prout dixerunt Felinus, & decisio Neapolitana, in locis relatis per eundem Gabrielem, *dict. num. 49.* & hæc refert etiam Mascardus, *dicta conclus. 1472. num. 30. & 31. fol. 247.* qui & alio modo explicat, vt inferius notabitur *num. 8.* 3

Et hactenus, quæ in proposito articulo, vtrum titulus allegari debeat, cùm immemorialis adest præscriptio, Interpretes nostri tradiderunt. 4

Ego sanè, tres casus principales in ipsomet proposito distinguendos, atque constituendos esse, consideraui: *Primus casus* est, vbicumque, ex lege, ex iure, vel ex dispositionis natura, immemorialis præscriptio eandem vim, virtutem, & authoritatem habeat, quam titulus, aut priuilegium habet, ita vt immemorialem ipsam, sicut titulum admiserit expressè in ea re, de qua agitur; & tunc quidem is, qui immemoriali ipsa innititur, & se fundat, vt aliquod ius acquisierit, siue obligationis, siue exemptionis, aut libertatis; immemorialem dumtaxat allegare, & probare tenebitur; nec tituli alicuius allegatio, aut probatio necessaria erit; ex quo enim allegat, & probat immemorialem, eaque ius suum fundat, lex pro certo supponit, & iudex credere debet, se titulum legitimum, & necessarium habere; & titulus præsumitur iustus, solemnis, & legitimus, & melior, & fortior, qui de iure excogitari possit; & ita procedunt authoritates, & sententiæ eorum, qui tituli allegationem necessariam non esse scripserunt. Procedit etiam decisio *d. l. 1. tit. 11. lib. 9. noua collect. Reg.* eo enim ipso, quod à solutione Tertiarum, vt quis se eximere, & liberare valeat, immemorialem, sicut titulum, aut priuilegium, expressè admisit, eiusdem immemorialis probationem solam requirere videtur, nec tituli alicuius qualitatem, probationem, aut allegationem desiderare: Immemoriali autem probata, titulus ipse præsumitur, ac si expressus, & allegatus fuisset specificè, & simul probatus. In terminis ergo *d. l. 1.* quæ admittit immemorialem expressè, & vbicumque alia lege, aut iure, immemorialis admissa sit, titulum aliquem allegare, necessarium non erit. 5

Secundus casus sit, quando immemorialis præscriptio admittitur generaliter, sicut titulus, aut priuilegium, prout regulariter admittitur, & titulo, & priuilegio æquiparatur, quando à lege exclusa 6

exclusa non est expressè; & tunc quidem, atque indistinctè, vbicumque immemorialis, ex receptis Doctorum doctrinis, eandem vim habet, quam titulus, aut priuilegium, idipsum statuendum, atque dicendum est quod in casu præcedenti, & tituli alicuius allegatio, aut probatio necessaria non est; eo namque ipso, quod immemorialis probatur, titulus fortissimus, atque efficacissimus probatus, & allegatus præsumitur, siue titulum legitimum præcessisse, credendum est, vt nec allegare titulum necessarium sit, vt dixi; quia immemorialis ipsa habet vim tituli, priuilegij, & veritatis, & iustitiæ, tanquam si titulus, aut priuilegium extaret expressum, prout *capite præcedenti* probaui, & optimè deducit Ioannes Garcia, *de nobilitat. glos.* 12. *ex n.* 55. *cum sequent. vsque ad numerum* 67.

7 Sic sanè, iura omnia, quæ de immemoriali præscriptione loquuntur, & referuntur *infrà, num.* 10. tituli alicuius allegationem non requirunt, nec eam exprimunt, & *in d. l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. omittitur omnino, & consultò quidem; quasi necessaria non sit, cùm eo ipso quòd immemorialis probetur, titulus vetus, & legitimus, non modò allegatus, sed etiam probatus præsumatur, nec alicuius tituli, aut iustæ causæ allegatione opus sit se iuuare eum, qui sola immemorialis allegatione, & probatione tutissimus esse debet: & *in l.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *noua collect. Reg.* id apertissimè probatur, dicitur enim; *Si prouaren la immemorial costumbre, por la manera, y con las calidades, que por las leyes destos Reynos, se deue prouar, sea auida en lugar de titulo bastante.* Ecce vbi apertissimè ostenditur, immemorialem probari debere, eámque tituli sufficientis vim obtinere, idest, eius, quem eligere voluerit ille, qui immemoriali se iuuat, vt per Crauetam, *de antiquitate temporis*, 4. *p.* §. *absolutis, à num.* 10. Francis. Beccium, *in cons.* 180. *à num.* 31. *vol.* 2. Ioan. Philip. *in tract. de consuet. c.* 19. *n.* 25. *&* 26. & innumeros alios, *c. præcedenti, n.* 3. relatos. Non tamen dicitur, titulum aliquem allegari debere, quia allegatus, & probatus præsumitur eo ipso, quod immemorialis allegatur, & probatur, vt dixi.

In terminis ergo prædictis, & generaliter, quando immemorialis admittitur, sicut titulus, aut priuilegium; placere mihi nullo pacto potest concordia, siue conciliatio illa, quam ex aliorum placito tradiderunt Anton. Gabriel, & Mascard. relati *supr. num.* 3. quod scilicet, quis non teneatur in specie allegare titulum, virtute immemorialis præscriptionis; teneatur tamen in genere allegare, petita per ipsum, sibi deberi ex iusta, & legitima causa; ex quo enim immemorialis præscriptio, seu consuetudo verè extat, allegatur, & probatur, superfluum est in genere allegare, petita deberi ex iusta causa; cum eo ipso, iustam causam, iustúmque, validum, & legitimum titulum quis allegare videatur, ac si specificè, titulus ipse, & iusta causa allegaretur; nec iustæ causæ consideratio deficere potest, aut aliquo modo necessaria est, cum immemorialis ipsa verificatur. Vnde nec in specie, nec in genere aliquid allegare necesse est, cum immemorialis allegatio suppleat omnia. Quòd si Ant. Gabriel, Ioseph. Mascard. & alij, quod specificè non allegatur titulus aliquis, admittunt, & supplent; quia supponunt, ex sola immemorialis allegatione titulum allegatum videri, ita quoque debuissent supplere, quod non allegetur, deberi petita ex iusta causa, quia quemadmodum supponunt titulum iustum, & legitimum, eiusque allegationem specificam, & iustæ causæ allegationem quoque supponere debetent, cum ex immemorialis ipsius allegatione, iustæ causæ, imò & veritatis, & iustitiæ, & dispositionis legalis allegatio, & præsumptio oriatur; & sicut tituli, ita & iustæ causæ allegatio suppleri debeat. Sufficit ergo allegare, & probare immemorialem, nec tituli, aut iustæ causæ allegatio aliqua necessaria est; quia hæc, & alia, immemorialis allegatione, & probatione includuntur. Idque æqualiter procedit, siue præsumptio tituli, quæ ex immemoriali resultat inducatur, concurrente aliquo facto positiuo, siue induceretur ex sola patientia; nam indistinctè, & tam vno, quàm altero casu tituli allegatio necessaria non erit, sed allegare immemorialem, eámque probare cum suis requisitis, sufficiet; militat enim æqualiter eadem ratio, & præsumptio tituli, & perinde habetur, ac si titulus specificè allegaretur, & probaretur, cum tituli, & priuilegij vicem, & vim obtineat, & titulum allegare videatur, qui immemorialem se habere dicit. Sic sanè, communis Doctorum sententia non distinxit, sed indistinctè probauit, tituli alicuius allegationem necessariam non esse, vbi immemorialis interuenit, quæ si pro allegatione tituli habetur, differentiæ ratio reddi non potest, siue inducatur, concurrente aliquo facto positiuo, siue ex sola patientia. Quod assequutus videtur Aim. Crauet. ab Ant. Gabr. relatus, *d. n.* 49. quasi contrarium tenuerit, & indistinctè probans, tituli allegationem non esse necessariã.

8 Ex ratione quidem subiectæ materiæ, & rei de qua agitur, & quia non sit præscriptibilis, procedere posset, & deberet opinio eorum, qui tituli allegationem necessariam esse dixerunt, immemoriali interueniente; in his enim, quæ non sunt præscriptibilia, etiam per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, vt data incapacitate præscribentis, circa decimas, vel circa collationem beneficiorum, vel quando lex expressè resistit præscriptioni; quo casu, solus cursus temporis, etiam immemorialis, nihil potest operari, vt reddat capacem eum, qui incapax est; tunc opus est, quod allegetur titulus priuilegij, aut exemptionis, & ad probationem talis tituli, sufficiet probare immemorialem; quod Ioseph. Mascard. *dicta conclusione* 1372. *num.* 31. rectè, & singulariter notauit, & ego metipse sequutus sum, latiúsque comprobaui *suprà, hoc eodem tractatu, capite* 3. rectè quoque Mascardus idem, *eo num.* agnouit quod in materia, aliàs per immemorialem præscriptibili, & vbi solus titulus non requiritur, sed etiam immemorialis admissa est, prout in materia Tertiarum, *in d. l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. necesse non est titulum aliquem allegare, & sequitur Crauetæ traditionem expressè, quàm retulerat *n.* 31. & reddit Crauetæ ipsius rationem, quia vbi titulus non requiritur præcisè, superfluum videtur tractare de tituli allegatione, cum immemorialis habeat vim tituli, & consequenter (vt antea dicebam) titulum allegare videatur, qui immemoriali se iuuat.

9 *Tertius, & vltimus casus* sit, vbicunque ex lege, vel ex dispositione, expressè admissus est titulus duntaxat, aut priuilegium admittitur, & quod eo acquiri possit ius aliquod contra Regem, aut Principem, & etiam contra priuatum, siue sit obligationis, siue liberationis, aut exemptionis.

imme

immemorialis autem eacluditut specificè, vt in gabellis, & aliis iuribus dixi *capp. precedentibus*, & tunc quidem dubium non est, ita præcisè, solum titulum, aut priuilegium admittendum, & immemorialem non sufficere, vt etiamsi titulus, specificè allegaretur, & contenderetur, ea immemoriali, eum probandum, id nihil prodesset; quia lex noluit præscriptionem etiam immemorialem admittere, nec minus titulum, qui ex ea posset præsumi, sed expressum, & specificum dumtaaat, & qui verè extaret, & concessus fuisset; aliàs frustra immemorialis excluderetur in materia gabellarum, & aliorum iurium, quia titulus ea ipsa semper præsumeretur; titulus autem, aut priuilegium, ex immemuriali resultans non est verè priuilegium, aut est improprium, & tacitum, vt *capitib. precedentibus* comprobaui, & notauit Ant. Gab. *d. concl. 1. de prescr. n. 41. &*
10 41. & in his terminis, quando scilicet immemorialis exclusa non est specificè ex lege, imò sicut titulus admittitur, & tituli vices obtinet, procedit Ioannis Andreæ Georgij resolutio, reperitio, siuè allegatio: *feudal. dict. c. 29. n. 7. pag.* 174. quod titulus necessarius non sit, neque allegatio tituli, sed quod sola immemorialis sit titulus efficax, ad probandum titulum dispensationis, de quo ibi agebatur: quod iuridieè procedit, & dictum est, dictis terminis suppositis; quod immemorialis exclusa, aut prohibita non erat, imò admittebatur, sicut titulus.

Agens etiam de immemoriali præscriptione, eo loco, Andr. Georgius, ad explicationem constitutionis cuiusdam, primo loco inquirit; Immemorialis præscriptio, quæ loco tituli, & constituti habetur, in quibus iuribus fundetur, tam Canonicis, quàm Ciuilibus, siue quo iure, initium, aut fundamentum acceperit? Et concludit *num. 1. & sequent.* immemorialis præscriptionis initium sumptum fuisse ea textu, *in dicta l. hoc iure, §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana & æstiua*, ibi: *Loco constituti*: & sic in effectu probatur, quod possessio antiqua, & vetusta, cuius origo memoriam hominum excedat, aut memoria non extet, est loco Constituti: idest, periode habetur, ac si titulo, & concessione constituta fuisset. Vndè Iureconsultus definit, & statuit, etiam impræscriptibilia acquiri tempore, & possessione immemoriali, illámque esse loco tituli: alia verò iura, quod decidunt, & ostendunt, in quibus casibus proficit immemorialis possessio, sed non statuunt id, quod *in d. §. ductus aquæ*, reperitur expressum: nam *in aliis legibus eiusdem tituli, & in §. permittitur, l. 5.* datur regula prohibitoria ducendi aquam à flumine publico; item datur limitatio, vt de licentia Principis possit fieri: deinde descendendo ad alias quæstiones, decernit, quod quando origo ducendi aquam, memoriam hominum excedit, sit loco concessionis, & in hoc esse singularem textum, *in d. §. ductus aquæ*: prout est quoque singularis text. *in l. 1. §. fin. ff. de aqua pluu. arcen.* vbi iure videtur seruitus imposita, quando quis diu possedit, atque ex legis dispositione procedere, vt constat ibi: *Vetustatem vicem legis obtinere*, & *in l. in sum. in princ.* ibi: *Vetustas, quæ pro lege habetur, ff. eod.* & in *l. si arbiter. ff. de prob. & in d. l. 8. tit. 15. lib. 4. Recop.* quæ iura expendit etiam Ludou. Mol. *lib. 1. cap. 6. num. 13.* cætera verò iura (inquit Georgius metipse) quæ in iure Pontificio loquuntur de immemoriali, sunt dependentia, siue processeront à ratione textus, *in di-*

Ioan. del Castillo Quot. Contr iur. Lib. VI

cto §. ductus aquæ, textus inquam, *in cap super quibusdam, §. præterea, de verbor. significat.* vbi immemorialis habet vim tituli concessi à Principe expressè, atque ex certa scientia, prout *dicto numer.* 13. Molina deduxit, & notarunt omnes Authores, à me commemorati *cap. præcedenti, num.* 3. est etiam textus iuris Pontificij, *in cap. hæc quippe tertia, quæstione 6.* ibi: *Nullius memoria teneat vos*, & in *c. conquestus, 9. qu. 3.* ibi: *Prisca consuetudo antiquitus tributi*, & Glossa *ibi*: intelligit de immemoriali: & *in capit. mos antiquus, 63. distinctione, & in capit. finali, de consuetudine, & in capit. quid per nouale de verbor. significat.* ibi: *De quo non extat memoria*: & in *capit. finali, de præscription. lib.* 6 & his quidem iuribus, originem, atque fundamentum sumpsit immemorialis præscriptio, vt diai.

Addit Georgius ipse, *præcitato capite 59 num. 4. fol. 173.* quod immemorialis præscriptio fuit introducta politica ratione, atque ex aliis regulis iuris ciuilis, & pro bono publico, quemadmodum, & aliæ præscriptiones, atque vsucapiones; & rationes omnes, quæ vrgebant, vt introducerentur præscriptiones metipsæ, & vsucapiones, fortius in præscriptione immemoriali, propter tantam temporis antiquitatem, vrgent, & militant, atque ita conueniens admodum, & necessarium fuit tituli, priuilegij, & cæterorum, quæ diximus, prærogatiuam ei tribuere, nec post tanti temporis cursum, aliquid in contrarium admitti, quod magnam confusionem, & litium atque expensarum occasionem in notabile Reipublicæ detrimentum præberet: sed non ita Ioann. Andr. Georgius, exornat. Est 11
autem certum, vsucapionis, & præscriptionis introducendæ causam, ea boni publici ratione, initium, & originem sumpsisse, siue pro bono publico fuisse introductam, ne quarundam rerum, diu, & fere semper dominia incerta essent, cum sufficeret Dominis, ad inquirendas, & recuperandas res suas, statuti à lege temporis spatium, vt ita litium, controuersiarum, & sumptuum finis esset; aliàs enim graues, & infinitæ turbæ, & rixæ in Republica excitarentur, si liberum esset, post tanti temporis cursum, res, per multorum iam manus peruagatas, prætextu alicuius prisci, exoletique tituli, vendicare; prout colligitur *ex l. prima, ff. de vsucapionibus, & in principio Institut. eodem, & in l. finali, ff. pro suo, & in l. prima, tit. 29. part. 3.* & singulariter adnotarunt Couarruu. *in regula, possessor. prima parte, §. vnico.* Menchaca, *controuers. illustr. lib. 1. cap. 56. num. 5.* Contius, *lib. 1. disp. cap.* 10. Balbus, *de præscription. prima parte tertiæ partis principalis, quæst. 3. in principio*, Ioannes Corasius, *Miscellan. cap.* 20. Francisc. Connanus, *commentar iur. ciuil. lib. 3. cap. 3.* Egregiè Petr. Gregorius, *in syntagmate iuris, lib. 40. cap. 11. per totum*, & eos, & alios referens, Antonius Pichardus, *in dicto principio, de vsucapion. num. 3. pag. mihi* 301. & vltra eum, Hugo Donellus, *commentarior. iur. ciuil. lib. 5. cap. 4. & 3.* Osualdus, *ex versiculo, vsucapio enim instituta, folio mihi* 78. vide etiam D. Ioann. de Solorzano, *de Indiar. iure, libro tertio, capite secundo, numero* 51.

C A P V T XXIV.

Immemorialis præſcriptio, aut conſuetudo, vtrùm verbis ampliſſimis, & generalibus, aut etiam vniuerſalibus prohibitiuis, aut ſi decretum irritans interueniat, prohibita, & excluſa cenſeatur, cùm præſcriptio, aut conſuetudo, generaliter excluditur, aut prohibetur in actione reali, aut mixta, aut cùm materia indifferens eſt, an per illa verba, ***nulla obſtante præſcriptione***, præſcriptio 30. vel 40. annorum prohibita, aut excluſa cenſeri debeat, necne: & de materia ***l. omnes 4. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*** breuis, & diſtincta reſolutio, atque explanatio.

S V M M A R I V M.

1 *Immemorialis præſcriptio, aut conſuetudo, nunquam cenſetur ſublata, aut excluſa, niſi ſpecifice exprimatur.*

Etiamſi verbis ampliſſimis, & generalibus omnis præſcriptio, aut conſuetudo excludatur.

Et quamuis verba ſint prohibitiua, aut negatiuè vniuerſalia, quæ præſcriptionem, aut conſuetudinem prohibeant.

Quod exornatur.

2 *Et expenditur textus*, in authent. vt de cætero commutationes Eccleſiaſticarum rerum, §. de cætero.

Ex quo apertè deducitur, etiam interueniente decreto prohibitiuo perpetuo, cum decreto irritante, & præſcriptionis derogatione; adhuc non cenſeri excluſam præſcriptionem centum annorum, & minus immemorialem.

3 *Immemorialis, nunquam cenſetur ſublata, etiam per reſcriptum, & motum proprium Principis.*

4 *Immemorialis conſuetudo non eſt ſublata per Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 20.*

5 *Immemorialis conſuetudo, an ſit ſublata ex* Regula 8. Cancellariæ.

6 *Præſcriptione, aut conſuetudine ſublata, quod etiam immemorialis excluſa, aut ſublata videatur, quando additur dictio vniuerſalis, tentaſſe nonnullos.*

Quorum ſententia confutatur.

Et communis concordia proponitur.

7 *Immemorialis præſcriptio, vtrum excluſa, & ſublata videatur, quando in materia, de qua agitur, alia præſcriptio dari non poteſt.*

8 *Et quid ſi lex faciat rem impræſcriptibilem.*

9 *Lex ſi agat de actione reali, aut etiam de materia indifferenti, & proponat ea verba*, nulla obſtante præſcriptione, *an videatur remouiſſe præſcriptionem 30. vel 40. annorum.*

1 INTER alios immemorialis præſcriptionis effectus, ille eſt ſingularis, & notandus, & qui ab omnibus ponderari ſolet communiter, quod immemorialis præſcriptio, aut conſuetudo, nunquam cenſetur ſublata, nec excluſa, niſi ſpecificè exprimatur; etiamſi verbis ampliſſimis, & generalibus, omnis præſcriptio, aut conſuetudo excludatur. Et quod hæc eſt magna excellentia, prærogatiua, & virtus Immemorialis; ita ſanè poſt Gloſſas ordinarias, Angel. Bartol. Bald. Alexand. & alios, obſeruarunt, exornarunt, & multis caſibus occurrentibus applicarunt Ripa, Ruinus, Afflict. Bertrand. Crauetta, Boërius, Rochus de Curte, Couarr. Tiraquellus, Auendañus, Mieres, Flores de Mena, Emmanuel Rodriguez, Anton. Gabriel, Rolandus, Ioannes Gutierrez, Decianus, Otalora, Chaſſaneus, Maſcardus, Fachineus, & Narbona, quorum ſpecificam magis mentionem non facio, ſiue ſuo ordine eos non refero, quoniam tranſcribendi vitium ſemper abhorrui, & eos omnes in vnum congeſſit, & ita notauit Salgadus, *de Regia protectione, prima parte cap. 1. præludio 3. n. 153. fol. 39. aduerſo dumtaxat*, Pelaez à Mieres, *ibi* relatum *in antiqua impreſſione*, videndum eſſe *in noua, vltimáque editione, quarta parte quæſt. 10. n. 264. & tribus ſeq. fol. 230.* vbi relatis etiam multis aliis Authoribus, ſcripſit, quod præſcriptio immemorialis nunquam cenſetur excluſa, per quæcunque verba, etiam prohibitiua, aut negatiuè vniuerſalia, quæ præſcriptionem prohibeant; & addit, quod *ideò*, & cautè, leges huius Regni, vbicunque excludere volunt præſcriptionem, aut conſuetudinem *immemorialem*, id declarant, & exprimunt, vt in gabellis, iuriſdictione, & aliis caſibus, & legibus, ab eodem Pelaez conſideratis ibi: addit etiam, quod idem ius obſeruatur in præſcriptione centum annorum: & infert ad nonnulla, quæ *ibid.* videri poſſunt. Maſcardus etiam, *duobus in locis*, reſolutionem prædictam propoſuit, & tamen, vno dumtaxat retulit eum Salgadus; hoc eſt, *concluſ. 1215. n. 55. & concluſ. 1372. n. 41. & ſeq.* notarunt quoque, & immemorialem per verba quantumcunque generalia, & prohibitiua, non cenſeri ſublatam, aut excluſam, obſeruarunt alij Authores, vltra eos, quos Salgadus recenſuit, Velazquez inquam Auendañus, *in l. 41. Tauri, gloſſa prima, numero 6.* Hippolyt. Riminaldus, *in conſilio 26. numero 9. libro primo, & conſilio 34. numero 4. & 5. libro primo*, Ioann. Cephalus, *in conſilio 403. numero 59. libro 3.* Mandellus de Alba, *in conſilio 64. num. 93.* Burſatus, *in conſilio 23. numero 22. libr. primo*, Socinus iunior, *in conſ. 79. numer. 87. lib. 1.* latiùs *in conſil. 115. numer. 20. & ſeqq. eodem libro 1.* Bellonius, *in conſilio 8.* Dueñas, *regula 144.* Arias Pinellus, *in authent. niſi tricennale numero 20. C. de bon. matern.* Bertazolus, *conſil. ciuili 71. numero 56.* Anton. Gail, *libr. 2. obſeruatione 161. numero 2.* Mynſingerius, *reſponſo 48. numero 12.* Franciſc. Beggius, *in conſilio 34. per totum*, Ceuallos, *commun. contra commun. quæſtion. 496. in fine, & tomo 5. quæſtione 15. numero 41.* Hieronym. Gabriel, *in conſilio 144. ex numero 48. libro 2.* Moneta, *de diſtribut. quotidian. parte 2. quæſtione 12. numero vigeſimoprimo*, Fontanella, *de pact. nupt. tomo primo, clauſula quarta, gloſſa 17. numero 34. fol. 250.* Valençuela Velazquez, *in conſilio 20. numero 48.* Peregrinus, *conſil. 65. numero 10. libro 4.* Sixtinius, *de Regalibus, libro 1. cap. 5. num. 142. & 143. fol. 161.* vbi quod immemorialis præſcriptio nunquam cenſetur excluſa, etiamſi Statuti verba prohibitoria, generaliſſima ſint, Aluar. Valaſcus, *conſultat. 141. n. 9.* Cardin. Tuſch. *tom. 7. litt. T. conc. 40. num. 30. fol. 21. & numer. 88. fol. 13.* M. Anton. Eugenius, *in conſil. 86. num. 23.*

1 *num.* 23. Honded. *in consil.* 79. *num.* 16. *lib.* 1. vbi ad explicationem Statuti cuiusdam Ciuitatis Eugubij, sic scribit: *Nec intentioni mercatorum aduersari videtur Statutum ciuitatis Euguby, lib. 4. rubr. 16. quo cauetur, nullum ius quari, & præscriptio sublata fuit, & ius, quod præscriptione tantum quari poterat, statuto sit sublatum. Quoniam respondere posse videtur, statutum illud non tollere præscriptionem immemorialis temporis, prout est illa, quæ ad fauorem mercatorum allegatur; illa enim adeo potens est, vt nunquam lege, vel statuto sublata intelligatur, etsi verbis generalibus vtatur; nisi de ea fuerit facta specialis mentio, &c.* Et id ipsum ego quoque, cum aliis Authoribus scripsi, *in commentariis tom. 5. cap. 93. §. 8. num.* 39. scripsit etiam Pet. Barb. *in l. omnes 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor. num. 17. pag.* 201. Rota Auenionensis multos referens, *decis.* 128. *num.* 23. Cassad. *decis. 6. de restit. spoliat.* Aldouinus, *consil.* 10. *num.* 26 Greg. Lop. *in l. 7. tit. 20. p. 3. in glos.* 1. Hieron. Gonç. *ad regul. 8. Cancell. glos.* 33. *num.*: *fol.* 480. qui inquit *num.* 3. omnes affirmare, id procedere etiamsi addatur dictio vniuersalis, *quæcunque*, *aut quælibet*, quia nihilominus non censetur sublata immemorialis consuetudo, aut præscriptio: & reddit rationem communem, *n.* 4. quia cum immemorialis consuetudo, seu præscriptio habeat vim priuilegij à Principe legitimè concessi, & tituli melioris, qui excogitari possit, & legis, ac veritatis, & pacti, ac denique eandem potestatem, quam habet Imperator, quando cum causa procedit; nunquam censebitur sublata, aut exclusa, nisi specificè exprimatur, & dicatur, quia aliàs titulus, constitutio, concessio, aut veritas ipsa sublata diceretur, cuius loco immemorialis habetur, cum tamen sola præscriptio, non autem titulus excludatur, notauit etiam D. Ioan. Solorz. *de In-*

2 *diar. iure, lib. 3. c. 3. num.* 77. Probatur quoque eadem resolutio ex textu, iuncta sua Glossa, *verbo, præscript. in authent. vt de cætero commutationes Ecclesiast. rerum, § de cætero*; vbi scribitur: *de cætero autem sancimus, nulli penitus vllam licentiam esse, aliquid tale agere*: atque ita imponit præceptum prohibitiuum textus ille, & adiicit, quod id perpetuò seruetur, in illis verbis *sed seruare hoc schema in perpetuum*: sed & decretum irritans, apponit, & præscriptionem his verbis excludit: *Sed etsi fiat quolibet schemate, hoc etiam infirmum esse, & à sanctissima Matre Ecclesia in perpetuum vendicari, nulla ei temporis præscriptione in hoc obiicienda*: Et tamen Glossa *ibi, verb. præscript.* sic scribit, *scilicet nisi centum annor.* Et apertissimè voluit, per dictum præceptum prohibitiuum, & perpetuum, cum decreto irritante. Et Albensis, *d. cons.* 144. *n.* 84. *cum seq. lib.* 2. Hippolytus Riminaldus, *in consilio 24. numer. 4. & 5. lib.* 1. Marc. Anton. Eugenius, *dicto consil. 86. ex num.* 23. qui addit

3 *numer.* 25. quod immemorialis præscriptio nunquam in dubio censetur exclusa, aut sublata, etiam per rescriptum, & motum proprium Principis.

Ex dicta conclusione, & resolutione communi inferebat Hieronymus Gonçalez, *dicta glossa 33. numero quinto, fol.* 380. quod quamuis Concilium Tridentinum, *sessione 24. de*

4 *reformat. capit.* 20. disposuit, quod omnes causæ agantur in prima instantia, coram Ordinario locorum dumtaxat, & sustulit aliorum inferiorum iurisdictionem, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus; tamen, quia consuetudo immemorialis expressè derogata non fuit, censuit sæpè sacra Concilij Tridentini Congregatio, quod dictum decretum minimè sustulit immemorialem consuetudinem. Et addit, quod hæc declaratio fuit multoties in Rota Canonizata, & obseruata. Quod est rectè, & iuridicè dictum: & comprobatur optimè ex his, quæ de vi, potestate, excellentia, & virtute Immemorialis diximus *cap. præcedenti.*

Inferebat quoque idem Author, *num. 6. & 7.* quod Regula 8. Cancellariæ, ante Romanum Pontificem Sixtum V. non continebat verba: *etiam Immemoriales*: & ideò non censebantur ab- 5
rogatæ; hodie vero sic, cum extent verba clara Regulæ remouentis omnes consuetudines, etiam immemoriales.

Cæterum, quod attinet ad primam conclusionem, siue resolutionem communem propositam *suprà, ex numero primo*, non defuerunt 6
Authores nonnulli, qui in contrarium scripserunt, quod sublata præscriptione, seu consuetudine, Immemorialis quoque censeatur sublata, quando apponitur dictio vniuersalis, etiamsi specificè non exprimatur; sic enim existimauit Glossa finalis *in Clementina finali, de testibus Ecclesiæ*, & Cardinalis, & Imola, *ibidem numero* 6. Felinus, Rochus de Curte referens quamplures, Ruinus, Azeuedus, & Pelaez à Mieres, quos pro ea parte retulit Hieronym. Gonçalez, *ad dictam regulam Cancellariæ 8. numero 8. & numero* 9. sic concordat has opiniones, vt prima, relata *suprà numero primo*, procedat, quando simpliciter tollitur consuetudo quæcunque, non autem reprobatur vt iniqua, & irrationabilis: secunda verò opinio locum habeat, quando ab ipsa lege, quælibet consuetudo tanquam iniqua, & irrationabilis damnatur, & reprobatur; nam tunc damnata consuetudine, vti iniqua, eadem ratione censetur damnata, & sublata consuetudo centenaria, & immemorialis, vt post Rochum, Felinum, & alios tradunt Couarru. Dueñas, & Axeuedus, & refert Gonçalez, *dicto numero* 9 & addit *numero* 10. & 11 quod neque in futurum, & de nouo non possit introduci consuetudo, cum semper duret eadem causa reprobationis; & generalis regula est, quod non valeat de nouo induci consuetudo contra legem derogantem consuetudini: prout latius *ibi* comprobat. Et verè, quando consuetudini derogatur, quia illicita est, quòd etiam immemoriali derogata censeatur, est iustissimum, & iuris rationi conueniens; quoniam consuetudo illicita, quantò antiquior, tantò magis odiosa est, vt *in capit. finali, de consuetudine*, & in his terminis loquuntur Didac. Couarruu. & cæteri, à Hieronymo Gonzalez relati.

Quod si in materia, de qua agitur, alia præscriptio dari non possit, quàm immemorialis, dubitari potest, an exclusa præscriptione, aut consuetudine quacunque, immemorialis exclusa, & sublata videatur? Et nonnulli existimant, in eis terminis, immemorialem sublatam videri, quasi in alia verificari non possit; ad quod expendunt Francisci Aretini distinctionem, *in l. cum stipulatus sim à Procule, column. 3. de verborum obligation.* quod aut clausula: *Non obstante quacunque præscriptione*, vel alia similis apponitur iuribus, quæ regulariter non tolluntur spatio 40. annorum; & tunc, vt aliquid operentur, videbitur inductum, vt

nec præscriptio quoque immemorialis curtat: aut apponitur iuribus, quæ contra, eodem 40. annor. spatio præscribuntur, & tunc hæc præscriptio immemorialis non videbitur sublata, quia satis ea verba operantur, tollendo præscriptionem 40. annorum, & dicit Aretinus, distinctionem hanc esse ex mente Baldi: esse etiam ex mente Panormitani, dixit, & eam retulit, atque explicauit And. Tiraquellus, *de retract. conuention. §. primo, glossa 2. numer. 26 folio mihi 386.*

Videtur tamen, quod subtilis hæc Aretini distinctio, vera non sit, tum ex generali conclusione, & resolutione *suprà* proposita, quod immemorialis, nunquam censetur sublata, nec exclusa, nisi specificè exprimatur, quamuis vniuersalis dictio prohibitiua apposita sit, qua omnis præscriptio tollatur. Videtur enim, quod etiam in hoc casu procedat, cùm facile exprimi posset, & addi, *quod etiam immemorialis*, & omissum fuerit, atque ita eadem ratio vrgeat, vt non includatur immemorialis, de qua specifica mentio facta non est. Tùm etiam, quia ex pluribus Concilij Tridentini decisionibus apparet (prout eas Hieronym. Gonzalez refert, *dicta glossa 33. numero 5.*) resolutum fuisse, Concilium Tridentinum, *sessione 24 de reformatione, capite 20.* quatenus disposuit, quod omnes causæ agitentur, & tractentur in prima instantia coram Ordinariis, & sustulit aliorum iurisdictionem, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, quod non censetur derogasse immemoriali: & tamen contra Ordinarium præscribi non potest iurisdictio per aliquem inferiorem, nisi tempore immemoriali, *cap. cum persona, de priuileg in 6.* & adhuc derogatio Concilij non comprehendit Immemorialem, vt in sacra Congregatione Cardinalium, toties decisum est. Nec contrarium probatur *in cap. cum contingat, de foro competenti*: quod scilicet iurisdictio eadem contra Ordinarium præscribi valeat minori tempore, & quando id dubium esset, aut controuerti posset, prælectis Authoribus his, quos citat Didac. Couarr. *in cap. possessor, in initio secundæ partis, §. 3. numero primo*, hodiè sanè, post dictum Tridentini Concilij, fortiter ius resistit his, qui primam instantiam præscribere intendant; atque ita, nisi sola immemoriali non poterunt, ex textu, *in capit primo, de præscription. lib. 6. capit. cum persona, §. quod si tales de priuileg. in 6.* & adhuc, cuiuscunque consuetudinis derogatio, de qua *in dicto cap.* 20. eiusdem Concilij: *Et aliis quibuscunque consuetudinibus*, non excludit Immemorialem; idque ob rationem sæpè repetitam, & adeò latè comprobatam *cap. præcedenti*, quod Immemorialis habet vim tituli, priuilegij, constituti, legis, & veritatis, & tantum potest, quantum Imperator cum causa; quia est alterius naturæ, & fortioris potentiæ; & ideò in dubio non debet præsumi derogata, quamuis in materia, aut re, de qua agitur, sola immemorialis sufficiat; quia non est expressum & quia titulus, aut Pontificia, Regiave concessio sublata non est, & tamen Immemorialis, velut titulus reputatur. Inde videmus, quod in bonis maioratus, alia præscriptio, quam immemorialis, admitti, aut dari non potest, vt post Ludou. Molinam, Pelaez à Mieres, & infinitos ferè alios iuris Authores, egometipse notaui, & egregiè comprobaui, *in commentariis tomi quinti capite 93. § 8.* & tamen, quamuis maioratus, Regia facultate fieret, & præscriptio quæcunque tollatur, Immemorialis suum operabitur effectum; quia specifice exclusa non est; prout ex dictis, *præcitato §. 8.* deprehenditur manifestè.

Si tamen lex faciat rem impræscriptibilem, 8
aliqua peculiari ratione, tunc etiam præscriptio centum annorum, aut immemorialis videtur sublata, aut exclusa, vt quando lex resistit præscriptioni principaliter, afficiendo rem ipsam; vt per text. *in capit. cum ex officij:* vbi Panormitanus notauit, *numero 4. de præscript.* & relatis multis Authoribus, resoluit Barbosa, *in l. omnes 4. C. de præscript. 30. vel 40. annorum*, & dixit, ita limitari regulam illius textus.

Imò, & in præscriptione 40. annorum, 9
id ipsum statuendum est, quod in immemoriali; & inde, quod si lex remoueat præscriptionem, ea remotio referenda sit ad præscriptionem 30. annorum, vel aliam temporis minoris, non autem ad præscriptionem 40. annorum; idque etiamsi lex vteretur dictione, *semper, perpetuò*; nam licèt possit lex eam præscriptionem remouere, in dubio præsumitur quòd noluerit; atque ita, id procedit ex defectu voluntatis, non autem potestatis; prout Pet. Barbosa, *in dicta l. omnes 4. numero 5. folio 199.* singulariter declarat: & quatuor propositis conclusionibus, materiam explicat. Prima est, quod si lex agat de actione reali, & proponat ea verba, *nulla obstante præscriptione*, debet interpretari, vt videatur præscriptionem 10. vel 20. annorum remouisse, non autem præscriptionem 30. annorum; idque per text. *in cap. 1. §. præterea*, iuncta Glossa, *verbo, præscriptione, de capitul. Conradi*; ad quod quamplurimos citat Authores, *num. 6.*

Secunda conclusio est, quod præcedens conclusio procedit, & intelligitur, quando cessante prohibitione legis, potuit eo casu esse locus præscriptioni longi temporis; nam si illi locus esse non potuit, vt prohibitio legis, aliquid operetur, debet censeri reiecta præscriptio 30. annorum, non autem 40. annorum, quæ nunquam videtur reiecta per verba generalia legis; quamuis nonnulli Doctores contrarium, sed malè quidem contendant, videlicet, quod etiam censeatur reiecta præscriptio 40. annorum; prout doctè concludit, & latius explicat idem Barbosa, *ex numero 7. vsque ad numerum 14. in eadem l. omnes*, ex quo, velut concludenter comprobatur id, quod resolui *suprà, n. 7.* nam si præscriptio 40. annorum, nunquam videtur reiecta per verba generalia legis, etiam, vbi cessante prohibitione legis, locus esse non potuit longi temporis præscriptioni, quanto magis id debebit locum habere, etiam quando in materia, de qua agitur, alia præscriptio, quam immemorialis dari non potest.

Tertia conclusio est, quod si agatur de materia indifferenti, quæ respiciat pariter actiones reales, & personales, & addatur clausula, *nulla obstante præscriptione*, tunc præscriptio 10. vel 20. annorum censebitur sublata, pariter & præscriptio 30. annorum, quoad actiones personales, non tamen videbitur sublata præscriptio 40. annorum, idque per regulam generalem

ralem *dicta l.omnes 4. C. de præscript. 30. vel* 40. quod materia specialiter loquatur de actione personali, & addita sit prædicta clausula (*non obstante præscriptione*) intelligitur sublata præscriptio 40. annorum; nam cum agatur de materia, ex sua natura noo admittente nisi præscriptionem 30.anoorum, vt clausula prædicta, aliquid operetur, sublata censeri debet præscriptio 40.anoorum. Et ita Barbosa metipse, *in d. l.omnes numero* 14. *&* 15. addens, quod in his terminis accipiendi sint telari *suprà in secunda conclusione,* dum tenent, etiam præscriptionem 40. annorum videri sublatam, & quod à fortiori, idem recipiendum est, quando prædicta clausula ponitur in materia, quæ non admittit nisi præscriptionem 40. annorum: nam tunc clausula prædicta, euidcoter operatur exclusionem præscriptionis 40. annorum, idque ex sententia Aretini, *in consilio* 133. *colum. vltim. ad medium, & in l.cum stipulatus sim mihi ô Procule, colum.* 3. *ante medium, de verbor. obligation.* & hactenus *in* 3. *conclusione* Barbosa, *num.* 14. 15. *&* 16. qui (vt vides) præscriptionem 40.annorum dicit videri exclusam, quando clausula prædicta ponitur in materia, quæ non admittit nisi præscriptionem 40. aonorum; eiúsque authoritate ducti, existimarunt nonnulli, immemorialem etiam exclusam, & sublatam videri, quando io materia, de qua agitur, alia præscriptio dari non potest. Cootrarium tamen resolui *suprà, num.* 7. cum Immemorialis, maioris sit virtutis, excellentiæ, & prærogatiuæ, & alterius naturæ, & fortioris potentiæ, vt dixi, atque ita nullis appositis verbis, quantumcunque generalibus, censeri debeat exclusa, etiam si in materia de qua agitur, alia præscriptio dari non possit, nisi specificè exprimatur, cum vicem tituli habeat; vode id, quod Barbosa statuit in præscriptione 40. annorum, omittit omnino *numeris sequentibus* in immemoriali præscriptione.

Quarta & vltima conclusio est, quod immemorialis præscripto nunquam censetur sublata, nec exclusa, quamuis verbis amplissimis, & generalibus, prædicta clausula, *nulla obstante præscriptione*, apposita sit, de qua egi *suprà, num,* 1. 2. *&* 3. & per Barbosam, *in d.l.omnes* 4. *numero* 17. & de his hacteous.

CAPVT XXV.

Præscriptionis Immemorialis effectus alij, virtus, & excellentia; quod contra eam non admittitur, nec datur restitutio in integrum, ex capite, aut causa iustæ, & probabilis ignorantiæ: nec etiam nullitas aliqua, aut simulatio opponi valet.

Quod etiam contra Ecclesiam, & contra Reges, & Principes, & contra omnes indistinctè procedit; idque ex communi, & vera Interpretum sententia, quidquid nonnulli aliter arbitrentur, sed malè quidem.

De errore etiam eorum, qui arbitrantur, etiam post quadriennium, in integrum restitutionem competere.

Procedit denique in materia Tertiarum, & in terminis *legis primæ, titul.* 21. *lib.* 9 *nouæ collect. Regiæ*, vt scilicet Immemorialis obtineat, vt quis à solutione Tertiarum se eximere, & liberare valeat, etiam si prætextu ignorantiæ, Regius fiscalis eam eludere quouis modo contendere.

Præscriptione semel completa, vtrum aduersus eam, maioribus viginti quinque annis competat in integrum restitutio, si iusta causa absentiæ, vel ignorantiæ allegetur; siue non competat; idque tam in præscriptione longi temporis, decem, vel viginti annorum, quàm in præscriptione triginta, & etiam quadraginta annorum: & de iudicio, & sententia Authoris, aliorúmque quamplurimorum iuris Interpretum traditionibus; singularis, breuis & notandà resolutio, atque explanatio.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionis immemorialis effectus alius, virtus, & excellentia, quod contra eam non admittitur restitutio in integrum, ex capite ignorantiæ.*

Idque ex veriori, & communi Interpretum placito.

Et quorundam sententia contraria confutatur.

Et quod etiam procedit contra Ecclesiam.

2 *Et contra Reges Hispaniæ in materia Tertiarum, vt ne prætextu ignorantiæ iustæ, & probabilis, immemorialis præscriptionis effectum impedire valeant, aut in integrum restitutionem petere.*

3 *Nullitas aliqua obiici non potest contra præscriptionem immemorialem.*

Siue tempore immemoriali decurso.

Nec etiam simulatio contractus.

4 *Idque maximè quando nullitas, aut simulatio obiicitur agendo.*

Quid si excipiendo.

Quid etiam quoad solutionem Tertiarum, vbi quis tempore immemoriali se eximere ab earum præstatione contendit.

5 *Præscriptione semel completa, vtrum aduersus eam, maioribus viginti quinque annis competat in integrum restitutio, si iusta causa, vel absentiæ, vel ignorantiæ allegetur, & numeris seqq.*

6 *Præscriptionem (cuiuscunque temporis ea sit) indistinctè procedere contra præsentes, & contra absentes, & contra scientes, & ignorantes.*

Dubium autem esse, an ex causa iusta, & probabilis ignorantiæ, restitutio in integrum detur.

7 *Et restitutionem dari contra præscriptionem longi temporis decem scilicet, vel viginti annorum.*

Idque ex sententia multorum.

Non dari ex sententia aliorum.

Et pro vna, & altera parte, iura & fundamenta expendi communiter.

Et de iudicio Authoris, quoad ipsam longi temporis præscriptionem.

Et plurium iurium declaratione.
Vbi etiam explicatur l. prima §. si quis propter ff. de itinere, actúque priuato.
8 *Præscriptione completa, vtrum competat restitutio in integrum ex causa iusta, & probabilis ignorantia, in præscriptione triginta annorum.*
Et de contrariis opinionibus in proposito.
Multisque, pro vna, & altera parte, fundamentis.
Iudicióque, & sententia Authoris in eo dubio.
9 *Quid in præscriptione quadraginta annorum.*
Vbi etiam de opinionibus contrariis in proposito.
Et de iudicio, & sententia Authoris.
10 *Præscriptione completa, restitutionem, in omni præscriptione denegandam; ex sententia Authoris.*
Qui Arij Pinelli, Ferdinan. Vazquez de Menchaca, D. Francisci Sarmienti, & Andr. Fachinei Placita omnino probauit.
11 *Et in præscriptione 30. & 40. annorum, Petri Barbosa concordiam confutauit.*
12 *Confutat etiam ea quæ circa quadriennium, intra quod restitutio debet fieri, Interpretes quamplures statuerunt.*
Dum existimant, quadriennium ipsum esse vtile, & ideo ignoranti non incipere currere.
Sed à die sententia computandum esse.
Et sic euenire posse, vt etiam post mille annos, restitutio peti possit.
Prout latius hic.

1 IMMEMORIALIS præscriptionis effectus alius singularis, virtus, excellentia, & prærogatiua magna, tradi quoque, & notari solet communiter ab Interpretibus nostris, quod scilicet contra eam non datur, nec admittitur vllo pacto, restitutio in integrum, etsi causæ iustæ, & probabilis ignorantiæ allegetur; Immemorialis namque ipsa supplet omnem defectum, habet vim tituli, priuilegij, & Regiæ concessionis, & operatur, quòd scientia, non autem ignorantia, & omnia necessaria præsumantur, ac si verus, specificus, & expressus titulus adesset; prout *capitibus præcedentibus* obseruaui. Sic sanè, quod contra præscriptionem tanti temporis non concedatur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ; tenuerunt Saliect. Iason. Barbat. Socinus iunior, & Boëtius, quos refert, & sic resoluit Anton. Gabriel, *commun. conclusion. libro quinto, titulo de præscription. conclusione prima, num. 64. folio 1425.* vbi refert, Afflictum, & Aymon. Crauetam, tenuisse contrarium; sed eos non sequitur, prout *ibi* apparet. Communem quoque sententiam, quod restitutio non detur in centenaria, & & multo magis in immemoriali præscriptione, probarunt & alij plures, eum quibus Rolandus, *in consilio 13. ex numero 98. lib. 1.* vbi post Iason, scribit, quod non reperietur aliquis Doctor in mundo, qui aliter teneat in præscriptione immemoriali, & quod sani capitis nullus auderet attentare, quod detur restitutio aduersus eam præscriptionem: ipse Rolandus, *in consilio 59. num. 12. lib. 4.* Bursatus, *in consilio 160. num 63. & 72. & 73. lib. 1.* vbi loquitur in fisco, & communitate, Hippolytus Riminaldus, *in consilio 169. num 25. & 26. lib. 2.* Didac. Couar. *in Regula, possessor. 3 part. §. 3. num. 1. versiculo, cæterum.* Vbi inquit expeditissimum esse, quod aduersus immemorialem præscriptionem non detur restitutio in integrum, Arias Pinellus, *in authent. nisi tricennale, num. 58. in principio, C. de bon. mater. fol. 315.* vbi firmat magis communiter teneri, quod in præscriptione centenaria nulla restitutio admittatur ex iusta ignorantia: Menchaca, *controuersiar. illustr. lib. 2. cap. 75. num. 2.* qui antea retulerat, *num. 1. in fine, versiculo quarto, intelligitur, fol. mihi 56.* Alexandri, & Crauetæ opinionem, quod in quibus casibus præscriptio centum annorum currit contra Ecclesiam, vel fiscum, vel ciuitatem, in illis ex capite ignorantiæ, etiam post eam præscriptionem completam, detur restitutio; & constanter asserit, contrarium verius esse, & validissimè comprobat *ex num. 2. cum seq.* & in fortioribus terminis Fachineus defendit, *contr. lib. 1. cap. 69. per totum*, & specificè contra Ecclesiam, *in consilio 30. num. 32. cum sequent. vsque ad num. 39. fol. mihi 178. & 179.* is enim Author, primo arguendo proponit, quod Ecclesia restituitur aduersus præscriptionem, etiam centum annorum, ex capite ignorantiæ; & citat Authores nonnullos sic tenentes, *num. 30.* qui tamen, maiori ex parte, id non probant. Addit quoque, *num. 31.* quadriennium, quod Ecclesiæ competit ad petendam restitutionem, non incipere nisi ex die scientiæ, hoc est, ex eo die, quo Ecclesia sciuit se læsam esse; quod comprobat *per totum numerum.* Postmodùm autem, *num. 36. & 37.* multis modis satisfacit, atque respondet, & inquit, non esse certam, imo valde dubiam eorum opinionem, qui dixerunt, in integrum restitutionem concedi posse ex capite ignorantiæ aduersus præscriptionem temporis immemorialis; & quod ea, iure non probatur, & contraria seruatur communiter; cum Immemorialis habeat vim tituli, & priuilegij, & pro lege, & veritate habeatur. Secundò respondet, quod vbi lapsum est longissimum tempus, scientia præsumitur, licet aliàs ignorantia præsumatur, pro vt *ibi* comprobat *num. 37.* Tertiò respondet, lapso quadriennio, quod Ecclesiæ præfixum est ad petendam restitutionem, Ecclesiam ipsam non audiri, *ex cap. 1. & 2. de in integ. restit. lib. 6. Clem. 1. eod. tit.* & improbat id, quod dicitur, quadriennium illud non incipere, nisi ex die scientiæ, prout *ibi, num. 38.* Quartò respondet, ignorantiæ allegationem non habere locum in præscriptione temporis immemorialis, cum (vt antea dixerat) tanto tempore scientia præsumatur, & ideo in integrum restitutio concedenda non sit. Eandem quoque resolutionem communem, quod Ecclesia, & quilibet alius non restituatur aduersus præscriptionem immemorialem, etiam prætextu ignorantiæ, tanquam certam, & indubitatam tenuerunt Socin. iun. *in consil. 76. num. 103. lib. 1. & in consil. 514. num. 16 lib. 3.* Sfortia, *de restitutione 2. p. q. 60 num. 25.* Lambertengus, *de contractibus sine solemnitate, glos. 1. num. 312.* Beroius, *q. familiars 81.* Pet. Barb. *in l. sicut 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. num. 327. & 328. & 319. & 330.* Costa, *de facti scientia, & ignorantia inspectione 98. num. 14.* Paul. Christinæus, *decis. 294. tom. 1.* Pet. Surd. *in consil. 234. ex num. 37. lib. 2.* Camillus de Laratha, *in consil. 83. ex num. 18.* Azeuedus, *in l. 1. tit. 14. lib. 4. num. 78.* Mascardus, *de probat. concl. 1215. num. 52.* Valenzuela Velazquez, *in cons. 33. nu 243. & 244.* Cardin. Tusch. *tom. 7. litera T. concl 40 num. 110.*

&

& 111. *fol.* 24. Achilles Pedrocha, *in consi.* 36. *ex num* 347 & maximè, *num.* 353.

Ex his ergo apparet, veriorem, & communiorem esse prædictam sententiam, & opinionem, quod aduersus immemorialem præscriptionem restitutio non competat, nec detur etiam ex causa iustæ, & probabilis ignorantiæ; & contrariam omninò falsam, nec vllo pacto admittendam, quidquid nonnulli eam tueantur, sicuti constat ex relatione Antonij Gabrielis, Fachinei, & Fernand. Vazq. de Menchaca, *vbi suprà*, Tiberij Deciani, *in consil.* 108. *ex num.* 23. *cum seqq. lib.* 3. Pelaez à Mieres, *de maioratu* 4. *p. q.* 20. *num.* 280. *fol.* 230. vbi mirandum est, hunc Authorem, ita indistinctè tradidisse, quod licèt contra præscriptionem immemorialem, & præsumptionem, ex illa resultantem, non admittatur probatio in contrarium, admittitur tamen probatio ad effectum petendi restitutionem in integrum, & citat plures Authores, quos dicit ita tenuisse: statim tamen aduertit, de hoc videndum Mascardum, & etiam Bursatum qui asserit, contrariam opinionem esse communem, & verè communis est, & vera, vt dixi, & procedit etiam contra Ecclesiam, & contra omnes, sicuti probatur *ex l. finali, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, vbi sancitum est, præscriptione centum annorum, etiam aduersus Romanam Ecclesiam omnia iura extingui, ne aliàs res in infinitum extendatur. Ratione etiam fundatur, quia ex Immemoriali præsumitur titulus, & concessio, pactum etiam, & veritas, & melior titulus, qui excogitari possit, & resultat præsumptio iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, vt latè fundaui *capitibus præcedentibus*. Vnde aduersus eam non potest restitutio competere; quia vt restitutio competat, priùs de læsione constare dabet, eáque legitimè probari; extante autem pacto, titulo, concessione, & veritate, huiusmodi probatio fieri non potest, prout eruditè considerarunt Natta, *in consil.* 524. *num.* 17. *lib.* 3. Hipolyt. Riminald. *in consilio* 169. *num.* 26. *lib.* 2. Immemorialis quoque ipsa præsupponit tempus infinitum, vnde quando ab ea tolleretur quadriennium restitutionis, Ecclesiæ competens, adhuc tempus immemoriale superesset ad implendam præscriptionem, quia si ab infinito, finitum demas, semper remanet infinitum, vt memorabiliter loquens de Immemoriali, dixit Oldrad. *in consil.* 254. *n.* 18. qui ponderat, vt excludat tempora interruptionis, Corneus etiam, *in consil.* 22. *nu.* 5. *lib.* 1. Parisius, *in consil.* 27. *num.* 84. *lib.* 1. quadriennium autem in Immemoriali non currere, nisi à die scientiæ, quod tenent plures, à Fachineo relati, & à Thesauro *decision.* 133. *per totam*, & commemoraui *suprà*, falsissimum est, vt ex aliis multis referendis *infrà*, *num.* 12. apparet manifestè, & tenuit ipse Fachin. Thesaurus quoque, *decision.* 134. *num.* 1. & 9. & 10.

Contra fiscum etiam Regium, & contra Reges, & Principes, immemorialem præscriptionem currere, nec prætextu iustæ, & probabilis ignorantiæ restitutionem eis concedi, cùm ignorantiæ præsumptio cesset omnino, vbi Immemorialis datur, & scientia atque titulus eorundem præsumatur, certum est, & contra fiscum, Reges, & omnes; loquuntur Authores relati *suprà*, *n.* 1. & specificè Bursatus, *in consilio* 160. *num.* 72. & 73. *to.* 2. militat enim æqualiter in eis ratio scientiæ præsumptæ, prout *alio capite*, latius comprobatur infrà.

2 Sic sanè, atque in materia, & tractatu nostro Tertiarum, & in terminis *d. l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. *nouæ collect. Regiæ*, si immemorialis præscriptio, vt à solutione, & præstatione Tertiarum, exemptio, & liberatio detur, legitimè probetur, non poterit Regius fiscus, prætextu ignorantiæ cuiuslibet, etiam iustæ, & probabilis, nec minùs restitutionis in integrum, ob ignorantiam ipsam, vim, & efficaciam Immemorialis elidere, quià Immemorialis indistinctè admittitur, vt quis à dicta solutione, se eximere valeat, & supponitur apertissimè, Immemorialem ipsam omnia supplere, nec intuitu restitutionis, ignorantiæ, vel alio modo posse diminui, aut tolli; quod certissimum, & verissimum est. Et ideo de restitutione ipsa, nullum verbum *in eadem l. prima* habetur, nec etiam scientiæ, aut ignorantiæ aliqua mentio fit.

Ita quoque nullitas aliqua, quæcunque illa 3
sit, nec simulatio, aut defectus alius, siue impedimentum, aduersus præscriptionem ipsam immemorialem obiici non valebit, sicuti specificè notarunt Alexander, *in consil.* 11. *colum.* 3. *lib.* 1. Decius, *in consilio* 329. *num.* 5. & *in consil.* 409. Gratus, *in consil.* 142. *num.* 21. *lib.* 2. Ias. *in consilio* 54. *libr.* 1. Capycius, *decis.* 16. *in principio*, Gozadinus, *in consil.* 75. *num.* 2. Ferretus, *in consilio* 60. *in principio*, Marzatius, *in consil.* 16. *num.* 8. Cardinalis Tuschus, *tom.* 7. *litera T. conclusio.* 40. *num.* 38. *folio* 21. Achilles Pedrocha, *in consil.* 36. *ex num.* 347. *vsque ad num.* 344. post Baldum, *in consil.* 188. *volum.* 5. & Socinum, *in consil.* 106. *num.* 6. *vol.* 3. quia tanti temporis cursus excludit omnem fraudis, & simulationis suspicionem, vt tradit Crauet. *in consil.* 657. *num.* 52. *vol.* 4. Decius, *in consil.* 24. *ex num.* 111. & efficit, vt omnia præsumantur ritè, & rectè, &
bona fide facta; prout ipse Pedrocha compro- 4
bat *ibi*, & inferiùs, *ex num.* 392. *cum seqq.* id maximè procedere, dicit, quando nullitas, simulatio, aut fraus obiicitur agendo, siue per viam actionis; nam si excipiendo obiiciatur, videtur quod semper & quandocunque, & etiam decurso tempore immemoriali obiici valeat. Et assignat rationem differentiæ, quam dicit esse clarissimam, & indubitatam; quia primo casu, actori potest negligentia imputari, cur debito tempore, contractum simulatum, vel nullum non dixerit, cum fuerit in eius potestate, quando voluit experiri, & suo iure vti. Secundo verò casu, nulla negligentia ipsi reo potest imputari, quia potestatem non habet, quando conueniatur, vt *in l.* 5. §. *fin. ff. de doli except. l.* 2. *C. de dilat.* & propterea mirum videri non debet (vt ipse Pedrocha concludit, *num.* 395.) si ei, vllo vnquam tempore, nullitatis, & ipsa simulationis exceptio non censeatur sublata, nec quidem per mille annos: & *numero* 396. iure, & Authorum allegatione, atque authoritate comprobat prædictam distinctionem.

Hæc autem, Tertiis ipsis, siue earum exactioni applicando, optimè quidem procedunt, vtpotè cum agendo, Reges nostri, siue eorum Regij fisci, Tertias exigant ex rebus omnibus quæ decimantur; ij autem, qui immemoriali se defendunt, contendunt, se Tertias non soluturos, & exemptos esse, ipsius Immemorialis intuitu; Fisci ipsi, si replicent, & simulationem, fraudem, aut nullitatem obiiciant, excludi debebunt, cum pro Immemoriali ipsa tot, tantæque adsint præsumptiones, & illa vim tituli,

&

& priuilegij habeat, vt sæpe repertum est, imputandomque sit eisdem Regiis fiscis, quod tanto tempore Tertias non exegerint, quas exigere, & simulationem, aut fraudem, siue nullitatem deducere, in eorum potestate fuit; non in illorum voluntate, à quibus Tertiæ ipsæ exiguntur, quia potestatem non habent, quando conueniantur; prout Pedrocha latius comprobat, & certissimum, atque verissimum est.

Videamos nunc, vtrum id, quod in immemoriali præscriptione remanet resolutum, & singulariter exornatum, procedat, locumque obtineat in alia præscriptione minoris temporis? Inquiritur ergo, vtrum præscriptione semel completa, aduersus eam maioribus viginti quinque annis com-

5 petat in integrum restitutio, si iusta causa absentiæ, vel ignorantiæ allegetur, & probetur. Et ante alia præmitto, quæstionem hanc excitasse quàm plurimos, & egregiè prosequutos fuisse ex Neotericis nonnullos, post infinitos alios, tam antiquos, quam Recentiores; Pinellum inquam, *in authent. nisi tricennale C. de bonis maternis; num.* 58. 59. & 60. *ex fol. mihi* 315. vbi doctè, & subtiliter, memorabiliter etiam obseruauit nonnulla, quæ nullos antea, ita assequutus fuerat: Didac. Couarr. *in regula possessor, tertia part.* §. 3. Vazq. de Menchaca, *controuers. illust. lib.* 2. *cap.* 75. *per totum fol.* 55. & 56. vbi ingeniosè etiam, & nouè, hisce de rebus agit: And. Fachineum, *controu. iur. lib. primo, cap.* 69. *per totum*, vbi citat Couar. Abbatem, & Felinum Crouetam, Boërium, Federic. Scotum, Sfortiam Oddum, & Sarmientum; tacet autem, siue silentio prætermittit Menchacam; ex quo, & Pinello, & Sarmiento, quæstionem conficit, atque illustrat: & est videndus originaliter Sarmientus ipse, *selectar. lib.* 2. *cap.* 10 *numero primo, & 2. fol. mihi* 118. & 119. qui etiam assequitur dubij prædicti veram resolutionem: Anton. Thesaurum, *decisione Pedemontana* 134. *per totam*, vbi egregiè quoque de ipsa controuersia sermonem instituit, & refert Crouetæ locum copiosum, Pinellum etiam, Bolbum, Alciatum, Tiraquel. Rotam Genuensem, Benitend. Betoiom, Ioseph Ludou. Ioann. Dilectum, Osascum, Rolandum, Beceium, Nattam, Bursatum, Sfortiam, Peregrinum, Petrum, Ioan. Maurit. Bolon & Menochium, *præsumptione* 97. *libro primo*; explicat etiam ex proposito Pet. Barbosa, *in l. sicut* 3. *C. de præscriptione* 30. *vel* 40 *annor. ex numero* 295. *folio* 187. *vsque ad numerum* 331. Cardinalis Tuschus, *tom* 6. *litera P. conclusione* 587. *ex folio* 444. & *tom.* 7. *litera. T. conclu.* 40. *numero* 110. D. Balboa, *in lectura ad titul. de præscript. in cap. vigilanti, & cap. si diligenti, dubitione* 4. *per totam*, qui in effectu, Menchacæ, Pinelli, & Fachinei traditiones, atque resolutiones amplectitur: Francisc. de ponte, *in consilio* 47. *numer.* 8. And. Gaill. *obseruatione* 16. *numer.* 18. *libro* 2. infinitos alios consulto prætereo, quoniam penes prædictos videri possunt.

6 Præmitto etiam, aliud certum esse, & communi Scribentium placito receptum, præscriptionem scilicet (cuiuscunque temporis illa sit) indistinctè procedere, & currere contra præsentes, & contra absentes, & contra scientes, & ignorantes; quod Arias Pinellus, & cæteri alij, relati *suprà*, vnanimiter amplectuntur; & specificè notauit Menchaca, *d. cap.* 75. *in principio*, qui dicit, ita probari *ex l. finali, C. de præscript. longi temporis*, Barbosa, *in d. l. sicut* 3. *numero* 304. & 306. in illis verbis *Quod licet præscriptio currat mero iure, contra ignorantem, & absentem &c.* D. Balboa, *in dicto cap. vigilanti, dubitation.* 3. *n.* 57. & *sequentibus*, qui etiam citat textum, *in d. l. fin. C. de præsc. longi temporis*, ibi: *Nulla scientia, vel ignorantia spectanda*. dubium ergo in eo consistit, vtrum aduersus præscriptionem, quæ mero iure currit, ex iusta, & probabili ignorantiæ causa, restitutio in integrum sit concedenda? In quo mirum est, quantum Scribentes variauerint, dum de maiore viginti quinque annorum loquuntur: nam in Ecclesia, & minore, aliquid est diuersum à maioribus, & priuatis, vt præmittit Ari. Pin. *num.* 58. *in principio*; inferius autem, *ad finem eiusdem numeri*, exclamat miseriam Iurisprudentiæ, ex tanta Scribentium varietate, non parum Reipublicæ perniciosa, quod attinet ad præscriptionem longi temporis, decem scilicet, aut viginti annorum; quam plures existimarunt, restitutionem concedendam esse, propter iustam ignorantiam: Alij verò contrarium asseuerarunt, & restitutionem in integrum indistinctè denegarunt, & pro vna, & altera parte, iura quamplura, & fundamenta expendunt; prout videre licet penes Menchacam, & Sarmientum, *in locis relatis suprà*, Barbosam, *in dicta l. sicut* 3. *ex num.* 297. *vsque ad numerum* 309. vbi vnam, & alteram opinionem commemorat: Fachinum, *controuersiar. iur. libro* 2. *cap.* 69. *per totum*, vbi vnius, & alterius partis fundamenta recenset, & loquitur in præscriptione longi temporis, prout in alia quacunque, atque in omni præscriptione, indistinctè, & constanter defendit opinionem negatiuam, quod restitutio non detur, prout etiam constantissimè defendit Menchaca, *controuersiar. illust. lib.* 2. *cap.* 75. D. Francisc. Sarmientus, *selectar. l.* 2. *cap.* 10. *numero primo, &* 2 qui etiam in præscriptione longi temporis, decem scilicet, vel viginti annorum, inquit falsam esse communem opinionem, quod aduersus præscriptionem detur restitutio in integrum, ex capite ignorantiæ: contrarias etiam opiniones adducit Anton. Thesaurus, *decisione Pedemontana* 134. *n.* 7. & 8. & ipse magis probauit opinionem communem, contra præscriptionem scilicet longi temporis dari restitutionem infra quadriennium, à die scientiæ, modò quadriennium statim post decursam præscriptionem longi temporis, non vtile, sed continuum sit: D. etiam Balboa *in dicto cap. vigilanti, & cap. si diligenti, de foro competenti, tertia dubitatione. num.* 64. 65. & 66. Fachinei, & Recentiorum opinionem amplectitur, scilicet maioribus 25. annis, ex causa ignorantiæ, nullam esse restitutionem concedendam aduersus præscriptionem; & asserit, hanc esse in puncto iuris probabiliorem sententiam, & fundamenta præcipua ponderat, *numero* 64 & contrariæ partis, negatiuæque opinionis argumentis satisfacit, responsumque præbet, *numero* 66. Quamuis antea *numero* 61. & 60. videretur probare communem sententiam, & in omni præscriptione, excepta immemoriali, de qua agit *numero* 63. restitutionem ex iusta causa ignorantiæ admittere.

Huius opinionis negatiuæ (quæ iudicio meo semper verior fuit, & omnino tenenda est) viginti fundamenta ponderauit Vazquez de Menchaca, *controu. illustr. libro* 2. *dicto capite* 75. *numero* 2. & 3. quæ si in præscriptione longi temporis euincunt, aduersus eam, ex capite ignorantiæ restitutionem concedendam non esse, à fortiori, in cæteris præscriptionibus 30. scilicet vel 40 annorum, id concludunt: atque ita Menchaca metipse, sic ea omnia ponderauit, vt omni præscriptioni, Immemoriali excepta, conuenirent.

uenirent. Et eodem modo se habuit Fachin. *d.c.* 69. & Sarmient. *lib. 2. d.c. 10* & D. Balboa, *dicta dubitat. 3. n. 64. 65. & 66.* pro hac opinione, quæ verior est, & omnino tenenda (vt dixi) fundamenta nonnulla concludunt (vt cætera dictorum Authorum omittam) Primum, quod communiter sumitur ex textu *in l. vltima, C. de præscrip. longi temporis*, in illis verbis: *Nulla scientia, vel ignorantia spectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio*, his verbis Imperator, non modo voluit, vt præscriptio locum habeat tam contra scientem, quàm contra ignorantem, atque ita restitutionem quamcunque aduersus eam excludit; sed etiam reddit rationem, ex qua, de restitutione in integrum, ex capite ignorantiæ agi non potest; quia si præscriptio ob ignorantiam, restitutione in integrum elideretur, ob eam nouæ lites, & dubitationes orirentur: ergo restitutio aduersus præscriptionem non est concedenda, ex capite ignorantiæ; ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio; aliàs autem, legis ipsius ratio stare non videretur, si restitutio admittatur: pro quo etiam vrget textus, *in authent. mala fidei, C. de præscript. longi temporis*, vrget etiam fortissimè textus, *in l. vnica C. de vsucapione transformanda*, cuius verba, in vsucapione, aut præscriptione semel completa, nullum recursum admittunt, vt constat ibi: *Nullus ad eas reseruatur regressus*, & ibi, *nescientibus dominis*.

Vrget etiam text. *in d. l. sicut, C de præsc.* 30. vel 40. annorum, vbi postquam Imperator dixit, eam præscriptionem contra omnes locum habere, subdit: *Non absentia, non militia, contra eam legem defendenda, sed pupillari ætate dumtaxat, huic eximenda sanctioni.*

Textus quoque, *in l. omnes, C. eod. tit.* vbi dicitur, eum, qui præscripsit, plenissima munitione securum esse. Quod verum non esset, si restitutio in integrum competeret aduersus ipsam præscriptionem, ex capite ignorantiæ. Nec valet dicere, verum esse, quod præscriptio perficiatur contra ignorantem; attamen ex verbis præcisis, & generalibus, non excludi restitutionem, tanquam remedium extraordinarium. Quia hic respondendi modus, non solum cauillosus est, legemque verbis, non rebus impositam redderet, sed etiam manifestè corruit ex verbis *d. l. omnes*: ex alio etiam, quod Arius Pinel. *in d. authent. nisi tricennale, n. 59. versic. tandem hac opinio: folio mihi*, 319. Vrget etiam ratio iuris, inducentis præscriptionem ob bonum publicum magis, ne semper dominia rerum in incerto essent, & vt aliquando litium finis esset, magis, quam in odium negligentis, *l. 1. ff. de vsucapion. l. vlt. ff. pro suo*: & rectè considerauit Fachineus, *in finalibus verbis d. cap* 69. atque ita præferri debet causæ, & vtilitati singulorum, vt sic effectus præscriptionis non rescindatur ex ignorantia partis; prout Pinellus, optimè considerat, *dicto numer. 59. in versicul. vrget 2. ratio iuris.*

Alia quoque vrgent, quæ penes Pinellum, Menchacam, & Fachineum videri possunt. Item & ratio illa, quam Sarmientus considerauit, *d.c.* 10. *n.* 2. quod si restitutio in integrum admitteretur aduersus præscriptionem, frustra præscriptiones essent inductæ, quis enim sciens, rem suam ab alio possideri longo tempore, sileret? vt dominia rerum in incerto non sint, præscriptiones inuentæ sunt, etiam domino inuito, vel ignorante, si enim sciens esset, tam videretur adeo negligere, vt eius præscriptio, voluntate eius processisse videatur.

Fundamentis quoque partis contrariæ, ideo non satisfacio, nec responsum præbeo, quod eisdem Menchaca, & Fachineus, D. quoque Balboa respondeant, *in locis prædictis*.

Nec in contrarium vrget textus *in l. 1. §. si quis propter, ff. de itinere, actúque priuato*, qui pro communi sententia expendi solet; quia textus ille non loquitur de impedimento, quod ex ignorantia procedit, nec de ignorante, sed impedito iusto impedimento, vt inquit Pinellus, *vbi supra, num. 59. in fine, versicul. nec obstat textus*, & addit, quod loquitur tantum de eo, qui vnico anno, iure suo non vtitur, propter ineuitabile impedimentum, veréque non loquitur in præscriptione. Nec est par ratio, tam breuis temporis, ad longum, vel longissimum; in tempore namque vnius anni, vel alio ita breui, cessant absurda, & incommoda quæ resultarent, si longi temporis præscriptio rescinderetur: id autem apertissimè colligitur ex eo textu; inquit namque, quod siquis propter inundationem vsus non sit itinere, actúque, hoc anno, cùm superiore vsus sit, potest repetita die, illo interdicto vti, per in integrum restitutionem, ex illa parte edicti, *si qua mihi iusta causa videbitur*: quod etiam optimè considerauit Menchaca, *d.c. 75. nu. 4.* dicens, quod textus, *in d. §. siquis propter, & in l. si locus, & in l. si partem, ff. quemadmodum seruitut. amittan.* loquuntur in impedimento casuum fortuitorum, qui rarò accidunt, & præuideri, aut caueri non possunt, non sic in impedimento ignorantiæ, quia sæpissimè, imo fere semper contingeret; & præterea præcaueri posset: & addit, quod illud impedimentum, non erat longæui, aut longissimi temporis, ideo admittitur restitutio; non sic in impedimento, quod post tam diutinam possessionem, aut etiam longissimam allegetur. D. autem Ioannes de Balboa, *in dicto cap. vigilanti, dubitatione 3. num. 66. in fine*, dumtaxat respondet, quod textus, *in dicto §. si quis propter* loquitur de impedimento alio, in quo iustè conceditur restitutio, non de impedimento, quod ex ignorantia procedit. Et hactenus de præscriptione longi temporis decem, vel viginti annorum.

Quod attinet verò ad præscriptionem triginta annorum; varij quoque, & contrarij omnino Interpretes nostri extant; nonnulli namque asserunt, præscriptione completa, etiamsi illa sit triginta annorum, ex causa iustæ, & probabilis ignorantiæ, in integrum restitutionem concedendam esse. Alij verò contrarium affirmant, & restitutionem absolutè denegant, & pro vna, & altera parte, fundamenta expendunt; ita sane contrarias opiniones retulerunt Arius Pinellus, *in d. authent. nisi triennale, num. 58. in principio, vsque ad versiculum, maior varietas est.* Menchaca, *controu. illustr. lib. 2. dicto cap. 75. num. 1. vsque ad versiculum. Tertio intelligitur.* Sarmientus, *selectar. libro primo. dicto capit.* 10. *numero primo*, Fachineus, *libro primo, dicto cap.* 69. Barbosa, *in d l. sicut, C. de præscript. 30. vel 40. annorum ex numero 309. folio* 189. *vsque ad numerum* 320. Thesaurus, *dicta decisione* 134. *numero* 3. *&* 5. *&* 8. *&* 10. *&* 15. D. Ioann. de Balboa, *in dicto cap. vigilanti, dubitatione 3. numero 61. & 64. & sequentibus.* 8

Ego sane, semper probaui opinionem eorum, qui arbitrantur, in præscriptione 30. annorum, in integrum restitutionem denegandam esse, nec posse ex capite ignorantiæ concedi, & fundamenta omnia, quæ in præscriptione longi temporis expendi suprà, fortius in hac præscriptione concludunt, & ideo possent in hac repeti; vnde Recentiores omnes nunc relati, constanter, & vere quidem eam tuentur, nec cauillari potest textus, *in dicta l. sicut 3.* duobus modis ponderatus, prout eum ponderat Barbosa *ibi, num.* 312. adeo enim expressè, & fortiter id probat, vt nulla interpretatione, is textus vitari possit.

9 In præscriptione quoque 40. annorum, à fortiori idipsum dicendum est, & restitutio ex capite ignorantiæ deneganda; quamuis contrariæ etiam extent Doctorum sententiæ, & quamplures affirment, aduersus eam præscriptionem, restitutionem in integrum concedendam esse; Alij verò negant, etiam ex capite ignorantiæ concedi posse; sic opiniones has contrarias commemorauit Arius Pinellus *in d. auth. nisi tricennale, n.* 58. *ex versic. maior varietas est*, Barbosa, *in d. l. sicut, n.* 230. *& tribus sequent.* Sarmientus, Menchaca, Fachineos, & D. Balboa *vbi suprà*, Thesaur. *d. decis.* 134 *n.* 4. *&* 6. *&* 10. *&* 15. veriorem tamen esse negatiuam opinionem, & in puncto iuris tenendam omnino ex eisdem Authoribus, & fundamentis ponderatis suprà, deducitur manifestissimè, nec de veritate ambigi valet.

10 Concludimus ergo, præscriptione completa, in omni præscriptione, tam longi temporis, decem scilicet, vel viginti annorum, quam 30. aut quadraginta annorum, & multo magis in ea, quæ immemorialis sit, restitutionem in integrum, ex capite ignorantiæ denegandam esse; & iuridicè, & doctè, sic defendisse Pinellum, Menchacum, Sarmientum, & Fachineum, & contrariam opinionem falsam esse, & Reipublicæ, finique, & intentioni præscriptionum perniciosam. Iuridicè ergo, & rectè asserunt iidem Authores; in puncto iuris, veriorem esse partem negatiuam in omni præscriptione, vt scilicet cesset restitutio, postquam hæ præscriptiones legitimè expletæ fuerunt, ne præscriptio iam perfecta, infecta reddatur, & verè, eorundem fundamenta sic concludunt, vt opiniones contrariæ admitti nullo pacto valeant.

11 Nec etiam probari potest Petri Barbosæ *in d. l. sicut 3. C. de præscrip. 30. vel 40. annor. num.* 406. *&* 307. *fol.* 188. concordia: is enim Aothor, cum retulisset *ex n.* 296 *vsque ad numerum.* 306. opiniones contrarias in eo dubio; vtrū in præscriptione longi temporis, decem scilicet, vel viginti annorum; concedenda sit restitutio ex causa iustæ, & probabilis ignorantiæ; concludit *d. n.* 306. quod hæc restitutio non est passim concedenda, quia sic leges inducentes præscriptionem viderentur impositæ verbis, & non rebus, sed vt concedatur restitutio propter ignorantiam, oportet quòd sit iusta, & probabilis; secus si non esset probabilis, sed supina, vel etiam iniusta, vtpote, quæ procederet ex errore iuris. Coocordia hæc, ideo non admittitur, sed confutatur, quia restitutio indistinctè deneganda est, tametsi ignorantia esset iustissima, & probatissima, atque ex causa absentiæ, vel alia procederet: sic enim expressè probatur in *d. l. finali, C. de præscrip. longi temporis*: dum is text. dicit nullam esse faciendam differentiam, inter scientem, & ignorantem, sed pariter eis nocere præscriptionem: & ratio ista iuris, inducentis vsucapionem, & præscriptionem, ob bonum publicum, ne rerum dominia in incerto, & in suspenso semper essent, in casu veræ, & iustæ ignorantiæ procedit, & loquitur: quod certissimum est.

Et ob eandem rationem reiicienda eiusdem Authoris concordia, *ibid. n.* 313. *vsque ad numer.* 318. cùm enim antea retulisset opiniones contrarias in eo articulo, verum restitutio sit concedenda contra præscriptionem triginta annorum: pro concordia statuit, quod stante temporis intercapedine (vt eius verbis vtar) semper præsumetur in dominio negligentia culposa, ac ob id, ei denegabitur regulariter restitutio. Si tamen ille clarissimè probauerit, nullam culpam, vel negligentiam ei imputari posse, vtique ei succurretur per restitutionem in integrum. Concordia hæc admitti non potest, sed confutari debet ob eandem rationem, & decisiones iurium expressas, qua præcedens; scientiæ enim, vel ignorantiæ nulla ratio, in dictis iuribus habetur, etiamsi colpa, aut negligentia absit omninò; apertè enim datur præscriptio contra ignorantem. Et præscriptiones ipsæ, magis ob booum publicum, quam in odium negligentis inductæ fuere, *vt suprà* dixi. Vndè, exelusa omnino consideratione culpæ, aut negligentiæ, contra scientes, & ignorantes, indistinctè præscriptio procedit, nec prætextu restitutionis, ignorantibus succurritur; vt expressè, & specificè eisdem legibus antea relaris cauetur.

Sed & confutari debent etiam ea, quæ circa 12
quadriennium, intra quod restitutio debet peti, Interpretes quamplores statuerunt, dum existimant quadriennium ipsum esse vtile, & ideo ignoranti non incipere currere nisi à die, quo scieerit læsionem; & sic euenire posse, vt etiam post mille annos, restitutio peti possit; prout horum sententiam latiùs commemorat, & sequutus est Pet. Barbosa, *in dicta l. sicut, ex n.* 325. *vsque ad numerum* 331. Pinellus (qui tamen eam improbat) *in d. authent. nisi tricennale, n.* 59. *versic.* 9. *probatur hac opinio, fol.* 318. *in fine*, Antoo. Thesaur. *decisione Pedemontana* 133. *per totam*, *& decisione* 134. *num.* 4 *&* 15. *vers. infertur tertiò.* Hæc inquam concludenti ratione confutantur; quia cùm præscriptiones, mero iure currant, & procedant aduersus scientes, & ignorantes, nec aliqua iuris parte, per restitutionem in integrum eis sit succursum, nec succurri debeat, ob bonum publicum, & vt litium finis detur; consequens quidem est, nec id euenire posse, quod ex capite excogitatur, nec etiam in dubiom excitari, an quadriennium vtile sit, vel continuum, com absolotè, restitutio ipsa sit deneganda, nec de quadriennio, aot alio tempore agēdum: sic sanè Andr. Fachineus, *in consilio* 30. *ex num.* 30. *vsque ad numerum* 39. rectius contrarium defendit, & eandem, quam probamus, amplectitur sententiam, proot *suprà* retuli, *num.* 1. Thesaurus etiam, *vbi suprà*, in hæc verba: *Infertur tertiò, falsissimam esse illorum sententiam, qui voluerunt, post decursam præscriptionem dari vtile tempus petendi restitutionem, vsque ad centum annos, à qua propterea multi, & quidem magis communiter recesserunt, vt suprà dixi.*

CAPVT

CAPVT XXVI.

In præscriptionibus, quod regulariter requiratur bona fides, titulus, possessio, & quod decursum sit tempus à lege præfinitum, quemadmodum intelligi, atque explicari debeat, tam Cæsareo, quàm Pontificio iure attento.

Bona fides qualiter in tractatu præscriptionis accipiatur, vt bona fide quis præscripsisse dicatur.

Iure Pontificio attento, in omni præscriptione, bona fides exigitur, atque desideratur; quod ius Pontificium, etiam in foro ciuili, & temporali seruandum est.

Authoris mala fides, an, & quando noceat successori ad præscribendum, & an hæres possit continuare, siue inchoare præscriptionem, quando defunctus, rem possidebat cum mala fide.

Bonam fidem non habens, neque malam, sed in medio existens, vtrùm præscribat tempore triginta annorum, non obstante decisione iuris Canonici; & de interpretatione *capit. finalis, de præscriptionibus.*

Bona fides, regulariter præsumitur in omni præscriptione; & quid in præscriptione serultutum? & explicatur *l. finalis, C. vnde vi, & l. si quis diuturno, ff. si seruitus vendicetur.*

In præscriptione temporis immemorialis, an bona fides necessaria sit, & de opinionibus contrariis in proposito.

Sed quod bona fides in dubio præsumatur, secundum vnam, vel alteram opinionem receptum esse.

Nisi de mala fide clarè constaret, aut fortior præsumptio malæ fidei vrgeret.

Præsumptio enim bonæ fidei in dubio, quæ ex immemoriali oritur, in contrarium probationem admittit, etiam per coniecturas, & præsumptiones.

Is, qui penes se habet instrumentum, testamentum, aut aliam dispositionem, præsumitur scire in eis contenta, vt in vera mala fide constituatur, si contra tenorem ipsarum præscribere intendat.

Immemorialem præscriptionem allegans, si producat titulum vitiosum, & iniustum, in mala fide versari videtur.

Quid si alius titulum vitiosum produxerit, aut si de titulo nullo, & vitioso constiterit, quouis modo.

Et vtrùm inspiciendum sit, an titulus talis sit, qui iustam præscribendi causam præstare possit, vel non.

Quid si constet de titulo contrario, an immemorialis præscriptio procedat.

Vel ostendatur eiusdem præscriptionis initiũ vitiosum, seu illegitimum.

Aut per scripturam, vel testes constet, memoriam extare, actumque fuisse contrarium eius, quod præscriptum esse prætenditur.

Siue an vitietur immemorialis præscriptio ex actu contrario, vltra centum annos.

Et quid, si actus contrarius, eius qualitatis est, vt cum ipsa immemoriali præscriptione comparatur.

De titulo vitioso, aut iniusto, vel illegitimo, si appareat, an adhuc immemorialis præscriptio operetur, vt præsumatur, quod quamuis titulus vitiosus productus fuerit, alius validus, & solemnis postmodùm potuerit interuenire.

Ex decisione *l. prima, tit. 21. lib. 9 nouæ c. llect. Regiæ*, ex qua ius percipiendi Tertias, ex rebus omnibus, quæ decimantur, Regibus Hispaniæ competens, declaratur; vtrum inducatur, & probetur mala fides, vt immemorialis præscriptio impediatur, cum omnes scire debeant, se ad solutionem Tertiarum teneri.

Quod est inquirere, an in præscribenda libertate onerum, scientia quòd quis teneatur ad onera, impediat præscriptionem.

Siue an libertas præscribatur etiam ab eo, qui scit se teneri.

Regula, *Qui contra iura mercatur, de regul. iur. in 6.* exornatur, atque illustratur.

Titulus quando in præscriptione sit necessarius.

Quod quinque conclusionibus expeditur.

Quid si ius resistat præscriptioni, aut præsumptio sit contra præscribentem.

Et præscriptio sit immemorialis, & explicatur decisio *cap. primi, de præscript. lib. 6.*

Ad præscriptionem rerum omnium, tam contra priuatos, quàm contra Ecclesias, aut loca pia, & etiam contra Romanam Ecclesiam, & contra Principes; quod tempus requiratur, iuréque statutum fuerit? Præscriptio centenaria, an in effectu sit immemorialis, vel non.

immemorialis præscriptio, quæ dicatur, & quod tempus requirat.

Vbi horum omnium distincta admodum, notabilis etiam & memorabilis traditur resolutio, atque explanatio.

SVMMARIVM.

1 In præscriptionibus, regulariter requiritur bona fides, titulus, possessio, & quod currat tempus à lege præfinitum.

Et possessio, adeo continuata esse debet, vt si interrupta sit, ad præscriptionem non prosit.

2 Præscriptio etiam ipsa, ante litem motam debet esse completa.

3 Bonæ, & malæ fidei possessor, quis dicatur.

Sive bona fides qualiter in tractatu præscriptionis accipiatur, vt bona fide quis præscripsisse dicatur.

4 In præscriptione quòd bona fides requiratur, & intervenire debeat, quemadmodum intelligatur; & numeris sequentibus.

Vbi quod nulla præscriptio considerari potest, stante mala fide.

5 Ad præscribendam etiam servitutem bona fides, necessario, & precisè desideratur atque requiritur.

Et idem generaliter in præscriptione incorporalium.

6 In omni præscriptione requiri bonam fidem, iure civili attento, quemadmodum intelligendum sit.

Cum Interpretes nonnulli, indistinctè id tradiderint; alij verò differentiam constituant inter ius Cæsareum, & Pontificium.

Et iure ipso Cæsareo attento, in vsucapione triennij, & in præscriptione decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, bonam fidem requirant, secus verò in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, in qua solam possessionem sufficere, cum cursu tanti temporis etiam absque bona fide asserunt.

Iure verò Pontificio attento, bonam fidem, indistinctè requirunt.

Alij verò statuerunt, iure ipso civili, sufficere in præscriptione 30. vel 40. annorum bonam fidem, etiam ex iniusta causa procedentem.

Cum tamen in præscriptione decem vel viginti annorum formalis, vera, & positiva bona fides necessaria esset.

7 Hodie ex iuris Pontificij expressa constitutione, præscriptio nulla, cum mala fide procedit.

Sed in omnibus præscriptionibus, nulla excepta, bona fides requiritur, & præcisè necessaria est.

Et quod adsit omni tempore, vsque ad completam præscriptionem.

Et ideo quocunque tempore superveniat mala fides ante perfectam præscriptionem, interrumpitur, & vitiatur præscriptio.

Quidquid aliter de iure civili statutum esset.

Et iuris Pontificij constitutio, qua nulla valet absque bona fide præscriptio, etiam in foro civili & temporali, & non modò in Ecclesiastico servanda est.

Quia cum agitur de materia peccati, ius Canonicum in omni foro servandum est.

8 Mala fides impedit præscriptionem in actionibus personalibus.

9 Statutum disponens vt debitum aliquo certo tempore præscribatur; non valet stante mala fide.

10 Bona fides requiritur in pacto retrovendendi, cum clausula, quandocunque, &c.

11 Et in præscriptione contra fiscum.

12 Et si contrahatur cum minore.

13 Hæres non potest præscriptionem continuare, neque à se ipso inchoare, quando defunctus rem possidebat cum mala fide.

Et de ratione.

Et materia l. cum hæres 11. ff. de diuers. & temporal. præscript.

Et an, & quando, mala fides authoris noceat successori ad præscribendum.

14 Bona & mala fides non sunt ita contrariæ, quod inter eas medium non detur; & medium dari, ex sententia multorum.

15 Et inde infertur ad quæstionem; bonam fidem non habens, neque malam, sed in prædicto medio existens, vtrum præscribat tempore triginta annorum, non obstante decisione iuris Canonici.

Et de opinionibus contrariis in proposito.

Et cap. finalis, de præscript. interpretatione.

Iudicioque, & sententia Authoris in proposito.

16 Verba in dubio accipienda, atque intelligenda sunt in potentiori significatu.

Idque in omni actu, materia, & dispositione.

Et sive legis, sive hominis illa sit.

17 Et applicari debent ei extremo, quod est potentius.

18 Verba in dubio, simpliciter sunt intelligenda, non autem secundum quid.

19 Et de actu simplici, non qualificato.

20 Et de digniori subiecto.

21 In præscriptione, bona fides deduci, & exprimi debet; & infra n. 26.

Sed non est necesse, quod probetur ab actore, cum regulariter præsumatur.

Et explicatur textus in l. finali. C. vnde vi.

22 Bona fides, an in præscriptione servitutum & iurium incorporalium præsumatur, vt ab actore probari non debeat.

Et de opinionibus contrariis in proposito.

Et explicatione textus in l. si quis diuturno, ff. si servitus vendicetur.

23 In præscriptione temporis immemorialis, bona fides necessaria non est, ex sententia quorundam iuris Interpretum.

Et de fundamentis eorum.

Vbi ponderatur etiam decisio textus in cap. 1. de præscriptionibus, lib. 6.

24 Ex veriori tamen, & communiori Doctorum placito, bona fides requiritur præcisè, & necessaria est, sicut in aliis præscriptionibus.

Et de fundamentis huius partis.

Et vera dicti cap. primi, de præscript. lib. 6. interpretatione.

25 Ipsa tamen bona fides, vsque adeo ex temporis immemorialis transcursu præsumitur, vt secundum vnam, vel alteram opinionem præscribens non arctetur vllo modo ad docendum de bona fide.

Inest enim Immemoriali bona fides, & probatur eo ipso, quod de Immemoriali constiterit.

Nec vlla alia probatione opus est.

Imo præsumitur, etiamsi non allegetur.

26 In aliis autem præscriptionibus vltra immemorialem, an bona fides, præcisè allegari debeat, & suprà n. 21.

27 Bonæ fidei præsumptio, quæ ex tempore, sine præscriptio

præscriptione immemoriali oritur, & mala fidei exclusio, procedit in dubio, & in mala fide præsumpta; non autem quando de mala fide clarè constaret.

Et idem quando fortior præsumptio malæ fidei appareret.

Ea enim præualeret præsumptioni bonæ fidei, quæ ex tempore immemoriali resultat.

28 Præsumptio bonæ fidei, quæ oritur ex præsumptione immemoriali, in contrarium probationem admittit.

Idque ex communiori, & veriori Interpretum sententia.

Et de inconstantia Felini in proposito.

29 In præscriptionibus mala fides indiciis, coniecturis, & præsumptionibus probari potest;

Sicut dolus probatur.

30 Is, qui penes se habet instrumentum, testamentum, scripturam, aut aliam dispositionem quamcunque, præsumitur scire in eis contenta, vt in vera mala fide constituatur, si contra tenorem ipsorum præscribere intendat.

Quod exornatur.

31 In immemoriali præscriptione, bona fides non præsumitur, imo de mala fide manifestè constare videtur, quoties is, qui immemorialem præscriptionem allegat, producit titulum vitiosum & iniustum.

Et tunc, cum constet de initio vitioso, nulla præscriptio, nec etiam immemorialis procedit.

Et vide numeris sequentibus.

Et specificè de hoc infra n. 42.

32 Immemorialis præscriptio non procedit, vbi constat, titulum vitiosum dedisse causam præscriptioni.

Et vide infra, n. 36. & sequ.

33 Immemorialis præscriptio non procedit, vbi constat de titulo vero contrario, quia eo ipso constare videtur de vitioso initio præscriptionis.

Et sic habet locum regula cap. finalis, de præscript.

Et proponitur exemplum in his, qui contra maioratus specificas & expressas vocationes, possederunt, & præscriptione se iuuare contendunt.

34 Præsumptio, quæ ex tempore immemoriali resultat, cessat omnino; siue præscriptio immemorialis non operatur, quando apparet titulus nullus, inualidus, & vitiosus, aut illegitimus.

Et eo ipso mala fides arguitur, atque præsumitur.

Idque ex sententia quamplurimorum iuris Interpretum, qui ita indistinctè statuerunt, nec latiùs insistunt, aut aliter non distinguunt.

Loquuntur etiam generaliter, quocunque modo, titulus vitiosus, aut illegitimus appareat, etiamsi ab ipsa parte, quæ Immemoriali se iuuat, productus non sit.

Et numeris sequentibus, plures distinctiones considerantur, & variis casibus distinctis, dilucidè magis res hæc declaratur.

35 And. quoque Fachinei in eodem proposito, an præscriptio immemorialis corruat, & vim amittat, si constet de titulo vitioso, & nullo, sententia, & resolutio contra Menchacam, in medium profertur.

36 Immemorialis præscriptionis authoritas, vis, & effectus, vtrum cesset, si probetur, memoriam extare, vel ostendatur eiusdem præscriptionis initium saltem vitiosum.

Et de communi distinctione, an per scripturam vel testes solum constet, memoriam extare, actumque fuisse contrarium eius, quod præscriptum esse prætenditur.

An verò ostendatur titulus, ex quo constet ipsius præscriptionis initium, inutile tamen, seu vitiosum ac illegitimum.

Et an in primo casu, si factum excedat tempus centum annorum, vel non excedat.

Et de sententia, traditionéque Innocentij, quæ per manus circumfertur quotidie, & vide infra, ex num. 43.

37 Immemorialis præscriptio vtrum corruat, viresque suas amittat, quando actus, qui probatur ipsi præscriptioni contrarius, talis est, vt necessariò ostendat, commentitium ac falsum esse id, quod ex ipsa immemoriali præscriptione probari contenditur.

Quod etiam, quando eius qualitatis est, vt cum ipsa immemoriali præscriptione comparatur.

38 Adducitur Ludouici Molinæ in hac materia, resolutio alia, atque distinctio, quando probatur immemorialis præscriptionis initium, ex titulo inutili, seu vitioso, an is titulus talis sit, qui præstare possit iustam causam præscribendi, an sit vitiosus, & talis, quod iustam causam præscribendi præstare non possit.

39 Multum differre quod detur immemorialis præscriptionis initium, aut quod probetur contrarium actum fuisse, siue id probetur testibus, siue scripturis: quod exornatur num. 41.

40 Immemorialis corruet, si constat de initio.

41 Immemorialis requirit, non esse memoriam principij, & infrà num. 48.

42 Aliorum Interpretum distinctio in hac materia extenditur, an scilicet, ipse, qui immemoriali præscriptione se iuuat, titulum nullum, seu vitiosum produxerit; an verò alius.

De quo etiam suprà num. 31.

43 Immemorialem vitiari ex actu contrario, etiam vltra centum annos, ex sententia quorundam.

Idque contra Innocentium, Molinam, & relatos suprà, num. 36.

Quod probatur, & resolutum suprà, num. 36. admittitur.

Placitúmque aliud eiusdem Ludouici Molinæ commemoratur.

44 Quorundam Interpretum authoritates expenduntur, quæ eò tendunt, vt quamuis producatur titulus nullus, vel iniustus, nihil nocere debeat si immemorialis præscriptio probetur, quæ habet vim tituli.

Quia præsumendum est, postea interuenisse titulum verum & legitimum, propter tantam temporis antiquitatem.

Et quamuis titulus vitiosus productus fuerit, alius validus, & solemnis postea potuit interuenire.

Quæ directò contrariantur traditis suprà, ex n. 32. & num. 37.

45 Et his respondit specificè Pet. Barb prout hic adnotatur.

46 Et adhuc insistit, vrgere videri contra solutionem, textum in cap. primo, de præscription. lib. 6. quem dupliciter expendit, atque inducit.

47 In eodem quoque proposito ponderantur nonnulla, in comprobationem eorum quæ dicuntur suprà num. 44.

Vt scilicet immemorialis temporis cursus, & immemorialis præscriptio, fortem & potentem inducat præsumptionem, quod titulus verus, & legitimus

timus interuenerit, & concessus sit, postea, quamuis nullus, aut vitiosus titulus productus fuerit.

48 *Et Petri Barbosa concordia quadam refertur, ex qua duo casus principales distinguuntur.*

Prout hic adnotatur.

49 *Ex decisione* l. primæ, titulo 21. lib. 9. nouæ collect. Regiæ, *ex qua, ius percipiendi Tertias ex rebus omnibus quæ decimantur, Regibus Hispaniæ competens, declaratur, vtrum in mala fide constituantur in futurum ij, qui ius ipsum præscribere intentant vt à solutione Tertiarum ipsarum se eximere valeant.*

Et consequenter an ex lege ipsa prima, inducatur & probetur mala fides, & immemorialis præscriptio impediatur, cùm omnes scire debeant, se ad solutionem Tertiarum teneri.

Et quod impediatur ex ea lege præscriptio, probatur nonnullis.

Ponderatur etiam regula, Qui contra iura mercatur, de regul. iuris in 6. *& exornatur, atque declaratur n. 54.*

50 *Quod non impediatur, nec mala fides causetur, constanter defenditur, & numer. sequentibus.*

Item quod lex illa limitari, aut restringi non possit ad Immemorialem, antea causatam, & perfectam, quàm lex ipsa condita fuisset.

51 *In præscribenda libertate onerum, scientia, quod quis teneatur ad onera, non impedit præscriptionem, neque causat malam fidem.*

Et libertas præscribitur etiam ab eo, qui scit se teneri.

Et bona fides in his terminis, non obstante scientia, præsumitur.

Idque maximè in possessione 30. annorum, & multo magis in Immemoriali.

Quia ad præscribendum immunitatem, sufficit bona fides præsumpta ex cursu longissimi temporis.

52 *Mala fides non consideratur in eo, qui non fuit interpellatus.*

53 *Bona fides non oritur ex scientia, vel ignorantia rei alienæ, sed ex iusta possessione; iustè autem possidet, qui legis, vel iudicis authoritate possidere cœpit.*

54 *Regula* Qui contra iura mercatur, de regul. iur. in 6. *exornatur, atque illustratur.*

55 *Titulus, quando in præscriptione sit necessarius.*

Quod quinque conclusionibus expeditur, & num. sequenti.

56 *Ius si resistat præscriptioni, aut præsumptio sit contra præscribentem, titulus, & bona fides requiritur ad præscriptionem.*

Nisi fuerit præscriptio immemorialis.

Et exornatur decisio cap. primi, de præscript. lib. 6.

57 *Possessio semper necessaria est ad præscriptionem.*

58 *Præscriptio, etiam per mille annos non procedit absque possessione in corporalibus, & quasi possessione in incorporalibus.*

59 *Præscriptio non procedit, nisi perficiatur tempore à lege præfinito.*

60 *Res mobiles, triennio, immobiles, decem annis inter præsentes, viginti inter absentes vsucapiuntur, aut præscribuntur contra priuatum.*

61 *Iure veteri, Ecclesia contra Ecclesiam præscribebat triginta annorum spatio.*

Hodie quadragenaria præscriptio aduersus Ecclesiam est necessaria.

62 *Quod extenditur ad loca pia, veluti Monasteria, Hospitalia, & ad legata, & donationes ad pias causas.*

Non tamen ad bona Clericorum, qui quoad hoc enumerantur inter personas priuatas.

63 *Vna Ecclesia contra aliam præscribit spatio quadraginta annorum.*

64 *Vsucapio triennalis in rebus mobilibus, & similes præscriptiones, aduersus Ecclesiam admittuntur.*

65 *Centenaria præscriptio necessaria est contra Romanam Ecclesiam.*

66 *Res ad Principes sæculares pertinentes; item libertas, seu immunitas à soluendis indictis, & collectis, quo tempore præscribantur, remissiuè.*

67 *Regalia, Principi reseruata ratione dignitatis, & in signum vniuersalis subiectionis, & dominij, non præscribuntur.*

Quæ verò in patrimonio Regis existunt, & eius qualitatis non sunt, tempore immemoriali præscribuntur.

68 *Immemorialis præscriptionis substantiam, siue essentiam, in eo principaliter consistere, vt initij, & introductionis eius memoria non existat, idque maximè intra centum annos; & suprà, num 40. & 41.*

69 *Præscriptio centenaria, an in effectu sit immemorialis, vel non: & vide num. sequenti ad finem.*

70 *Immemorialis præscriptio, quæ dicatur, & quod tempus requirat.*

Et D. Ioann. Solorzani honorifica mentio, ibidem facta.

PRo dilucida, & distincta *huiusce capitis* explicatione (quod continet quamplura admodùm necessaria, & in vsu forensi quotidiana, & assidua,) & antequam ad immemorialis præscriptionis tractatum deueniam, siue explicem, an, & qualiter requiratur, necessariaque sit bona fides in immemoriali præscriptione, & an in dubio præsumatur, an etiam mala fides immemoriali præscriptioni, sicut cæteris, impedimentum præstet; & consequenter qualis, aut cuius qualitatis debeat esse immemorialis, quæ sicut titulus admittitur, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat, vt *ex dicta l. prima, titulo* 21. *libr.* 9. *noua collect. Regia*, toties repetitum est: meminisse priùs oportebit, atque in memoriam reuocare, necessarium erit primo loco, ex communi Interpretum sententia, in præscriptionibus, regulariter requiri bonam fidem, titulum, possessionem, & quod decursum fuerit tempus legitimum, à lege præfinitum; ita sanè, ex ipsa communi traditione annotauit Didac. Couarr. *in regula, possessor, in initio secundæ partis, in principio, & numeris sequentibus*, vbi dixit, partem fere præcipuam præscriptionis esse tempus, cum ex eo semper constituatur, & repetit *§. primo eiusdem secundæ partis, in principio, & §. 2. & 5. & 6. & 7.* Anton. Pichardus, *ad rubricam, Institution. de vsucapion. numero* 4. *&* 5. vbi obseruat quòd vsucapio, & præscriptio, vt effectum acquisitionis dominij habeat; bona scilicet fides, iustus titulus, & legitima possessio requiritur: & addit inferius *n. 7. pagina* 302. quod in possessione requiritur rei occupatio tempore lege definito; inquit etiam, quod tempus sæpè 1

sæpè variatur, cum in aliquibus rebus breuius, in aliis longius tempus sit necessarium: notauit quoque D. Ioannes de Balboa, *in cap. primo, de præscriptionibus, sub num. 5.* vbi scripsit, quod requisita quædam sunt necessaria legitimæ præscriptionis, sine quibus, præscriptio consistere non potest: bona inquam fides, titulus, vt is scilicet qui possidet, titulo aliquo possideat; quod tamen, non ita indistinctè, neque in omni præscriptione procedit, vt inferius dicam; aliquando namque titulus necessarius non est: possessióque adeò continuata esse debet, vt si interrupta sit, ad vsucapionem, seu præscriptionem non prosit: tempus denique requiritur à lege præfinitum: & repetit D. ipse Balboa, *in cap. de quarta num. 23. eodem titulo.* Idem quoque tradidit Bartolus, *in l. prima, C. de vsucapione transformanda,* Matzarius, *in consilio 31. n. 2.* Bursatus, *in consilio 66. num. 9. lib. 1. & in consilio 330. num. 84. lib. 3.* Fabius Turretus, *in consilio 59.* vbi generaliter proposuit, quòd qui præscriptionem allegat, vt obtinere possit, debet probare titulum, bonam fidem, & traditionem, quando hæc omnia cadere possent in re, de qua agitur, veluti in re immobili; aliàs si essemus in re mobili, vel iuribus; saltem bonam fidem, & titulum; & quod vno ex his deficientibus, deficit præscriptio: quòd etiam interuenire debeat tempus à lege præfinitum, *eodem num. 8. & 9.* annotauit; & addit *num. 10.* quod in præscriptione obtinere desiderans, debet probare, præscriptionem esse decursam, & completam ante motam litem: quod notauit Bartol. *in l. Celsus, n. 27. ff. de vsucapionib.* Bald. *in l. finali, in 15. oppositione, C. de edicto Diui Adriani tollendo,* alios plures retulit ipse Turretus, Hondedus etiam *in consil. 82. num. 45. lib. primo,* quattuor etiam requisita prædicta commemorauit Cardinalis Tuschus, *tom. 6. litera P. conclusione 528. folio 388.* & ante alios tradidit Balbus *de præscriptionibus, secunda parte tertia partis principalis, quæst. 1. per totam, fol. 59.* vbi prætermittit, quatuor requiri ad præscriptionem rerum corporalium, titulum, bonam fidem, traditionē, vel aliquid quod habeatur loco traditionis; & possessionem continuatam, absque interruptione per tempus à lege definitum, & dicit, hæc probari *in l. 2. & in l. diuina, & in l. super longi, C. de præscriptione longi temporis, & in l. nullo, C. de rei vendicat.* iuncta *l. 3. & l. sine possessione, ff. de vsucapionib. & in principio Institut. de vsucapion.* & concludit; quod septem requisita ad præscriptionem longi temporis, quæ alij Authores notarunt, in effectu comprehenduntur in prædictis quatuor, & quod quinque notauit Paulus Castrensis, *in l. Celsus, circa finem, ff. de vsucapionib.* notauit etiam Gilkenius, *de præscription. 2. partis principalis, membro primo, ex folio 125.*

De singulis suo ordine videamus; ac primo loco, de bona fide. Bonæ autem & malæ fidei possessor quis dicatur; post alios plures explicauit Cardinalis Tuschus, *tom. 6. litera P. conclus. 522.* bona fides in hoc tractatu, nihil aliud est, quam secura, sincera, & illæsa conscientia iustæ possessionis; ita sanè post Did. Couarr. Ioann. Garciam, Otoman. 6. in Berrucium, Præteum, Reuard. & Corasium, obseruauit Anton. Pichardus, *ad rubricam, Institut. de vsucapion. num. 5. pag. 301.* Didac. autem Couarr. *in regula, possessor, secunda parte § 6.* vbi citatur per Pichardum; singulariter id explicauit, & quid sit bona fides, interpretatus est, dicens, quod bona fides est iudicium illud priuatum, quo quisque de rebus propriis diiudicat secum, particulariter quidem de omnibus propriis actionibus moralibus: quamobrem, in hac parte, fides pro conscientia adsumitur, & conscientia credulitas quædam est, præterea iudicium examinans actiones nostras, qua ratione, quoties quis actum agit contra conscientiam, & aduersus id, quod priuatum eius iudicium dictat, dolo quidem, non bona fide vtitur. Vnde ad discernendum alicuius bonam, vel malam fidem, respiciendā est vniuscuiusque propria, non alterius conscientia, vel opinio, *l. prima, § Iulianus, ff. de itinere, actúque priuato,* quo fit, vt is dicatur, bona fide possidere, bona fide contrahere, qui credit se iustè id facere, & vt dicitur, nullum habens in corde figmentum, nec dolum, *l. qui à quolibet, ff. de contrahend. emption. l. bona fidei emptor ff. de verborum significat.* is verò, qui corde aliud credit, quam quod dicarit, is inquam mala fide possidet, & contrahit, *l. res bona, ff. de contrahend. emption. l. bonam fidem, C. de actionib. & obligat.* hactenus Didac. Couarru. cui in effectu conuenit Ioannes Garcia, *de expensis, & meliorat. capit. 23. numer. 9. & 10.* vbi eum commemorat, & rem ipsam eleganter explicat. Et primò quærit, bona fides, in quem sensum accipiatur? & inquit; quod diuersimodè accipi solet, prout *ibi* videri potest: & *numer. 11.* quod attinet ad præscriptionem, & fructuum acquisitionem, bonam fidem dici, id est, bonum iudicium, vt fides iudicium sit, quo quisque de rebus suis secū iudicat tacitus, an ad se pertineat, vel non: isque bonam fidem habere dicitur, qui in hoc priuato, & tacito iudicio, conscientiam rei alienæ nullam reperit: ille verò malam, qui conscientiam rei alienæ reperit: itaque is, qui iustè secum deliberans, & iudicans, omnino credit rem ad se pertinere, is possessor est bonæ fidei: & quod attinet ad malam fidem, vel bonam, conscientia inquirenda est; neque enim potest oriri vera mala fides, à iure iudicij; quo fit, vt cōtestatio & denuntiatio fictè mala fides sint, nō verè: neque enim statim quod rem à me petas; sic existimare debeo rem ad te pertinere, si nihil aliud adferas, & ostendas; neque enim ex opinione tua, qui petis, sed ex mea pendet isthæc mala fides, *ex l. prima, § Iulianus scribit, ff. de itinere, actuque priuato;* neque enim potest verè à iure induci mala fides, cùm in facto consistat, hoc est, in conscientia mea, *l. bona fides, ff. de acquirer. dominio.* Et hæc latiùs ipse Ioann. Garcia exornat *ibi,* vbi videri poterit, & per Balbum, *de præscription. secunda parte tertia principalis, quæstione prima, folio mihi 102. & 103.* vbi etiam explicat, quid sit bona, vel mala fides, & consequenter, quis dicatur bonæ, vel malæ fidei possessor? & concludit, quod bona fides dicitur ignorantia rei alienæ, & è contra mala fides, scientia, vel notitia rei alienæ, & sic bonæ fidei possessor dicitur, qui se possidere ignorat alienum, malæ fidei verò, qui scientiam habet rei alienæ, vt dicitur *in capit. si virgo, 33. quæstione 2. & in l. bonæ fidei, ff. de verbor. signification.* vbi dicitur, quod bonæ fidei emptor esse videtur, qui ignorauit rem alienam esse, aut eum, qui vendidit, putauit ius vendendi habere, & *in l. si quis fundum, ff. de acquirend. possession.* & latiùs *ibi* prosequitur, latissimè etiam Gilkenius, *de præscription. part. 2. membro 2. capite primo, ex folio 299.* qui primo loco præmittit, bonam fidem in omni vsucapione

pione necessariam esse. Item in præscriptione longi temporis; statim autem, num. 9. fol. 300. statuit breuissimè, nec relatos Authores commemorat, quod bona fides in tractatu præscriptionis dicitur illæsa rei alienæ conscientia.

4 Remanet ergo, certum esse, quod ad tuendam vsucapionem, & præscriptionem, inter alia requiritur, & desideratur præcisè bona fides, idque ostendunt infinita ferè iura, l. si aliena 10. l. si is qui pro emptore 15. §. si quis bona, l. Celsus 27. l. si fur, 32. §. si fur, l. potest 36 l. si existimans 48 ff. de vsucapionibus l. 2. ff. pro emptore, l. si ancillam, ff. pro suo l. 2. l. emptor, C. de præscript. longi temporis, l. si quis emptionis, C. de præscrip. 30. vel 40 annorum, l. vnica, C. de vsucapion. transform. l. si fundum, C. de rei vendicat. in principio, Instit. de vsucapion. capit. vigilanti, cap. si diligenti, capit. vltimo. de præscription. cap. primo, eodem titul. lib. 6. regula, possessor, de regul. iur. lib. 6. l. 9. & l. 12. titulo 29. partita 3. atque ex communi Doctorum sententia tradiderunt, cum aliis multis Didac. Couarr. in dicta regula, possessor 2. parte, §. 6. ex numero primo, cum sequentibus, Balbus, in loco relato suprà, Bernardus Diax, regula 578. Mascardus, de probat. conclusione 1214. num. 3. & 4 & 19. & 42. 43. 44. & 56. Cephalus, in consilio 102. numero 18. libro primo, & in consilio 700. numero 25. libro 5. Triberius Decianus, in consilio 13. numero 57. libro secundo, & in consilio 108. numero 30. lib. 3. Hippolytus Riminaldus, in consilio 339. lib. 3. Peregrinus de iure fisci, libro 6. titulo 8. numero 11. Francisc. Beccius, Bursatus, & Caualcanus, cum quibus Fabius Turretus, in consil. 59. num. 1. lib. 1. vbi concludit, quod nulla præscriptio considerari, aut procedere potest, stante mala fide, Anton. Galeat. Maluassia, in consilio 87. num. 21. & sequentibus, & in consilio 95. num. 31. & 35. & in consilio 105. num. 25. & in consilio 106. num. 20. lib. 1. Achilles Pedrocha, in consilio 46. ex num. 357. Doctor Pichardus, ad principium, de vsucapion. Instit. num. 5. Giltenius, de præscript. part. 2. membro primo, cap. 1. num. 1. folio 125. & membro 2. cap. 1. num. 1. fol. 299. & eiusdem partis 2. membro 3. cap. 1. num. 1 fol. 394. D. Ioannes de Balboa, in cap. 1. de præscript. num. 5. in principio, & in cap. de quarta, quæstione 2. num. 3.
5 & 23. eodem titulo, & num. 32. vbi addit, quod ad præscribendam seruitutem, bona fides necessariò requiritur, l. 2. C. de seruit. & aqua. Atque ita, quod is, qui possidet, non vi, non clam, non precario possideat, l. si quis diuturno, ff. si seruit. vendicet. nam is, qui vi, clam, aut precario possidet, mala fide possidet. Et ita tenuisse Doctores communiter, & cum Padilla, alios plures, quos refert dicto num. 32. vbi de articulo hoc seruitutis videri potest, & per Mascardum, de probat. tom. 3. conclusione 1215. ex num. 15. vbi ex communi Doctorum sententia resoluit, quod in præscriptione rerum incorporalium est requisitum, quòd necessariò probari debet bona fides, quæ in incorporalibus non præsumitur, nisi probetur; quoniam præscribens seruitutem, habet præsumptionem iuris contra se, argumento l. vltima. C. vnde vi. quælibet enim res præsumitur libera, nisi de seruitute probetur, vt in l. altius. C. de seruit. & aqua. vnde constare debet de bona fide, sed non requiritur, quod constet de titulo, in incorporalibus enim non est necesse, vt probetur titulus, vt in l. si quis diuturno: vbi omnes Scribentes notant, ff. si seruitus vendicetur. Idque latiùs explicat, atque comprobat ex dicto num. 15. vsque ad num. 20. idem etiam, quod scilicet bona fides necessaria sit in præscriptione, notarunt Menchaca, Balbus, & Couarr. Cardosus, Pat. Ludou. Molina, Escobar, quos refert, & ita notauit Augustinus Barbosa, in collectan. ad Decretales, in cap. vltimo, de præscript. num. 3. folio mihi 604. qui inde infert, quod possessor malæ fidei, nullo vnquam tempore præscribit. Et citat Balbum, Couarr. Ant. Gabriel. Mexiam, Ludou. Molinam, Bonacos. & Mascardum, & octo modis ampliat ex num. 5. vsque ad numerum 15.

6 Et ij omnes indistinctè asserunt, in omni præscriptione, bonam fidem necessariam esse: quod hodie attento iure Canonico, cui standum est in hoc, vt statim dicetur, securè procedit: attento tamen Cæsareo iure, distinguendum est, & differentia constituenda inter ius ipsum, & ius Canonicum, prout alij constituunt, atque distinguunt. Alij verò obseruarunt, iure ipso Cæsareo, sufficere in præscriptione 30. vel 40. annorum, bonam fidem, etiam ex iniusta causa procedentem; cum tamen in præscriptione decem, vel viginti annorum, formalis, vera, & positiua bona fides necessaria esset: obtinuit tamen, & communiori Interpretum placito receptum est, in vsucapione triennali, & in præscriptione decem, vel viginti annorum, formalem, & veram bonam fidem necessariam esse, in præscriptione autem 30. vel 40. annorum non requiri: & ita resoluunt Didac. Couarr. in dicta regula, possessor, 2. parte, § 6. Anton. Pichardus, in principio Instit. de vsucapionibus, num. 5. Menchaca, controu. illustrium libro 2. cap. 81. numero 1. Tuschus, tom. 7. litera. T. conclusione 40. num. 38. folio 23. Pet. Barbosa, in rubrica, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, ex numero decimosexto, atque ex num. 44. vsque ad numerum 66. & num. 288. Maschardus, de probat. tom. 3. conclusione 1214. num. 3. D. Ioan. de Balboa, in cap. sacrorum, & in capit. de quarta. de præscript. quæstione secunda, numero trigesimo sexto, Balbus etiam, de præscript. secunda parte, tertiæ principalis, quæst. 7. ex folio 111. n. 1. & 2. in proposito dubio, an in omni præscriptione requiratur bona fides, inquit faciendam esse distinctionem inter ius Ciuile, & Canonicum: nam de iure Ciuili, in vsucapione triennij, & in præscriptione decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, requiritur præcisè bona fides, & in hoc vtrumque ius concordat. In præscriptione verò triginta, vel 40. annorum de iure Ciuili non requiritur bona fides, sed sufficit sola possessio, cum cursu tanti temporis; & tanto tempore omnis actio, & omne ius tollitur, & omnes præscribunt, etiam fures, & prædones: l. sicut, l. omnes, & l. cum notissimi, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, iuncta l. prima. §. ad hæc, C. de annali except. iure tamen Pontificio, bona fides requiritur indistinctè in omni præscriptione, vt statim dicam. Et idipsum resoluit Giltenius, de præscrip. parte secunda, membro 1. cap. 1. num. 2. & 3. fol. 299. vbi in præscriptione longi temporis, bona fides necessaria est, sicut in omni præscriptione. In præscriptione vero 30. vel 40. annorum bona fides iure Ciuili necessaria non est, de iure verò Canonico præcisè requiritur. Et hoc est certissimum, & sæpe à Barbosa repetitum, latiúsque exornatum in locis relatis suprà.

7 Hodie verò, vt dixi, iuris Ciuilis dispositione prædicta, & alia quacumque correcta, ex iuris Pontificij expressa constitutione, præscriptio

ptio nulla cum mala fide procedit, sed in omnibus præsctiptionibus, nulla execpta, bona fides requiritur, & præcisè necellaria est. Et quòd adsit omni tempore, vsque ad completam ptæscriptionem. Et ideo quocunque tempore superueniat mala fides, ante perfectam præscriptionem, ioterrumpitur, & vitiatur præscriptio; quidqoid aliter de iure Ciuili statutum esset, & iuris Pontificij constitutio, qua nulla valet absque booa fide præscriptio, etiam in foro Ciuili, & tempotali, & non modo in Ecclesiastico seruanda est; quia cùm agatur de materia peccati, ius Caoonicum, in omni foro setuandum est; & ita probatur *in cap. vigilanti, & in capite vltimo, de præscriptionibus*, vbi expresse dicitur, quod opottet, vt qui præscribit, in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ; & superiora omnia ita cum aliis plutibus Authoribus notarunt, atque comprobarunt Balbus, *de præscriptionibus, secunda parte tertia partis principalis, quæstione septima per totam, folio* 127. *&* 128. Mascardus, *de probationibus, conclusione* 1214. *numero quarto & 42.* Petrus Barbosa, *in rubrica, C. de præscriptionibus 30. vel 40. annorum, numero 39. & quatuor sequentibus, folio 25. in fine, & 26. in principio, & numero 50. eodem folio 26. & numero 64. & 65. folio 28. & numero 103. & 139. cum sequentibus, & numero* 288. Fabius Turretus, *in consilio 59. numero primo & secundo*, Hondedus, *consilio 82. ex numero 38. libro* 1. Anton. Galeat. Maluassia, *in consilio* 87. *ex numero* 21. Menochius, *in consilio* 143. *numero* 11. Antonius Pichardus, *in §. diutina 9. numero 7. de vsucapionibus, folio* 316. Gilrenius, *de præscriptionib. parte* 2. *membro* 2. *capit. 1. num. 3.* Augustin. Basbosa, *in collectanea ad Decretales, in dicto capitulo vltimo, de præscription. ex numero 3. vsque ad numerum 12. fol.* 64. vbi *numero* 5. qood id, quod dicitur, bonam fidem necessariam esse in præscriptione, & possessorem malæ fidei nullo vnquam tempore præscribere, procedit non solum in foro Ecclesiastico, sed etiam in foro temporali: procedit etiam in præscriptione immemoriali,
8 prout *ibi, num* 6. & latiùs probabitur infrà; procedit etiam in actionibus personalibus, qoia mala fides impedit præscriptionem, prout *ibi,*
9 *numer.* 7. & quod statutum disponens, vt debitum, aliquo certo tempore præscribatur, noo va-
10 let, stante mala fide; prout *ibi, numer.* 8. & quod bona fides requiritur in pacto retrouendendi, cum clausula, *quandocunque, &c.* prout etiam *ibi,*
11 *num.* 9. & io præscriptione contra fiscum, prout *ibi, num.* 11. etsi contrahatur cum minore, vt etiam *ibi, num.* 12. ac denique inquit ipse Barbo-
12 sa, *numer.* 10. quod procedit in hærede, qui non potest præsctiptionem continuare, neque à se ipso inchoare, quando defunctus possidebat cum mala fide: quod latiùs comprobat, & refert alios Authores, & allegat textum, *in l. cum hæres, ff. de diuers. temporal. præscript.* qui ptobat, quod hæres illius, qui rem possidebat cum mala fide, non poterit præscribere, etiamsi ipse bonam fidem habeat: & materiam latè explicant, & an, & quando, mala fides anthoris oocear successori ad præscribendum; Lndou. Molina, *de Hispanor. primogen. lib. 2. capit. 6. ex numer. 70. cum sequentibus*, Anton. Galeat. Maluassia, *in consilio 87. numer. 23. &* 24. Aud. Fachin. *lib. 8. cap.* 27. Fabius Turretus, *in consilio 59. ex numer.* 4. Hondedus, *in consil 82. ex numer. 46. lib.* 1. Anton. Pichard. *in §. furtiua, ex numer. 12. pag. 309. & in §. diutina, num. 8 pagin. 317. de vsucapion.* & commendo Pet. Barbosam, *in rubrica, C. de præscript. 30 vel 40. annor. ex nu. 210 fol. 10. vsque ad n.* 278. est etiam videndus D. Ioann. de Balboa, *in cap. vigilanti, 5. dubitatione, ex n. 90. vsque ad num.* 112.

Illud quidem memorabile est, & ad explicationem *dicti c. vltimi, de præscript.* omninò necessarium, quod tradit Barbosa, *in dict. rubrica, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, ex num.*
44. fol. 26. vsque ad num. 66. inquit namque quod 15
boua, & mala fides, non sunt ita contraria, vt inter eas non detur medium, imò datur medium quoddam quod nec sit bona fides, neque mala: neque enim sequitur, quis non babet bonam fidem, ergo habet malam, cum possit esse in prædicto medio; vt in simili probatur *in l. 1. §. scientiam, ff. de tribut. act.* provt comptobat *d. n. 45. 46. & 47.* & infert *n. 48.* quòd non habens bonam, neque malam fidem, sed in prædicto medio existens, præscribere poterit tempore 30. annor. non obstante dispositione iuris Canonici, prout latiùs *ibi* fundat, & repetit *ex n. 52.* & cum argum. in contrarium proposuissit, *n. 50. & 51* ei satisfaceit, responsumque præbet, *ex dicto numero 52. & numero 60. cum sequentibus*, inquit non obstare textum, *in dicto capite vltimo, de præscriptionibus*, ex quo requiri videtur in omni præscriptione bona fides positiua; quia textus ille non debet intelligi de bona fide positiua, sed potius de bona fide, largè, & impropriè dicta; quatenus dicitur bona fides per abnegationem malæ fidei: quod denotat apertè, dum dicit, quod præscribens non habeat conscientiam rei alienæ, atque ita ex his verbis deelarari debent verba præcedentia *eiusdem capitis*, vt dum videtur requirere bonam fidem, exponatur de ea bona fide, quæ consistit in ignoraotia rei alienæ, etiamsi ex iniusta eausa procedat, non verò intelligatur de bona fide formali, & positiua: qoia hæc non est necessaria in præscriptione longissimi temporis, sed sufficit medium inter bonam, & malam fidem, etiam iure Canonico attento, vt latiùs prosequitur *vsque ad numerum. 66.* & pro hac resolotione citat Authores nonnullos, Castrensem inquam, Cæpolam, Beroinm, Aleiat. Federic. Scotum, Balbum, & Menchacam.

Verè tamen negari non potest, quin resolutio prædicta difficultatem habeat, & considerationе, atque declaratione indigeat: cùm enim iure Pontificio, atque ex clara decisione *dicti capit. finalis, de præscription.* bona fides indistinctè, atque simpliciter exigatur, atque ita positiuè exigi videatur; sicuti præsupponunt pro certo Bartol. Paul. Castrens. Guid. Pap. Balbus, Parisius, & Probus ad Monachum, quos *num.* 50. idem Barbosa retulit, & vbi est necessaria bona fides positiuè, non sufficiat illud medium, quod bonam fidem positiuè non inducit, res admodum dubia redditur, & videtur, quòd si positiuè bona fides non interueniat, præscriptio hodie procedere non possit, iure ipso Canonico attento: quod magis probarunt, & receptum dixerunt Ruinus, Parisius, & Couarru. quos refert idem Barbos. *vbi supra, numero* 51. idque vel eo magis, quod interpretatio ad text. *in dicto capite finali, de præscriptionibus*

concludere non videatur, imo conuinci, ex decisione *eiusdem capitis finalis*, ibi: *Vt nullu valeat absque bona fide præscriptio.* Si ergo proponimus quæstionem, supponendo neque bonam, neque malam fidem adesse, prout Barbosa, & cæteri eius opinionis Authores supponunt, non verificatur assumptum illud bonæ fidei præcisum, nec verba illa verificantur, *absque bona fide*, quæ in potentiori significatu accipi debent, atque ita de vera, & positiua bona fide, & de digniori subiecto; vt quis scilicet credat omnino rem ad se pertinere, & iustam habere possessionis causam. Verba namque in dubio accipienda, atque intelligenda sunt in potentiori significatu. Idque in omni actu, materia, & dispositione. Et siue legis, siue hominis illa sit. Et applicari debent ei extremo, quod est potentius. Simpliciter quoque sunt intelligenda, non autem secundum quid, & de actu simplici, non qualificato. Et de digniori subiecto; prout hæc, & alia similia, iure, & authoritate latiùs exornaui, atque comprobaui *in commentariis tomi 4. capite 39. numero primo, secundo & tertio, & numero* 11. 12. 13. & 14. Vndè merito contrariam opinionem amplectuntur, ab eodem Barbosa relati; vt *supra* notaui: amplectitur etiam Didaeus Couarruuias *in dicta regula. possessor, secunda parte*, §.7. videndus *numero* 2. & 3. & *numer.* 6. & 7.

Illud etiam commoniter receptum est, quod qui præscriptionem allegat, bonam fidem exprimere & deducere debet, idest, dicere se bona fide possedisse, & præscripsisse; quod probatur apertè *ex l.Celsus, ff. de vsucapionibus, & l. 2. C.de vsucapionibus, & l. 2. C. de præscriptionibus longi temporis*, atque ex commoni Doctorum sententia tradidit Mascardus, *de probationibus tomo tertio, conclusione* 1214. *numero* 42. qui dicit, id præsertim procedere de iure Canonico, & in vtroque foro, & Ciuili, & Ecclesiastico; vt *in cap. vigilanti, & capit. vltimo, de præscript. & in capit. possessor, de regul. iuris, libro* 6. & addit *numero* 43. quod hæc bona fides, non est necesse quòd probetur ab actore, cum regulariter præsumatur; prout tenent quamplures *ibi* relati, & reddit rationem *num.* 44. quod etiam tenuerunt Couar. *in regul. possessor.* 2. *p.* §. 8. *numer.* 2. Menchac. *controuers. illustr. lib.* 2. *c.* 81. *numero* 4. *folio mihi* 73. vbi citat permultos, & eum communi defendit, quod in dubio bona fides præsumitur; Cauallinus, *milleloquio* 475. Menochius, *libro tertio, præsumptione* 130. Augustin. Barbosa, *in collect. ad Decretales, in d. cap. vltimo, de præscript. numero* 14. *folio* 605. D. Ioannes de Balboa, *in capit. vigilanti* 5. *de præscript. dubitatione* 5. *numero* 84. vbi quod bona fides, quæ necessaria est ad præscriptionem, in dubio præsumitur, nisi contrarium probetur, & etiam, si nullus probetur titulus in eo, qui possidet, cum bona fides, absque titulo contingere possit. Et improbat opinionem contrariam, quod bona fides, nunquam sit præsumenda sine titulo, nec eam probare textum, *in l.fin. C.vnde vi*; loquitur namque is textus de eo, qui scit rem, quam possidet, suam non esse, quo casu tenebitur credere rem alterius esse, vt indicant illa verba: *Omnes autem scire debent, quod suum non est, hoc ad alios, modis omnibus pertinere.* At verò illo qui credit, rem ab eo possessam, propriam esse, in bona fide esse præsumendum est: deficit enim in eo casu, *prædicta l. finalis* ratio, ob quam mala fides præsumitur. Et addit, de intellectu *dicta l. finalis*, videndos Couar. Roderic. Xuarez, Anton. Gomez. Ripam, Rubeum, Cuiacium, & Fachineum, *in locis ibi relatis*: Faebineus autem, *libro octauo, capite* 32. *folio mihi* 1026. quo loco citatur, ex sententia Innocentij, Baldi, Imolæ, Felini, & Ruini, contrarium constanter tuetur, imò quod bona fides ad præscriptionem necessaria, non præsumatur, cùm titulum non habet, & hanc partem latè fundat, & contrariæ opinionis fundamentis satisfaciat, responsúmque præbet; & explicat text. *in d. l. finali, C. vnde liberi*, vbi videri poterit.

In præscriptione autem seruitutum, & iu- 22
rium incorporalium, quod bona fides, quæ necessaria est, non præsumator, nisi probetur, cum aliis pluribus Authoribus resoluit Mascardus, *de probation. tom.* 3. *conclusione* 1215. *numer.* 15. & tenuerunt etiam Ioannes Corasius, Padilla, & alij, quos refert Ioannes de Balboa, *in capite tertio, & in cap. de quarta, de præscription. quæst.* 2. *numer.* 33. vbi tria præcipoa huius opinionis fundamenta expendit; & *numer.* 34. contrariam opinionem constanter defendit, & fundamentis partis contrariæ respondet *numer.* 35. & explicat textum *in l. si quis diuturno, ff. si seruitus vendicetur*, vbi videri poterit, & per Mascardum, *vbi supra, ex dicto numero* 55. *vsque ad numerum* 20. Et hactenus de primo requisito, in præscriptionibus necessario, quod scilicet bona fides interueniat; quam etiam in præscriptione immemoriali requiri, ex sententia quorundam retuli suprà.

Cæterum, vt dilucidè, & accuratè magis id explicetur, cùm ad nostrum tractatum omninò pertineat, & lex Regia Tertiarum, quæ est *dicta l. prima, tit.* 21. *lib.* 9. de immemoriali egerit, eámque sicut titulum admiserit, vt quis à solutione Tertiarum se eximere valeat; meminisse
oportebit, ex sententia quorundam iuris Inter- 23
pretum, bonam fidem in præscriptione temporis immemorialis necessariam non esse; quia immemorialis (vt sæpè repertum est) vim habet tituli, priuilegij, iuris constituti; concessionis, legis, & veritatis; & ita tenuerunt Salicet. Bald. Cardinalis, Alexand. Iacobin. Ias. Decius Chassaneus, Ioann. Zenobius de Vbaldis, Boërius, quos pro hac parte retulerunt Anton. Gabriel, *commun. conclusion. lib.* 5. *titulo de præscript. conclusione prima, numero* 55. Menchaca, *controuer. illustr. lib.* 2. *cap.* 81. *numer.* 10. And. Fachineus, *controuers. iur. lib.* 8. *c.* 26. *in principio, pag.* 1018. plures etiam Authores dicentes, quod in præscriptione tanti temporis, bona fides non requiratur; refert Mascard. *de probat. tom.* 3. *conclusione* 1214. *num.* 45. Pet. Surd. *in consil.* 234. *num.* 33. Otalor. *de nobilitate, tertia partis, cap.* 7. *n.* 15. *folio* 111. Ioan. Garcia, *de expens. & meliorat. cap.* 9. *num.* 22. Bursat. *in consilio* 127. *num.* 30. *lib.* 2. alios etiam, pro eadem opinione citat Barbosa, *in rubric. c. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. num.* 322. & 323. & 324. *fol.* 42. vbi nonnulla fundamenta adducit, videlicet, quod per tempus immemoriale tollitur omnis præsumptio malæ fidei, quantumcunque vrgens sit, vt probatur *in c.* 1. *de præscript. lib.* 6. ergo post illud tempus non debet audiri, qui allegat malam fide præscribentis, vt per Iason. *in consi.* 209. *col.* 2. *ad medium, lib.* 2. item & à fortiori, quod per cursum triginta an-

norum

niorum purgatur omnis præsumptio malæ fidei; & retrò præsumitur bona, vt per Bartol. *in l. final. num.* 17. per illum tex. *C. vnde vi*, vt non audiatur allegans malam fidem præscribentis, vt per Afflict. & Probum, *ibi* relatos. Et idem est, non adesse malam fidem, vel de ea opponi non posse, vt per Glossam finalem, *in l qui habebat, ff. de manum. testam.* & hactenus Barbos. Pro eadem opinione, quod bona fides non requiratur in præscriptione immemoriali, pondero fundamentum illud Fachinei, relatum *suprà*, quod immemorialis habet vim tituli, priuilegij, iuris constituti, & veritatis, in eo autem, qui titulum, & veritatem, pro se habet, bona fides inquirenda non videtur, cùm titulus ipse, & veritas, omnia necessaria supponat; habet etiam vim legis, *l. 1. §. final. ff. de aqua plu. arcend.* ibi: *Vetustatem, legis vicem obtinere*: is autem, qui ex lege possidet, adeo iustè possidet, vt de eius bona fide inquirendum non sit aliquo modo. Tertiò pro eadem parte vrget tex. *in d. c. 1. de prescrip. lib. 6.* vbi Romanus Pontifex ante alia præmittit, bonam fidem in præscriptionibus necessariam esse; titulum verò, quando ius resistit; statim autem subiicit: *Nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cuius initij memoria non extiterit*, quasi velit significare, in præscriptionibus temporis immemorialis; nec titulum, nec bonam fidem desiderari. Item vrget quod antiqua, quorum origo memoriam hominum excesserit, nullum genus probationis admittunt, præter probationem famæ; & ideò sola fama sufficit, absque aliis adminiculis; sicuti cum Glossa, Baldo, Felino, Lambertino, Tiraquello, Afflicto, Parisio, Ruino, Menchaca, & Dueñas, notauit, & in terminis quæstionis præsentis hoc fundamentum ponderauit Doctor Ioannes de Balboa, *in cap. vigilanti, & cap. si diligenti, de præscript. n.* 44.

24 Contrariam tamen opinionem, imò quod in præscriptione immemoriali, bona fides desideretur, & necessaria sit, sicut in cæteris præscriptionibus, & verior est, & communior, & omnino tenenda, sicuti voluit Glossa, *in dict. capite primo, de præscription. lib. 6. in verbo, nisi*, & *ibi* Francus, *versic. 2. nota*: & tenuerunt Bald. Abbas, Angel. Aretin. Ioan. Anton. Alex. Guid. Pap. Calcaneus, Socinus, Zazius, Decius, Afflict. Balbus, Roch. Anchar. Ripa, Palac. Rub. Paris. & Crau. quos retulit Anton. Gabr. *lib. 5. d. concl. 1. de præscript. num.* 55. Mascard. *d. conclus.* 1214. *numer.* 46. And. Fachin. *lib. 8. d. c.* 26. *in fine, & in consilio* 30. *num.* 34. & 35. *lib.* 1. Couar. *in regula, possessor, 2. p. §. 8. num.* 4. Peregr. *de iure fisci, lib. 6. tit. 8. nu.* 12. *per totum*, Menochius, *in consil.* 1050. *num.* 3. *lib.* 11. Menchaca, *controu. illustr. lib. 2. dec.* 81. *num.* 10. *fol. mihi* 74. vbi quod hæc opinio, longè verior est, & receptior, & citat plures Authores ita tenentes, Seraph. Oliuar. *decision.* 707. *num. 6. part.* 1. Tusch. *tom. 6. littera P. concl.* 521. *num.* 31. Gilrenius, *de præscript. p. 2. membr. 2. cap. 1. num. 4. & 5. & 6. & 7. fol. mihi* 299. & 300. vbi contrarias opiniones commemorat, & hanc vltimam, quod bona fides necessaria sit, magis probauit; & pro ea retulit Glossam, Philip. Francum, Angel. Aretin. Schneid. Zazium, Afflict. Capyc. Crauettam, Felinum, Rubeum, Carissium, Couarru. Bald. sibi contrarium, Balbum, Ripam, Parisium, Anton. Gabriel, & Mascardum, eandem etiam opinionem firmiter amplectuntur Ottalora, *dicto tertia partis, capite septimo*,

numero 16. Petr. Barbosa, *ad rubricam, C. de præscriptionib.* 30. *vel* 40. *annorum, numero* 325. *folio* 42. vbi citat pro hac parte Ripam, Nattam, Rotam Auenionen. Octauianum, Mascardum, Nauarrum, Crauettam, Anton. Gabriel, Peregrinum, Lambertengum, Couarruuiam, Menchacam, & Hippolitum Riminaldum; & antea idem Barbosa, *in ipsa rubrica, numero* 81. idem notauit, vbi etiam retulit Socinum, Ioann. Garciam, & Menochium, ita tenentes. Et tenuerunt etiam Rolandus, *in consilio sexto, numero* 42. & 43. *volumine tertio*, Decianus, *in consilio* 108. *ex numero* 39. *volumine tertio*, Ludouicus Molina, *de Hispanorum primogenitis, libro secundo, capite sexto, numero* 67. vbi quod immemorialis præscriptio, cum mala fide non procedit, & quod ita probat textus, sic communiter, atque indifferenter ab omnibus intellectus, *in cap. vltimo, de præscriptionib.* prout tenent permulti Authores, *ibi* relati, Plotus, *in consilio* 43. *num.* 17. vbi concludit, istud habere locum etiam in præscriptione annorum mille: Bursat. *in consilio* 23. *numero* 19. *volum. primo*, Crauetta, *in consilio* 871. *numero* 22. *volumin.* 5. & priùs *in consilio* 146. *numero* 2. *cum tribus sequentibus*, vbi quamplurimas authoritates adducit, & de communi testatur. Asserit quoque malam fidem opponi posse, non tantum vsque ad triginta annos, sed milia milium. Et quicquid disponat ius Ciuile, in hoc seruandum esse ius Canonicum; & eum refert Pedrocha, *dicto consil.* 36. *num.* 359. & 360. & *numeris sequentibus* ponderauit nonnulla, ex quibus mala fides arguitur, & præsumitur. Eandem denique sententiam, quod in præscriptione immemoriali bona fides requiratur, & necessaria sit, sicut in omnibus aliis præscriptionibus, cum aliis Authoribus amplectuntur, Hippolyt. Riminald. *in consilio* 214. *num.* 66. *lib.* 1. Hieronym. Gabriel, *in consil* 163. *num.* 17. *lib.* 1. Hondedeus, *in consilio* 82. *num.* 42. *lib.* 1. D. Anguianus, *de legibus, libro 2. controuersia* 20. *ex numero* 41. vbi contrarias adducit opiniones. Salgad. *de Regia protectione, prima parte, capit. 1. num.* 14. & 3. *parte, capite* 10. *numero* 282. D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libro primo, capite* 19. *numero* 19. & *decisione* 114. *numero* 40. & 44. D. Ioannes de Balboa, *ad titulum de præscriptionibus, in cap. vigilanti, & capit. si diligenti, numero* 45. & 46. & 52. D. Ioann. Solorzanus. *de iure Indiarum, lib. 3. c. 3. n.* 78. & 79.

Huius posterioris sententiæ, quæ verissima est, & omnino amplectenda, fundamenta, ad duo principaliter reduxit And. Fachineus, *controuers. lib. 8. d. c.* 26 & illud à ratione, aliud à iuris dispositione deduxit. Ratio in eo consistit, quod omne, quod non est ex fide, peccatum est, vt ait Apostolus, tantóque sunt grauiora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, vt dicebat Romanus Pontifex, *in capite vltimo, de consuetudine*, ergo qui est in mala fide, rem alienam detinens, peccat; nec poterat absque peccato, legis beneficium obtinere, præscriptionem inducentis: omni enim constitutioni derogandum est, quæ absque peccato seruari non potest, vt dicitur *in dicto cap. vltimo, de præscript.* Ius etiam est perspicuum in hoc casu, nam nullam præscriptionem, absque bona fide valere, deciditur *in d. c. vigilanti, & in d. c. vlt. de præscript.* si nulla præscriptio valet, igitur nec immemorialis: & concludit Fachineus metipse, quod sine ratione, siue iure,

aut authoritate certandum sit, sententia contraria reiicienda est, & hæc vltima amplectenda. D. etiam Ioan. de Balboa, *in d. c. vigilanti, & c. si diligenti, de præscript. dubitat. 2. num.* 45. duo expendit fundamenta, pro ipsa sententia communi: Primum *ex d. c. vigilanti* 5. *& c. si diligenti* 17. vbi malæ fidei possessores indistinctè excluduntur, & admittuntur dumtaxat bonæ fidei possessores. Secundum, *ex d. c. vltim.* ibi: *Nulla valeat absque bona fide præscriptio,* quæ verba sunt vniuersalia negatiua, atque ita comprehendunt omnem, & quamcunque præscriptionem, etiam immemorialem, nec immemorialis excipi potest ab eis verbis, cum dictum fuerit, *nulla, &c.* nec obstat textus, *in d. c. 1. de præsc. lib. 6.* vbi cum Romanus Pontifex statuisset, in præscriptionibus, bonam fidem necessariam esse; titulum verò, quando ius commune resistit, inquit statim, *nisi tanti temporis allegetur præscriptio, &c.* Quasi particula illa, *nisi,* denotare videatur, quod quando immemorialis adest præscriptio, nec titulus, nec bona fides necessaria est, prout induxi *suprà.* Quia respondetur, id, quod de bona fide prætermittitur *in initio eius textus*, semper saluum, & illæsum manere, cum semper bona fides, iure Pontificio sit requisita, ideireò, verba prædicta, *nisi tanti temporis, &c.* non posse referri ad bonam fidem, quæ iu omni præscriptione desideratur, sed dumtaxat ad titulum, qui de iure Canonico necessarius non est, nisi quando ius resistit. Id tamen in præscriptione immemoriali non procedit, ex singulari eius textus decisione, quoniam immemorialis temporis transcursus, potentissimus est, & efficit, vt titulus, & melior titulus, qui de iure excogitari possit, præsumatur. Et habet vim tituli, priuilegij, concessionis, & veritatis, vt sæpè repertum est. Fundamentis etiam aliis, quæ pro contraria parte ponderata fuere suprà, vel vno tantum verbo responderi potest, immemorialis scilicet præscriptionis virtutem, efficaciam, & effectus, ita demum operari, & admitti, si bona fides semper præsupponatur, quæ iure ipso Pontificio, indistinctè, & semper desideratur, & etiam in immemoriali præscriptione, vt dictum est, & *in dicto capite vltimo* probatur. Et hoc responsum securius, & congruentius videtur, quam illud, quod Doctor ipse Ioann. de Balboa tradidit, *in dicto cap. vigilanti, dubitatione 2. num.* 45. dum dixit, quod iuxta prædictam opinionem, quam defendimus, debent intelligi textus, *in dicta l. prima, §. finali, ff. de aqua pluuia arcenda, & in dicta lege, hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana & æstiua*, in omnibus enim, bona fides præsupponenda est; verè namque, iure illo Digestorum attento, siue iuris Ciuilis principiis consideratis, bona fides in eis iuribus ita præsupponi non possit, cum etiam per cursum 30. vel 40. annorum tollatur omnis præsumptio malæ fidei, & retrò præsumatur bona fides, siue bona ipsa fides necessaria non sit, sicuti specificè notauit Pet. de Barbosa, *in dicta rubrica, C. de præscriptione 30. vel 40. annorum, ex num.* 39. *atque ex num.* 64. *& num.* 96. & dixi *supra,* & repetit ipse Author, *num.* 324. aliud est dicere, prout dici posset per Authorem prædictum, ea iura, ex ipsius iuris Pontificij expressa constitutione, ita demum hodie procedere, & locum obtinere posse, & immemorialis temporis cursu, vim tituli, & concessionis habere, si hodie bona fides semper præsupponatur, quæ eodem iure Pontificio indistinctè desideratur atque requiritur.

Sanè bona fides, vsque adeò ex temporis immemorialis transcursu præsumitur, vt secundum vnam, vel alteram opinionem, præscribens non arctetur vllo modo ad docendum de bona fide, inest enim immemoriali ipsi bona fides, & probatur eo ipso, quod de immemoriali constiterit, nec vlla alia probatione opus est; iuxta veriorem ergo, & communiorem opinionem, quam defendimus, etiam in immemoriali præscriptione, bona fides desideratur, & necessaria est; itavt si de mala fide, medio aliquo, à iure approbato, clarè constiterit, immemorialis ipsa non operetur, vt statim dicemus; in dubio autem, ex tanti temporis transcursu, bona fides præsumitur, nec aliqua probatione indiget, vt dixi, & ita procedere potest opinio prima, relata *supra, num.* 23. & cum Alexandro, Ripa, Curtio, Bertrando, & Parisio, sic concludit Anton. Gabriel, *commun. conclusion. lib. 5. dict. tit. de præscript. conclusion. 1. num.* 56. vbi sic scribit: *Hoc autem certum est secundum vnam, vel secundum alteram opinionem, quod præscribens non arctatur ad docendum de bona fide,* & id ipsum, ex sententia communi, quod scilicet bona fides præsumatur, & pluribus Authoribus relatis, tenuerunt Mascardus, *de probat. tom. 1. conclus.* 224. *num.* 25. *& tom. 3. conclus.* 1214. *num.* 54. *& sequ. & conclusione* 1472. *num.* 18. Otalora, *de nobilitate, tertia partis cap. 7. num.* 16. Ioann. Gutierrez, *practicarum lib. 3. quæst. 14. num.* 20. Rolandus, *in cons.* 89. *num.* 36. *lib.* 2. Burgos de Paz, *in consilio* 55. *num.* 33. vbi ex sententia aliorum resoluit, quod possessione immemoriali probata, præsumitur titulus, & bona fides, & purgatur quælibet præsumptio, quæ fuerit in contrarium, per text. *in dicto cap. 1. de præscript. lib. 6.* Azeued. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. num.* 23. *& in l. 1. tit. 15. lib. 4. num.* 19. Pet. Surd. *in cons.* 234. *ex num.* 30. *lib.* 2. Pereg. *de iure fisci, lib. 6. tit. 8. num.* 12. Ioann. And. Georgius, *allegation. feudali, cap. 28. num.* 12. Achilles Pedrocha, *in consil.* 36. *num.* 376. *& seqq. fol.* 233. Tuschus, *tom. 7. littera T. concl. 40. ex num. 45. fol.* 21. Petrus Barbosa, *in rubrica, C. de præscript. 30. vel 40. annor. num.* 327. *& tribus seqq. fol.* 43. vbi quod tempus immemoriale purgat omnem præsumptionem malæ fidei, quantumcunque vrgentissimam, & consequenter, omni alij præsumptioni præfertur, ac proinde, in præscriptione immemoriali non arctatur quis allegare, vel probare bonam fidem, quia iure præsumitur, prout latiùs *ibi*; & ego metipse ita quoque notaui *in commentariis tom. 5. cap. 93. §. 8. numer.* 39. In aliis autem præscriptioni-
bus, vltra immemorialem, an bona fides præci- 26
sè allegari debeat, explicaui *sup. num.* 21. vbi resolui, quod bona fides deduci, & exprimi debet, sed non est necesse, quod probetur ab actore, cùm regulariter præsumatur, & vide Mascardum, *dicta conclusione* 1214. *num.* 48. *& tribus seqq.* vbi declarat.

Explicatur autem, atque limitatur quod di- 27
ctum est, bonam fidem in præscriptione immemoriali præsumi; vt non procedat duobus in casibus, per Anton. Gabrielem, *dicta conclusione prima, de præscriptionibus*, post Felinum, Crauetam, & Boërium consideratis, *idque, num.* 57. *&* 58. vbi in hunc modum reliquit scriptum: *Declara supradicta, quia bene verum est, quod cursus longi temporis excludit præsumptionem malæ fidei,*

sed

sed hoc intelligitur in mala fide præsumpta; secus autem, quando mala fides vera probaretur, vel per instrumentum, vel per testes, seu per alias legitimas probationes; nam tunc illa vera mala fides nunquam tollitur, vel purgatur per aliquem temporis cursum: quam declarationem amplia idem esse, etiamsi fortior præsumptio malæ fidei appareret, quæ præualeret præsumptioni bonæ fidei, resultanti ex temporis antiquitate: ita Felinus, &c. Hactenus Anton. Gabriel, cui cum aliis Authoribus conuenit Mascardus, *tomo 3. conclusione* 1214. *numero* 54. 55. *&* 56. Peregrinus, *libro sexto, titulo octauo, numero* 12. *& libro primo, titulo secundo, numero* 65. Tuschus, *tomo sexto littera P. conclusione* 550. *numero* 32. *folio* 42. *& tomo septimo, conclusione* 40. *ex numero* 76. *vsque ad numerum* 84. *folio* 21. *in fine*, *&* 23. vbi quod præscriptio etiam immemorialis non procedit, quando constat clarè de de mala fide; ad quod citat *numero* 77. Hostiensem, Ioann. Andream, Geminian. Bertachinum, Francum, Balbum, Crauetam, Anton. Gabriel. Osascum, Parisium, Rolandum, Menochium, Afflict. Decianum, Riminaldum, Mandellum de Alba, & Hondedum: & *numero* 83. *dicta conclusione* 40. Tuschus ipse sic concludit: *Declara, quia vera, & communis conclusio est; quod de iure Canonico non præscribitur cum mala fide, quia inest peccatum; & ius Canonicum non permittit, quod peccatum nutriatur, vel conseruetur: sed de iure Ciuili, bene purgatur mala fides per tempus immemoriale; & ideò, quando constat verè de mala fide, non datur præscriptio, etiam per mille annos: quando vero est solum præsumptio malæ fidei, tunc bene tollitur illa præsumptio per lapsum temporis immemorialis, nisi fortior sit præsumptio malæ fidei; ita Craueta dicto consilio* 146. *Respondi de iure, per totum, vbi tollit omnia contraria.* Hactenus Tuschus, qui (vt vides) rectè, atque ex communi Scribentium sententia constituit, quod præsumptio bonæ fidei, quæ ex temporis immemorialis cursu oritur, non procedit quando de mala fide clarè constaret; & idem, quando fortior præsumptio malæ fidei appareret, ea enim præualeret præsumptioni bonæ fidei, quæ ex tempore immemoriali resultat: & conuenit etiam post Glossam, Crauetam, Parisium, Lofredum, & Peregrinum, Mastrillus, *de magistratibus, libro primo, capite* 19. *numero vigesimonono*, vbi inquit, quod si mala fides, manifestè probaretur per instrumentum, vel testes, vel alias probationes, Immemorialis nihil operaretur: Salgadus *de Regia protectione, parte* 3. *capit.* 10. *numero* 285. *& duobus sequentibus, folio* 155. vbi citat Riccium, Lofredum, Balbum, Mynsingerum, & alios: Petrus Barbosa, *ad rubricam C. de præscription.* 30. *vel* 40. *annorum, numero* 103. *folio* 22. vbi etiam post Crauetam, & Lambertengum, quòd si de vera mala fide clarè constiterit, tunc nullo tempore, etiam immemoriali, præscriptio procedit; & repetit *numero* 336. *folio* 44. vbi quod quando constat de vera mala fide, procedit decisio textus *in dicto capite vltimo de præscription.* etiam in præscriptione immemoriali; & citat Cranet. Anton. Gabriel. Hippolyt. Riminald. Mascardum, Valascum, Caualcanum, Peregrinum, Alciatum, Nauarrum, & Rotam Auenionen. Idem etiam notauit Achilles Pedrocha, *in consilio* 36. *ex numero* 376. *vsque ad numerum* 382. *folio* 231. vbi inquit, quod licet ex tanti temporis, immemorialis scilicet cursu, præsumatur bona fides, imò etiam ex minori temporis spatio; istud non est perpetuum, sed tantum procedit in dubio; non autem, quando apparet de mala fide; 28
sicuti tenent Authores per multi, *ibi* relati: & addit, inhærendum non esse Felini sententiæ, affirmantis, ex memorata præscriptione, præsumptionem iuris & de iure oriri, vt probationi in contrarium locus non sit, cùm in hoc, parum sibi constans fuerit ipse Felinus, & oppositum firmauerit *in cap. de quarta, num.* 41. *versiculo*, 2. *& versiculo, vel* 3. *de præscript.* & vltra eum, Glossa penultima, *in cap.* 1. *de præscript. lib.* 6. Cæpola, Parisius, Philip. Franc. Afflict. Zazius, & alij, quos *ibi* refert, *num.* 378. & est addendus Pet. Barbosa, *in rubrica, C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annorum, num* 360. *fol.* 46. vbi etiam improbat Felinum, *in cap. cum nobis, num.* 7. *de præsumption.* dicentem, quod præscriptio immemorialis inducit præsumptionem iuris & de iure, aduersus quem non admittitur probatio in contrarium, & habet vim priuilegij, & inquit, quod istud procederet, si quis directò negaret, hanc præscriptionem habere vim tituli, & concessionis; sed per indirectum potest allegari, in ea præscriptione non concurrisse necessaria, vt præscriptio immemorialis habeat prædictos effectus, vt in simili tradunt Glossa, Craueta, & Octauianus, *ibi* relati: vide etiam Anguianum *de legibus*, *lib.* 2. *controuersiar.* 20. *ex num.* 40 vbi duas opiniones contrarias adducit, & eas explicat.

Quamuis autem Barbosa metipse, *in eadem rubrica, numero* 103. *&* 336. ita confusè loqui videatur, quod probationem præsumptiuam, siue quod de mala fide constet præsumptiuè, contra immemorialem præscriptionem non admittat, vt eius vim aliquo modo elidat; attamen statim apertissimè se explicat, *num.* 337. *& sequentibus*, *folio* 44. & admittit sufficere, quod præsumptiuè constet de mala fide: inquirit enim quando dicatur constare de mala fide, verè, vel præsumptiuè, & inquit, quod cùm 29
mala fides in animo consistat, coniecturis, & præsumptionibus tantùm probari potest, prout etiam dicimus in dolo; qui cùm in animo consistat, tantùm coniecturis probari potest: *l. dolum, C. de dolo*, quæ similitudo ideo maximè amplectenda est, quia dolus, & mala fides, à pari procedunt, ita vt in quibus casibus præsumitur dolus, in eisdem præsumatur & mala fides. Vnde infert ipse Barbosa, *numero* 340. quod quemadmodum dolus manifestus censetur probatus, quando sunt manifesta indicia doli, *dicta l. dolum*; si autem non sint manifesta, dicatur præsumptiuè probatus; pariter & mala fides vera, censetur probata per manifesta indicia, aliàs dicetur præsumpta, vt in terminis notauit Ruinus *ibi* relatus, & Menochius, *casu* 225. *num.* 1. Mascar. *conclusion.* 1003. *num.* 63. & practicam opponendi malam fidem proponit Mascardus, quem etiam *ibi* refert Barbosa. Idem etiam, quod scilicet mala fides, in materia præscriptionum probetur coniecturis, & præ- 50
sumptionibus, specificè adnotauit, & exempla nonnulla adduxit Achilles Pedrocha, *in consilio* 36. *ex num.* 365. *cum sequentibus*; exempla etiam proponit ipse Barbosa, *in dicta rubrica, ex numero* 341. *folio* 44. *vsque ad numerum* 348. dicens, quod ille, qui habet penes se instrumentum, creditur illud legisse, & in eo contenta perscrutatus, adeo quòd non audiatur, si

contrarium dicat; *l. non est ferendus, ff. de transact.* & notarunt Bald. Alexand. Afflict. & Ancharan. *ibi* relati, ipseque Ancharanus tradidit, quod is, apud quem depositur testamentum, credetur omnia in eo contenta sciuisse, & perlegisse; & inde infert idem Barbosa, quod si aliquis penes se habet instrumentum, & vult præscribere vltra contenta in eo, is vtique dicetur habere veram malam fidem, cùm per manifestum indicium id ostendatur, & ideo præscribere non potest; sicuti in terminis tenuerunt relati *ibi, numero* 343. Similiter, ille, apud quem reperitur testamentum, quo legata sint relicta, non poterit præscribere prædicta legata, quia eius mala fides videtur manifesta, vt per relatos *ibi, num.* 344. & *num.* 345. generalem regulam constituit, quod is, qui habet penes se scripturam, & vult contra contenta in ea præscribere, non poterit, quia non potest prætendere iustam ignorantiam, sed supinam. Refert etiam, *num.* 346. Crauetam dicentem, quod si ex instrumento constat, bona esse communia inter aliquos, contra tenorem instrumenti, nulla potest prætendi præscriptio. Et concludit *num.* 347. quod in maioratu, in quo vocatur primogenitus, ille qui instrumentum penes se habuit, vel aliàs illius habuit notitiam, non poterit præscribere vt in eo succedat, quamuis non sit primogenitus, vel non sit de familia vocata, vt per Decianum *ibi* relatum.

31 Hactenus Pet. Barbosa, qui *ex num.* 348. *cum multis sequentibus, ex fol.* 45. aliud exemplum proponit malæ fidei veræ, & manifestæ, & inquit, in immemoriali præscriptione bonam fidem non præsumi, imò de mala fide manifesta constare videri, quoties possessor, aut is, qui immemorialem præscriptionem allegat, produceit titulum vitiosum, & iniustum; & tunc, cùm constet de initio vitioso, nullam procedere præscriptionem, etiam immemorialem; & citat Ancharanum, Castrensem, Crauetam, Natiam, Parisium, Rolandum, Menchacam, Octauianum, Caualcan. Peregrinum, Molinam, & Mascardum, sic tenentes; & addit *numero* 349. generale esse, quod vbi constat, titulum vitiosum dedisse causam præscriptioni, illa non habet locum, etiamsi immemorialis sit;
32 & refert Crauetam, Decianum, Palac. Rubi. Couart. Rebuffum, & Ludou. Molinam, sic notantes; reperir etiam idem Barbosa, *in eadem rubrica, ex num.* 391. *vsque ad num.* 396. *fol.* 49. vbi scribit aliud exemplum manifestæ, aut veræ malæ fidei esse, quando ostenditur instrumentum maioratus, in quo ad illius successio-
33 nem certæ personæ sint vocatæ, & nihilominus aliæ diuersæ prætendant successionem maioratus præscripsisse, aduersus iure in prædicto instrumento vocatos: nam cùm ex instrumento maioratus constet, hos mala fide possidere, nullo tempore præscribent; vt per Authores *ibi* relatos *num.* 391. quia cùm constet de titulo vero contrario, videtur etiam constare de vitioso initio præscriptionis, & sic locum habet regula *dicti capit. vltimi, de præscript.* ex sententia quorumdam, quos *ibidem* refert; & in effectu, in titulo vero contrario idem statuit, quod in titulo vitioso & iniusto antea tradiderat.

34 Idem quoque, & generaliter, quamuis ab ipsa parte, quæ immemoriali præscriptione se iuuat, titulus vitiosus, aut contrarius productus non sit, quod præsumptio bonæ fidei, & aliorum effectuum, quæ oritur ex tempore, siua præscriptione immemoriali, nihil operetur, nec locum obtineat, quando apparet titulus nullus, aut vitiosus, vel inualidus, aut illegitimus; solo Crauetta relato, notauit Anton. Gabriel, *dicta conclusione prima, de præscriptionibus, num.* 53. Peregrinus etiam, *de iure fisci, libro sexto, titulo octauo, num.* 25. *per totum, fol.* 148. vbi multorum Authorum allegatione, & authoritate, id comprobat: & reddit rationem, quia ex præscriptione immemoriali, titulus præsumitur; & verus, & iustus, quoniam præscriptio veritati comparatur; cùm autem, titulus inualidus, & vitiosus produeitur, omnis præsumptio cessat, & veritati apparenti cedit. Citat etiam Paul. Castrens. dicentem, quod licèt in antiquis, solemnitas extrinseca præsumatur, ad validitatem gestorum; fallit tamen, quando producitur instrumentum, in quo enuntiatur solemnitas, quæ apparet minus legitima; prout latiùs *ibi* D. Garcia Mastrillus, *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 28. *fol.* 76. vbi inquit, quod, vbi titulus apparet inualidus, præscriptio immemorialis non prodest, cùm cessare videatur præsumptio, quæ oritur ex tempore immemoriali, & citat Crauetam, Bellameram, Decianum, & Camillum de Curte, qui ita specificè obseruarunt. Obseruauit etiam Pelaez à Mieres *de maioratu, quarta parte, quæstione* 20. *numero* 151. *fol.* 129. vbi quod tempus immemoriale non haber vim tituli, quando apparet de titulo vitioso, & citat Castrensem, Bellameram, Crauetam, Couart. Syluanum, Menochium, Curtium, Gregor. Lopez, Auendañum, Antonium Gabriel, Mascardum, Puteum, Redoanum, & Ludouic. Molinam, *libr.* 2. *cap.* 6. *num.* 75. qui ita concludunt. Concludit quoque Bardellonius, *in consilio* 47. vbi vide, *lib.* 1. Achilles Pedrocha, *in consilio* 36. *ex num.* 381. *& tribus sequentibus*, vbi quod præscriptio temporis immemorialis, & præsumptio, quæ ex eo oritur, non habet locum, quando constat de titulo vitioso ab initio. Et antea statuerat *numero* 365. *& duobus sequentibus*, quod ex titulo improbato, & vitioso, mala fides arguitur: Cardinalis Tuschus, *tomo sexto litera P. conclusione* 550. *num* 45. *fol.* 413. vbi post Crauetam, quem citat, quod quando exhibetur titulus vitiosus, vel qui præstat malam fidem, non potest allegari, nec prodest præscriptio immemorialis; & *tom.* 7. *littera T. conclusione* 40. *num.* 113. *fol.* 24. *&* 25. vbi quod nihil operatur tempus immemoriale, etiam vltra centum annos, quando apparet de initio vitioso, vel titulus non bonus apparet: Carol. Ruinus, *in consilio* 75. *ex num.* 5. *cum sequentibus, lib.* 1. *& in consilio* 156. *eodem lib.* Hippolyt. Riminaldus, *in consilio* 36. *ex numero* 17. *lib.* 1. *& in consilio* 257. *ex num.* 43. *lib.* 2. Ioann. Vincent. Hondedeus, *in consilio* 82. *num.* 43. *lib.* 1. vbi in hunc modum scribit: *Et quod, quando constat titulum, ex quo quis possedisse asserit, esse iniustum, seu nullum, non possit aliqua præscriptione defendi, etiam si allegetur temporis immemorialis, firmat Anton. de Butrio in capite, peruenit, de censibus: vbi dicit, Cauendum esse in practica, ne allegans præscriptionem ex possessione temporis immemorialis, allegat aliquem titulum, sed simpliciter dicat, possedisse ex iusta causa: nam si titulum allegaret, qui detegeretur iniustus, seu inualidus, constaret de mala fide, & præscriptio non*

per

per tempus immemoriale cucurrisset : quam opinionem sequuntur etiam Parisius, consilio 27. num. 119. & consil. 114. num. 9. & sequentibus lib. 1. Paul. de Castro consilio 423. num. 2. versic. nec obstat : libr. 2. Craueta, consilio 290. num. 6. libr. 2. Menochius de retinend. possession. remedio 3. num. 368. & sequentibus, vbi Alex. Plot. & alios allegat : Alciatus, consilio 164. num. 4. versiculo : Sed his non obstantibus. Hactenus Hondedeus; cuius specificam mentionem facit, & id ipsum, quod de titulo nullo, aut inualido, seu vitioso dictum est, comprobat Stephanus Gratianus, *tom. 3. disceptation. forens. cap. 441. num. 17. 18. & 19. fol. 90.* Salgadus etiam, *de Regia protectione, prima parte, cap. 1. num. 32. fol. 12.* vbi quod immemorialis præscriptio, seu consuetudo, non suffragatur, nec vllam præsumptionem inducit, quoties euidenter apparet de inualido, aut iniusto titulo, & iniquo principio, quamuis legitimè sit probata; imò quod mala fides, eo ipso præsumitur, quæ immemoriali impedimentum præstat, & citat Parisium, Mieres, Auendañum, Hieronym. Gonçalez, Triuizan. Riccium, Verallum, Crescent. & Puteum, ita tenentes.

35 Idem quoque tenuit And. Fachineus, *controuersiar. iuris, libr. 8. cap. 33. fol. 1027.* vbi disputat, vtrùm præscriptio temporis immemorialis corruat, & vires amittat, si constet de titulo vitioso, & nullo; & reiecta opinione contraria, quam Menchaca relatus *ibi*, defendit, eiúsque fundamentis adductis suo ordine satisfacit; constanter tuetur, immemorialem corruere omnino, siue vires non habere, si constet de titulo vitioso, aut nullo; nam licèt maxima sit vis temporis immemorialis; verumtamen, si veritas ipsa detegatur, prout detegitur cùm apparet de titulo nullo, aut vitioso, cedere debet veritati; prout latiùs *ibi* videri poterit.

36 Ludou. autem Molina, *de Hispanor. primog. lib. 2. cap. 6. ex num. 60. vsque ad num. 76.* vt explicaret articulum prædictum, quando probatur immemorialis præscriptionis initium ex titulo inutili, seu vitioso, aut quando titulus inualidus, & illegitimus apparet; an immemorialis ipsa præscriptio vitietur; an etiam, eiusdem authoritas, vis, & effectus cesset, si probetur, memoriam extare; subdistinguendum esse putauit, siue plures distinctiones fecit, & casus plures singulariter considerauit. Primus casus est, quando non constat de initio possessionis, aut de titulo vitioso, siue quod ex titulo vitioso, initium præscriptio sumpserit, sed producitur scriptura aliqua antiqua, ex qua, memoria contraria, aut possessio contraria probatur, siue quod aliquo tempore contrarium obseruatum fuerit. Secundus casus est, quando constat, possessionem initium sumpsisse, & continuatam fuisse ex vi alicuius tituli, qui erat vitiosus, & illegitimus. Et ita hos duos casus considerauit, *dicto num. 60.* vbi proponit quæstionem in hunc modum, vt cum immemorialis præscriptionis authoritas deficiat, si probetur, memoriam extare, vel ostendatur eiusdem præscriptionis initium, quod vitiosum sit, ac eius qualitatis, vt omnes possessores in mala fide constituat: & pro huius quæstionis resolutione, duas principales species considerat; nam aut ostenditur scriptura, seu quæuis alia probatio, ex qua solum constet, memoriam extare, actúmque fuisse contrarium eius, quod præscriptum esse prætenditur; aut ostenditur titulus, ex quo constet ipsius præscriptionis initium, inutile tamen, seu vitiosum, ac illegitimum.

In prima specie, quando scilicet ostenditur scriptura, vel alia probatio, ex qua constet memoriam extare, actúmque fuisse contrarium; veluti si appareat bona, ex quibus maioratus institutus est, aliquando libera, atque diuisibilia fuisse, vel aliquid aliud simile præscriptioni contrarium; subdistinguit Molina, nam aut factum hoc est recens, nec tempus centum annorum excedit, aut est antiquum, exceditque tempus centum annorum: si factum sit recens, nec tempus centum annorum excedat, dicendum putat, probationem istam, immemorialem præscriptionem elidere: cum enim ad immemorialis præscriptionis probationem requiratur, quòd probetur memoriam non extare, vt *in l. 2. §. idem Labeo ait, si in agro*, ibi: *Aut cuius memoria non extat, ff. de aqua pluuia arcend. l. hoc iure, §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & astiu.* ibi: *Cuius origo memoriam excesserit*, consequens est, vt constito memoriam extare, præcipuè citra centum annos, immemorialis præscriptionis probatio excludatur, prout *ibi* comprobat. Si vero factum hoc, de quo constat per testes, seu per scripturam, antiquissimum sit, & vltra centum annorum spatium contigisse probetur, tunc tale factum antiquissimum, ipsi præscriptioni contrarium, immemorialem præscriptionem, legitimè, ac cum omnibus qualitatibus, iure communi, & Regio requisitis probatam non excludet: non enim dici potest, hodie memoriam extare ex eo, quod vltra centum annos, aliquid præscriptioni contrarium factum fuerit, cùm vita, ac etiam hominum memoria, solum per centum annos durare præsumatur: *l. an vsusfructus. ff de vsufructu, l. finali, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, ideóque, immemorialem præscriptionem non excludi ex eo, quod probentur actus præscriptioni contrarij, qui vltra centum annos contigerunt, dixit Innocentius, *in cap. veniens, de verb. signific. lib. 6. num. 2.* vbi inquit, quod præscriptio immemorialis excluditur, si probetur, à centum annis citra, contrarium actum fuisse; secus autem, si probetur vltra centum annos, vel à ducentis annis citra, id actum esse: ex hac namque probatione, non cessat immemorialis præscriptionis authoritas. Et Innocentij dictum sequuntur Speculator, Anton. de Butrio, Ioann. And. Philip. Franc. Alex. Crau. & Conar. quos *ibi* refert Molin. qui ipse, *sub. num. 61. in versic. cum autem hic articulus*, aduersus hanc resolutionem, duas proponit difficultates. Prima est, quod ex hac opinione, videatur probari ea opinio, quam *numeris præcedentibus* impugnauerat, quod scilicet centenaria præscriptio sit eadem cum immemoriali. Cum enim immemorialem præscriptionem non elidat contrarius actus, quia centum annis vltrà probatur, ex eo consequitur, quod in effectu immemorialis præscriptio, centenaria est. Alioquin namque contrarius actus, etiam vltra centum annos probatus, immemorialem præscriptionem elideret, cùm ea, non solum tempus centum annorum, sed tempus etiam infinitum præsupponat. Secunda difficultas est, quod lex 41. *Tauri*. præcisè requirit, quod in immemoriali præscriptione probetur, testes, ac etiam maiores eorundem, nunquam audiuisse; seu vidisse contrarium,

absque

absque temporis præfinitione, si igitur contrarius actus, per scripturam, seu testes, etiam vltra centum annos probetur, consequens est, ex hoc solo immemorialé præscriptionem deficere, cum iam non possit dici, nunquam visum, nec auditum fuisse contrarium. Cum à centum annis vltrà, id visum, atque auditum fuerit. His autem duabus difficultatibus, idemmet Molina, in hæc verba satisfacit, responsúmque præbet; *His tamen non obstantibus, hanc opinionem, interdum apud suprema Tribunalia receptam vidimus ex Scriptorum, qui illam probarunt, authoritate, & hac præsertim ratione, quod necessarium sit, etiam in immemoriali præscriptione visus, seu auditus contrarij temporis coarctare, ne impossibilis efficiatur eiusdem probatio, non enim possemus dare bona aliqua, quæ tam antiquo tempore, iure primogenij possessa fuerunt, quæ non constet fuisse aliquo tempore, tanquam bona libera habita, atque possessa, & de quibus non possit probari à centum annis vltrà, vel à ducentis annis citrà, tanquam libera possessa, venditáque, atque alienata, vel diuisa fuisse; nihilominus tamen, possibile est, quod ex post facto vinculata, maioratuique subiecta fuerunt: De cuius rei principio nemo recordatur, prout immemorialis præscriptio præsupponit. Ideoque ne impossibilis efficiatur immemorialis præscriptio, eiusque probatio, necessarium fuit hoc ad aliquod tempus restringere, quod ab Scribentibus ad centum annos coarctatum fuit. Sicut enim homo, post centum annos, mortuus præsumitur; ita etiam memoria, quæ est in homine, quæ sicut homo oritur, & moritur, vt eleganter inquit Baldus, in l. prima, C. de emancipat. liberor. num. 9.* Hactenus Ludou. Molina, qui statim, *num. 63.* satisfacit, responsúmque præbet duabus difficultatibus suprà positis, vbi videri poterit. Et eius resolutionem, theoricámque relatam, in effectu sequuta fuit Rota, vt testatur Oliuerius Beltraminius, ad Alexand. Ludouisium, *decisione 51. sub litera B. ex num. 6. fol. 42.* vbi sic scribit: *Rota, decisione 324. num. 13. decisione 254. num. 1. & 2. parte prima, in recent. & decisione 258. num. 2. parte 2. in recent. Aduertendum est, quod si actus, qui in contrarium dantur, excedunt centum annos, non elidunt immemorialem; stat enim simul, non extare memoriam in contrarium cum actu antiquo contrario, vltra centum annos, cùm nec vita hominis, nec memoria, vltra centum annos præsumatur se extendere: Molina, de primog. lib. 2. cap. 6. num. 60. & 61. Rota sequuta fuit in Caualicen. feudi, 2. Aprilis 1613. &c.* Et repetit *decisione 298. num. 13. folio 287.* vbi in hunc modum scribitur: *In hac etiam materia Immemorialis, vulgaris est conclusio in Rota, quod ista excluditur ex actibus in contrarium, Rota, decisione 254. num. 1. & 2. & decisione 324. num. 13. parte prima, in recentioribus: & decisione 248. num. 2. parte 2. in recentior. Aduertendum tamen est, quod si actus, qui dantur in contrarium, sunt supra centum annos, non elidunt Immemorialem; stat enim simul, non extare memoriam in contrarium, cum actu antiquo vltra centum annos, cùm memoria hominum non præsumatur se extendere vltra centum annos. Si verò actus in contrarium, sunt infra centum annos, tunc intrat conclusio, de qua supra, quod excludunt Immemorialem. Ita bene declarat Molina, de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 60. & 61. & sequuta fuit Rota, &c.* Ita quoque distinguunt Alexand. *in consilio 16. num. 16. lib. 5.* Crauetta, *de antiquitate temporum, parte 4. §. materia ista, num. 10.* Par. Ludou. Molina, *tom. 1. de iust. & iur. disputatione 76. sub liter. C. fol. 280.* Burgos de Paz, *in consilio 11. num. 19. & in consilio 33. num. 18.* Menchaca, *de successión. creat. libr. 3. §. 26. num. 125. versicul. Quid dicendum.* Azeuedus, *in l. prima, tit. 7. lib. 5. num. 7.* Ioannes Garcia, *de expens. & melioras. cap. 9. num. 34. versicul. Secus dicendum:* Perez de Lara, *in tractatu, de vita hominum, cap. 31. num. 86.* Auendaños, *in l. 41. Tauri, glossa prima, num. 13. & sequentibus, vsque ad num. 17. folio mihi 141. & 142.* vbi in omnibus amplectitur resolutionem, atque distinctionem Molinæ, suprà traditam: & Innocentij doctrinam comprobat. Et sic pluries decisum in Rota, constat ex Beltraminio, *vbi suprà.* Et ex *decisione* sacri Palatij 204. *lib. 2 part. 3. & decisione 243. lib. 3. part. 3.* & in Forensibus controuersiis receptam, asserit Ludou. ipse Molina, *vbi suprà.*

Remanet ergo ex communiori Doctorum sententia, quod probata immemoriali præscriptione, cum omnibus qualitatibus, à iure communi, & Regio requisitis, licet postea per testes, vel per scripturam, contrarium appareat, præscriptio ipsa non eliditur, licet actus contrarius reperiatur vltra centum annos, quod in testibus, & in scripturis, probarunt omnes *suprà* relati. Et specificè decisiones Rotæ commemoratæ. In scriptura etiam à centum annis vltrà, Tiberius Decianus, *in consilio 24. à num. 110. versicul. Quia omnia, lib. 1.* Decius, *in consilio 270. & 271.* Ias. *in consilio 208. ex numero 8. cum sequentibus, lib. 2. & in consilio 140. num. 8. volum. 4.* Socinus iunior, *in consilio 6. à num. 16. lib. 3. & in consilio 76. num. 52. & 73. & 90. lib. 1.* Mandellus de Alba, *in consilio 64. num. 58.* Burgos de Paz, *in consilio 15. num. 19.* & licèt in testibus contradicat, in scripturis tamen conuenit Ioan. Garcia, *de nobilitate, glos. 12. num. 78.*

Et pro hac resolutione fortiter vrget, quod probata immemoriali præscriptione, cum omnibus qualitatibus iuris communis, & Regij, omnia legitimè probata præsumuntur, & nihil deficere, etiamsi per testes, vel per scripturas, contrarium appareat; quia ex tanti temporis cursu, & antiquitate, Regia facultas, & omnia ad actus consistentiam, seu confirmationem necessaria, interuenisse credendum est, vt Ludou. ipse Molina, *dicto capite sexto, libro secundo, numero 60. & 61.* obseruat, & melius, *libr. 4. cap. 10. numero finali:* post alios, quos *ibi* citat. Mieres, *prima parte, quæstione 47.* Caldas Pereira, *receptar. iur. sententiar. libr. 1. quæst. 23. num. 109.* Florez Diaz de Mena, *in addit. ad decisionem Gamæ 83.* Iacob. Menochius, *libr. 3. præsumptione 172. num. 70. & 71. & libr. 6. præsumptione 79. num. 5.* Marinus Freccia, *de subfeudis, lib. 2. quæstion. 28. fol. 201.*

Vrget etiam, quia si contrarium obseruaretur, facilè destrueretur omnis bonorum maioratus præscriptio, per scripturam scilicet ipsius institutionis maioratus; cùm tamen, bona maioratus, tempore Immemoriali præscribantur; vt per eundem Molinam, *lib. 4. dicto cap. 10.* & latius explicaui ego metipse, *in commentariis tomi quinti, cap. 93. §. 8.*

Vrget denique multum ad propositum *l. 29. titul. 16. partita 3.* ibi: *Que no ha home viuo, que las viesse fazer.* Ex his quidem temperanda, atque explicanda sunt, quæ indistinctè nimis, & præfata distinctione, atque explicatione Ludou.

dou. Molinæ non ponderata, resoluit Farinacius, *nouissimarum anni 1618. decisione 254. num. 3. prima parte tomi primi*, vbi dixit, quod immemorialis præscriptio excluditur per actus contrarios. Et quod non dicitur esse, vbi constat de aliquibus actibus contrariis, & tetigit *decisione 324. numero 13. eodem tomo, & decisione 266. numero 8. prima parte tomi 2.* vbi scribit, quod præscriptio immemorialis excluditur per contraria instrumenta, & scripturas; debuisset ergo distinguere, prout ipse Ludouic. Molina distinxit; nam si immemorialis præscriptio, legitimè probata est, & cum requisitis iuris communis, & Regij; licet per testes, vel per scripturam appareat contrarium, non excluditur, si vltra centum annos probata fuerit, vt dictum est, procedere tamen poterit in terminis casus primi, considerati *num. sequentibus.*

37 Sed & ipse Ludouic. Molina, *libro secundo, eodem capite 6. numero 63. ex versiculo, sed quamuis, vsque ad versiculum, in secunda specie*, pro eiusdem materiæ maiori explicatione, aliam distinctionem adducit, & duos casus diuersos considerat; Primus est, quando actus ipse, qui probatur, præscriptioni contrarius, talis est, vt necessariò ostendat commentitium, ac falsum esse id, quod ex immemoriali præscriptione probari prætenditur. Aut eius qualitas est, vt compatiatur cum ipsa immemoriali præscriptione. Si actus ipse talis sit, vt ex eo, præscriptio ipsa euidenter falsa esse monstretur, veluti si is, qui probare vult bona ipsa esse maioratui subiecta, contendat, ex eisdem bonis fuisse maioratum institutum à Titio, quod ex immemoriali præscriptione probare prætendit, & ex aduerso producitur scriptura, ex qua euidentissimè probetur, ipsum Titium ea bona libera reliquisse, & inter eius hæredes, tanquam bona libera diuisa, atque diu possessa fuisse; vel aliter probet, Titium huiusmodi maioratum non instituisse; & in hoc casu dicendum esse putauit, huiusmodi actum præscriptioni contrarium, etiam si vltra centum annos contigisse probetur, ipsius immemorialis præscriptionis authoritatem elidere; cùm enim specificè prætendatur, maioratum institutum fuisse à Titio, atque hoc fundamentum ex actus contrarij probatione destructum fuerit, consequens est, vt ipsa etiam immemorialis præscriptio destruatur; prout optimè comprobat, & consilium præbet ipse Molina, *vbi supra*, vbi videri poterit. Et in his terminis vera erit Farinacij resolutio, telata *supra*.

Si verò actus (inquit ipse Molina) qui probatur ipsi præscriptioni immemoriali contrarius, eius qualitatis sit, vt cum ipsa præscriptione immemoriali compatiatur, veluti si probetur, bona à centum annis vltrà fuisse libera, & prætendatur probari ex immemoriali præscriptione maioratui esse subiecta, quæ compatibilia sint, cum potuerint ea bona ex postfacto, maioratui subijci; & in hoc casu, si actus contrarius centum annorum spatium excesserit, procedere potest communis opinio telata *supra*, dummodò totum hoc arbitrio iudicis committatur; prout latius ipse Molina explicat, vbi videri poterit. Addiderim ego, id ipsum statuendum esse in casu contrario, quando scilicet contra eum, qui probat, & producit maioratum antiquum, certum & indubitatum, probatur, bona ipsa maioratus, tempore immemoriali, tanquam libera possessa fuisse: titulus enim contrarius, qui ex institutione maioratus resultat, non est incompatibilis cum immemoriali præscriptione, cum potuerint ex pòst facto, bona maioratus, cum facultate Regia, ex legitima causa alienari, & libera effici; vt specificè, & in indiuiduo obseruauit, & probauit Ludou. Molina, *libro quarto, capite 10. numero 10.* & latius ego metipse adnotaui *in commentariis tomi quinti, capite 93. §. 8. ex num. 27. cum sequentibus*, in terminis etiam his, & casus secundi, *suprà* propositi, Farinacij resolutio, de qua *suprà*, procedere nullo modo poterit, cùm Immemorialis cum actu contrario compatiatur, vt vides.

Iterum quoque, idemmet Ludouic. Molina, *eodem capite sexto, libro 2. sub numero 64. ex versiculo, in secunda specie, vsque ad numerum 68.* pro eiusdem etiam materiæ explicatione, aliam distinctionem facit, & alios duos casus considerat, quando probatur immemorialis præscriptionis initium ex titulo inutili, seu vitioso: & inquit, quod aut is titulus talis est, qui præstare possit iustam causam præscribendi: aut est vitiosus, atque illegitimus, eiusque qualitatis, vt iustam causam præscribendi præstare non possit, in primo casu distinguit, quod aut titulus citra centum annos factus fuit, & tunc immemorialis præscriptionis authoritatem excludet. Aut titulus à centum annis vltrà probatur; & ex hoc titulo non minuetur immemorialis præscriptionis authoritas, vel saltem, hoc arbitrio iudicis relinquendum est. Firmat tamen, verius videri, quod si appareat titulus, ex quo detur immemorialis præscriptionis verum, atque indubitatum initium, etiam vltra centum annos, vel ducentos, eam iam non posse dici præscriptionem immemorialem, idque euidentissima ratione probari; immemorialis namque præscriptio ea est, cuius origo, hominum memoriam excedit, vel de cuius origine non constat; sed ex hoc titulo datur eiusdem præscriptionis certum, atque indubitatum initium; ergo sequitur, quòd ea præscriptio immemorialis dici non possit: vt autem difficultatem quandam excludat, quæ opponi posset, in hunc modum scribit ipse Molina, num. 65. *Nec obstat id, quod superius diximus ex Innocentio, Speculatore, Anton. & cæteris Scribent. Quod scilicet immemorialis præscriptio non excludatur, quando probatur, contrarium actum fuisse à centum annis vltra; nam si bene consideremus, diuersa sunt, quod ostendatur contrarium actum fuisse, vel quod detur initium præscriptionis: quando enim vltra centum annos ostenditur, contrarium actum fuisse, non ex eo constat de origine præscriptionis, siquidem potuit esse, quod post illum actum, vel ante, bona fuerint maioratui subiecta, quod præscriptio immemorialis præsupponit. Ideoque quamuis testes recordentur, contrarium actum fuisse, nemo tamen recordatur de huius præscriptionis initio, seu origine: sed quando vltra centum annos datur verum, atque indubitatum præscriptionis initium, iam cessat substantia immemorialis præscriptionis, quæ ex hoc præsertim pendet, vt de eius origine non constet; ideòque nihil mirum, si in hoc non sit facienda distinctio, an initium detur à centum annis citrà, vel vltrà &c.* Et hactenus Ludou. Molina, qui *num. 66. & 67.* statuit, quod si titulus vitiosus, atque illegitimus eius qualitatis sit, vt causam præscribendi præstare non possit, dicendum

dum sit, quod si constet apertissimè, titulum hunc dedisse causam, atque initium præscriptioni, ex eo vis immemorialis præscriptionis omninò corruet: nam titulus vitiosus, atque illegitimus præscribentem in mala fide constituit; præscriptio autem, etiam immemorialis, cum mala fide non procedit, prout *ibi* comprobat vtrumque: & sub *eodem numero* 68. *in versiculo, cæterum*, aliam distinctionem adducit; quod aut titulus est reprobatus à iure, & cui lex resistit, seu manifeste vitiosus, veluti si sit contractus alienationis factus ab Ecclesia, minore, ciuitate, seu fisci procuratore, de re immobili, & absque debitis solemnitatibus, vel quilibet alius titulus, ex quo mala fides manifestè colligatur. Et tunc dicendum erit, huiusmodi titulum non præstare iustam causam præscribendi, imò constituere præscribentes in mala fide, tam in longi, quàm in longissimi, seu immemorialis temporis præscriptione: quod vltra Molinam latè comprobant Carolus Bardellonius, *in consilio*, 47. Pet. Barbosa, *in rubrica*, *C. de præscription. 30. vel* 40. *annorum*, *numer.* 102. *folio* 21. Aut titulus (inquit Molina) non est omnino à iure reprobatus, sed talis, cui nec ius assistat, nec resistat, seu in quo modicæ solemnitatis defectus inuenitur; & tunc, huiusmodi tituli vitium, longissimi, vel immemorialis temporis præscriptionem non elidit, prout latius ipse explicat, & in vtroque casu distinctionis, idipsum probarunt Mascardus, *de probationibus*, *conclusione* 225. *numero* 24. Ioannes Garcia, *de nobilitate*, *glossa* 12. *numero* 80. Gilhenius, *de præscript. secunda parte*, *membro primo*, *capite tertio*, *numero* 18. *&* 19. Peregrinus, *de iure fisci*, *libro sexto*, *titulo octauo*, *numero* 15. *& in consilio* 69. *libro quarto*, Pet. Surdus, *in consilio* 28. *numero* 37. Menochius, *libro tertio præsumptione* 131. *numero* 19. Stephanus Gratianus, *capite* 441. *numero* 7. Treuisanus, *in consilio* 55. *numero* 69. Fontanella, *de pact. nuptialibus*, *tomo primo*, *clausula quarta*, *glossa* 13. *parte quarta*, *numero* 48. Barbosa, *in dicta rubrica*, *numero* 168. *&* 349. *cum sequentibus*, dummodò manifestè constet, quod titulus nullus, aut illegitimus, præscriptioni immemoriali causam, & initium dederit; prout iidem Anthores supponunt, & tradiderunt Rodriguez, *de annuis redditibus*, *libro primo*, *quæstione* 14. *numero* 8. Hieronym. Gonçales, *ad regulam* 8. *Cancellaria*, *glossa* 18. *numero* 48. *&* 49. Nicol. Garc. *de beneficiis*, *quinta parte*, *capite* 9. *numero* 141. Iacob. Cancerius, *variarum libro tertio*, *capite tertio*, *numero* 124. vndè non sufficiet præsumere, quod ex titulo vitioso, aut illegitimo, initium, & originem præscriptio immemorialis sumpserit, vt ipsa vitietur, quia de alio titulo non constat, sed præcisè necessarium erit, quod euidenter & manifestè constet, quod in eodem titulo vitioso, aut illegitimo, is qui immemoriali præscriptione se iuuat, intentionem suam fundet, & ex ipso possidere cœperit, ciúsque virtute semper continuauerit; sicuti Ludou. idem Molina optimè percepit, & expressit, *dicto capite sexto*, *libro secundo numer.* 65. in illis verbis: *Dicendum erit, quod si constet apertissimè, titulum hunc dedisse causam, atque initium præscriptioni, ex eo vis immemorialis præscriptionis omnino corruet*, & repetit inferius, *numero* 73. ibi: *Hæc tamen omnia intelligenda sunt, quando clarè, & manifestè constat, titulum vitiosum, ac reprobatum dedisse præscriptioni immemoriali originem, atque initium*, & ego metipse notaui quoque, *tomo* 5. *capite* 93. §. 8. *numero* 36. & verè Ludou. ipse Molina, semper cum hac declaratione, opiniones, atque distinctiones suas limitauit, *libro secundo*, *dicto capite sexto*, vt constat ex locis relatis *suprà*, & maximè, *dicto num.* 73. vt nunc ponderaui, & dixit, immemorialem præscriptionem non vitiari ex eo, quod sit titulus infectus, & vitiosus, aut illegitimus appareat, nisi euidentissimè, & manifestissimè constiterit, eum titulum dedisse causam, & initium præscriptioni; ita quod in dubio, id non præsumatur, vt constat etiam, *num.* 64. ibi: *Si appareat titulus, &c.* Et *num.* 65. ibi: *Sed quando vltrà centum annos*, & ibi: *Si constet apertissimè, &c.*

Semper quoque idemmet Molina statuit, 39
multum differre, quod detur immemorialis præscriptionis initium; aut quod probetur, contrarium actum fuisse; vt ex locis à me ponderatis *suprà*, specificè apparet: quod ego metipse notaui cum aliis Authoribus, *dicto capite* 93. §. 8. *numero* 49. actus ergo contrarius, à centum annis vltra, si cum ipsa præscriptione compatiatur, non elidit immemorialis præscriptionis vim aliquo modo: immemorialis autem ipsa corruit, si præscriptionis ipsius initium detur, & de eo appareat; vt Molina sæpè repetit, & sequuntur Pat. Ludou. Molina, *tomo primo*, *disputatione* 76. *numero primo*, Auendaños, *in dicta l.* 41. *Tauri*, *glossa prima*, *numero* 16. Alexand. Ludouis. *decisione* 467. *numero* 6. *&* 7. D. Carolus de Tapia, *decisione Italia* 2. *dubio* 5. *numero* 396. *&* 397. *folio* 126. & id ipsum, aliud scilicet esse, quod probetur, contrarium actum fuisse, & dari immemorialis originem, & initium, cum possit dari actus contrarius, tamen non ex eo constare de origine, & initio possessionis, quæ antea, vel postea potuit esse; & siue is actus probetur testibus, siue scripturis, vt explicaui *suprà*, *num.* 36. *in versicul. Remanet ergo*: vbi comprobaui, cum ipso Ludou. Molin. Adnotarunt Ioannes Garcia, *de expensis*, *& meliorat. capite* 9. *numero* 25. *in fine*, Mieres, *de maioratu*, 4. *p. qu.* 10. *num.* 151. Octau. Cacheranus, *decision. Pedemont.* 101. *numer.* 31. Salgad. *de Regia protectione*, 1. *part. cap.* 1. *numer.* 32. *fol.* 12. & tenuerunt Caucta, *in consil.* 209. *num.* 6. Mascard. *tom.* 3. *conclus.* 1377. *num.* 63. Didac. Couar. *in regula, possessor*, *secunda part.* §. 3. *num.* 7. *in fine*, *in versic. quæ fit*. Valençuela Velasquez, *in consil.* 46. *num.* 15. vbi cum eodem Molin. & Velasqu. Auend. quod Immemorialis corruit, si
constat de initio; & *consil.* 93. *num.* 38. vbi quod 40
Immemorialis requirit, non esse memoriam
principij; quod ego quoque notaui, *d. cap.* 93. §.
8. *num.* 48. *in principio*, & tradidit Perez de La- 41
ra, *tom.* 2. *cap.* 31. *sub numer.* 86. *fol.* 552. & nota-
tur infrà, *numero* 68. & comprobat Ioann. Gar-
cia, *de expensis*, *cap.* 9. *num.* 24. *&* 25. Deoique, 42
& vltra superiora, solet adhiberi & alia distin-
ctio in hac ipsa materia hactenus agitata, *ex*
n. 11. *cum seqq* dum inquiritur, vtrùm Immemo-
rialis vitietur, si constat de initio vitioso, aut ti-
tulo nullo, & illegitimo.

Distinctionis primus casus est, quando ipse, qui se in Immemoriali præscriptione fundat, allegat, & præsentat titulum vitiosum, reptobatum,

aut

aut contrarium,& in boc casu obseruarunt nonnulli,eo ipso, quod talis tirulus ab eo producitur,præsumendum esse,quod in ipso fundat suam præscriprionem,& quod non habet alium titulum; si enim haberet, produceret eum, prout istum produxit, atque ita ad illum videtur restringere possessionem suam.

Secundus casus est,quando titulum vitiosum nullum,reprobatum, aut resistentem, siue etiam contrarium non produxit, nec præsentauit is, qui in Immemoriali præscriptione se fundat, sed eius contrarius, vel Regius fiscus,aut alius quicunque; & tunc quidem, Immemurialis aliàs legitimè probata, de iure procedit, nec ob talem titulum vitiarur: & qui præscripsit, dicere potest,titulum eum,ab aduersario,vel ab alio productum,non esse titulum, qui præscriptioni causam, & initium dedit; sed se habuisse, & habere titulum potiorem, & meliorem, qui possessioni suæ correspondet, & quamuis eum non ostendat, tirulus ipse melior præsumitur, & probatur, immemoriali ipsa probata: & ita distinguit, & conciliat opiniones contrarias Mandosius *in addit ad Lapum, allegatione 89. annotatione vltima, quæstione 9. in fino, versiculo, tandem illud procedere*, & in Rota Romana decisum, probat Rota *decisione 731. numer. 18. 19. & 20. parte prima diuersorum*, & apud Farinacium, *decisione 489. numero 4. parte prima, in recentioribus*, & tradit etiam Beltraminus, *in addit. ad decisionem 353. Alexand. Ludouis. numero primo, & 12.* & inferius, *numero 19. in additione vltima*, vbi in hunc modum scribit: *Ex exhibitione tituli inualidi, cessat præsumptio melioris tituli, quando titulus fuit productus ab eademmet parte; quia non præsumitur, meliorem titulum habere; Rota decision. 731. n. 19 parte prima diuersorum: si verò productio fiat à tertio, tunc non excluditur possibilitas alterius melioris tituli, Rota decis. 489. num. 4. parte 2. recentiorum, & fuit dictum in Casalensi Canonicatus 14. Maj 1617. &c.* Probarunt quoque hanc distinctionem Ludouicus Gomezius, *in regula de triennali, quæst 10. in fine*, Puteus, *decis. 376. num. 2. libr. 4.* quæ *in secunda editione, est* 346. Bellamera, *in consil. 20.* Osasc. *decision. 10. num. 31.* Paris. *in consil. 114. num. 23. lib 4.* Riccius, *in praxi, tom. 1. resol. 34. ad finem*. Capiblancus *de Baronibus, pragmatic. 11. num. 151. & tribus seqq.* Iacob. Cancerius, *variar. libr. 3. cap. 3. num. 116. vers. quod ego intellige.* Ita etiam distinguit, & materiam hanc intelligit Pet. Barbos. *in rubrica, C. de præscript. 30. vel 40. annor. num. 359 fol. 46.* & antea, *num. 348.* D. Garcia Mastrillus, *decis. 114. num. 41. & 42. part. 2.* & suprà *hoc eodem cap. n. 31.* ego metipse notaui, ac propterea, Lud. Molin. *libr. 2. cap. 6. num. 75.* refert Authores nonnullos, qui consilium præstant, vt is, qui in immemoriali præscriptione se fundat, titulos non producat, ne ex eorum vitio, seu solemnitatis defectu, virtus etiam immemorialis præscriptionis elidatur; sed dicat simpliciter, se præscripsisse ex iusta causa; quod tamen consilium, in foro conscientiæ non sequitur, nec approbat indistinctè, prout *ibi* videri poterit, *num. 76.* & per Ioan. Gutierrez, *practicar. libr. 3. quæst. 62. ex num. 35.* Rebuffum, *in tractatu de Decimis, quæst. 13. num. 92.* Alexand. Raudensem, *decisione 13. num. 120.* Micres, *de maioratu 4. part. quæstion. 20. num. 251.* Stephan. Gratianum, *cap. 441 num. 18.* Menochium, *lib. 3. præsumption. 131. num 41. & 49.* Mascard. *de probat. conclusion. 1377. num. 65.* Pet. Barbosam, *in dict. rubrica, C. de præscript. 30. vel 40. annor. num. 366.*

Verum aduersus superiores resolutiones, 43
fortiter vrgere videtur, quod etsi Innocentius originaliter, & alij post eum tradiderint, quod actus contrarius, vltra centum annos, præscriptionem immemorialem non elidit, quando se cum præscriptione ipsa compatiatur; prout scripsi *suprà, num. 36.* alij tamen in contraria sententia fuere, videlicet, vt ex actu contrario, etiam vltra centum annos, Immemorialis vitietur, quod ex sententia Ioannis Andreæ, Alexandri, & aliorum, resoluit Ioannes Garcia, *de expensis, & meliorat. capit. 9. num 14. & 25.* Primò enim præmittit, ad immemorialis præscriptionis probationem, deducendum esse, memoriam hominum non extare facti alicuius, quod in contrarium gestum actumve sit, ad quod expendit iura ordinaria, sæpè ponderata suprà; & *capit. præcedentibus*, statim autem, sic concludit: *Vnde etiam si initium non probas Immemorialis, quo casu nulla est difficultas, sed tantum contrarium actum esse probes, qui memoriam in contrarium extare demonstret, sustineri non poterit immemorialis præscriptio, quæ vel ex ipso nomine, absque memoria contrarij actus esse debet*; & repetit *num. 34.* & antea voluit *num. 31. & 32. in fine & 33.* & in tractatu, *de nobilitate, gloss. 11. ex numer. 70. vsque ad num. 78.* id ipsum tuetur contra Innocentium, & Molinam; & cum eadem opinione, quod ex actu contrario, etiam vltra centum & viginti annos corruat Immemorialis; remanet Puteus, *decision. 436. num. 1. & 2. lib. 2.* Farinacius, *decisione 254. num. 3. tom. 1.* Adhuc tamen, à communi sententia recedendum non puto, & Innocentij, & aliorum (quam Ludou. Molin. probauit) opinionem, omnino amplectendam; verè namque Ludou. eiusdem Molinæ rationes ita adstringunt, & vrgent, vt velut concludenter probent id, quod defendit; ex eisdem quoque dilui facilè possunt ea, quæ in contrarium Ioannes Garcia considerauit, atque ponderauit: & ita in Granatensi Prætorio, iterum, atque iterum, in causis grauissimis maioratuum, & nobilitatis, iuxta opinionem Innocentij iudicatum, & definitum vidimus, & contrariam opinionem Ioannis Garciæ non receptam; quamuis ipse Molin. *d. cap. 6. lib. 2. sub num. 64.* in re adeo difficili, melius putauerit, totum hoc arbitrio iudicis committere, quod & alij statuerunt. Et videndus est Ludou. Molin. *eo loco*, vbi magistraliter loquitur.

Et hactenus de pluribus doctrinis, atque theoricis, & distinctionibus, in proposito dubio, ex quibus manifestissimè apparet, non ita indistinctè procedere posse placita illa quorundam Authorum, relata *suprà, num. 34.* quatenus indistinctè asserunt, nec aliter distinguunt; aut explicant, quod tempus immemoriale, aut immemorialis præscriptio, vim tituli nō habeat quando de titulo vitioso apparet; & quod ex titulo vitioso, & improbato, mala fides arguitur, atque præsumitur; & quòd Immemorialis nihil operatur, si constat de originali titulo, & ille est nullus, aut vitiosus: hæ namque resolutiones, non ita simpliciter probari, aut practicari possunt, sed iuxta distinctiones relatas suprà, & casus plures distinctos; moderari, atque intelligi debent: iuxta qualitates quoque rerum, & per-

sonarum, & casuum occurrentium circunstantias, & arbitrio semper religiosi, periti, & prudentis iudicis, prout Lud. Molina obseruauit, quem antea retuli.

44 Idque maximè, cùm Pet. Barbosa, *in rubrica, C. de praescript. 30. vel 40. annor. num. 350. & duobus sequentibus*, nonnulla ponderauit, quae in contrarium vrgere, & contra superiora, prima facie, vim habere videntur: cùm enim antea statuisset *n.* 349. generale esse, quod vbi constat, titulum vitiosum dedisse causam praescriptioni, illa non habet locum, etiam si immemorialis sit: statim *d. n.* 350. 351. & 352. inquit, aduertendum esse, quod aduersus eam receptam opinionem tenet Beroius, *in consil.* 144. *numer.* 77. *libr.* 3. ea ratione, quia in praescriptione immemoriali non requiritur titulus verus, vel praesumptus, sed ipsummet tempus habet vim tituli, & iuris constituti, *l.* 1. *§. finali, ff. de aqua pluuia arcenda, l. hoc iure, §. ductus aquae, ff. de aqua quotid. & aestiu. cap. primo, in fine, de praescript. libr.* 6. ergo, etsi producatur titulus nullus, vel iniustus, nihil nocere debet, *l. vnica, in principio, C. de rei vxor. action.*

Similiter, quod & contra receptam opinionem tenet Hieronym. Gabriel, *in consilio* 88. *ex numer.* 17. *libr.* 1. ea ratione, quia praesumendum est, postea interuenisse titulum verum, & legitimum, propter tantam temporis antiquitatem; qua ratione, idem etiam tenet Menchaca, *illustrium quaestionum, cap.* 81. *numer.* 16. & *cap.* 84. *numer.* 12. & pro illis facere dictum Gomezij, *in regula, de triennali, quaestion.* 10. *ad finem*: quod etsi producatur titulus vitiosus, propter diuturnitatem temporis, potest allegari, quod alius validus, & solemnis postea interuenerit; & subscribit Puteus, *decisione*, 356. *numer.* 2. *in prima parte*, facit etiam quod Cassador. *decisione* 4. *num.* 5. *de causa possession.* & Balb. *de praescript. tertia parte tertiae principalis, quaest.* 6. *à num.* 12.

45 Et addit ipse Barbosa, *numer.* 353. *vsque ad num.* 361. quod si solae praedictae rationes obstarent magis communi opinioni, facilè ab illis defendi posset; nam ad primam putat respondendi, quod licèt in praescriptione immemoriali non sit necessarius titulus, est tamen necessaria bona fides, vt dictum est; vnde quatenus, ex titulo nullo, & iniusto resultat mala fides, impeditur praescriptio, & sumus extra terminos *dict. l. vnica C. de rei vxoriae act.* & ita tenent Parisius, & Balbus, *ibi relati*. Item, quamuis propter diuturnitatem temporis praesumatur titulus iustus, & ideo non videatur necessarius, si tamen constat de veritate in contrarium, cessat praedicta praesumptio, & praeualet veritas, *cap. veritate*, 8. *distinctione*, & ideò, licet non videatur necessarius, tamen si inutiliter exprimatur, facit cessare praesumptionem legis, & consequenter nocebit, vt obseruant Felinus, Curtius iunior, Octauianus, & Craneta, *ibi* relati.

Non obstat secunda ratio, quae fuit Hieronymi Gabrielis, & Menchacae. Quia respondet Barbosa, quod homines solent communiter producere titulum meliorem; & inualidum aut vitiosum si producant, signum est manifestissimum, quod alium meliorem non habeant, vt Bellamera aduertit; vel debet id probari, quod vtique erit difficile, vt per Parisium, Octauianũ, & Surdum, *ibi* relatos; quibus addit Barbosa, Ruinum dicentem, quod vbi titulus vitiosus producitur, praesumitur, nullum alium interuenisse, & subscribunt Menochius, & Octauianus: & quod meritò tradit Grammaticus, quod cursus temporis immemorialis non facit praesumi id, quod in titulis non inuenitur declaratum. Neque his contradicere Gomezium, quia loquitur, quando actor contra reum producit titulum, ex quo dicit, illum se defendere; nam is poterit allegare quòd alios titulos postea habuit; sed quando quis pro se producit titulum vitiosum, non potest allegare, quod postea alium habuit, per *suprà* tradita: & quod in specie, ita hos casus distinguit Maudosius, & antea retuli *num.* 42. Et concludit ipse Barbosa, facile etiam dilui aliud fundamentum, quod praescriptio immemorialis induceit praesumptionem iuris & de iure, aduersus quam non admittitur probatio in contrarium, & habet vim priuilegij, & constituti: Quia istud procederet, si quis directò negaret, hanc praescriptionem habere vim tituli, & concessionis, sed per indirectum potest allegari, in ea praescriptione non concurrisse necessaria, vt praescriptio immemorialis habeat praedictos effectus; vt in simili tradunt Glossa, Craueta, & Octauianus.

Sed adhuc instat Pet. ipse Barbosa, *in eadem rubr. C. de praescript. 30. vel 40. annor. num.* 361. & 362. vrgere videri contra solutiones praedictas, textum *in c.* 1. *de praescript. libr.* 6. vbi quis possidebat cum titulo nullo, & iniusto, & cuius resistebat, & consequenter ex eo constabat de mala fide, *c. qui contra iura, de regul. iur. lib.* 6. & tamen is praescribit tempore immemoriali; ergo textus hic apertè prosternit communem sententiam, & constat, quòd contra illum ita inductum loquuntur Paris. & Alciat. *ibi* relati, & textum ipsum, *in d. c.* 1. aliter inducit Barbos. dum probat, quod etiamsi praesumptio vrgens sit contra possidentem, tamen is praescribet tempore immemoriali; ergo etsi manifesta sit praesumptio malę fidei, tamen non impedit praescriptionem, dum stante tanto tempore, magis praesumendum est, praedictos possessores, in iure errasse, vt Ripa notauit; qui iuris error, licet non sufficiat ad praescribendum longo tempore, *l. nunquam, ff. de vsucap.* tamen sufficiens est, vt praescribat, quatenus ille liberat à mala fide, *l. sed & si lege, §. scire, ff. de petition. haeredit.* sufficiet, vt longissimo tempore, & à fortiori, immemoriali praescribatur, vt adnertit Castrensis *ibi* relatus. 46

Et antea, *in eadem rubrica*, ipsemet Barbosa obseruauerat *ex numero* 166. *vsque ad numerum* 172. atque ex text. *in d. c.* 1. deduxerat, quod si fuerit praescriptio immemorialis, procedet praescriptio, etiamsi ius commune resistat, vel sit praesumptio contra praescribentem; & reddit rationem, quod vis immemorialis praescriptionis ea est, vt quod à principio potuit praesumi vitiosum, conualidetur ita, vt iam de illius vitio amplius agi non possit, vt tenent Authores permulti *ibi* relati. Et addit, quod id procedit, etiam si appareat de titulo vitioso, nam cùm purgetur per tempus immemoriale praesumptio etiam vrgens, ergo & illa quae deprehenditur ex inualiditate tituli, quando titulus non fuerit euidentet nullus.

In eiusdem quoque intenti comprobationem, & alia vltra Barbosam expendi possunt, vt scilicet immemorialis temporis cursus, & immemorialis praescriptio, fortem, & potentem inducat praesumptionem, quod titulus verus, & legitimus 47

legitimus interuenerit, & concessus sit postea; quamuis nullus, aut vitiosus titulus productus fuerit, vel appareat; & maximè ea, quæ ego metipse, ex sententia aliorum Authorum adduxi, atque ponderaui *in commentariis tom. 5. cap. 93. §. 8. num. 43. per totum*, vbi videri possunt; ea quoque, quæ antea expendi *ex num. 33. vsque ad num.* 48. vbi latè comprobaui, quod licèt euidenter constet, aliqua bona fuisse maioratus, adhuc immemorialis præscriptio contra maioratum ipsum operatur, siue immemoriali præscriptione bona acquiri possint: quia præsumendum est, quod post institutionem maioratus, bona ipsa alienata fuere legitimè, atque interueniente facultate Regia.

Item, quia tempus, cuius initij memoria non extat, facit verum omne possibile, vt videantur omnia interuenisse, quibus opus esset ad acquisitionem iuris, & ad perficiendam immemorialem, & semper refertur ad tempus magis vtile ei, qui illam allegat; vt ex aliorum traditione retuli *d. §. 8. num.* 42. & possibilitas sufficit, vt ex immemoriali probetur; & præsumi debeat titulus sufficiens, quamuis de eo non constet; aut constaret de actu contrario, aut repugnanti temporibus præteritis; prout etiam comprobaui *eodem §. 8. ex num.* 40. & apertè voluit Molina, *lib. 2. d. c. 6. num. 61. in versicul. non enim possemus*, ibi: *Tamen possibile est quod ex post facto vinculata, maioratuique subiecta fuerint, de cuius rei principio nemo recordatur:* notanter Mench. *controu. illustr. libr. 2. cap. 81. num. 17.* in hæc verba: *Præsertim, cum ex communi sententia dixerimus suprà, quod etiam si constet, ex legis præsumptione, de vitiose ingressu possidendi, adhuc ex tempore longissimo, vitium illud purgatur, quanto ergo magis per tempus, cuius initij memoria non extat; nam etsi ad talem possessionem iustificandam, Imperatoris, vel Papæ concessio necessaria foret, ea interfuisse præsumeretur, vt in c. 1. de præscript. lib. 6. si ad talem effectum mille rerum aut qualitatum concursus ac interuentus forent necessarij, omnes interfuisse viderentur; si summorum Principum dispensationes mille necessaria dicerentur, omnes quoque interfuisse viderentur: vt dictis iuribus; quid ergo deesse poterit?* Et referendo Menchacam metipsum, & alios, tradunt Bursatus, *in consil. 160. num. 50. lib. 2.* Farinacius, *decis. 11. n. 4. tom. 2. nouissimarum.*

Item, quamuis producatur inuestitura antiqua, ex qua constet, bona aliqua concessa fuisse in feudum, si etiam constet, tanquam libera possessa fuisse tempore immemoriali, non ideo dicetur, quod de titulo resistenti constat, aut quod est contrarius præscriptioni; quamuis possessioni contrarius videatur; quia eo ipso, quod possessioni est contrarius, infertur possessa fuisse virtute alterius tituli sufficientis, & compatibilis, sicuti notarunt Socinus iunior, *in consilio 76. num. 100. versic. vel & tertio*, & in *consilio 47. num. 16. lib. 4.* Roland. *in consil. 3. num. 93. lib. 1.* Menoch. *in consil. 701. num. 103. & 104. libr. 8.* Isernia, *in cap. primo, §. si quis per triginta, num. 1. & in §. præterea, num. 6. si de feudo fuerit controu. inter domin. & agnat.* Afflictis, *in dict. §. si quis per triginta. num. 2. & 3. & decision. 254. num. 4.* Iulius Clarus *§. feudum, qu. 45. num. 2.* Crauera, *de antiquitate temporis, §. 4. Absolutis differentiis, num. 29.*

Et hæc, & alia, eò rendunt (vt dixi) vt quamuis titulus nullus, aut vitiosus, vel illegitimus, vel etiam resistens, aut contrarius productus fuerit, vel de eo appareat, immemorialis præscriptio interueniens efficiat, vt præsumendum sit, quod postmodùm titulus alius concessus fuerit, cuius intuitu & virtute, immemorialis præscriptio processerit, & quòd vnum, & aliud simul concurrere possint; vt contendunt doctrinæ illæ Interpretum quorundam, ponderatæ per Barbosam, & relatæ *suprà, num. 44. & 46.*

Adhuc tamen negari non potest, quin titulus vitiosus, nullus, aut illegitimus, vel etiam resistens, aut contrarius productus, vel de quo appatet, magnum præstet impedimentum, & obstaculum, etiam si simus in terminis, in quibus immemorialis præscriptio, legitimè probata fuerit; cùm titulus huiusmodi, malam fidem arguere, & immemoriali subsequenti præstare videatur; iuxta ea, quæ suprà quoque adnotauimus; & solutiones illas, atque obseruationes Petri Barbosæ, quas etiam retuli *suprà num.* 45. vt dilueret Beroi, Hieronymi Gabrielis, Putei, Menchacæ, & aliorum traditiones: quamuis etiam negari non valeat, quin etiam titulus nullus, aut vitiosus, vel etiam resistens, & contrarius apparere potuerit, & nihilominus alius postea interuenisse titulus, ex quo immemorialis causata fuerit, ipsumque titulum præsumi efficiat. Vnde in hac re tutius videatur, totum hoc arbitrio iudicis committere; vt in hac ipsa materia considerauit, & commisit Ludou. Molin. *libr. 2. cap. 6. sub num. 64.* vt retuli supra. Item in memoriam reuocare, atque repetere ea, quæ *numeris præcedentibus* scripsimus; ex quibus aliquando vnum, aliquando aliud, pro qualitate, & differentia rerum, & personarum, & aliis circunstantiis occurrentibus, recipi, & probari poterit.

48 Aduertendum quoque erit, Pet. ipsum Barbosam, *in eadem rubrica, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, ex num. 365. vsque ad numerum 370. fol.* 47. pro concordia opinionum contrariarum, quas adduxerat *ex num. 348. vsque ad dictum numerum* 365. duos casus considerasse, atque distinxisse.

Primus est, quando non constat de titulo; sed magis creditur, quem sine titulo rem occupasse; & quod in his terminis procedit textus *in l. finali, C. vnde vi, & in cap. 1. de præscript. libr. 6.* nam requiritur ibi præscriptio immemorialis, vbi non producitur titulus iustus, & validus, & procedunt alia, quæ antea ponderauerat, & ideò (inquit) Doctores admonere in hac materia, vtilius esse, titulum non producere, vt per Bellameram, Paris. Rebuf. & Molinam, *ibi relatos, num. 366.*

Secundus casus est, quando producitur titulus nullus, vel iniustus: quo casu, magis communis vult, non procedere præscriptionem, etiam immemorialem: quæ admitti potest (inquit ipse Barbosa) duobus concurrentibus: *Primò*, si titulus sit nullus, nullitate manifestè apparenti, & notoria, ita quod nulla causa, vel tergiuersatione excusari possit, vt in specie tradit Menoch. ibi relatus. *Secundò*, quod prædicta nullitas videatur procedere quasi à iure naturali: nam cùm in his error non sit probabilis, quasi sit in manifesta mala fide, non præscribet. Et quod discurrendo in hac materia, ita declarat Aymon. Crauera, relatus *ibi. num. 369.* vbi reddit rationem ipse Barbosa, quia prædictis concurrentibus, per manifesta indicia di-

citur, constare de mala fide, quæ semper impedit præscriptionem. Hactenus Barbosa, qui debuisset eorum casuum, atque distinctionum diuersarum, quas proposui supra, specificam mentionem facere, & dictis duobus casibus ab eo consideratis applicare, vt rem perfectius explicaret. Sic sanè, casus ipsi duo eiusdem Authoris, ex antea à me scriptis, atque distinctionibus Ludou. Molinæ, suprà quoque relatis, declarationem, atque securiorem resolutionem recipient.

49 Et semper verum erit, hodie nullam præscriptionem cum mala fide procedere, imò positiuè, etiam in immemoriali præscriptione requiri bonam fidem. Tunc tamen difficultatem facit, siue dubitandi rationem præstat, quod ex decisione *dicta l. 1. tit. 21. lib. 9. noua collect. Regia*, videtur in mala fide constitui omnes, qui in totum, vel in aliqua parte defraudauerint Reges nostros Hispaniæ, iure percipiendi Tertias, hoc est, *los dos noueros*, ex rebus omnibus, quæ decimantur, & præscriptione, vel alio modo se eximere à solutione ipsarum Tertiarum intenderint; cum lex ipsa declarauerit, ius Regibus eisdem, ex concessionibus, & Bullis Apostolicis competens, & omnia dubia abstulerit, quæ antea ignorantiæ motiuum dare possent omnibus, qui præscriberent. Vnde ex hoc videtur probari mala fides, & immemorialis ipsa præscriptio impediri, cum eiusdem legis publicatio facta fuerit anno 1565. & quod ab eo tempore præscriptio incipere, aut currere non potuerit; nulla namque præscriptio, locum habere, nec procedere potest, stante mala fide, vt dixi, ex *dicto c. vltim. de præscription.* & *regula, possessor, de regul. iur. lib. 6.* Item ex regula *c. qui contra iura mercatur, malam fidem habere videtur, de regul. iur. lib. 6* ex his quoque, quæ Bartol. notauit *in l. Celsus. num. 18. ff. de vsucap.* Abbas *in consilio* 31. *num. 8. lib. 1. & in consil. 94. num. 5. lib. 2.* in illis verbis: *Mala fides autem probatur in casu nostro per famam, quæ vulgatissima erat in loco ille, quod dicta bona concessa erant dictis domino Petro, & aliis, vnde, isti possessores qui erant in loco, præsumuntur illud sciuisse, vt in c. quosdam, & in c. quanto de præscrip. & quod per hunc modum probetur mala fides sufficiens ad proscriptionem impediendam, apertè tenet Bar. in l. Celsus, &c.* Ex his etiam, quæ arguendo, ponderauit Pet. Surd. *in consilio* 234. *num. 4. fol. 397.* in hæc verba: *Quartò non possunt dictæ Dominæ Sorores iuuare causam suam ex præscriptione; quia præscriptio non currit, stante mala fide: c. final. de præscript. cum autem scirent ipsa, & authores sui, se teneri ad registrandum, & subeundum onera, dicuntur in mala fide; ita concludit Alex. in consil. 136. nu. 18. & seqq. volum. 1. Ripa, in cons. 26. num. 24. vbi post Alex. dicit, quatuor requiri, primo, interpellationem communitatis; secundò, contradictionem possidentis; tertio, bonam fidem; quartò, scientiam communitatis, & patientiam: idem voluit Plotus, dicto cons. 36. num. 7. Natta, in consil. 226. nu. 5. & 6. Festasius, &c.* Denique quia quamuis lex ipsa prima, *tit. 21. lib. 9.* præscriptionem immemorialem, sicut titulum legitimum admiserit, vt quis à solutione Tertiarum se eximere, & liberare valeat; id tamen contendere solent nonnulli, intelligendum esse suppositis terminis habilibus, prout habiles essent, si ante legis ipsius publicationem, aliquis immemorialem præscriptionem perfecisset, cui mala fides superueniens post perfectam ipsam præscriptionem non noceret; vt notaui suprà.

Verum his omnibus non obstantibus, contrarium securè asseuerandum credimus, eos scilicet, qui præscribere incipiant, & immemorialem præscriptionem perficiant, acquirere exemptionem à solutione Tertiarum ipsarum, siue consequi ius non soluendi, seu præstandi, *los dichos dos nouenos*, ex rebus omnibus quæ decimantur; ita enim expressè decisum, atque cautum est *in d. l. 1. tit. 21. lib. 9.* & Immemorialis generaliter, atque indistinctè admissa, quæ verè ad vnum, vel aliud, vel ad aliquod tempus restringi non potest, sed immemorialem præscriptionem, ante legem ipsam conditam, vel post legitimè perfectam, æqualiter comprehendit, vnde limitari non potest ad immemorialem antea causatam, quàm lex ipsa condita fuisset, quod nec ea lex dixit, nec eius Conditores excogitarunt, & post eam, in infinitis litibus, & controuersiis, ita obtentum, atque definitum fuit eo ipso, quod Immemorialis probaretur tempore litium motarum, atque ita nulla securior interpretatio reddi potest, quam ea, quæ ab obseruantia subsequuta deducitur, & ab eo, quod diu obseruatum, atque definitum est, vt *in l. si de interpretatione*, cum vulgatis, *ff. de legibus*, & *in commentariis tom. 5. c. 93. §. 7. per totum*, latè comprobaui, vbi de vi, & efficacia obseruantiæ subsequutæ, plura traduntur. 50

Rursus, quia *d. l. 1. tit. 21. lib. 9. noua collect. Regia*, ius nouum non induxit, siue rem nouam non disposuit, nec ex eo, quod lege generali lata statueretur, Reges Hispaniæ in Tertiis ipsis fundare, & fundatam habere intentionem suam, præsumendum est, quod malam fidem in possessoribus causauerint, siue eos in mala fide constituerint; cum potiùs bona fides præsumi debeat, etiam si ius commune resistat, eo ipso, quod præscriptio immemorialis perficitur, atque probatur, iux. text. *in d. c. 1. de præsc. lib. 6.* & ea, quæ notaui suprà: fatemur ergo, bonam fidem requiri præcisè, & necessariam esse omnino, etiam in immemoriali præscriptione: negamus tamen, malam fidem, ex decisione *eiusdem legis primæ* causari; quia imò in præscribenda libertate onerum, scientia, quòd quis teneatur ad onera, non 51
impedit præscriptionē, neque causat malam fidem, vt Baldus scripsit, & refert Pet. Surdus, *dicto consilio* 234. *numero* 29. in hæc verba: *Quod vero dictum est, malam fidem impedire ne potuerint Dominæ Sorores & sui authores præscribere; respondeo, quod imo in præscribenda libertate à solutione onerum, mala fides, id est scientia quod quis tenetur ad collectas, non impedit: ita dicit in terminis Baldus, in consilio 257. in fine, volumin. 2. vbi inquit, quod libertas præscribitur etiam ab eo, qui scit se teneri: allegat l. sequitur, §. si vero, ff. de vsucapionibus: & probat Iason in consilio 25. n. 6. in 3. & in consilio 101. numer. 29. volum. 4. Bellonius, in consilio 39. num. 4. Rubeus in consilio 21. numero 3. Rolandus, in consilio 5. numero 59. volumin. 1. Grammaticus, decisione* 100. *numero* 23. Hactenus Surdus, qui & secundo loco multùm ad propositum respondet *numero* 30. & 31. quòd hic cessat mala fides, quia in dubio præsumitur bona fides in possidente, idque multo magis in præscriptione triginta annorum, quia ex ea præsumitur bona fides, & purgatur mala fides: & in terminis, quod ad præscribendam immunitatem, sufficiat bona fides præsumpta, ex cursu longissimi temporis, tenent multi Authores ab eodem Surdo relati, *dicto n.* 31. Tertiò quoque, singulariter, & multùm ad propositum

propositum nostrum, respondet Surdus ipse, *nu-*
52 *mero* 32. in hæc verba: *Cessat item mala fides ex eo quod nunquam ipse, vel authores sui fuerunt interpellati ad soluendum: nam is quoque, qui vere debet, præscribit, & non dicitur in mala fide, si non fuit interpellatus, quia potest credere, quòd creditor vult remittere, vel maiorem gratiam facere differendo: Hostiensis, in summa, de præscriptionibus, §. qua re, colum. prima, Abbas, in cap. finali, num.* 18. *de præscript. & in cap. quod clericus, num.* 43. *de foro compet. Decius, consil.* 554. *colum.* 1. *Cuccialup. in l. omnes populi, num.* 65. *de iust. & iure, Ripa in consil.* 169. *num.* 5. *Tiraq. qui multos citat, in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num.* 390. *Menchaca, illustr. cap.* 76. *num.* 8. Sed & quartò loco, & multum etiam ad propositum nostrum, idem Surd. respondet *num.* 33. in hunc modum: *Responderi etiam potest quod hic agimus, non solum de cursu* 30. *&* 40. *annorum, sed etiam de immemoriali tempore: quo casu non requiritur bona fides, quia lapsu tanti temporis præsumitur titulus, & bona fides; Innocent. dicta cap. si diligenti, vbi Abbas in fine, cum multis apud Balbum de præscript. in* 2. *part.* 3. *partis principalis, quæstion.* 6. *nu.* 12. *& in dicta l. Celsus, part.* 3. *num.* 7.

53 Hactenus Surdus, cuius solutiones, & obseruationes comprobari etiam possunt ex his, quæ tradiderunt Anton. Piehard. *in principio. Instit. de vsucapion. num.* 6. *pag.* 303. D. Ioann. de Balboa, *in cap.* 1. *de præscript. num.* 2. dum dicunt, quod bona fides non oritur ex scientia, vel ignorantia rei alienæ, sed ex iusta possessione, iustam autem possessionem, quod absque dubio habet is, qui legis, vel Iudicis authoritate, rem aliquam, aut ius aliquod possidet, *l.* 3. *§. primo, ff. quod metus causa, l. iustè possidet ff. de acqui. possession.* & facit *l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult.* & comprobat cum aliis Authoribus Salgadus, *de Regia protectione, part.* 4. *cap.* 14. *num.* 137. *& sequentibus, fol* 498.

54 Nec obstat textus, *in dict. cap. qui contra iura mercatur, de regul. iur. libr.* 6. quia loquitur in casu admodùm diuerso, videlicet in eo, qui titulo vitioso, & à iure reprobato, mercatur, & ingreditur possessionem bonorum, vel quia simpliciter lex contractum improbauit, eique resistit, vel quia absque causa, & solemnitate aliqua fieri prohibuit, quæ adhibita & seruata non fuerit, vt in rebus alienati prohibitis, tam minorum, quàm Ecclesiarum, & aliarum personarum: at verò ex immemoriali præscriptione, & bona fides præsumitur, & titulus quoque, & non modò quicunque, sed potentior etiam, & melior qui de iure excogitari possit, vt sepè repetitum est; regula autem *d. c. qui contra*, illustrari, atque exornari poterit ex his, quæ post alios Authores scripserunt Ludou. Molin. *lib.* 2. *c.* 6. *num.* 68. Achil. Pedrocha, *in consil.* 36. *num.* 365. Carol. Bardellon. *in cons.* 47. *lib.* 1. & maximè, *num.* 14. *&* 80. Pet. Barb. *in rubrica, C. de præscr.* 30. *vel* 40. *annor. ex num.* 86. *vsque ad numerum* 96. *atque ex numero* 102. *& numero* 129.

Quamuis ergo notoriè constet, quod antiquitùs, antequam Tertiæ concessæ fuissent Regibus nostris à Romanis Pontificibus, Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ possidebant eas, tanquam decimas, & quod postea concessæ fuere, & quod ex eo tempore, Reges ipsi possidebant illas, nihilominus immemorialis præscriptio admittitur; nec etiam impedimentum præstat, quod extet memoria contraria, Ecclesias scilicet decimas integras possedisse, & ex gratiis, priuilegiisque Apostolicis concessas fuisse Regibus, eósque longo tempore ipsas possedisse; sicuti *in d. l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. expresè probatur, & immemorialis expresè admittitur, vt dictum est. Et hactenus de primo requisito, in præscriptionibus necessario, scilicet de bona fide, quæ etiam in Immemoriali requiritur, vt dictum est.

Nunc verò de titulo agendum est, & titulum 55
ad præscriptionem, iure requiri, probatur *in c. si diligenti, de præscript. & in l. Celsus, ff. de vsucap.* & omnes pro certo præmittunt, ac post alios Didac. Couar. *in regula, possessor, secunda parte, §.* 5. *num.* 1. *fol. mihi* 819. Fabius Turretus, cum aliis multis, quos citat, *in consilio* 59. *numer.* 7. Anton. Pichard. *ad rubricam, Instit. de vsucapionibus, num.* 5. *pag.* 301. D. Ioann. de Balboa, *in cap.* 1. *de præscript. num.* 5. *& in cap. Sanctorum, & in c. de quarta, num.* 44. *eod. tit. & in c. si diligenti, eod. tit. num.* 17. *&* 18. vbi reddit rationem, quare titulus necessarius sit. Idque adhibitis, & propositis quinque conclusionibus, notabiliter explicauit Couar. *dict. §.* 5. *numero* 2. *per totum*, cui Recentiores omnes conueniunt, dum inquiunt, quando titulus in præscriptione necessarius sit.

Prima conclusio est, quod in præscriptione decem, vel viginti annorum, quæ ordinaria est, tituli allegatio, & probatio, iure exigitur, & idem in vsucapione triennali, *d. l. Celsus, ff. de vsucapionibus, l. nulla, C. de rei vendic. l. final. C. de vsucapione pro herede. c. si diligenti, de præscript.* Et procedit hæc conclusio, iure Canonico, & Ciuili; nam in materia tituli, nullum est inter ius Cæsareum, & Pontificium discrimen, sed in longi temporis præscriptionibus, iure Pontificio, præter bonam fidem, titulus necessarius est; prout rectè ex communi Doctorum sententia resoluit Dida. Couar. *d. §.* 5. *nu.* 2. Ioan. de Balboa, *in d. c. Sanctorum, de præscript. num.* 44. *& in d. c. si diligenti, num* 17. *&* 18. Pet. Barbosa, *ad rubricam, C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann. n.* 16. *&* 71. *&* 96. *&* 107. *& tribus seqq.*

Secunda conclusio est, in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, nec iure Pontificio, nec Cæsareo, titulus requiritur, sed sufficit bona fides, *l. omnes, C. de præscr.* 30. *vel* 40. *annor. c. placuit, §. potest,* 16. *quæst.* 3. & est communis opinio *in d. c. si diligenti, & in d. cap. Sanctorum, de præscript.* vnde si priuatus præscribat aliquam rem contra Ecclesiam, etiam si requiratur tempus quadraginta annorum, titulus tamen non est necessarius, nec fuit vnquam iure veteri, secundum Panorm. & Balb. cum quibus ita resoluit Couar. metipse, *in dicta regula, possessor,* 2. *p. d. §.* 5. *num.* 2. *versiculo. Secunda conclusio,* & cum aliis multis Authoribus conuenit Pet. Barbosa, *in dicta rubrica, n.* 72. *&* 73. *&* 96. *&* 106. *cum seqq. & num.* 114. *& seqq. & n.* 210. D. Ioann. de Balboa, *in c. de quarta, numer.* 23. *& in cap. Sanctorum, qu.* 2 *n.* 44 *de præscript.*

Tertia conclusio, præscriptio immemorialis, etiam vbi aduersus præscribentem adest iuris communis præsumptio, titulum, nec eius allegationem, nec probationem exigit, sicuti probatur *in d. cap.* 1. *de præscript. libro* 6. Couar. *vbi sup. versicul.* 3. *conclusio, & in §.* 9. *eiusdem* 2. *partis, num.* 7. & conueniunt omnes relati *supra, c. præcedenti*, Barb. *in d.*

*in d.rubrica,ex num.*114.*cum seq.& num.*166.*cum seq.*

Quatta conclusio, centenaria præscriptio, quæ regulatiter aduersus Romanam Ecclesiam necessaria est, iure ordinario titulum non tequirit,nec eius probationem, nec allegationem; ita sanè,ex communi sententia tradidit Couart. *vbi sup.vers.4.conclus.*& *in* §.3.*num.*6.

56 Quinta conclusio, quoties præsumptio iuris communis est contra præscribentem, siue in præsctiptione aduersus Romanaio Ecclesiam, quæ centenaria est,siue in quadregenaria,aduersus inferiorem Ecclesiam, semper tituli allegatio, & eius probatio necessatia est, vel oportet loco harum præscriptionum, immemorialis temporis quasi possessionem probare, sicuti probat textus insignis *in d. cap.* 1. *de præscript. lib.*6. Did. Couarr.*vbi supr.versic.*5 *conclusio*,latiùs *variar.resol lib* 1.*cap.*17.*num.*7. & multis aliis relatis Authoribus, id ipsum tesoluit Pet. Barbos. *in d.rubrica, C. de præscript.*30. *vel* 40.*annorum,ex num.*114. *cum seq.vsque ad num.*124.*& num.*127. *& seq & num.*157.*& seq.& num.*166. *& seq.* quo loco, atque ex *dict. num.* 114.*folio* 23. *vsque ad numero* 172. sequentes deducit conclusiones ex textu *in dicto cap.* 1. *de præscript.lib.*6.

Prima conclusio est,quod ad præscribendam rem Ecclesiasticam, sufficit bona fides, & titulus necessarius non est, nisi ius commune resistat præscribenti; cum hac tamen distinctione, nam aut ius prohibet rem pertinere ad præscribentem,& ab eo teneri,& possideri simpliciter, & absolutè, & tunc ius dicitur resistere præscribenti, & necessarius est titulus,& bona fides,vt probat textus *in cap si diligenti,in fin.de præscript.* aut verò non prohibet simpliciter, & absolutè, sed certo modo, vt est in prohibitione alienandi res Ecclesiæ, in qua prohibitio non habet locum, si alienatio fiat ex causa vtilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ, & tunc ius commune non dicitur resistere præscribenti, & sufficit bona fides; & ita procedit textus *in d. cap. primo, de præscript.lib.*6. prout latiùs *ibi, ex d.num.*114.*vsque ad num.*127.

Secunda conclusio est, quod si ius resistat præscribenti, tunc vt præscriptio procedat necessarius est titulus cum bona fide,vt *in ipso c.*1. probatur, & latiùs explicatur per Barbos. *ex num.*127. *vsque ad num.*157. & in effectu, eadem est hæc conclusio cum præcedenti.

Tertia principalis conclusio *ex d. c.* 1. *de præscript.lib.*6.ea est, quod si præsumptio sit contra præscribentem,non procedet præscriptio,etiam longissimi temporis, sine titulo, & bona fide; de qua *ibidem, ex numero* 157. *vsque ad numerum.*166.

Vltima conclusio, *ex ipso cap.*1.ea est, quod si fuerit præscriptio immemorialis, procedit præscriptio, etiamsi ius commune resistat, vel præsumptio sit contra præscribentem: quod latiùs explicatur, atque declaratur *ibi ex num.*166. *cum seq.* & his conclusionibus conuenit D. Ioann. de Balboa, *in capit.de quarta,n.*24.*de præscript.*

57 Possessio quoque semper necessaria est ad præscriptionem; nam sine possessione præscriptio non procedit, quemadmodum regula iuris vulgata dictat, & notauit Couatt. *in regula, possessor, in initio secunda partis, in principio, fol. mihi* 781. *& per tot.* §. explicat, notauit etiam Ant. Pichard, *ad rubric.Institut.de vsucap. num.*5. & exornauit Tuschus, *tom.*6. *lit.P. concl.*523. *per tot.* Ant. Galeat. Maluas. *in cons.* 87. *num.* 26. & cum Balb. Siluano &, Croto, Achil. Pedrocha, *in cons.*36. *num.*355.*&* 356. Honded. *in cons.*79.
*num.*5.*lib.*1.vbi inquit, quod præscriptio,etiam 58
per mille annos non procedit absque possessione in corporalibus, & quasi possessione in incorporalibus,& repetit *in cons.*84 *num.* 34 *eod lib.* Ioann.Cephal.*in cons.*46.*num.*32.*lib.*1. *& in cons.* 403.*num.*11.*lib.*3. Menoch.*de retinenda possess. remed.*6.*nu.*130.Mier. *de maiorat.*4.*p.q.*20 *ex n.*195. D.Ioan.de Balboa, *in cap.*1.*de præscript.numer.*5. latiùs, *in c.si diligenti,num.*17. *eod.tit.* vbi latiùs
explicat. Requiritur denique ad præscriptio- 59
nem, & eius perfectionem, quod interueniat,& currat tempus à lege præfinitum; sicuti notarunt Couatt. *in dicta regula, possessor, secunda parte,*§.2. Anton.Pichardus, *ad principium,Instit. de vsucapion.num.*1.*pag.*302. D.Ioann.de Balboa, *in cap.*1. *de præscript.num.* 1. *& in cap. Sanctorum, num.*17.*&* 18. Et quidem post Iustiniani consti-
tutionem, *in l.vnica,C.de vsucapion. transform.&* 60
in principio, Institut. de vsucapion. in vsucapione mobilium,aut se mouentium, contra priuatum, triennium constitutum est; res autem immobiles, per decennium, inter præsentes; inter absentes verò, viginti annorum spatio vsucapiuntur; & ita ex communi Doctorum sententia,& relatis Couarr.Azeuedo, Pat.Ludou. Molina,& Hug. Donello, notauit D.Ioann.de Balboa, *in cap.Sanctorum,* 3.*n.*1.*de præscript.* Ant.Pichardus, *ad principium,Institut.de vsucapion.num.*1.*pag.*302. & probatur *in l.*15.*&* 18. *cum sequentibus, tit.*29.
partita 3. Iure veteri Ecclesia contra Ecclesiam 61
præscribebat triginta annorum spatio,vt latiùs comprobat Couarr. *d.*§.2.*à num.* 2. Verum ij Canones antiquati sunt per Romanos Pontifices, qui quadragenariam præscriptionem necessariam esse censent aduersus Ecclesias, earúmque res,siue præscriptio procedat à priuato, siue ab altera Ecclesia: textus, *in c. de quarta,de præscript c illud, & c.ad aures, eod.tit.auth. quas actiones,C.de Sacrosanct. Eccles.* cui conuenit *l.*26. *tit.*29. *partita* 3. & idem erit, si Ecclesia velit præscribere rem alicuius Monasterij, etenim non potest minori spatio quadraginta annorum, prout latiùs explicat Couarruu. *dict n.*3. & idipsum resoluit D.Ioann.de Balboa, *in dicto cap. Sanctorum, num.*31. *de præscript.* qui allegat text. *in Authent.de Ecclesiasticis titulis,*§.*pro temporalibus,& in Authent. quas actiones, C.de Sacrosanct. Ecclesiis,cap.de quarta,cap.ad aures,cap.illud, cap.quia iudicante, de præscript. l. placuit, versicul. Quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles.* & repetit
inferiùs ipse Balboa, *n.*44. *in eodem cap.Sancto-* 62
rum, vbi extendit hoc priuilegium quadragenariæ præscriptionis,ad loca pia, veluti Monasteria, Hospitalia; & ad legata, & donationes ad pias causas; non tamen ad bona Clericorum, qui ad hoc enumerantur inter personas priuatas, vt tradit *ibidem,num.*45.post Couart. & Pat. Lodou.Molinam,extendit etiam, *num.*47.*&* 48. vt vna Ecclesia contra aliam præscribat spatio
quadraginta annorum, vt probat textus *in di-* 63
*cto cap.ad aures,cap.illud,cap.quia iudicante,cap.de quarta,cap. volum.*16.*quæst.*4.& notarunt Balbus, Tiraquellus,& Couarr. *ibi* relati, idem Balboa, *in ipso cap. Sanctorum, quæst.* 2.*num.*30.vbi etiam notauit quòd seruitutes continuæ aduersus Ecclesiam non præscribuntur nisi spatio quadraginta annorum;per textum *in dicto cap.de quarta:*& quod idem procedit in Monasteriis, idem Balboa,

Balboa *in eodem cap. Sanctorum, quæstione 3. num. 13.*
Anton. Galeat. Maluassia, *in consilio* 8. *numero* 18.
& in consilio 105. *numero secundo*, Augustinus Bar-
bosa, *in dicto cap. de quarta, de præscrip.* vbi quod
præscriptio legitima in rebus Ecclesiasticis est
quadragenaria, & quod id procedit in rebus
Hospitalium, & piorum locorum, qui instituun-
tur in pauperum vsus; quod tenent plures *ibi*
relati: *in cap. ad aures, numero tertio*, vbi quod Ec-
clesia contra Ecclesiam præscribit quadraginta
annis; quod tenent quamplures, quos *ibi* re-
fert: & superiora procedunt, quoties agitur de
præscribendis rebus immobilibus, siquidem res
res Ecclesiæ mobiles vsucapiuntur triennio,
64 text. *in dict. authent. quas actiones*, & *ibi* Glossa,
communiter recepta *verbo, durantibus*, & latiùs
comprobat Didac. Couarruu. *in dicta regula, pos-
sessor, 2. parte, §. 2. numero quinto*, contra Ecclesiam
Romanam, necessaria est centenaria præscri-
65 ptio, ex textu, *in dicto authent. quas actiones, & in
capit. ad audientiam, & cap. cum nobis, de præscript.
cap. nemo, 16. quæstione tertio*, & eleganter explicat
Couarruuias, *vbi suprà, numero sexto*, atque ex
communi omnium sententia tradit Augustinus
Barbosa, *in cap. cum nobis, de præscript. numero 2.
folio* 598.

66 Res autem ad Principem, seu Fiscum sæcula-
rem pertinentes: Item libertas, seu immunitas
à soluendis indictis, & collectis, quo tempore
præscribantur, singulariter explicauit Couarr.
& nonnulla distinxit, *in dicta regula, possessor, 2.
parte, dicto §. 2. numero* 8. *&* 9. Peregrinus, *de iure
Fisci, libro sexto, titulo octauo*, D. Garcia Ma-
strillus, *de magist. lib. primo, cap.* 19. vbi latè distin-
guit, & rectè obseruat, res Principum posse mul-
tifariam considerari: Pet. Barbosa, *in l. com-
petit, C. de præscript. 30. vel 40. annorum*, vbi latis-
simè.

Quod attinet verò ad nostrum tractatum, &
Tertias ipsas, de quibus agimus, quæ sunt ius
quoddam Regale, in patrimonio Regum Hispa-
niæ iam incorporatum, & inclusum, & quæ in
signum Regiæ potestatis eis competunt, vt ab
eodem Couarruu. & cæteris nunc relatis aduo-
cata, & scripta non reperiam; tempus præscri-
ptionis, *lege ipsa prima, titulo 21. lib 9. noua collect.
Regiæ*, statutum est, & præcisè requiritur, quod
sit immemoriale: vnde alia indagatione, aut dis-
putatione, opus non est, cùm tempus certum,
lege ipsa prima, præfinitum habeamos, & *capiti-
bus præcedentibus* obseruatum, & exornatum fue-
rit, Tertias ipsas tempore immemoriali præscri-
bi posse; quod *lege ipsa prima*, expresse cauetur.
Distinctio quoque communis recepta; videli-
cet, ea, quæ in patrimonio Regis sunt incorpo-
67 rata, qualia sunt Tertiæ, non tamen eidem re-
seruata in signum recognitionis, & subiectionis
vniuersalis dominij, & recognitionem supremæ
potestatis, præscribi posse tempore immemoria-
li, licet in patrimonio Regis existant, vt dixi; ea
vero, quæ in signum, & recognitionem vniuersa-
lis subiectionis, & dominij, & ratione supremæ
potestatis reseruata sunt, præscribi nullo tem-
pore posse, quam distinctionem amplexi fuere
(provt *aliis capitibus præcedentibus* notaui) Gre-
gorius Lopez, Didac. Perez, Couarruu. Auen-
dañus, Auiles, Villalobos, & alij, cum quibus
Azeuedus, *in l. prima, titulo* 15. *libro* 4. *nume-
ro* 42. *& tribus sequentibus, folio* 428. Ioannes Gar-
cia, *de nobilitate, glossa* 7. *numero vigesimonono, &
glossa* 19. *numero primo*, Lasarte, *in addition. ad*
caput decimumnonum, num. 5. *de gabellis*, Mie-
res, *4 parte, quæstione* 21. *numero* 79. Ioannes Gu-
tierrez, *de gabellis, quæstione 5. numero decimosexto*,
& cum Peregrino, D. Francisc. Alfarus, *de officio
Fiscalis, glossa* 16. *numero* 167. *folio* 79. Pet. Barbo-
sa, *in l. competit, C. de præscript. 30. vel 40. annorum
numero* 19. *&* 20. *&* 160. *& quatuor sequentibus*, &
notaui quoque *suprà hoc eodem tractatu, capit. 20.
numero* 38.

Remanet ergo, Tertias, non nisi tempore le-
ge præfinito præscribi posse; tempus autem præ-
finitum, atque statutum, esse immemoriale, pro-
vt *in dicta l. prima, titulo 21. lib. 9.* exprimitur.

Nunc autem restat loquitere, tempus ipsum 68
immemoriale quod dicatur? Pro cuius rei expli-
catione, ante alia meminisse oportebit, imme-
morialis præscriptionis substantiam, siue essen-
tiam, in eo principaliter consistere, vt initij, &
originis, siue introductionis eius memoria non
existat; idque maximè intra centum annos: quod
numeris præcedentibus adnotaui, atque compro-
baui, & maximè *numero* 40. *&* 41. & notanter
tradiderunt Ludouic. Molina, *libro secundo, capite
sexto, ex numero* 60. *cum sequentibus*, Cald. Pereira,
*receptar. sententiar. libro primo, quæstione 23. nume-
ro* 110. Ioann. Garcia, *de expens. & meliorat, ca-
pite nono, numero* 25. Alexander Ludouisius, *deci-
sione* 298. *numero* 13. & ego metipse notaui *in
commentariis tomi 5. capit. 93. §. 8. numero* 48. ibi:
*Ad essentiam immemorialis præscriptionis requiri,
quod non constet de initio, &c.* Et inferiùs numero
54. ibi: *Quod tamen, semper est intelligendum,
dummodo de initio tituli, aut possessionis non constet*,
& probatur in l. 2. §. idem Labeo ait, ibi: *Cuius
memoria non extat*, ff. de aqua pluuia arcenda, l. hoc
iure, § ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, &
æstiua, ibi: *Cuius origo memoriam hominum exces-
serit*, ff. de aqua quotidiana, & æstiua, l. si arbi-
ter, 23. in fine, ibi: *Tum memoriam operis facti non
extare*, ff. de probat. l. 15. in fin. ibi: *Tanto tiempo,
que nose puedan acordar los homes, quanta ha que lo
commençaron avsar*, l. 16. ibi: *Que los homes no se pue-* 69
dan ende acordar, titulo 31. partita 3.

Rursus, ex sententia Cyni, & aliorum, præ-
scriptionem centenariam, esse in effectu imme-
morialem præscriptionem, & sic centum anno-
rum tempus, immemoriale dici; imò præscri-
ptionem centenariam, potiorem esse, quàm im-
memorialem; ideóque, vbi lex requirit proba-
tionem centum annorum, non sufficere quòd
immemorialis probetur; & vbi immemorialis
requiritur, quod sufficiat probari centum anno-
rum præscriptionem; idque ex sententia quo-
rumdam Authorum, provt ego retuli eos *in com-
mentariis tomi 5. cap. 93. §. 8. numero* 51. Addo nunc,
multos sic tenentes retulisse Valençuclam Velas-
quez, *in consilio* 79. *numero* 121. & tenuisse Ca-
neti. *in extrauag. volentes, folio* 28. *numero* 37. 46. *&*
49. Brixian. *in tractatu finium regundorum, cap.* 70.
numero 3. Simon. de Pretis, *in consilio* 73. *numero* 2.
& 3. Nattam, *in consilio* 446. *numero* 11. *& in con-
silio* 456. *numero* 14. Mandellum de Alba, *in consi-
lio* 64. *numero* 58. Rotam *decisione* 545. *numero* 2.
parte prima, & decisione 210. *&* 214. *lib.* 2. *parte* 2. *in
nouissimis, & decisione* 243. *&* 713. *lib.* 3. *parte* 3.
Farinacium, *decisione* 584. *parte* 3. & idipsum, quod
scilicet centenaria sit immemorialis, imò po-
tior immemoriali, Rolandus, *in consilio* 100. *nu-
mero* 99. *libro quarto*, Mascardus, *conclusione* 429.
Moneta, *de decimis, capite quinto, quæstione 3. nu-
mero* 75.

E contrario tamen, quod centenaria, nec sit immemorialis præscriptio, nec eiusdem effectum sortiatur; atque ita, nec sufficiat ad præscriptionem primogenij, in terminis *l.41. Tauri*, nisi ea omnia concurrant, quæ in terminis legis eiusdem requiruntur: inde etiam, quòd immemoriali præscriptione potior non sit, sed potius inferior; alios plures Authores sustinuisse, & hanc vltimam partem crebriùs receptam, & à Ludouico Molina probatam, *libro secundo, cap.6. ex numero 43. vsque ad numerum* 51. vbi primam opinionem contrariam confutauit, & vnam, & alteram adduxit. Pelaez etiam à Mietes, 4. *parte, quæstione 20. ex numero 223. folio 226. in noua editione, vsque ad numerum* 239. contrarias opiniones commemorat; & concludit, præscriptionem centenariam, & immemorialem differre, & minorem esse centenariam. Item, quod in casibus, in quibus immemorialis præscriptio requiritur, non sufficit præscriptio centum annorum, nisi ex aliqua lege, in illomet casu, centum annorum præscriptio sufficiat. Ac denique, quod de proprietate vocabuli, pręscriptio immemorialis dicitur, id est, quia memoria non extat; igitur cum memoria extat, etiam si sit centum annorum, non potest dici immemorialis: quod latiùs explicat Mieres *ibi, numero* 230. *folio* 229. & repetit 4 *parte, quæstione 21. numero 55. folio 242. in noua editione.* Et idem quoque, quod præscriptio centum annorum, & immemorialis differunt; tenent & alij plures Interpretes, quos *dict.* §. 8. *cap. 93. numero 51. per totum*, ego metipse recensui, vbi contrarias opiniones retuli. Et ita demum admitti posse priorem opinionem dixi, quando de initio non constaret, & alia simul concurrerent, quæ ad immemorialis præscriptionis existentiam, & probationem necessaria sunt, tunc namque centenaria præscriptio, immemorialis dici posset; aliàs autem, differrent, & potentior dicitur immemorialis, quàm centenaria, prout *dicto numero* 51. concludo, & per Pat. Molinam, *tractatu. 2. disputatione 76. ex numero primo:* Hondedeum, *in consilio 79. numero 35. libro primo.* Denique, *eodem cap. 93. dicto* § 8. *ex numero 52. vsque ad numerum* 61. excita-

70 ui dubium illud, immemorialis præscriptio quæ dicatur, & quod tempus requirat; & retuli Ludouici Molinæ, & aliorum Authorum sententiam, quod immemorialis præscriptio dicitur, quæ excedit centum annos. Et multo magis, si excedat annos 200. & quòd immemorialis dicitur, centum & octo annorum possessio, & centum & viginti, & centum & triginta, & centum & quadraginta annorum, & centum & quinquaginta annorum, & centum & septuaginta; sicuti tenuerunt Authores illi, quos *ibidem* congessi, & commemoraui. Et de his hactenus, quibus addendum est, D. Ioan. Solorzanum, virum quidem, & ingeniosum admodum, & eruditum, *de Iudiar. iure, libro tertio, capite tertio, numero* 73. nulla præhabita disputatione, ex sententia aliorum retulisse, quod centenaria præscriptio potentior est, quàm immemorialis; quod tamen procedere non potest, & explicari debet, prout nunc dicebam.

CAPVT XXVII.

Immemorialis præscriptio, quemadmodum, quibúsque testibus, & qualitatibus probari debeat, tam in terminis iuris communis, quàm de iure huius Regni, post editam nouam constitutionem *l.41. Tauri*, quæ hodie est *l. prima, titulo 7. lib. 5. nouæ collect. Regiæ.*

Et in summa, an testes, bonæ famæ, & opinionis requirantur; idque articulandum, & probandum sit.

An de publica voce, & fama, & communi opinione deponere debeant, idque facto articulo principali.

An etiam de visu 40. annorum, & euius ætatis esse debeant.

An de visu, & auditu à maioribus, & senioribus.

An secundi auditus, præcisi, & & necessarij sint; ita vt leges secundi auditus, quæ in primogenij, ac iurisdictionis præscriptione tantùm loquuntur, in cæteris negotiis, quibus immemorialis probanda est, procedant, ac locum habeant, necne.

Et de contrariis opinionibus in proposito.

Testis etiam, qui deposuit se vidisse aliquid fieri publicè, vtrùm videatur deponere de publica voce, & fama.

Ac denique, vtrùm testes, qui de immemoriali deponunt, necessariò exprimere debeant, à quibus personis audiorint.

Breuis, & distincta resolutio, atque explanatio.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio immemorialis quemadmodum, quibúsque testibus, & qualitatibus, atque circunstantiis articulari, & probari debeat? & per totum caput.*

2 *Præscriptio etiam temporis immemorialis, ab eo concludenter probari debet, qui se fundat in illa.*

3 *Præscriptio non præsumitur, nisi probetur.*

4 *Præscriptionem etiam immemorialem, in dubio, non extare, sed excludi, iudicandum est.*

5 *Immemorialis præscriptio quemadmodum probari debeat in terminis iuris communis, ex sententia communi.*

Qualiter etiam attento iure Regio huius Regni, & post editam nouam constitutionem, l.41. Tauri, *quæ hodie est*, l. prima, titulo 7. libro quinto, nouæ collect. Regiæ, *numeris sequentibus.*

6 *Immemorialis præscriptio vt probetur, testes bonæ famæ, & opin. requiruntur.*

Idque probare necessarium est, nec sufficit sola iuris præsumptio,

præsumptio, quaomnes, bona fama esse præsumuntur.

Vnde, tam in primogeniorum, quam in alterius facti cuiusque antiqui probatione, quod memoriam hominum excedit, articulandum, & probandum erit, quod testes deponentes, sunt bona fama, & opinione.

Quod exornatur.

7 *Testes deponentes de immemoriali præscriptione, de visu quadraginta annorum deponere debent.*

Et cuius ætatis esse debent.

8 *Testes deponentes de immemoriali præscriptione, de auditu à maioribus deponere debent.*

Auditus enim à maioribus, qualitas est immemorialis.

9 *Ad immemorialis præscriptionis probationem, visus, & auditus maiorum necessarius est.*

Atque ita testes non solum debent specificè deponere, se à maioribus audiuisse; sed simul, maiores dixisse, idipsum vidisse per tempus vitæ suæ.

10 *Immemorialis præscriptio vt probetur, an secundi auditus necessarij sint.*

Ita quod testes deponant audiuisse à maioribus, eos idipsum vidisse, & audiuisse.

Et an leges secundi auditus, quæ in primogenij, ac iurisdictionis præscriptione tantùm loquuntur, in cæteris negotiis, quibus immemorialis probanda est, procedant, ac locum habeant, nécne.

Et de contrariis opinionibus in proposito.

11 *Testes super immemoriali, non solum deponere debent de affirmatiua, sed de negatiua.*

12 *Deponere etiam debent de publica voce, & fama, & communi opinione.*

Et fama publica articulanda est in articulo principali præscriptionis immemorialis, nec sufficiet si in vltimo articulo probetur, & articuletur.

13 *Testis qui deposuit, se vidisse aliquid fieri publicè, vtrùm videatur deponere de publica voce, & fama.*

14 *Testes qui de immemoriali deponunt, vtrum cum de auditu à maioribus testantur, exprimere necessariò debeant, à quibus personis audierint.*

Et de interpretatione textus, in capit. licèt ex quadam, de testibus.

15 *Qualitates omnes* in l. 41. Tauri, *requisitæ, vt immemorialis præscriptio primogenij probetur, substantiales sunt, & formam inducunt, & ad vnguem obseruari debent.*

Quod exornatur.

PRo distincta, & breui *huiusce capitis* explicatione, & *dicto l. prima, titulo* 21.
libro 9. *nouæ collectionis Regiæ*, declaratione, qua (vt sæpissimè repetitum est) immemorialis præscriptio admittitur, sicut titulus,
vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere valear, obseruandum, atque constituendum erit,
præcisè, & necessariò tractandum articulum illum, qui communiter ab omnibus tractari, &
explicari solet, quotiescumque de immemoriali
1 sermo instituitur; quemadmodum scilicet, quibúsque testibus, & qualitatibus, Immemorialis ipsa articulanda, & probanda sit, vt concludenter de ipsa constare dicatur, cùm certum sit,
2 quod præscriptio etiam temporis immemorialis, ab eo concludenter probari debeat, qui se
fundat in illa, vt latè ostendunt Curtius iunior,
in consilio 90 *in principio, libro primo*, Hieronym.

Gabriel, *in consilio* 145. *numero* 4. & 5. *libro primo*,
vbi post Decium dicit, nec probationem temporis dubiam releuare, maximè cùm præscriptio 3
non præsumatur, nisi probetur, vt post Bartol.
Rolandum, & Cacheranum, dixit Hondedeus,
in consilio 97. *numero* 45. & tenent alij plures relati
suprà, hoc eodem tractatu, cap. 18 *numero* 78. vbi etiam retuli Mascardum, & Menochium, & cum
eisdem notauit Augustinus Barbosa, *in cap. primo, de prescript. libro sexto, numero sexto, & septimo, folio mihi* 131. & ij addiderunt, idem dicendum esse 4
in præscriptione tanti temporis, cuius in contrarium memoria non extat; cùm præscriptio,
quantum fieri possit, euitari debeat, tanquam iniquum præsidium, & contra naturalem æquitatem; & ita non extare, aut excludi, indicandum sit in dubio; sicuti cum Afflicto, Rolando,
Curtio iun. & Cephalo, notauit ipse Hundedeus,
dicto consilio 79. *numero* 46.

Dubium sanè propositum, quomodo Immemorialis articulanda, & probanda sit, tam iure
communi attento, quàm huius Regni nouo iure (Regia scilicet *legis* 41. *Tauri* constitutione) 5
considerato, explicandum erit. Quod attinet ad ius commune, & ante editam Taurinam dictam decisionem, permulti iuris Interpretes declararunt; Glossa inquam, & Doctores omnes communiter, *in capit. primo, de præscript. libro sexto*, Parisius, *in consilio* 127. *numero* 99. & *in consilio* 101. *numero* 124 *libro primo*, Lofredus, *in consilio* 40 *numero* 37. Signorolus, *in consilio* 70. *ex numero* 19. Anton. Gabriel, *commun. conclusion. libro quinto, titulo de præscriptionibus, conclusione prima, ex numero* 74. *cum sequentibus.* Crauetta, *de antiquitate tempor. quarta parte, sectione, Materia ista singularitatis testium, q.* 21. *ex n.* 38. *folio mihi* 205. Oldradus, *in cons.* 172 *colum.* 3. Alexand. *in cons.* 16. *colum.* 5 *lib.* 5. & *in consilio* 177. *colum* 4. *libro*. Corneus, *in cons.* 628 *colum.* 8. *libro quarto*, Balbus, *de præscriptionibus, secunda parte tertia partis, quæstione* 6. *ex numero* 24. Rebuffus, *de decimis, quæstione* 13. *numero* 94. & *sequentibus*, Mynsingerus, *centuria prima, obseruatione* 30. Cacheranus, *decisione* 101. *ex numero* 16. Gregorius Lopez, per textum *ibi, in l.* 29. *titulo* 16. *partita* 3. & *in l.* 11. *titulo* 21. *partita prima*, Couarrun. *in regula, possessor, secunda parte, §.* 3 *numero sexto, & septimo*, Ludouicus Molina, Pelaez à Mieres, Auendaño, & Ioannes Garcia, *in locis referendis infrà*. Sanctar. *variar. quæstione* 15. Seraphinus, *decisione* 1102. *numero secundo, & decisione* 1450. *numero secundo*, Par. Ludouicus Molina, *de iustitia, & iure, tomo* 1. *disputatione* 76. Azeuedus, *in l. prima, titulo* 7. *libro quinto, nouæ collect. Regiæ, numero* 22. & *in l. prima, titulo* 14. *libro quarto, numero* 5. Ioann. Andreas Gregorius, *quæstion. feudals, capit.* 27 & 28. Cardinalis Tuschus, *tomo* 7. *littera T. conclus.* 39. & 41. Hondedeus, *in consil.* 79. *ex numero* 36. *lib. primo*, Camillus de Medicis, *in cons.* 152. *ex numero* 16. & *in consil.* 154. *numero* 42. Sixtinius, *de Regalibus, libro primo, capite quinto, ex numero* 153. Valençuela Velasquez, *in cons.* 93. *ex numero* 35. Monera, *de decimis, capite quinto, quæstione prima, ex numero* 75. *folio* 52. Farinacius, *decisione* 369. *in antiquis, & decisione* 76. & 445. *partis primæ, tomo primo, & decisione* 284. *partis secundæ, tomo primo*, Augustinus Barbosa, *in cap. primo, de præscriptione, libro sexto, numero* 17. & 18. *folio* 132.

Et omnes, post Glossam, *verbo, memoria, in dicto capit. primo*, concludunt, quod immemo-

rialis præſcriptio, in terminis iuris communis, probanda eſt per teſtes deponentes, ſe vidiſſe, & audiuiſſe ſemper ita fieri, ſiue toto tempore memoriæ eorum, vſque in præſens tempus, ita fuiſſe, & nunquam vidiſſe, nec audiuiſſe, contrarium actum fuiſſe, & à ſenioribus, & maioribus audiuiſſe, id actum fuiſſe, de eóque eſſe, & fuiſſe publicam famam, & opinionem apud eos, qui eius rei cognitionem habent. Et teſtes ipſos, conteſtes eſſe debere, & de immemoriali concludere. Et de tempore 40. annorum deponere debere, & eſſe 54. annorum, aut quinquageſimum annum impleuiſſe, prout alij affirmant. Illud verò requiſitum, quod Maiores non viderint, nec audiuerint contrarium, non eſſe neceſſarium, attento iure communi, cenſuit aliquando Rota Romana, ſicuti firmat Auguſtinus Barboſa, *in dicto cap. primo de præſcript. lib. 6. num.* 17.

Quod attinet vero ad ius noſtrum Regium, & *dicta l. 41. Tauri* nouam conſtitutionem, quæ hodie eſt *lex prima, titulo 7. lib. 5. nona collect. Regia*; & propoſiti dubij explicationem, immemorialis ſcilicet præſcriptio, quemadmodum, quibúſque qualitatibus & circunſtantiis articulari, & probari debeat, ſequentia obſeruanda, atque conſtituenda erunt.

6 Ac primo quidem loco, quod immemorialis præſcriptio vt probetur, teſtes bonæ famæ & opinionis requiruntur; idque probare neceſſarium eſt, nec ſufficit ſola iuris præſumptio, qua omnes bonæ famæ eſſe præſumuntur; & inde, tam in primogeniorum, quam in alterius facti cuiuſque antiqui, quod memoriam hominum excedit, probatione, articulandam & probandum erit, quod teſtes deponentes, ſunt bonæ famæ & opinionis, & *l. 41. Tauri* conſtitutio: quæ hodie eſt *l. prima, titulo 7. libro quinto, nona collect. Regia*, in primogenij probatione loquens & requirens, *que los teſtigos ſean de buena fama*, in omni quoque facto antiquo, quod memoriam hominum excedit, æqualiter procedit, locúmque obtinet, vt teſtes debeant eſſe homines graues, ac bonæ famæ, ídque ſpecificè articulandum, atque probandum ſit: quod Ludouic. Molina, *de Hiſpanor. primogen. libro ſecundo, cap. 6. numero* 29. & 30. latiùs comprobat, atque exornat. Auendañus etiam, *in l. 41. Tauri, gloſſa* 11. *per totam*, vbi *in principio* ſic ſcribit, ibi: *Que los teſtigos ſean de buena fama. Hæc eſt prima qualitas neceſſaria in perſona, qui producitur ad probandum in factis antiquis memoriam hominum excedentibus, à iuris principijs deducta, ex cap. licet ex quadam, de teſtibus, ibi, niſi fortè perſonæ graues extiterint: & ibi, ab hominibus bonæ famæ: iuncta l. 15. titulo 9. partita 4. ibi, de buena fama: quæ quidem qualitas à lege requiſita, neceſſariò eſt articulanda, & probanda, &c.* Idem quoque reſoluit Ioann. Garcia, *de expenſ. & meliorat. capit. 9. numero* 14. & 15. dicens, quod teſtes, de Immemoriali deponentes, debent eſſe probi, & boni nominis, & integræ opinionis; & quod inde conſueuit fieri articulus ab Aduocatis, de fama, & opinione laudabili eorum, quos in teſtes produxerunt, ad probandum Immemorialem, eſſe neceſſarium iure noſtro Regio, in huiuſmodi probatione, aliàs tota probatio, omiſſa dicta circunſtantia, vtpotè, à lege requiſita, corruet omnino. Quare neceſſe eſt vt is, qui teſtes produxerit, teſtes eoſdem approbet, adductis aliis teſtibus, qui vitam ipſorum, mores, & famam noſcant, & approbent. Et adducit doctrinam Angeli, quam Ludouic. Molina ponderauit, quod ſi lex, vel ſtatutum requirit teſtes optimæ opinionis, id eſt, præciſè articulandum, & probandum; & latiùs comprobat. Notarunt quoque idipſum Matienzus, *in dicta l. prima, titulo 7. lib. 5. gloſſa* 8. & Azeuedus *ibi, numero* 26. Pelaez à Mieres, 4. *parte, quæſtione* 20. vbi latè comprobat *ex numero* 181. *vſque ad numerum* 198. & oſtendit quod in multis caſibus, in quibus, optima opinio teſtium eſt cauſa inductiua plenæ probationis, quæ aliàs non eſſet plena, tunc de plena, & optima opinione ipſorum teſtium, eſt ante omnia articulandum, & probandum, & adducit exempla nonnulla. Ceuallos etiam *commun. contra commun. 4. parte, quæſtione* 900. *ex num.* 141. *vſque ad numerum* 156. vbi permultis comprobat, quod quoties lex requirit in teſte bonam famam, ipſa eſt articulanda, & probanda; prout *ibi* videri poterit.

Item conſtituendum eſt, quod teſtes, qui de immemoriali præſcriptione deponunt, neceſſariò, & præciſè deponere debent de viſu 40. annorum, vt *in dicta l. 41. Tauri*, ſpecificè cauetur, in illis verbis: *Y digan, que anſi lo vieron ellos paſſar por tiempo de quarenta años.* Et debent eſſe ætatis quinquaginta & quatuor annorum, vel ſaltem eius ætatis, quod tempore, quo deponunt, iam fuerint elapſi quadraginta anni, & quòd ſint doli capaces: atque ita non requiritur præciſè, quod debeant eſſe ad minus ætatis quinquaginta, & quatuor annorum, prout nonnulli malè arbitrantur; ſed ſufficit, quod ſint ætatis quinquaginta annorum cum dimidio; cùm teſtis, qui iam decem annos cum dimidio attigit, doli capax eſſe cenſeatur; & regulare ſit, quod teſtis quatuordecim annorum poſſit deponere de his, quæ vidit in pupillari ætate, dummodò deponat de eo tempore, quo iam erat doli capax, vel proximus pubertati, ſicuti hæc omnia eruditè reſoluit, & latiùs comprobat Ludouic. Molina, *libro ſecundo, cap. 6. numero* 40. 41. & 42. vbi refert, ita tenentes, Ioann. Miles, Florianum, Lapum, Dominicum, Francum, Crauetam, Chaſſaneum, Caſtillum, & Couarr. & improbat Pariſium, Anton. Gabriel. & alios, qui dixerunt, teſtes de immemoriali præſcriptione deponentes, debere eſſe ad minus ætatis quinquaginta & quatuor annorum. Quod cum aliis, & malè quidem tenuit Sixtinus, *de Regalibus, libro primo, capit. 5. numero* 153. *folio* 165. Camillus de Medicis, *in conſilio* 152. *numero* 62. eandem tamen Ludouic. Molinæ reſolutionem amplectuntur Ioann. Matienzus, *l. prima, titulo 7. lib. 5. gloſſa* 9. Ioann. Garcia, *de expenſ. & meliorat. capit. 9. numero* 9. vbi ſic ſcribit: *Atque hi teſtes, quoniam atteſtaturi ſunt de his, quæ viderunt proximis quadraginta annis, neceſſum eſt, vt attingant ad minus annum quinquageſimum & dimidium, vel quinquaginta & vnum, vt poſt decimum & dimidium, vel vndecimum annum, ſuperſint quadraginta, de quibus deponant & atteſtentur, quæcumque viderint. Et quod non ſit neceſſe, quòd teſtis, qui de immemoriali poſſeſſione ſit atteſtaturus, expleuerit annos quinquaginta quatuor. Sufficit enim, quòd atteſtetur de his, quæ perpetuo tenore vidit obſeruari iam inde ab illa ætate, qua doli capax videri potuit, ſcilicet à decimo anno cum dimidio, tunc enim doli capacem puerum intelligimus, &c.* Valençuela Velaſquez, *in conſilio* 93. *num.* 33. in illis verbis: *Nam quoad primum ſufficit, quod teſtes ſint maioris ætatis quinquaginta annorum, & deponant de viſu proprio annorum quadraginta.* 7

Velaſ

Velasquez Auendañus, *in l. 41. Tauri, glossa* 12. *per totam*, vbi in effectu amplectitut eandem tesolutionem, quam ex Ludou. Molina retuli *suprà*. Et Interpretum nostrorum obsetuationes adducit, & coneludit, de inte communi, non ita fuisse expressum tempus visus, de quo testes deponere specificè etat necessarium, prout *in dicta l. 41. Tauri* exprimitut; sed sufficere, si dicerent, semper se vidisse ita receptum: sed quia sic testificando, poterant aliqui ex testibus de plutibus, alij de paucioribus annis deponere, mediam viam eligendo, *dicta l. Tauri* constituit, tempus visus debere esse, quadraginta annorum spatium, confirmando in hoc aliquorum opinionem, qui clarius Glossæ sententiam *in capit. primo, de præscript. libro sexto*, interpretati sunt, credentes fore necessarium, quod testes specificè deponerent de tempore visus quadraginta annorum, vt sentiebant plures Authores *ibi* relati. Et refert alios, dicentes, quod testes deponentes super immemoriali, debeant esse ætatis 54. annorum, cum de visu 40. deponere debeant; quod etiam ita simpliciter resoluit, nec aliter explicat, & commemorat solum Rebuffum, Brunor. à Sole, Flores de Meoa, & Augustin. Barbosa, *in dicto cap. primo, de præscrips. libro sexto, numero decimo nono, folio* 232. etedit tamen ipse Velasquez Auendañus, *numero tertio*, verius esse, quod sufficiat, si restes sint tempore depositionis eius ætatis, quod quadraginta anni, postquam effecti sunt doli capaces, transietint; atque ita habeant 50. annos & dimidium, prout Molina explicauit

8 Constituendum etiam est, quod testes, non solum deponere debent de visu quadraginta annorum, sed specificè, atque expresse, quod idem à Maioribus suis audierunt; atque ita, auditus hic à Maioribos, est qualitas immemorialis præscriptionis, præcisè à testibus exprimendā; prout de iure communi notat Glossa, *in dicto cap primo, de præscript. libro sexto*, & aduertit cum relatis ab Anton. Gabsiele, Otalora, & Auendaño, Velasquez. Auendaños, *in l. 41. Tauri, glossa* 13. per illam legem dicentem: *Y ansi lo oyeron dezir a sus mayores, y ancianos*. Notauit etiam idem Auendañus, *glos. 14. in principio*, Ludou. Molina, *lib. 2. cap 6. numero 31. ad finem*, in illis verbis: *Hodie autem, ex decis. dicta l. 41. Tauri, vltra omnia, quæ superius dicta sunt, requiritur quod testes deponant audiuisse à maioribus, ac senioribus, eos in vita sua audiuisse, &c.*

9 Requiritur quoque, quod testes specificè deponant, non solum se à maioribus audiuisse, sed simul maiores dixisse, idipsum vidisse per tempus vitæ suæ, ita quod de visu maiorum constet, saltem per confessionem eorum à testibus auditam, & probatam; quod expresse constat ex *dicta l. 41. Tauri*, ibi: *Que ellos siempre ansi lo vieron*. Et notauit Ludouic. Molina, *libr. 2. dict. cap. 6. sub numero* 31. ibi: *Eos in ætate sua vidisse*. Velasq. Auendañus, *in dict. l. 41. Tauri*; *glos.* 41. qui aduertit, hoc immemorialis probationis requisitum, non fuisse necessarium de iute commuoi, sed tantum auditus à maioribus, cum visu testium. Nec etiam de iute *Partitarum*; & explicar *l. 29. tit. 16. partita* 3. quæ contratium innuere videtur.

10 Rursus constituendum est, dubium esse controuersum, & contrariis opinionibus diuisum, vtrum scilicet, vt immemorialis præscriptio perfectè probetut, secundi auditus necessarij sint, ita quod testes deponant, audiuisse à maioribus, eos idipsum vidisse, & audiuisse: & an leges secundi auditus, quæ in primogenij, ac iurisdictionis præscriptione tantùm loquuntur, in cæteris negotiis, quibus Immemorialis probanda est, procedant, ac locum habeant, necne. Et pro veta explicatione obsetuandum est, de iure communi sufficere, quod testes, de immemoriali præscriptione deponentes, de primo auditu tantùm, & ad modum relatum *suprà, numero* 5. deponant, nec fuisse necessariam secundi auditus probationem; sicuti ex aliis pluribus Authoribus, obsetuarunt Gregorius Lopez, *in l. 12. tit. 22. partita prima*, verbo, *que ha quarenta años*: Couar. *in regula, possessor, secunda parte, §. 3. numero 7. in princip.* & in *vers. Testes verò*, Aimon. Crauet. Balb. Anton. Gabriel, & alij, cum quibus Ludou. Molin. *lib. 5. d. c. 6. num.* 31. Velasq. Auendan. *in d. l. 41. Tauri, glos.* 15. vbi respondet legi 29. *tit. 16. p.* 3. quæ contrarium innuere videtur prima facie. Notarunt quoque Burgos de Paz, Matienzus, Azeuedus, Ioann. Garcia, & Valençuela Velasquez, in locis referendis *infrà*, & Pat. Ludouic. Molina, *tomo primo de iustitia, & iure, tractatu 2. disp. 76. num. 6.*

Attenta autem *dict. l. 41. Tauri*, constitutione, & de iure huius Regni, quod secundi auditus necessarij sint, & præcisè debeant articulari, & probari in probatione præscriptionis immemorialis; expresse voluit Ludou. Molina, *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 6. num.* 32 *&* 33. dicens, quod lex 41. *Tauri*, quæ hodie est *l. prima, titulo 7. libr. 5. nouæ collect. Regiæ, & l. prima, titulo 15. lib. 4. nouæ collect. Regiæ*, etsi in primogenij, ac iurisdictionis præscriptione tantùm loquantur, in cæteris quoque negotiis procedunt, & obseruari debebunt, quibus immemorialis præscriptio probanda est; cùm leges illæ præstent formam probandæ immemorialis præscriptionis, nec possit ratio differentiæ assignari, quare id in iurisdictione, & primogenitura, & non in aliis grauissimis negotiis obseruandum sit; & asserit, quod sic vidit semper illas leges intelligi, & practicari. Quamuis Didac. Couar. *in dicta regula, possessor, 2. parte, §. 3. n. 7.* dicat sæpissimè in practica admitti probationem immemorialis præscriptionis, in qua hoc vltimum, secundi scilicet auditus probatio defecerit.

Sed verius sibi videri, non omnino esse à iudicibus formam illarum legum reiiciendam, nec etiam scrupulosè sequendam, cùm omissio modicæ solennitatis, actum vitiare non soleat, prout *ibi* comprobat *numero* 33. & sequitur Ioannes Gutierrez, *practicarum lib. 3. quæstione 63. num.* 14. & quod id, ex negotij, ac personarum, & testium qualitate æstimandum, ac decidendum erit. Ioan. etiam Garcia, *de expens. & meliorat. cap. 9. num. 9. & 10.* vbi in hunc modum reliquit sctiptum: *Sed iure nostro, ex d. l. 41. requiritur exactissima probatio, vt scilicet testes deponant, se ita vidisse proximis quadraginta annis, & audiuisse maiores dicentes, se quoque, toto suo tempore, ita vidisse geri, fieri, & audiuisse antiquiores, qui dicerent ita factum fuisse, idque accepisse à senioribus, & audiuisse, qui ita dicerent. Deponet ergo testis in huiusmodi probatione immemoriali, vt nos forensi verbo dicimus*, de la segundas oidas. *Aliàs probatio in hoc casu, nullius est momenti, quia iure nostro requiritur probatio exactissima, & vndequaque perfecta cum omnibus circunstantiis, nequid desit. Quod tenet Ludou. Molina, vbi suprà, numer. 32. & licèt ipse relinquat arbitrio*

iudicis hoc ipsum, tamen cum sumus in materia odiosa, vbi ius resistit, video in hoc Senatu Gallaeco, omnes circunstantias immemorialis probationis requiri, & ob omissam illam circunstantiam de las segundas oidas, iam vidi aliquando iudicatum, immemorialem possessionem non esse probatam. In casu autem, vbi res, de qua agitur, non est odiosa, vt in pascuis; vbi etiamsi non assistat ius, non tamen resistit; non ita exactam video requiri probationem, & tunc habet locum, quod dicitur, quod omissio modicae solennitatis non vitiat actum. Hoc enim ita accipere solet Senatus noster, si probatio versetur in materia fauorabili, vel non odiosa: vbi autem odium est, & ius resistit, tunc quidem nulla circunstantia omittenda est, sed requiritur obseruatio formae traditae in dicta l. 41. Tauri. Et concludit num. 11. Ioan. ipse Garcia, quod eum in seruitiis, & praestationibus, oneribus, & luctuosis, quae praestantur à vassallis, Dominiis exercentibus iurisdictionem in eo loco, quoniam odium est, & ius resistit, probatio requiritur perfectissima cum omnibus circunstantiis, iuxta leges nostras Regias. Et eum haec circunstantia de las segundas oidas, posita sit in dicta l. 41. Tauri, meritò omitti non potest; vnde si omittatur, vt omitti solet imperitia scribarum, quibus hae testium receptiones committuntur, totam probationem corruere necesse est.

Idem quoque, quod secundi auditus qualitas, praecise & necessariò probanda sit in probatione Immemorialis, tenet Camillus de Medicis, in consil. 152. num. 65. & in consil. 154. num. 43. Velasqu. Auandan. in d. l. 41. Tauri, glos. 15. Ioan. Matienzus, in d. l. 1. tit. 7. libr. 5. glos. 10. fol. 168. vbi sic scribit: *Nota duo alia requisita ad probationem immemorialis praescriptionis, seu consuetudinis. Primum, quod ipsi testes deponant vltra visum 40. annorum, & quod eadem audierint à maioribus suis. Secundum, quod ipsi maiores ita viderant, & audierant ab aliis suis maioribus, &c.* Et in effectu videtur admittere Azeuedus, in dicta l. prima, titulo 7. lib 5. num. 17. vbi sic concludit: *Tu vero, cum Immemorialem articulaueris in quacumque causa, etiam de auditu auditus articulabis, vidi enim iam propter hoc dubitari in facto, an valeret in quadam causa terminorum cuiusdam dissensi. Et quamuis in cap. 33. Curiarum de Madrid anni 1573. fuit petitum, vt de secundo auditu testes non interrogarentur, non fuit concessum.*

E contrario tamen, quod in probanda immemoriali consuetudine, aut praescriptione, in aliis causis, & negotiis, vltra primogeniorum, & iurisdictionum probationem, non sit necessarium, nec requiratur, quod testes dicant se ab ancianis, & maioribus audiuisse, & illos suos maiores ab aliis suis maioribus audiuisse, asserit Burgos de Paz, in consil. 16. num. 15. vbi ex Couarr. in regula, possessor, 2. p. §. 3. num. 7. in princip. & in vers. Testes, in fin. sic dicit, communiter in praxi obseruari: & num. 16. respondet dictae l. 41. Tauri, & dictae l. 1. titulo 15. lib. 4. nouae collect. Regiae, vt scilicet in probanda iurisdictione, & maioratu, hoc sit speciale, vt de auditu auditus dicendum sit, quia sic exprimitur, & requiritur, secus verò in aliis causis. Quod tenet etiam Par. Ludou. Molina, tomo primo, tractatu 2. disputatione 76. num. 6. Idem quoque, quod in probanda Immemoriali, primi auditus maiorum, & antiquorum qualitas sufficiat in casibus quibuscunque, vltra casum iurisdictionis, & primogenij, nec de necessitate requiratur, quod testes deponant de secundo auditu, resoluit Valençuela Velasquez, in consilio 93. num. 34. folio 715. vltra quos, ego metipse obseruaui, in dicta l. 41. Tauri, specificè cautum, quod secundi auditus probentur. Et cùm idem vellet obseruari, dicta l. prima, tit. 15. lib. 4. ad probandam Immemorialem, in acquirenda iurisdictione, non modò expressit quòd Immemorialis probaretur, sed etiam addidit, quod probatio fieret cum omnibus qualitatibus, & circunstantiis d. l. 41. Tauri: quasi innuens, quod si id non exprimeretur, qualitas dicta secundi auditus necessaria non esset. Et quamuis eodem tempore condita sit *lex prima, titulo 21. lib. 9. noua collect. Regia*, quae de Tertiis loquitur, qualitatem eam secundi auditus non expressit, sed dumtaxat Immemorialem admisit, vt quis à solutione Tertiarum se eximere valeat; nec addidit quod secundi auditus necessarij sint; vnde videtur, quod exceptis illis duobus casibus, secundi ipsi auditus necessarij non sint, vt dicti Authores notarunt.

Ideirco, vel totum hoc arbitrio Iudicis relinquendum, atque committendum est, prout Ludouic. Molina expressit, aut distinctio illa, quam Ioannes Garcia considerauit, obseruanda erit; quamuis negari non possit, quin magnam vim semper facere videatur aliis in casibus, & *in dicta l. prima, titulo 21. libro nono*, qualitatem secundi auditus omissam, quae in primogenij, ac iurisdictionis probatione, specificè, & expressè requiritur. Ioannis tamen eiusdem Garciae placitum, sine distinctione, iterum atque iterum, in Gallaeco Senatu, & non semel in Regio Granatensi Praetorio, receptam, atque iuxta eam definitum vidimus.

Pro altera tamen opinione, quod secundi auditus necessarij sint, etiam vrgere videtur, dictas leges Regias, ex paritate rationis, ad omne genus immemorialis praescriptionis extensionem recipere; eo quod in Regno, nullas alias habeamus, quae huic praescriptioni formam praebeant: & quamuis in casu speciali disponant, exempla non arctant regulam, neque à iure communi exorbitant, cùm omnes leges *Tauri*, non correctoriae iuris communis, sed declaratoriae fuerunt, ex l. 6. tit. 1. lib. 2. recopilat. ideo arbitrium Iudicis multùm valebit, vt Molina scripsit.

11 Debent etiam testes, de Immemoriali deponentes, non modò de affirmatiua deponere, dicentes, se id obseruatum vidisse per tempus vitae suae, sed simul de negatiua quoque, iurantes, nunquam vidisse, neque audiuisse contrarium; sicuti constat *ex dicta l. 41. Tauri*, hodie *d. l. 1. tit. 7. lib. 5.* ibi: *Y que nunca vieron, ni oyeron dezir lo contrario.* In quo iuri communi, & receptis Doctorum sententiis conuenit, estque conformis; sicuti ex Innocentio, Guid. Pap. Anton. Gabriele, Otalora, Couat. & Ludouic. Molina, specificè obseruarunt Velasq. Auendan. *in ipsa l. 41. Tauri, glos. 16.* Matienzus, *in d. l. 1. glos. 11.* & vide Ioan. Garci. *de expens. & melior. c. 9. num. 29. & 30.*

12 Rursus obseruandum est, testes, de immemoriali praescriptione, seu consuetudine deponentes, de publica voce, & fama, & communi opinione debere deponere, ita quod de ea concludant; & fama publica articulanda est in articulò principali immemorialis praescriptionis, nec sufficiet, si in vltimo articulo probetur, & articuletur, prout in omnibus rebus, & negotiis articulari solet: quod ex *d. l. 41. Tauri* expressè deducitur, dum dicit, *publica voz, y fama, y comun opinion*

opinion. Et *ibi* notauit eum aliis Authoribus,& quid esset de iute communi explicauit Velasqu. Auendan. *glossa* 17. Ludou. Molin. post Didac. Couart. & alios plures, *lib.2.c.6.num.* 38. & 39. vbi Hispano sermone proponit furmam articuli conficiendi: Matienzus, *in d.l.1. tit.7. glos.* 12. Ioan. Garcia, *d.c.9.num.*12. & 13. Sixtinus, *de Regal.lib.1.cap.5.num.*156.

13 Quod si testis dixerit se audiuisse aliquid publicè, an concludat,& censeatur depouere, hanc esse publicam vocem & famam, & communem opinionem, quæ in probatione præscriptionis immemorialis præcisè requiritur, explicauit Ludou. ipse Molina, *dict. cap* 6. *num.* 36. & 37. vbi Bartoli,& Baldi contrarias opiniones adducit, Bartoli negatiuam, & Baldi affirmatiuam; sibique verior videtur Bartoli resolutio: non enim verbum illud, *publicè*, comprehendit necessariò omne illud, quod publicæ vocis, ac famæ probatio requirit, vt notissimum putat, & in casu *dicta l.*41. *Tauri*, apertissimè procedit, lex namque illa requirit necessariò pro forma, probationem publicæ vocis, famæ, ac communis opinionis, vt ex eius serie apparet. Ex quo fit, quod etsi verbum illud, *publicè*, æquipollens esset famæ probationi, id non sufficeret ad hoc, vt eidem legi satisfiat,cum quamnis ex hoc probetur fama, non tamen probatur communis opinio,& etiam fama non probatur verè, sed per æquipollens; quod etiam non sufficit, cum sit de iure, quod quando aliquid requiritur à lege pro forma, id fit specificè adimplendum, nec sufficiat, si per æquipollens adimpleatur, prout *ibi* comprobat ipse Molina, & eius resolutionem amplectuntur Gregorius Lopez,& Otalora, cum quibus etiam idipsum amplectitur Velasquez Auendañus, *in d.l.*41. *Tauri, glos.*17.*n.*3.

Obseruandum etiam est, testes, qui de immemoriali præscriptione, aut consuetudine deponunt, dubium esse, vtrùm cùm de auditu à maioribus testantur, exprimere necessariò debeant, à quibus personis audierint, exprimendo,& nominando personas ipsas; & prima facie aliquibus videatur dicendum, id esse necessarium, iuxta textum *in cap. licet ex quadam, de testibus*, de cuius materia,& requisitis, ego metipse longa serie sermonem institui *in commentariis tomi* 6. *cap.* 112. *per totum*, ac inter alia dixi, præcisè requiri, quod testes, etiam non interrogati, debeant nominare eos à quibus audierunt, aliter non probant; & *num.* 17. retuli plures Authores ita tenentes: in contrarium tamen fortissimè vrgere in terminis iuris communis, Authores omnes illos commemoratos *suprà, num.* 5 qui explicant, immemorialis præscriptio, vt perfectè, & concludenter probetur, quæ interuenire debeant: dictum requisitum, quod testes nominent personas à quibus audierunt, non expressisse, nec requirere, imo illud tanquam non necessarium, nec iure requisitum, omittere. Item Anton. Gabrielem, *commun. conclusion. libr.* 5. *titulo de praescript. conclusione prima, num.*79. ex sententia communi, id pro certo tradere, atque ex Speculatore in indiuiduo sic scribere: *Et hoc declara, quia in hoc casu non est necessarium nominare certam personam, à qua hoc fuerit auditum, vt tenet Speculator, in loco proximè allegato.* Didac. etiam Couarr. *in regula, possessor*, 2. parte §. 3. *num.* 7. & Ioan. Garcia, *de expens. & meliorat. cap.* 9. *ex num.* 8. & 9. *cum sequentibus*, & alij plures relati *suprà*; explicando dictas leges Regias, 41. *Tauri*, hodie *l.* 1. *titulo* 7. *lib.* 5. & *l. primam, titulo* 15 *lib.* 4. omnino dictum requisitum omittunt, nec eius qualitatis, quod nominentur personæ, à quibus audierunt, mentionem faciunt: Ludou. etiam Molin. *lib.*2. *cap.*6. *num.* 39. qui Hispano sermone describit, quemadmodum Immemorialis articulari & probari debeat, non apposuit qualitatem metipsam, quod testes dicant, à quibus audierunt; & concludit, iuxta illum modum, plenè immemorialem præscriptionem probari. Nullus etiam cæterorum huius Regni Authorum, in Immemoriali ipsa probanda, hoc requisitum expressit, etsi originaliter, & attentè omnes euoluantur, prout ego euolui, & retuli eos *suprà*. Et meritoquidem, cum *d.l.* 41. *Tauri*, quæ Immemorialis probandæ formam præstat, quoad auditus dumtaxat dixerit, testes deponere debere: *Y assi lo oyeron dezir a sus mayores, y mas ancianos.* Et cum lex non exprimat, quod testes declarent à quibus audierunt, compertum videtur, quod id non reputauerit esse necessarium: vt in simili argumentatur Ioan. Faber, *in* §. *ex non scripto, Instit. de iure natur. gent. & ciu. num.* 22. vbi loquens de probatione consuetudinis, inquit: *Nec credo, quod sit necesse deponere, quibus casibus, nec inter quos viderit obseruatum; nam leges, quæ all gant consuetudinem, hoc non dicunt, sed tantummodo dicunt, fuisse sic obseruatum.* Et cum aliis pluribus refert Masćard. *de probat. conclus.* 414. *numer.* 57. aliàs enim lex id non omitteret. Et omissum quidem, pro omisso habendum est, nec aliquo modo addendum, aut supplendum: *l. quidquid astringendæ, ff. de verbor. obligat.* idque maximè, cùm lex facilè exprimere posset dictam qualitatem, aut requisitum, & non expresserit, vt *in l. vnica*, §. *sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.* vnde non est præsumendum, vt *in cap. Illa, De Sede vacante.* & notarunt Menoch. *in consil.* 30. *num.*8. Surd. *in consil.* 119. *num.* 21. & cum aliquid exprimitur, aliud non continetur in lege, nec dici potest; *cap. susceptum, de rescript. in* 6. & cum aliis obseruarunt Ioan. Gutierrez, *canonicar. lib.*2. *cap.*15. *num.*60. Pat. Thom. Sanchez, *de matrimonio, libr* 8. *disputatione* 21 *num.*35. & 36. & hæc, & alia similia axiomata communia, scilicet, vbi lex non expressit, nec distinxit; nec nos distinguere, aut supplere debemus. Et, quod lex, aut dispositio non loquitur, velle non præsumitur, cùm facilè illi fuerit exprimere, ego metipse exornaui, atque comprobaui *in commentariis tomi* 4. *cap.* 14. *per totum.* Remanet ergo, verissimum videri, quod cùm *dicta l.* 41. *Tauri* statuerit, qualiter, & quomodò; & quòd forma *ibi* expressa, Immemorialis probari debeat; quòd si requisitum aliud quodcumque suppleretur, aut adderetur, *ibidem* non expressum, nec desideratum; id quidem contra tenorem eius legis, clarámque eius dispositionem fieret.

Nec obstat textus, *in dicto cap. licet ex quadam, de testibus*, qui loquitur in casu diuerso; & quidem non de immemorialis præscriptionis probatione, de qua dictæ leges Regiæ agunt, sed solum de testibus, qui in factis antiquis de auditu deponunt; & exprimit plura requisita, quæ habere debent, vt probent; ac inter alia, quod specificè nominent personas, à quibus audierunt; prout ego latius obseruaui, atque explicaui *in commentariis tomi* 6. *dict. cap.* 112. *per totum.* Ex hoc autem non potest fieri illatio, aut consequentia ad testes Immemorialis, qui de visu 40. annorum, cum primo, & secundo auditu, & publica

blica voce, & fama deponunt, atque ita de audi-tu ipſo noo tot requiruntur, cùm aliis munita, & iuncta ſint, vt ex hactenus dictis euidentiſſimè
15 apparet. Sunt tamen præcisè neceſſariæ, & neceſſariò interuenire debent in probatione immemorialis præſcriptionis, omnes qualitates *in dicta l. 41. Tauri* expreſſæ, quia ſuot ſubſtantiales, & formam inducunt, & ad vnguem obſeruari debent. Et ſi omnes ſimul non concurrant, & verificentur, atque probentur, corruet omnino probatio, ſiue Immemorialis non dicetur probata; quod Didac. Couarr. Otalora, Ioannes Garcia, & Ludou. Molina, *in locis relatis ſuprà*, pro certo, & indubitato ſupponont; & tradiderunt etiam cum aliis multis, Velaſquez Auendañus, *in dicta l. 41. Tauri, gloſſa* 7. Ioan. Gutier. *practicarum libro* 3. *quæſtione* 63. *numero* 3. Pelaez à Mieres, *de maioratibus*, 4. *parte*, *quæſtione* 20. *ex numero* 178 vbi permultis relatis, comprobat, quod quando lex introducit aliquam probationem cum certis qualitatibus, & modificationibus, quidquid in ea exprimitur, eſt reputandum appoſitum pro forma. Et forma tradita à lege, cenſetur ſubſtantialis, prout latius *ibi*: & latius exornat *prima parte*, *quæſtione* 15. *numero* 85. & *quarta parte*, *quæſtione prima*, *limitatione prima*, *ex numero* 117. *vſque ad numerum* 124.

Et de his hactenus, ex quibus apparet, quemadmodum, quibúſque qualitatibus, & circunſtantiis probari debeat immemorialis præſcriptio, quæ ſimul vt titulus admittitur *in dict. l. prima, titulo* 21. *lib.* 9. vt à ſolutione Tertiarum aliquis ſe eximere, & liberare valeat.

CAPVT XXVIII.

In præſcribendis iuribus incorporalibus; vtrum requiratur ſcientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur, & de contrariis opinionibus in propoſito; & *l. 2. C. de ſeruitut. & aqua.* interpretatione; vbi communis opinio conſtanter defenditur, & Iacobi Cuiacij cogitatio quædam, nouè, & verè confutatur. Explicatur etiam *l. 15. titulo 31. partita 3.*

Scientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur, vtrum ſit neceſſaria in præſcriptione temporis immemorialis, vbi etiam communis ſententia probatur, & contraria confutatur. Et leges huius Regni, quæ de Tertiis, & iuriſdictione loquuntur, ſingulariter expenduntur; & vera, & notanda reſolutio, atque explanatio traditur.

SVMMARIVM.

1 *In præſcribendis iuribus incorporalibus requiritur ſcientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur.*

Quod exornatur, & comprobatur.

Et ratio communis redditur.

2 *Longouallique opinio contraria, &* l. 2. C. de ſeruitut. & aqua, *intellectus, atque interpretatio inquiritur diligenter.*

Communis ſententia defenditur, & Iacobi Cuiacij cogitatio quadam ad eum textum, reiicitur.

3 *Aliorum etiam diſtinctio commemoratur in propoſito articulo, an ſcientia, & patientia eius, contra quem præſcribitur, ſit neceſſaria in præſcribendis iuribus incorporalibus.*

4 *Scientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur, vtrùm ſit neceſſaria in præſcriptione temporis immemorialis.*

Quod ſit neceſſaria, ex ſententia quorundam.

Et de eorum fundamento; quod euidenter eliditur, atque conuincitur.

5 *Quod non ſit neceſſaria, ex veriori & communiori Doctorum placito.*

Et Didaci Couarru. iudicio & reſolutione in propoſito.

6 *Et quando neceſſaria eſſet, quod ex tanti temporis curſu præſumi deberet, & verè præſumatur.*

7 *Et vera, & concludens ratio aſſignatur.*

8 *Et explicatur vt procedat, tam in terminis iuris communis, quàm poſt editas* l. primam, titulo 21. libr. 9. & l. primam, titulo 15. libr. 4. Recopilat.

Et leges ipſæ, verè & ſingulariter expenduntur, atque inducuntur.

9 *Scientia Principis in quibus caſibus neceſſaria eſt ad inducendam præſcriptionem, an ſufficiat Officialium vel Procuratorum ſcientia; dubium illud, inane & ſine effectu eſſe, ex ſententia Authoris, cum immemorialis adeſt præſcriptio.*

PRo dilucida, & diſtincta *huiuſce capitis* explicatione obſeruandom, atque conſtituendum erit primo loco, Interpretes noſtros dubitaſſe communiter, vtrum in præſcribendis iuribus incorporalibus, requiratur, neceſſariáque ſit ſcientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur, vt præſcriptio procedat? Et quidem, magis communiter obtinuiſſe, atque præualuiſſe ſententiam eorum, qui exiſtimarunt, ſcientiam, & patientiam neceſſariam eſſe, ſiue requiri præcisè, & ita tenuiſſe Innocentium, Bartol. Abbat. Felinum, Alexand. Panormitan. Ripam, Butrium, & Ioannem Lupi, quos refert Didac. Couar. *in regula, poſſeſſor, in initio ſecundæ partis, numero* 8. & hanc opinionem firmiter tenet, & doctè, atque ſingulariter eam comprobat, prout latiùs *ibi* videri poterit: & dicit probari *ex l.* 2. *C. de ſeruitut. & aqua*: in illis verbis, *eo ſciente.* Eandem etiam reſolutionem, quod ſcientia, & patientia aduerſarij requiratur in præſcriptione iurium corporalium; tenuerunt Bartol. Oldradus, Bald. Iaſ. Salicet. Innocentius, Abbas, Paul. Caſtrenſ. Alexand. Angel. Cynus, Rainerius, Felinus, Maria. Socin. Aretinus, Boërius, Butrius, Iacob. de S. Georgio, Romanus, Bertachinus, Pariſius, Crancta, & Pract. Papi. quos refert, & dicit, iſtam eſſe veriſſimam, & communem reſoſolutionem, Octauianus Cacheranus, *deciſione* 101. *numero* 19. & *ſequentibus*: & addit probari *in l. quoties via, ff. de ſeruitut. l. ratio, §. ſi iter, ff. de action. empti, & in l. prima, §. denique, ff. de aqua pluuia arcenda*, Maſeardus quoque, *de probat. tomo* 3. *concluſione* 1215. *numero* 38. *folio mihi* 108. vbi ait, id ſentire, & velle communiter Legiſtas, & Canoniſtas: & vltra relatos à prædictis, refert Cæpolam, Ruin. Bald. & Ioan. Bapt. Pontan. Ioan. etiam Garciam, *de nobilitate, gloſ.* 7. *n.* 7. And. Fachin. *controu. iur. lib.* 8. *cap.* 20. Sixtinius, *de Regalibus, lib.* 1 *c.* 5. *n.* 146. *fol.* 163. vbi inquit, certi iuris eſſe,

esse, possessionem in incorporalibus, sine scientia, & patienria aduersarij non acquiri; idque receptissima Doctorum sententia comprobatum esse, referente Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 2. cas. 161. numer.* 4. & probari ex *l. fin. ff. de seruitut. l. 1. §. finali, ff. de seruitut. rust. pred. l. si à te emere, ff. si seruitus vindicetur:* Remaner etiam, cum eadem opinione, Francisc. Connan. *commentarior. iur. ciuil. libro 4. cap. 12. numere 17.* Gregor. Lopez, *in l. 15. titulo 31. partita 3.* verbo, *ne lo contradiziendo:* & in praxi non esse recedendum ab hac opinione, concludit Morla, *emporij prima parte, titulo 6. ff. de seruitut. quæstione 4. numero 36. & 38. & 39.* Antonius Gemezius, *in l. 45. Tauri, numero 37.* Pet. Gilrenius, *de præscript. part. 2. membr. 3. cap. 12. numer. 4. & 8. 9. & 10.* Ioan. Corasius, *in l. seruitutes, num. 40. ff. de seruit.* & pro hac parte expenduntur communiter iura relata *suprà*, & maximè textus, *in d. l. 2. C. de seruitut. & aqua, & in l. tertia, §. dare, ff. de vsufructu, l. si ego. §. primo. ff. de Public. in rem action. & in capit. primo, §. finali, si de inuestitura inter dominum, & vassallum lis oriatur:* & alia iura ponderat Gilrènius, *vbi suprà, numero 7. per totum, folio* 485. quicumque etiam Autbores inferiùs referuntur *num. 4. & 5.* idipsum specificè asserunt; & dubitant dumtaxat, in præscriprione temporis immemorialis, non autem in alia minoris temporis, in qua indistinctè requirunt scienriam, & patientiam eius, contra quem præscribitur; prout etiam requitit, & citat Chassaneum, Anton. Gomez, Viuium, Surdum, Menochium, Montaner. Oliban. & Casanate, Fontanella, qui communem defendit, *tomo 1. clausula 4. glossa 17.* videndus ex *n. 61. fol. 153. vsque ad nu. 86.* ego quoque metipse ita notaui *tomo 1. de vsufructu, cap. 12. n. 25. & 26.*

Ee huius commuoioris, & verioris opinionis ratio communis est, qood nulla præscriptin currit sine possessione, vel quasi; vera, vel ficta, *l. sine possessione, ff. de vsucapion. cap. sine possessione, de regul. iur. in 6.* & post Bartol. Balbum, Parisium, Ruinum, Cepbalum, & Menochium notauit Hondedeus, *in cons. 79. num. 25. lib. 1.* vbi quod absque possessione in corporalibus, & quasi possessione in incorporalibus, præscriptio non procedit, etiam per mille annos: Mascardus, *tom. 3. dict. concl. 1215. numer. 40.* Couat. *in regula, possessor, in dicto initio secunda partis, numero 8.* Ioan. Garcia, *d. glos. 7. numere 7.* Sixtinius, & Gilrenius, *vbi suprà*, Cacheranos, *d. decis. 101. num. 19.* In his autem iuribua incorporalibus, possessio haberi, siue acquiri non potest, nisi interueniente patientia aduersarij, quæ loco traditionis habetur, *d. l. si ego, § primo, & dict. l. quoties, 2.* at patientia, sine scientia contingere non potest, *l. qui patitur, ff. mandati, l. prima, § scientiam, ff. de tribut. action.* Si ergo aduersarius ignoret, non procedit præscriptio, quasi possessione deficiente, quam rationem assignarunt omnes Authores relati suprà; & cum aliis Mascardus, *d. n. 10.* dicens, Authorem eius esse Bartolum, & admonuisse, præscribentem ex hoc debere esse cautum, quod semper faciat articulum de scientia, & patientia, & quod talis vsus est, sciente, & patiente aduersario: & vide à me latius scripta, *dicto cap. 12. de vsufructu, per totum.*

a Cæterum Ioan. Longouallius, *in repetitione l. Imperium, 4. p. art. 1. nu. 160. sub vers. Hactenus de tempore, ff. de iurisdict. omn. indic.* ingenuè fatetur, neminem adhuc huic sententiæ contradixisse; eam tamen falsam esse contendit pluribus rationibus, sed præsertim authoritate text. *in l. vlt. C. de præscript. longi temporis, & l. 1. §. primo, ff. de itinere, actúque priuato*, prout hæc duo iura inducit post eum Didac. Couar. *in d. regula, possessor, in d. initio, 2. p. n. 8. ex vers. Cæterum Longouallius, fol.* 787. vbi & rationem aliam eiusdem ponderat, ad improbationem communis sententiæ, cui Didac. ipse concludenter satisfacit, responsúmque præbet, & communem opinionem, veram esse opinatur. Contra communem etiam, idipsum, quod Longouallius, tenuerunt Cuiacius, & Renuardus, quos refert, & sequitur D. Ioan. de Balboa, *in cap. sanctorum. & cap. de quarta, de præscript. q. 2. ad l. seruitutes, n. 38.* Morla, *emporij, titul. de seruitut. q. 4. n. 17.* qui tamen, *num. 38. & 39.* concludit, à communi sententia non esse recedendum in praxi, vt *suprà* recensui.

Qui autem communem improbant, & contrariam opinionem amplectuntur, & specificè D. Balboa, & Morla, post Cuiacium, respondent ad text. *in d. l. 2. C. de seruit. & aqua*, statuendo, quod in eo textu refertur, aquam ductam fuisse per fundum Martialis, *eo sciente*, non quia scientia illius esset necessaria, sed quia eo modo significauit Imperator, non vi, non clam, non precariò possedisse; & inde, quod ex hoc noo statuitur, scieotiam præcisè requiri, ex hipothesi non proposita.

Ego sane, in easum sententia, vt existimem, textum illum, item & rationem communem, ponderatam *suprà*, adeò concludenter, & apertè probare communem sententiam, vt ab ea recedi nullo pacto valeat, nec ratio illa, aut textus, *in dict. l. 2.* cauillari. Idque vt euidentius appareat, meminisse oportebit, Imperatorem *ibi*, in hunc modum scriptum reliquisse: *Si aquam per possessionem Martialis, eo sciente, duxisti, seruitutem, exemplo rerum immobilium, tempore quæsisti.* verba quidem hæc Imperatoris (si verum amamus) Iacobi Cuiacij interpretationem relatam *suprà*, & ab aliis probatam, non patiuntur, atque ita, nec vera est, nec sustineri aliquo pacto valet, imò conuincitur apertè ex illis verbis, *eo sciente.* Quæ non ex eo, quod ita factum esset, aut ita contigisset, apposita fuere, sed velut conditionaliter (prout de gerundio, & ablatioo absoluto dici solet) & vt demonstrarent, seruiturem, per possessionem Martialis ductam, non aliter tempore quæri potuisse, quàm si eo sciente ducta esset: & meritò quidem, cum in iuribus incorporalibus, in quibus etiam quasi possessio requiritur, vt dixi *suprà*, cum sine possessione, vlla præscriptio non procedat; & quasi possessio ipsa, oon ex alio, quàm ex scientia, & patientia aduersarij inducatur, & subsistat, vt etiam dictum est. Item, quia seruitutem non aliter quæri posse, quam si præscribens bonam fidem habuerit, & non vi, non clam, non precariò possideat, adeò certum erat, & *in l. prima eiusdem tituli*, quæ immediatè præcesserat, specificè expressum, vt eo prætextu, verba prædicta, *eo sciente*, adiici non potuerint. Item, quia quando verba ipsa in eadem lege non apponerentur, sed omissa fuissent, adhuc communis sententia vera esset, & defendi præcisè deberet ex aliis iuribus relatis, & ponderatis *suprà*: ex quibus apertissimè constat, quasi possessionem, requisitam etiam in incorporalibus, non alio consistere, quàm in scientia, & patientia eius contra quem præscribitur, sicuti communis Doctorum sententia statuit; & Glos. *in d. l. 2. verbo, sciente*, singulariter asse-

quuta videtur, dum dixit: *Item nota, quod dicit, sciente, quia aliud est in præscriptione rerum corporalium, vbi non exigitur scientia, vt infra, de præscriptione longi temporis, l. finalis, in fin. & ratio est, quia hic Dominus possidet, ibi non. Nec obstat quod dicitur in eadem l. finali, eodem obseruando, &c. quia idem est, quantum ad tempus, non quantum ad scientiam.*

Et quamuis *l.* 15. *tit.* 31. *p.* 3. dumtaxat dixerit, qood vtens bona fide seruitute, quæ causam continuam, vel quasi, habeat; decem annis præscribit inter præsentes, vel viginti inter absentes, sine contradictione, & non addiderit qualitatem scientiæ, & patientiæ; attamen Greg. Lop. *ibidem*, verbo, *contradiciendo*, sic scribit: *Intellige, interueniente scientia illius, contra quem præscribitur, vt in d. l. 2. C. eod. non enim datur quasi possessio incorporalium, sine patientia aduersarij, l. quoties, la 2. & l. penul. ff. de seruitut.* Quod si mireris, qualitatem prædictam scientiæ, & patientiæ eius, contra quē præscribitur, adeò necessariam, omissam fuisse ea lege; ex quo nonnulli forsan contendere possent, non esse necessariam, siue lege ipsa non requiri; dicitur namque: *Si el vezino se sirue desta agua, regando su heredad, diez años, estādo su dueño en la tierra, è non le contradiziendo, e veinte, seyendo fuera della, e esto fiziesse a buena fee, cuidando, que auia derecho de lo fazer, e non por fuerça, nin por ruego, ganaria por este tiempo tal seruidumbre.* Si mireris inquam, responderi satisfierique potest (pront egò aduerto, atque considero) legem ipsam supposuisse apertissimè, scientiam, & patientiam necessariam esse, & perinde haberi debere, ac si id expressisset, ex quo dicit, *no le contradiziendo*, neque enim contradicere poterat, qui ignoraret; atque ita supponit terminos habiles contradictionis, & potentiæ eius, interueniente inquam scientia, & patientia. Melios tamen, & cautè magis factum esset, si ad remouendum dubium omne, & vitandam contrarietatem opinionum, lex ipsa expressisset, an scientia esset necessaria, vel non, & vnam, vel alteram opinionem approbasset expresse. Verè tamen satis apertè approbare videtur communem, quam defendimus, apposito dicto verbo, *ne le contradiziendo*, vt dixi.

3 Vno sanè casu, etiam seclusa qualitate scientiæ, & patientiæ aduersarij, incorporalium iutium præscriptio procederet, quando scilicet præscribens haberet titulum, & bonam fidem; quod Gregorius Lopez *in d. l.* 15. *titule* 31. *part.* 3. specificè adnotauit, in hæc verba: *Limita tamen, nisi habetet titulum à tertio, vt in l. finali. C. de præscript. longi temporis, & tenet Paul. in d. l. seruitutes, vers. Quartò requiritur.* Fachin. autem *controu. iur. lib.* 8. *cap.* 10. *folio* 1007. id ipsum probauit, sibique tribuere videtur, aut quasi iudicium suum, & à se cogitatum, in medium profert; inquit namque, quod res incorporales possideri non dicuntur, sed corporales, verumtamen quasi possideri dicuntur, & vulgo dici quasi possessionem rerum incorporalium; & inde quæstionem esse celebrem, quomodo acquiratur quasi possessio rerum incorporalium, & refert, communem esse sententiam, vsu acquiri, cùm iure proprio quis, non iure familiaritatis, exercet, cum scientia, & patientia aduersarij, & esse fundamentum text. *in dict. l.* 2. *C. de seruit. & aqua*, & cætera iura relata suprà, adducit etiam contrariam sententiam Longouallij, qui existimauit, scientiam, & patientiam non requiri, & tandem in hunc modum scribit: *Ego hanc rem, duabus propositis conclusionibus, commodius explicari posse iudicaui. Prima conclusio, ad acquirendum quasi possessionem rerum incorporalium non requiritur scientia, & patientia aduersarij, si de possessione absolutè agatur, ita vt tam iusta, quàm iniusta possessio intelligatur, sed quia de iusta tantum possessione loquimur, & ciuili, scientia ac patientia aduersarij non requiruntur, si adsit titulus, & bona fides. Probatur hac conclusio ex l. vltima, C. de præscript. longi tempor. sibi, nullascientia, vel ignorantia expectanda, &c. Et paulò post, eodem obseruando, & si res non soli sint sed incorporales, &c. Nam si præscriptio longi temporis, locum habet in rebus incorporalibus, absque scientia aduersarij, consequens est, possessionem quoque acquiri absque scientia posse, quia sine possessione non procedit præscriptio. Secunda conclusio, cum titulus iustus deest ad acquirendam quasi possessionem rerum incorporalium, necessaria est scientia, & patientia aduersarij, illa enim subit vicem tituli, l. 2. C. de seruit. & aqua, l. si ego, §. 1. ff. de Publiciana in rem actìon. Hac igitur distinctione adhibita, contraria, ac dissidentes sententia, facilè conciliantur.* Hactenus Fachineus; qui (vt vides) Pauli Castrensis, Gregorij Lopez, & aliorum ita tenentium nullam mentionem facit; & eandem distinctionem, vt præfatas opiniones contrarias conciliaret, fecit Pet. Gilrenius, *de præscription. parte secunda, membro tertio, capite* 12. *numero* 8. 9. & 10. *pag.* 485. & 486. an scilicet quis titulum habeat, vel non, prout latius *ibi* videri poterit.

Quod attinet verò ad nostrum tractatum, & immemorialem præscriptionem, quæ vt titulus expressus admittitur *in dicta l. prima, titulo* 21. *lib.* 9. *noua collect. Regia*, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere valeat; dubium metipsum versatur, vtrùm scientia, & patientia Principis requiratur, necessariáque sit, vt ius ipsum incorporale non soluendi Tertias, aut se ab earum solutione eximendi, acquiratur; an etiam generaliter in alio quocunque actu, & materia, vbi Immemorialis admittitur, scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur, requiratur, vel non? Et partem affirmatiuam, quod scientia, & patientia necessaria sit prout in alia præscriptione quacunque temporis minoris; tenuerunt Cinus, Bartol. Oldrad. Salicet. Angelus, Paul. Castrens. Aretinus, Abbas, practic. Papien. Bertachinus, Alexand. Socinus, Ioan. de Anania, Ripa, Boërius, Aymon. Craueta, & Palaci. Rubi. quos pro hac parte, & quasi opinionem istam amplexi fuerint, refert Anton. Gabriel, *commun. conclusion. libro quinto, titulo de præscript. conclusione prima, numero* 59. *in versiculo, contrarium voluit*: & eosdem commemorauit, referens istam opinionem Ioseph. Mascardus, *de probat. conclusion.* 1215. *n.* 45. nonnollos etiam ex his refert, & addit Albertum Brunum, & concludit hanc esse veriorem opinionem, Ioann. Garcia *de expensis, glossa* 7. *numero* 7. *folio* 191. vbi sic scribit: *Vnde securior, & verior opinio est contra D. Anton. de Menes. in l. si quas actiones, C. de seruitut. & aqua, num.* 52. *vt scientia, & patientia allegetur, & deducatur in articulis, & probetur, cum sit de ratione interna quasi possessionis, etiam immemorialis, in iuribus incorporeis, siue de iurisdictione agas, & mero & mixto imperio, siue de alia quauis re incorporea.* Eandem etiam opinionem tuetur Achilles Pedrocha, *in consilio* 36. *numero* 386. vbi asserit esse magis communiter receptam. Et vltra Authores relatos *suprà*, addit Laudensem,

densem, Corneum, Felinum, Socin. iunior. Ruinum, Iason. Beroium, Nattam, Cæpolam, Crotum, Crauetam, *alio in loco*, Cephalum, & Bursatum. Tenuit etiam Sfortia, *in tractatu, de restitutione, parte secunda, quæstione 89. articulo quarto.* Pro hac etiam opinione citari solet Alexand. Raudensis, *in consilio primo, numer.* 461. Didac. Couarr. *in regula, possessor, in initio secundæ partis, numero octauo, in versiculo, & profecto*; qui tamen nihil certum resolnit, aut firmiter in ipsa opinione non residet, vt inferiùs dicetur. Allegatur etiam Azeuedus, *in dicta l. prima, titulo* 21. *lib.* 9. *numero* 44. vbi in terminis eius legis, quæ de Tertiis loquitur, vt dixi, videtur velle, quod ad præscriptionem eius iuris Tertiarum, necessaria sit scientia, & patientia Principis. Ex quo tamen, *eo loco* se remittit ad ea, quæ dixerat *in l. prima, titulo* 15. *libro quarto*, vbi scientiam, & patientiam Principis, contra quem præscribitur, non requirit, sed potius statuit sufficere patientiam præsumptam, quæ ex tanti temporis cursu resultat; non hanc primam opinionem, sed contrariam potius videtur tenere expresè. Cæteri etiam ab Antonio Gabriele, Mascardo, Pedrocha, & aliis, vel id non probant; aut in aliis terminis, siue in præscriptione alterius temporis, non in præscriptione temporis immemorialis loquuntur; aut denique allegari, & expendi non possunt pro hac parte; ex quo, quamuis scientiam, & patientiam requirant, simul statim statuunt, eam ex temporis immemorialis transcursu omnino præsumi, prout specificè asserunt permulti ex eisdem relatis, & referendis infrà.

Eorum autem, qui etiam in immemoriali præscriptione, scientiam, & patientiam requirunt eius, contra quem præscribitur; fundamentum præcipuum in eo consistit, quod in incorporalibus non acquiratur quasi possessio sine scientia dominij, ex *dicta l.* 2. *C. de seruit. & aqua*, & sine possessione nulla currit præscriptio, vt dictum fuit *suprà*, & probatur *in cap. sine possessione, de regul. iur. in sexto*, quæ ratio, etiam in immemoriali præscriptione militare videtur, cum in ea quoque possessio præcisè necessaria sit. Et ita hanc rationem assignauit Barbosa, *in l. competit* 6. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum, numer.* 129. *folio* 236. & in ea omnino insistit Couarr. *dicto initio secundæ partis, numero* 8. *in versiculo, & profecto*: vbi sic scribit, vt hanc opinionem comprobet: *Et profecto, si ad quasi possessionem iurium incorporalium est necessaria scientia, & patientia; ego non video, qua ratione istbæc sententia improbari possit, siquidem immemorialis præscriptio requirit continuam, vel nunquam interruptam possessionem aut quasi possessionem; hæc etenim ante omnia probanda est, & præterea immemoriale tempus; quorum prius probari nequit, nisi scientia, & patientia probetur, secundum communem, quæ exigit pro ratione intrinseca qualitatis ad quasi possessionem scientiam, & patientiam; vel concedendum erit, quasi possessionem iurium incorporalium acquiri absque scientia, & patientia illius, contra quem quasi possessio acquirenda est.* Et eodem etiam fundamento adducitur, atque excitatur Ioannes Garcia *de nobilitate, dicta glos.* 7. *numero* 7. videlicet quod scientia, & patientia est de ratione interna quasi possessionis, etiam immemorialis in iuribus incorporeis.

Verè tamen (vt ego considero) ratio hæc potissima, siue vnica huiusce partis, facillimo negotio dilui valebit, cum in eo principaliter consistat, quod scientia, & patientia necessaria sit ad quasi possessionem iurium incorporalium, cum aliàs quasi possessio non detur; vnde conceditur, quod scientia, & patientia interueniente, aut ea supposita, ad rationem intrinsecam qualitatis quasi possessionis, nihil deficit; sed sic est, quod immemorialis quasi possessionis cursus potens est efficere, & verè efficit, vt scientia, & patientia, & etiam titulus legitimus præsumatur, & præsumi præcisè debeat, vt inferius dicendum est in comprobationem contrariæ opinionis; ergo non deficit ratio intrinsecæ qualitatis: imò vi, & virtute immemorialis ipsius quasi possessionis, perinde haberi debet, ac si verè, & expressè de scientia ipsa, & patientia constaret, quidquid in præscriptione alia quacunque minoris temporis aliter dicendum sit, vt suprà probaui; & agnouit Octauianus Cacheranus, *decisione* 101. *num.* 19. & 20.

Succedit ergo secunda, & verior, atque omnino tenenda opinio, videlicet, quod in præscriptione immemoriali non sit necessaria scientia, & patientia Principis, vel alterius, contra quem præscribitur; idque immemorialis temporis vim magnam, virtutem, & potentiam efficere, & hanc tenuerunt, & probauerunt firmissimè, infiniti ferè iuris Interpretes, & ita specificè, atque expresè, vt cauillari, aut subuerti, vllo modo non valeant; cum tamen præcedentis opinionis Authores, vel non ita expresè, & indistinctè eam probauerint, vel ad eum modum se habeant in eiusdem resolutione, vt vel potius hanc nostram opinionem complecti videantur, vel non primam, ita absolutè, aut indubitanter recipere: fuerunt itaque huiusce secundæ opinionis Glossa, Bald. Anton. de Butrio, Romanus, Bart. Ias. Prob. Martin. Laudens. Alexander, Corneus, Abbas, Curtius, Balbus, Iacobin. Decius, Ioann. Anton. Alexand. Mil. Curtius iunior, Parisius, Chassan. Boërius, Gratus, Ruinus, & Tiraquel. quos refert Anton. Gabriel, *dicta conclusione prima, de præscript. numero* 59. qui tenet hanc opinionem; & dicit videri magis communem; eosdem etiam Authores pro ipsa opinione refert Ioseph. Mascardus, *de probat. conclusione* 1215. *numero* 42. vbi securè eam sequitur, dicens, quod est communis, & quod ab ea non est recedendum; quamuis postmodùm concordias nonnullas, siue distinctiones consideret; sequitur etiam ipse Mascardus, *conclusione* 424. *numero* 45. *& conclusione* 1372. *numero* 51. Eosdem etiam, & alios Authores commemorat, & dicit, hanc esse veram, & communem opinionem Octauianus Cacheranus, *decisione* 101. *numer.* 19. & inferiùs inquit esse receptiorem, in hæc verba: *Quia hæc opinio quæ receptior videtur, locum habet in præscriptione immemoriali; procedens verò in alia minoris temporis: ita videtur distinguere Alexander, in dictis consiliis supra allegatis, videlicet in* 6. *volumine primo, &* 16. *volumin.* 5. *& clarius explicat Villalobos, dicto numero* 211. Eandem etiam opinionem, quod scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur, non sit necessaria in præscriptione temporis immemorialis, magis probarunt Purpuratus, *in l. imperium, numero* 183. & ibi Ioann. Oroscius, *numero* 17. *ff. de iurisdi. omn. iud.* Beroius, *in consilio* 144. *ex numero* 87. *libr.* 3. Nicolaus Euerardus iunior, *in consilio* 47. *ex numero* 12. *cum sequentibus, libro primo*, vbi in

præscriptione aduersus Principem, & quoddam Monasterium, & in præscribenda quota procurationis, aduersus Principem, quod scientia, & patientia non sit necessaria in immemoriali præscriptione, Ioann. Baptis. Ferretus, *in consilio* 115. *numero* 5. *libro primo*, Schrader. *in consilio* 4 *numer.* 177. Fuluius Pacianus, *in consilio* 10. *numero* 79. Tiberius Decianus, *in consilio* 124. *num.* 49. *libr.* 3. Hippolyt. Riminaldus, *in consilio* 589. *ex numero* 4. *libro* 5. vbi loquitur in immunitate collectarum præscribenda aduersus Principem, & in eadem specie Camillus Borrellus, qui plures etiam pro hac opinione communi recenset, *de præstantia Regis Catholici, libro primo, capite octauo, numero* 44. & 45. Mynsingerus, *obseruatione* 30. *numero quinto*, Hondedeus, *in consilio* 79. *num.* 13. *libro primo*, Marc. Anton. Eugenius, *in consilio* 9. *numero sexto & septimo*, Georgius Acacius, *de priuilegiis, libro primo, capite quarto, numero* 14. Albanus ad Bartolum, *in l. prima*, §. *denique*, *numero secundo, ff. de aqua pluuia arcenda*, Menochius, *lib.* 3. *præsumptione* 131. *ex numero* 43. *cum sequentibus*, Ioannes Igneus, *in repetitione, necessarios*, §. *non alias, numero* 981. *ff. ad Syllan* Borgnin. Caualcanus, *decisione* 4. *numero* 3. & 4. Ioannes Philippus, *responso* 31. *numero* 18. Ioannes Antonius Costa, *in consilio secundo numero* 14. vbi fatetur; receptissimam esse illam iuris conclusionem, quod in præscriptione immemoriali, neque Superioris, neque eius Officialium scientia, nec titulus, nec aliquid aliud requiratur, cùm omnia necessaria ex antiquitate temporis immemorialis præsumantur: Franciscus Beccius, *in consilio* 15. *numero* 7. 8. & 9. vbi scribit, quod in præscriptione immemoriali, qua præscribuntur Regalia, secundum communem opinionem, scientia Principis non requiritur; quod si aliquis aliud contenderet, est absolutissimum, scientiam Principis non requiri, cùm proponitur excurrisse tempus immemoriale; ex quo præsumitur, Principis scientiam, aut eius Officialium interuenisse; quinimò & consensum Principis, secundum plures, quos *ibi* citat. Tenuerunt quoque eandem resolutionem Gregorius Lopez, *in l.* 3. *titulo secundo, partita prima, glossa* 5. *verbo, consintiendo lo el señor, in fine*, Ludou. Molina, *de Hispanor. primogeniis libro secundo, capite sexto, numero* 15. Ioannes Matienços, *in l. prima titulo* 7. *glossa* 6. *numero* 6. & 7. *fol.* 166. Ioann. Gratianus, *regula* 369. *numero quinto*, Otalora, *de nobilitate, tertia partis capite* 7. *numero* 21. *versiculo, his tamen non obstantibus*, Velasquez, Auendaños, *in l.* 41. *Tauri, glossa* 6. *numero secundo, & tertio*, vbi quod in præscriptione temporis immemorialis non requiritur scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur, secundum veriorem, & receptiorem sententiam, Pelaez à Mieres *de maioratu, prima parte, quæstione* 62. *numero* 49. & 4. *parte, quæstione* 20. *numero* 258. & 259. Azeuedus, *in l. prima, titulo* 15. *libro quarto, numero* 15. vbi expressè asserit, quod in præscriptione temporis immemorialis non est necesse probare scientiam, & patientiam aduersarij, sed quod sufficit præsumptiua probatio, quæ ex tanto tempore resultat. Et refert Didac. Perez, Padillam, & Villalobos, idem tenentes; & tenent etiam Burgos de Paz, *in l. prima Tauri, numero* 233. & *sequentibus*, Aniles, *in capitulis Prætorum, capite* 24. *glossa*, ò prescripcion, *numero* 5. & 6. & 7. *folio* 219. Ioannes Gutierrez *practicarum libro tertio, quæstione* 14. *ex numero* 30. & *quæstione* 63. *numero sexto*, & *seprimo*, latiùs *libro primo, quæstione* 85. *per totam*, vbi inquit, quod semper sibi ea verior videtur opinio, & tenenda, vt scientia in præscriptione immemoriali minimè requiratur, propter tanti temporis vsum, & vim, quam habet immemorialis præscriptio: præmaximè, cùm etiā si ipsa scientia necessaria esset, præsumi deberet, saltem Regum prædecessorum, in vsu tam longæuo; non enim verisimile est, Reges, vel saltem Supremum consilium Regale, illum ignorasse vsum. Et citat Padillam, Didacum Perez, Villalobos, & Ignatium de Salzedo, ita tenentes. Et simul improbat *in fine numeri primi* Palac. Rub. contrarium dicentem. Hanc etiam opinionem sequutus est Valenç. Velasq. *in consil.* 79. *num.* 96. & *in consil* 93. *num.* 44. vbi securè, & absque vlla dubitandi ratione tradit, quod Immemorialis non requirit scientiam illius, contra quem præscribitur. Et idem tenet Ioannes Baptista Costa, *de facti scientia, & ignorantia, inspectione* 67. *numer.* 9. *fol.* 59. Fontanella, *de pact. nuptial. tom.* 1. *clausula* 4. *glos.* 17. *num.* 86. *fol.* 255. And. Fachin. *in consil.* 30. *num.* 37. & 38. *lib.* 1. Paul. Christinæus, *decis.* 294. *num.* 3. Cardin. Tuschus, *tom.* 7. *litera T. conclus.* 40. *num.* 104. *fol.* 24. Calixtus Ramirez, *de lege Regia*, §. 24. *num.* 19. *fol.* 222. vbi sic scribit: *Licet in immemoriali præscriptione ex communi Doctorum sententia, scientia non sit necessaria, cum satis ex tanti temporis effluxu præsumatur.* Rosentalis, *de feudis, tom.* 1. *cap.* 5. *conclusion.* 16. *liter. F. pag.* 125. Sixtinius, *de Regalibus, lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 150. 151. & 152. *pag.* 164. vbi quod hæc opinio, quod scientia, & patientia non sit necessaria in præscriptione Regalium, quando illa est immemorialis; sanior, & communior, & verior est: Pereg. *de iur. fisc. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 66. & *lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 16. *fol.* 147. vbi relatis aliis multis Authoribus, resoluit, quod immemorialis præscriptio currit sine titulo, & aduersus Principem ignorantem, adeo vt defectus scientiæ inutiliter obiiciatur. Et repetit, *num.* 26. 27. & 28. Tenet etiam D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libro* 1. *cap.* 19. *num.* 21. 22. & 23. *fol.* 75. vbi quod in præscriptione immemoriali, nulla fit distinctio scientiæ, vel ignorantiæ; & quod ex lapsu tanti temporis præsumi deberet, quando esset necessaria: & firmat, hanc esse receptissimam sententiam, & improbat contrariam. Capycius, *in inuestitura feudor. versiculo, feudorum diuisio, ampliatione* 2. Pet. Surd. *in consil.* 429. *num.* 54. & *decis.* 181. *in fine*. Pet. Barbosa, *in l. competit* 6. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. ex numer.* 128. *vsque ad numerum* 136. vbi firmissimè asserit, quod in præscriptione immemoriali non est necessarium probare scientiam illius, contra quem præscribitur. Et quod licèt clarè de ea non constet, tamen semper præsumptiuè de ea videtur constare; & quod non admittitur probatio in contrarium contra hanc præsumptionem; & ex his dicit, cauendum esse à Didac. Couar. *in dicta regula, possessor, in initio secundæ partis*, *d. num.* 8. *in vers. denique mihi*: dum resoluit, quod vbi agitur de acquirendis iuribus incorporalibus, quorum vsui, & exercitio ius resistit, quod tunc etiam in præscriptione immemoriali requiritur probatio scientiæ illius, contra quem præscribitur; & subscribit Octauianus, *decisione* 101. *numero* 21. Hæc enim traditio apertissimè ex suprà dictis conuincitur, & est textus clarus, *in capite primo, de præscriptione in* 6. quod est iuridicè, & doctè consideratum ab eo: & vltra ipsum, considero etiam,

etiam, Didac. *eo loco*, nō probasse absolutè opinionem contrariam, quod scientia, & patientia necessaria sit in præscriptione temporis immemorialis; imò adeo dubium se habuisse, vt aliquando voum, aliquando alind probare videatur: & *in fine eiusdem numeri*, sic scribit: *Imò fortassis, etiamsi scientia necessaria sit, eadem præsumetur ex tanti temporis vsu, simul & aliquot coniecturis, quæ huic præsumptioni suffragentur:* statim etiam *in finalibus verbis*; dum statuit, prioris opinioois Authores contendere, non tantùm fore necessariam scientiæ allegationem, sed etiam eius probationem; in effectu concludit, quod si ea probari potuerit, controuersia cessat; si autem non probetur, obseruandum erit, quæ opinio ex his iustiorem habeat causam, atque ita (vt vides) nihil firmiter resoluit, & scientiam præsumi ex tanti temporis antiquitate, quando ipsa necessaria esset, magis sibi suadere 6 visus est. Quod & opinionis primæ Authores fatentur, & huius secundæ, & verioris sententiæ sequaces omnes agnoscunt; & sæpè repetit Ioann. Gutierrez, *practicarum lib. 1. dicta quæst.* 85. Mascardus, *dicta conclusione* 1215. *num.* 44. *&* 46. Anton. Gabriel, *dicta conclusione prima, de præscriptionibus, num.* 60. Octauian. Cacherannus, *dicta decisione* 101. *num.* 22. Velazquez Auendaños, *in dict. l.* 41. *Tauri, glossa* 6. *num.* 5. & cæteri relati *suprà*, qui (vt dixi) securè asserunt; scientiam in præscriptione immemoriali; omnino præsomi, quando illa necessaria esset. Vndè indubitanter resoluendum videtur secundum vnius, & alterius opinioois Authores, vel scientiam necessariam oon esse in præscriptione immemoriali, vel quando admitteretur contrarium, quod admittendum nullo pacto erit (prout ego arbitror) onus, aut obligationem probationis excludi, cùm ex tanti temporis cursu, scientia præsumpta satis probata remaoeat eo ipso, quod immemorialis probetur.

Quod vt euidentius appareat meminisse 7 oportebit, rationem præcipuam communis sententiæ, quare io præscriptione immemoriali, scientia, & patientia necessaria non sint, concludere quidem, & in eo consistere, quod immemorialis præscriptio æquiparatur veritati, & pacto, & titulo, & concessioni expressæ, & perinde habetur, ac si titulus legitimus, & potentissimus produceretur, & appareret, & Princeps ex fortiori titulo, qui excogitari possit, concessisset, vt sæpè repetitum est; & probatur *in l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æstiu. cap. super quibusdam, §. præterea, de verborum significatien. l. prima, §. vltimo*, ibi: *vetustatem, vicem legis obtinere*, l. in summa, in principio, ibi: *vetustas quæ semper pro lege habetur: ff. de aqua pluuia arcenda.* Sic iane, omnem, & quemcunque titulum includit, qui excogitari possit, eúmque fortiorem, quàm alius specificus de quo constaret; cùm aduersus alium multa obiici possent, quæ contra titulum, qui ex Immemoriali inducitur, non admittuntur; quod relatis multis Authoribus, ego metipse comprobaui, atque exornaui *suprà, cap.* 3. *ex num.* 8. *&* 10. *&* 14. *& cap.* 7. *num.* 13. & latiùs, *cap.* 22. *per totum*, & in terminis nostris specificè notarunt Ioann. Gutierrez, *in locis relatis suprà*: Mascardus, *dicta conclusione* 1215. *nu.* 45. *&* 46. Mastrillus, *de magistratibus, lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 9. *& sequentibus*, *& num.* 20. *& sequentibus*, Barbosa, *in d. l. comperit, num.* 132. Peregrinos, *de iure fisci, lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 66. Sixtinius, *lib.* 2. *cap.* 5. *ex num.* 150. Quemadmodnm ergo, si titulus expressus, legitimus, atque solemnis produceretur, ridiculum esset dicere, quod probari deberet, Principem, vel alium coocedentem, habuisse scientiam, & patientiam, cùm ex tituli ipsius serie constet manifestè; ita pariter dicendum est, eo ipso, quod Immemorialis probatur, quæ titulum potentissimum, & fortissimum inducit, & facit præsumere; cùm fortior, potentior, & melior titulus, qui excogitari possit, supponatur, & pro certo habeatur; atque ita, titulus ipse præsumptus sic operetur, ac si titulus expressus, & verus produceretur, vt scientiæ, & patientiæ requisitum induceat omniuò, & probationis alicuius onus quodcunque excludat, quod attinet ad scientiam, & patientiam, prout etiam quoad titulum. Idque satis apertè insinuasse videtur Romanus Pontifex, *in dicto cap. super quibusdam, §. præterea, de verborum significat.* ibi namque ius assistebat pro tributo illo, quod Ecclesiæ soluebatur; & tamen Immemorialis sola sufficiens fuit, vt ius ipsum præscribi posset, absque dicto requisito scientiæ, & patientiæ, cum ipsum expressum noo fuerit, prout ex eiusdem textus serie apparet; & rectè post alios ponderatur per Peregrinum, *libro primo, dicto titulo* 2. *numero* 65. vt probet, iura Regia per Immemorialem præscribi posse: Alia autem iura (quæcunque ponderari valent) quæ videantur velle, aut supponere scientiam oecessariam esse, loquuntur in aliis præscriptionibus minoris temporis; non autem in immemoriali, quæ titulum legitimum, & omnia necessaria supponit, vt dixi, & cum Alexandro notauit Octauian. Cacheranus, *dicta decisione* 101. *num.* 20. ita distingueos. Item, cum in Immemoriali oon detur certum principium, *ex eodem §. præterea.* & resolutis *capitib. præcedentibus*, & fundat Ioannes Garcia, *de expens. & melior ation. cap.* 9. *num.* 24. vbi iura allegat: scientia, & patientia probari oon potest; itavt testes in ea cooeludant, quæ tamen facilè probatur in aliis præscriptionibus minoris temporis, vt de se constat apertè.

Superior autem resolutio, & opioio, quæ in 8 terminis iuris communis verior est, & communior, & omnino tenenda; procedit quoque æqualiter, & seruari debet, attento iure Regio huius Regni, & post editas leges nonnullas nouæ collectionis Regiæ; vere namque ratio prædicta assignata *numero procedenti*, æqualiter viget; & militat, vt præcisa ratione dicendum sit, scientiam, & patientiam Principis; aut alterius necessariam non esse, vt præscriptio immemorialis locum obtineat, & effectum plenum sortiatur. Sic sane *dicta l. prima, titulo* 21. *lib.* 9. *noua collect. Regiæ*, quæ in materia Tertiarum, & in hoc nostro tractatu, immemorialem præscriptionem admittit, sicut titulum, vt à solutione earum aliquis se eximere valeat, iuri communi, & communiori Interpretum sententiæ conueniens, non exprimit, nec requirit dictum requisitum scientiæ, & patientiæ Regum nostrorum, aut alicuius alterius personæ, nec qoalitatem eam adiicit; sed indistinctè, & omissâ eâ, inquit: *Que no muestren, ni prueuen, tener titulo legitimo ò prescripcion immemorial.* Vndè negari non potest, quin Immemorialis ipsa admissa fuerit, non probata scientia aliqua, & patientia Regum ipsorum, aut Officialium eorum Res enim, quæ adeo facile exprimi potuisset, verisimile non est, nec dici potest, quod omitteretur, si in mente, & intentione legis eiusdem fuisset necessaria; sed ideo omissa, quòd *lege ipsa*, nullatenus requisita fuerit; argumento *l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.* & quali-

tas ea, speciali nota digna, & silentio prætermissa, neglecta ex proposito videtur, argumento *l. item apud Labeonem, §. ait Prætor, ff. de iniuriis*, aliàs, in lege, magna prudentia & deliberatione condita, absque dubio exprimeretur; & vel alia ratione, non expressa nec requisita fuit, quòd immunitas, liberatio, & exemptio à soluendis dictis Tertiis, fauorabilior sit, quam obligatio, & subiectio, & in dubio, pro immunitate, & exemptione fieri debet interpretatio; vt specificè, & cum aliis Authoribus resoluit Petr. Surdus, *in consilio 234. num. 19. & 20.* Vnde interpretatio fieri debet, vt absque scientia, & patientia, præscriptio procedat, cum eam qualitatem pro exemptione, & liberatione, lex illa non requirat; prout etiam non requirit, nec exprimit *lex prima, tit. 15. lib. 4. nouæ collectionis Regiæ*, dum in præscribenda iurisdictione ciuili, & criminali, aduersus Regem, tempus immemoriale requirit, nec de scientia, aut patientia, aliquo modo meminit; sicuti aduertit notanter Ioannes Gutierrez, *practicarum lib. 1. quæst. 84. & 85. & dicta quæstione 85. numero 1. ad finem*, in hunc modum scribit: *Suffragatur præterea huic opinioni, quod nostra hæc præsens lex prima Regia, hanc scientiam non requirit, nec eius meminit; cum tamen, circa immemorialem possessionem, nouam decisionem contineat. Illud tantum requirit, quod immemorialis possessio probetur, iuxta formam traditam in l. 41. Tauri, vbi quoque nulla fit mentio scientia eius, contra quem præscribitur, vel consuetudo immemorialis inducitur: rectè igitur, ex nostra lege, ita ponderata, ac vrgenter constat, hodie non requiri scientiam in casu nostro, probata immemoriali possessione, iuxta formam dictæ l. Tauri.* Hactenus is Author, & verissimè quidem. Sic etiam, ego metipse, *in commentariis tom. 5. cap. 93. §. 8. num. 36.* dum ex sententia aliorum scripsi, scientiam, & patientiam eius, contra quem præscribitur, necessariam non esse in præscriptione immemoriali; intellexi sane, tam in terminis iuris communis, quàm post editas dictas leges Regias, idque tenendum, & seruandum est; & voluit apertè Ludou. Molina, *de Hispanor. primog. lib. 2. cap. 6. num. 39.* ibi namque, Hispano sermone explicat, atque describit, quemadmodum Immemorialis articulari, & probari debeat, & non exprimit dictam qualitatem scientiæ, & patientiæ, prout *ibidem* constat. Didac. etiam Couarru. *in dicta regula, possessor, secunda parte, §. 3. numero septimo*, dictas leges Regias explicans, & quibus qualitatibus, & circunstantiis, testes Immemorialis deponere debeant, dictæ qualitatis nullam mentionem facit, prout *ibi* videri poterit. Et non esse necessariam scientiam, neque patientiam, rectè probauit Auendaños, *de censibus, cap. 8. num. 24.*

6 Ex his sane, & hactenus dictis, euidenter apparet, inanem, & frustratoriam videri indagationem illam, vtrum scilicet in præscribendis iuribus Regalibus contra Principem, aut Tertiis, & iurisdictione, in terminis dictarum legum huius Regni, sufficiat scientia, & patientia Officialium, aut Procuratorum Principis, posito, quod eiusdem scientia non interueniat; in qua nonnulli dixerunt, scientiam saltem Officialium necessariam esse; & malè quidem, cùm nec eorum, nec Principis scientia requiratur; & quando necessaria esset, ex tanti temporis cursu, præsumeretur omnino, vt dictum est. Alij verò, Principis eiusdem scientiam requirunt; & deterius quidem, iuxta communiorem, & veriorem sententiam, quam defendimus. Alij etiam; Officialium, aut Procuratorum Principis scientiam saltem requirunt; cùm re vera necessaria non sit. Alij denique, & rectius quidem, nec Regum, nec Officialium eorum, scientiam aliquam, aut patientiam exigunt: & de his opinionibus videndi sunt Authores fere omnes, relati *suprà, num. 4. & 5.* Mascardus, post Anton. Gabrielem, & alios plures, *dicta conclusione 1215. num. 46.* Ioannes Gutierrez, *dicta quæstione 85. num. 2.* Valençuela Velazquez, *in consilio 93. num. 45.* Cum ergo, tam Principis, quàm Officialium, aut Procuratorum eius; scientia, & patientia, ex tanti temporis cursu inducatur, atque præsumatur; imò & velut expressa haberi debeat, cùm titulus potentissimus, & fortissimus ex Immemoriali inducatur; frustra inquiritur, an saltem Officialium scientia necessaria sit, siue sufficiat. Et de his hactenus.

CAPVT XXIX.

Præscriptio immemorialis vt inducatur, & perficiatur in actibus, & iuribus incorporalibus negatiuis non soluendi, vt in Tertiis tributis, & indictionibus, & alio quocunque simili iure, vtrùm requiratur, vel non, interpellatio, & negatio debentis soluere; & sic, quod præscribens, interpellatus ad præstationem, eam negauerit, ac deinde tempus legitimum ab hac negatione transierit.

Quid etiam in præscriptione quadraginta annorum, & alia minoris temporis, & de Glossa, iuncta suo text. *in l. qui luminibus, ff. de seruitut. vrbanor. prædior.*

De veritate etiam *consilij* Alexandri 136. *lib. 2.* & eorum, quæ longa serie tradidit Hippolytus Riminaldus, *in consilio 10. lib. 1. & in consilio 589. lib. 5. & l. prima, titul. 21. lib. 9. nouæ collectionis Regiæ*, quæ de Tertiis loquitur, interpretatione, singularis equidem, & notanda resolutio, atque explanatio.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio immemorialis vt inducatur, & perficiatur in actibus, & iuribus incorporalibus negatiuis non soluendi, vt in Tertiis, tributis, indictionibus, & alio quocunque simili iure, vtrùm requiratur, vel non, interpellatio, & negatio debentis soluere.*

Et sic, quod præscribens interpellatus ad præstationem, eam negauerit; ac deinde tempus legitimum ab hac negatione transierit.

Et per totum caput.

2 *Et pro vna, & altera parte, nonnulla considerantur: & numeris seqq.*

Et l. 1. tit. 21. lib. 9. nouæ collect. Regiæ, *principaliter expenditur.*

3 *Leges nouæ, ab antiquis declarationem, atque interpretationem accipiunt.*

4 *Præscriptio in seruitutibus, & iuribus incorporalibus negatiuis, incipit à tempore prohibitionis, &*

acquiescentiæ prohibiti, in præscriptione ordinaria minoris temporis.

5 *Quid autem in præscriptione immemorialis, ac etiam quadraginta annorum.*

6 *Alexandri* consilium 136.lib.2. *commemoratur, vbi intendit, præscriptionem immunitatis non currere nisi à die interpellationis, si euenit casus imponendi collectam.*

Et referuntur Authores plures, qui eum sequuntur.

Hippolytus etiam Riminaldus, in consilio 10. libro 1.& in consilio 589.lib.5. *vbi longa serie agit de consilio Alexandri, & eum sequitur, atque defendit.*

7 *Baldi etiam dictum notabile ponderatur.*

8 *Et contra Alexand. Authores permulti recensentur, qui concludunt, interpellationem necessariam non esse.*

Idque in præscriptione immemoriali, ac etiam 40. annorum, magis probatur.

9 *Et contraria dumtaxat recipitur in præscriptione minoris temporis.*

1 PRo dilucida, & distincta *huiusce capitis* explicatione obseruandum, atque constituendum erit primo loco, dubium esse admodum necessarium, & vtile, & quod prætermitti nullo pacto potest; præscriptio scilicet immemorialis vt inducatur, & perficiatur in actibus, & iuribus incorporalibus negatiuis non soluendi; vt in Tertiis, tributis, indictionibus, & alio quocunque simili iure, vtrùm requiratur, vel non, interpellatio, & negatio debentis soluere: & sic, quod præscribens interpellatus ad præstationem, eam negauerit, ac deinde tempus legitimum ab hac negatione transierit. Ponamus enim in terminis *l. prima, tit. 21. lib. 9. noua collection. Regia. Que su Magestad, y los señores Reyes de Castilla piden las Tercias (que son los dos nouenos de todas las cosas, y frutos, que se diezman) a las Iglesias, a los Cabildos, y personas Ecclesiasticas, y a qualquier persona, que sea, que lleue, y perciba*
2 *diezmos, opponen para defenderse, y no pagar, y eximirse de darlas dichas Tercias, la prescripcion immemorial, y que de tiempo immemorial aquella parte no han pagado, y la prueuan con todos los requisitos necessarios. Replican los fiscales, y dizen; que para que la immemorial, les aprouecha,* & vt iuridicè inducatur, atque perficiatur, requiritur præcisè, & necessariò petitio, & interpellatio ex parte Regis nostri potentissimi; & recusatio seu negatio debentis soluere, & acquiescentia ab eo tempore, *y que la immemorial no puede empeçar antes, de pedirse las tercias, y de la interpellacion, y negacion, y la acquiescencia, que despues se sigue.*

Replican los mismos, a quien se piden las tercias, que la ley primera, tit. 21. lib. 9. en que los señores Reyes de Castilla fundan su derecho; contiene vna nueua disposicion, y nueua introduccion, y la gracia, y concession de las dichas tercias, hecha por la Sede Apostolica; a los señores Reyes de Castilla, y que para eximirse, y librarse de la paga dellas, se admite titulo, ò prescripcion immemorial, y està llana, y simplemente, y sin el dicho requisito de interpellacion, ò recusacion, & acquiescentiæ post eam, *y que si fuera necessariò, no se omitiera, ni se passara en silencio en la dicha ley primera, pudiendose expressar tan facilmente, ni para cosa tan importante, como que precediera, y tuuiera lugar la Immemorial, se dexara de escriuir, y expressar requisito, sin el qual se embaraçaua, ò no auia de tener lugar la prescripcion misma: que auiendose omitido, parece, que es fuerça confessar, que la dicha ley no se tuuo por necessario, ò porque no quiso grauar la Immemorial, y a los que la alegassen, con la carga de prouarla, ò porque, por el mismo caso, que admitio la immemorial, fue vista suponer, que si se prouasse, se presumiria, auer interuenido interpellacion, y negacion, y acquiescencia, si fuesse necessaria, como todo lo demas necessario se presume,* vt capite præcedenti dictum est, *y porque si tiene fuerça de titulo, y del mejor, y mas poderoso, y fuerte titulo del mundo, y de concession, y gracia, y pacto, y de verdad,* vt sæpe repertum est, *como en el titulo expresso, no es necessario, ni se requiere este requisito, igualmente,* non debet requiri in Immemoriali, quæ loco tituli habetur: sed adhuc, *se podria replicar por parte de su Magestad*, nouum non esse in 3
iure, quod leges nouæ, ab antiquis declarationem, atque interpretationem recipiant, vt per Glossam, *in l. sciendum, verbo, non compelli, ff. qui satisdare cogantur:* quam exornat Rodericus Suarez, *en l. 2. titulo de los emplaçamientos, lib. 2. fori, & in proœmio fori, folio 1.* Pet. Barbosa, *prima parte l. prima, ff. soluto matrimonio, num. 78. & 9. Y que si por derecho comun era necessario el requisito dicho de interpellacion, y negacion, y acquiescencia, como lo dizen algunos Authores: que la dicha ley primera, tit. 11. que es ley nueua, se declara y recibe interpretacion segun el derecho comun, y assi precediendo la dicha calidad, y requisito de interpellacion, y negacion, y aquiescencia, despues della.*

A esto podrian responder facilmente, y con verdad, los que se quieren eximir de pagar tercias por la immemorial, y dezir, que quando el dicho requisito fuera necessario en terminos de derecho comun, y por dotrinas, y opinion de los Authores; (que no lo es, ni para la immemorial se requiere en los terminos mismos de derecho comun;) adhuc extante decisione eiusdem l. primæ Regiæ, *en que totalmente se omite, y no se expressa,* vt dictum est; *no corre, ni milita el fundamento dicho;* quia procedit, cum in dubio versamur, & in casibus dubiis, leges nouæ, ab antiquis, declarationem, atque interpretationem recipiunt; non autem, quando ita expressè, & clarè, Immemorialis ipsa contra Tertias admittitur, nec dictum requisitum interpellationis exprimitur. Item verisimile non esse, quod in re adeò necessaria, omitteretur, si lex ipsa, aliquo modo necessarium esse supponeret; imò ex quo, Immemorialem ipsam admisit, videri præsumere, hoc, & aliud quodcunque interuenisse, & verificati. Item ex parte eorundem dici posset, quod præscriptio, in seruitutibus, & iuribus incorporalibus negatiuis, incipit à tempore prohibitionis, & acquiescentiæ prohibiti, in præscriptione ordinaria minoris temporis; quia sine possessione non datur præscriptio; & à negatione possessio incipit, *l. si quis aliam, ff. quemadmodum seruitut. amittan. l. hæc autem iura, ff. de seruitutibus vrbanorum prædior.* vbi subtilem rationem adducit Antonius Faber; Glossa ordinaria, *in l. qui luminibus eodem titulo,* & relatis quamplurimis, obseruarunt Balbus, *de præscription. quarta parte, quæst. 13. num. 4.* Couarruu. *in regula, possessor, secunda parte, §. 4. num. 6.* Anton. Gomezius, *in lege 46. Tauri, num. 7.* Padilla, *in lege 1. C. de seruitutib. num. 14. 15. & 19.* Salazar, *de vsu, & consuetudine, cap. 11. num. 57.* Hippolytus Riminaldus, *in consilio 10. num. 19. & sequ. lib. 1. & in consilio 258. num. 2. lib. 3. & in consilio 589. num. 49. & sequentibus, lib. 5.* Mascardus, *de probationibus tomo 3. conclusione 1220. num. 81.* Surdus, *in consilio 117. ex num. 20. lib. 2. & in consilio 234. num. 34. eodem*

dem libro, Barbosa, *in leg. omnes, quarta, C. de praescriptionibus 30. vel 40. annorum, num.* 64. Ioannes Gutierrez, *practicarum lib. 4. quaest. 34. num.* 14. 15. & 16. quorum nullus, in praescriptione immemoriali sermonem instituit, sed in aliis ordinariis praescriptionibus loquuntur, atque ita, ea resolutio non procedit in praescriptione immemoriali, in qua non requiritur aliqua interpellatio, ob rationem praedictam, quia habet vim tituli, & concessionis expressae; & facit praesumere, quod omnia necessaria, & praecisa interuenerint; vt saepè dictum est, & *capite praecedenti* repetitum. Imò neque in praescriptione quadraginta annorum loquuntur iidemmet relati Authores, sed in aliis praescriptionibus minoris temporis, vt dixi. Et in praescriptione quadraginta annorum etiam, contrarium statuunt permulti referendi *infrà*. Quando autem expressa extarent iura, quae in omnibus aliis praescriptionibus, interpellationem requirerent, & acquiescentiam; ea sanè in Immemoriali praescriptione locum habere non possent, vt potè cùm constituti, pacti, priuilegij, & concessionis expressae loco habeatur; in priuilegio autem, & concessione, & quando titulus extat, extra omnem dubitationem relinquitur, interpellationem aliquam necessariam non esse; & quando interpellatio requireretur, quae nullo iure in Immemoriali requiritur, ea quidem ex tanti temporis cursu praesumeretur. Idque, vel eo magis, quod *in ipsa l. 1. tit. 11. lib. 9.* vt quis à solutione Tertiarum se eximere & libetate valeat, aequaliter admittuntur titulus, & immemorialis praescriptio, vt ex ipsa constat expressè; Immemorialis autem semper intelligitur allegata in vim, & loco tituli, & prout magis conueniat; vnde pro titulo, & pro Immemoriali prodest, & dictum requisitum interpellationis, nullo modo necessarium est, prout in titulo solo non requiritur.

Sed adhuc diceret, rem hanc, difficultatem habere; cùm Alexander, *in consilio* 136. *num.* 19. *lib.* 2. expressè asseuerauerit, in his iuribus negatiuis non soluendi, necessariam esse interpellationem, & contradictionem, & acquiescentiam, sicuti constat ex illis verbis: *Item, quia per non vsum, vel ex non actibus non inducitur consuetudo, maximè nisi probetur de contemptu; v. g. si probaretur, quod Catanei fuerunt per longum tempus grauati ad collectas soluendas, & ipsi semper contradixerunt, & praecepta contempserunt, aliàs non probatur talis consuetudo. Item ad hoc, vt dicti Catanei, & dictus Iacobus, praescripsissent libertatem ab onere collectarum, requireretur probari in processu plura. Primò, quod fuerint aliquo tempore requisiti, vt collectas soluerent, aliàs nunquam praescribunt hanc libertatem; l. cum scimus, & ibi notat Bartol. C. de agricol. & censit. lib. 11. Bald. Angel. Speculator. &c.*

Hactenus Alexander, qui (vt vides) ad inducendam praescriptionem libertatis aduersus solutionem collectarum, requirit, quod aliquando debitores fuerint interpellati ad soluendum, & recusauerint; tunc enim, abinde citra praescribi potest libertas; aliàs secus (vt ipse existimat:) & idem tenet Antibolus, *in tractatu de muneribus, parte 2. § restat, num.* 1. vbi dicit, quod Moderni sic distinguunt, quod aut homines, facta contradictione Domino, steterunt franchi per longum tempus, sufficiens ad praescriptionem, & tunc praescribunt; aut steterunt franchi, sine contradictione, nec allegant titulum, sed tantùm tempus prolixum; & tunc, hoc non sufficit, imò succumbent, quia tempus non est modus tollendae, vel inducendae obligationis: *l. obligationum ferè, § placet, ff. de obligat. & actionibus.*

Alexandrum etiam sequitur expressè Brunus, *in consil.* 32. *num.* 8. & Riminald. sen. *in consilio* 31. *num.* 52. qui citat Balbum, *in tractatu de praescriptionibus, in secunda parte, quinta partis principalis, quaestione septima.* Deinde confirmat hanc conclusionem rationibus nonnullis; & maximè illa, quia iuribus negatiuis non currit praescriptio, nisi à tempore contradictionis, vt per textum, & Glossam, *in l. hac autem iura, ff. de seruitut. vrban. praedior. in verbo, habuerit*, quae notat, quod in praescribenda libertate, necessarium est factum vtentis.

Alexandrum etiam sequuntur Ægidius Thomatus, qui ponderat locum Baldi, Parisius, Iacob. de san-Georgio, Decisio Perusina, Craueta, Ripa, Rubeus, Cumanus, Curtius iunior, & Cephalus, prout eos latius ponderat, atque expendit Hippolytus Riminaldus, *in consilio* 589. *ex numero* 47. *vsque ad numerum* 58. videndus etiam *vsque ad numerum* 62. vbi contrarias quoque aliorum Authorum opiniones confutat, eisdémque satisfacit, & responsum praebet, vt Alexandri resolutionem constanter defendat; quod etiam antea defendit *in cons.* 10. *n.* 34. *cum seqq. lib.* 1.

Pro eadem etiam parte, & quasi opinionis Alexandri sequaces, citat Tuschus, *tom. sexto, littera P. conclusion.* 538. *numer. primo, folio* 400. *& tomo secundo, littera E. conclusione* 553. *ex numero sexto, folio* 448. *& tomo octauo, conclusione* 40. *numero* 169. *folio* 28. vtrumque Riminaldum, Brunum, Balbum, Grammaticum, Iason, Caleaneum, & Curti. iunior. & illam dumtaxat expendit rationem, quod in iuribus negatiuis non currit praescriptio, nisi à tempore negationis; nihil tamen firmum, aut certum resoluit.

Pro Alexandro quoque, & quasi eum sequantur, refert Ioann. Baptist. Costa, *de ratione rata, quaestion.* 235. *num.* 13. *versiculo, attamen in tanta, folio* 298. Bursatum, & Riminaldum, Pancirolum etiam, & Galli. & Nizolum, & alios refert Gilrenius, *de praescriptionibus, parte prima, cap.* 6. *nu.* 178. *fol.* 101.

Pro eadem etiam parte, quod scilicet necessaria sit interpellatio, contradictio, & acquiescentia, ponderatur Bellonius, *in consilio decimoquinto, numero primo*, Baldus etiam, *in capite primo, § licet, numero primo, Si de feudo fuerit controuersia*, vbi dixit, quod vassallus, qui cum certo seruitio contribuere debet, illud non praescribit, quamuis per multos annos Dominus non petierit; nisi petitum, & negatum fuerit: & quod praescriptio incipere non potest, nisi à die negationis, & acquiescentiae. *De que se suele inferir, que lo mismo se ha de obseruar en las tercias; porque de tal manera se deben a su Magestad, que los que perciben los diezmos, han de acudir con esta parte dellos, que son los dos nouenos, y que en tanto, que auiendolas pedido por parte de su Magestad, no se las huuieren negado, no pueda empezar la prescripcion.* 7

Baldi verba haec sunt: *Nota, quod vassallus, qui est paratus praestare seruitia (vt praesumitur) nisi interpellatus negauerit, nunquam praescribit contra Dominum suum, quia per iuris effectum, Dominus videtur esse in quasi possessione seruitiorum: argumento textus, in l. arboribus §. idem tractatur, ff. de vsufructu, quod est notandum.* Et hactenus de opinione Alexandri, & sequacium.

Caeterum

8 Cæterum contrariam opinionem, imò quod præscriptio immemorialis vt indueatur, & perficiatur, non requiratur vlla interpellatio, nec contradictio; neque etiam in præscriptione quadraginta annorum necessaria sit, tenuerunt alij plures, & maximi nominis Authores. Et verè Alexander, *in dicto consilio* 136. non loquitur specificè, nec in indiuiduo in immemoriali præscriptione, dum quatuor illa requisita exprimit; eorum etiam, qui pro opinione ipsius Alexandri ponderantur, ferè omnes in præscriptionibus aliis, & etiam in præscriptione 40. annorum loquuntur, non autem in ipsa Immemoriali, Hippolytos autem Riminaldus, etiam in Immemoriali interpellationem, & contradictionem requirit, prout in aliis præscriptionibus. Alij autem plures (vt dixi) contrarium firmiter statuunt, & aliquam interpellationem non requirunt; dicunt etiam, quod quando interpellatio necessaria esset, ex tanti temporis cursu, ipsa præsumeretur.

Huius sanè opinionis fuit contra Alexandrum, & requisitum de interpellatione, & contradictione confutauit Crauera, *in consilio* 111. vbi eruditè, & fortiter se habet, & repetit *in consilio* 775. *column. penultim.* vbi dixit, Alexandrum nimis audacter fuisse loquutum, imò verò malè, & contra eum plures Doctorum decisiones extare, & præscriptionem induci ex eo solùm, quod solutio facta non fuerit, decurso tanto tempore, cuius initij memoria non extet.

Natta etiam, *in consilio* 446. *numero decimoquinto*, constanter idipsum asserit, & in secundo casu, quem distinguit, & *ibi* considerat, concludenter id probat; & mirè conuenit ad casum Tertiarum, (de quibus præsens tractatus) *pues en todo el tiempo, que de algunas Iglesias, y personas Ecclesiasticas, y otras, que perciben diezmos, no se han cobrado las Tercias; por parte de su Magestad, y de los señores Reyes sus antecessores las cobrauan, y han cobrado de otras muchas. Demanera, que muchos las han pagado, y otros no, porque no se las han pedido, y se ha dexado passar tiempo immemorial, sin cobrarlas; y en fauor destos escribe* Natta, *para que proceda la Immemorial, sin interpellacion, ni contradicion*, & in eum sensum, Cardinalis Tuschus, *tomo octauo, littera T. dicta conclusione* 40. *numero* 171. *folio* 28. refert Nattam, in hæc verba: *Declarat Natta, quod sufficit quòd venerit casus soluendi, & non soluerit, licet non fuerit interpellatus ad soluendum, quando alij soluerunt, non iste.* Distinguit itaque Natta, *dicto numero* 15. quod aut non contigerunt casus, propter quos, onera imponi deberent; vel si contigerunt, Princeps, vel Vniuersitas abundans, & copiosa, non egebat huiusmodi impositione collectarum; & inquit verum esse, quod præscriptio non currit, quia non apparet de aliquo consensu, vel negligentia Principis, vel Vniuersitatis, si non collectauit; sed vbi onera contigerunt, & opus fuit ad eorum subleuamen collectis, quæ indictæ fuerunt, & à pluribus exactæ; tunc si aliqui fuerunt præteriti, quibus collecta non fuit indicta, nec ab eis exacta, ab eo tempore incæpit currere præscriptio, licet interpellatio, vel recusatio non interuenerit, quia præscriptione sunt tuti. Citat Natta, Innocentium, Cynum, Balbum, Angelum, Iasonem, & Felinum, ita tenentes.

Contra Alexandrum etiam scripsit Petrus *Ioan. del Castillo Quot. Contr. iur.* Lib. VI. Surdus, *in consilio* 234. *numero* 33. *&* 34. *libro secundo*, vbi sic scribit: *Alia vero requisita, notata per Alexand. in dicto consilio* 136. *non sunt (vti existimat) necessaria: in primis enim, quod dicit de interpellatione, est falsum, & qui ab eo citantur Doctores, loquuntur in actibus merè voluntariis, in quibus non acquiritur possessio, nisi quando interpellatus, quis recusat. Verùm in collectis sufficit, quod fuerint aliquando impesita collecta, & à multis exactæ; quod si tunc aliqui non soluant, constituuntur illi in quasi possessione libertatis: ita declarat Crauetta, in dicto consilio* 112. *numero* 21. *& sequentibus, &c.* Idem etiam Surdus, contra Alexandrum scripsit *in consilio* 525. *numero* 10. & Fabius de Anna, *in consilio* 59. *numero* 68. Rosentalis quoque, *in tractatu de feudis, capite quinto, conclusione* 84. *in littera* C. Gasp. Anton. Thesaurus, *Forensium libro primo, quæstione octaua, numero nono*, vbi requisitum Alexandri, de interpellatione improbat; & Senatus decisionem in terminis, contra ipsum Alexandrum adducit: contra quem etiam tenuerunt, & alij, cum quibus Gilrenius, *de præscriptionib. parte prima, capite sexto, numero* 178. *folio* 101. Aluarus Valascus, *consultatione* 140. *numero quarto, & sequentibus*, Purpuratus, *in consilio* 536. & maximè *numero vndecimo*, vbi concludit, non esse necessariam interpellationem, & contradictionem: Ioannes Baptista Costa, *de ratione rata, quæstione* 255. qui cum contrarias opiniones, in articulo onerum, & collectatum adduxisset, tandem *numero* 15. *pagina* 198. sic concludit: *Declarantur tamen prædicta quadrupliciter; in primis namque non cadit necessitas probandi dicta requisita, in eo, qui per tempus immemoriale non soluit dictum vectigal; nec eius Authores fuerunt exacti, dummodo concurrant requisita ad probandam Immemorialem, Curtius iunior, consilio* 61. *Aretinus, in cap. licet ex quadam, columna prima, & secunda, de testibus, Rebuffus tractatu de decimis, quæstione* 13. *numero* 94. *cum sequentibus, Vincentius de Franchis, decisione* 56. *parte prima, Mynsingerus obseruatione* 30. *cent.* 1. *Fabius de Anna consilio* 59. *numero* 19. *Hondedus, consilio* 79. *numero* 44 *&* 45. *volumine primo. Porro, isto casu non requiritur interpellatio, ex parte Domini, aut feudatarij, nec contradictio ex parte subditorum, præsumiturque bona fides, & titulus, in tanto spatio, Pacianus consilio* 20. *numero* 38. *cum sequentibus, &c.* Contra Alexandrum etiam voluit apertè Balbus, *de præscriptionibus, in secunda parte quinta partis, quæstione septima, in fine*, dum distinguit. Festasius, *de collection. in quarta parte capite quarto, numero nono, cum sequentibus, & numero decimoseptimo*, inquit, hoc Alexandri dictum de interpellatione, alienum esse à veritate, cum à communibus Doctorum traditionibus deuiet; à iure etiam, iurísque ratione, ex quo Immemorialis, constituti, pacti, priuilegij, & concessionis loco habetur. Et quod dato, quod in actibus merè, & absolutè voluntariis, procedere posset Alexandri opinio; in actibus tamen, qui voluntarij non sint, sed necessarij, obtinere non potest; vbi Immemorialis legitimè probatur: atque ex his quæ *ibi* tradit, & ex notatis per Surdum, *in loco relato suprà*, concludenter, & verè satisfieri, atque responderi poterit dicto Baldi, relato *suprà, numero septimo.*

Quod etiam interpellatio, aut contradictio necessaria non sit, & quod dictum Alexandri reprobetur communiter, tenuit Menochius, & alios refert *in consilio* 887. *numero* 54. *libro*

nono, Ioannes Garcia, *de nobilitate*, *glossa decimanona*, *numero secundo*, *folio* 300. vbi sic scriptit: *Nota secundò, quod in hac præscriptione (tributorum scilicet) sufficit, quod tributum exactum sit ab alsis, & non à te, cum potueris à te exigi; & non est necessaria interpellatio, scilicet, quod à te petitum sit, & tu negaueris. Ita tenet Aimon, consilio* 111. *Panormitan. consilio* 94. *libro primo*, *& consilio* 26. *libro secundo*, *Paulus*, *consilio* 313. *libro primo*, *Corneus*, *consilio* 43. *libro secundo*, *& consilio* 22. *libro tertio*, *& consilio* 142. *eodem libro*, *& resoluit Didacus Couarruuias*, *in regula*, *possessor*, *secunda parte*, §. *secundo*, *numero septimo*, *versiculo*, *secunda verum species: contra Alexandrum consilio* 136. *libro secundo*, *numero* 19 *qui requirebat interpellationem*, *& contradictionem*, *& contra Bartol. & alios.* Ibidem etiam explicat textum, *in l. cum scimus*, *C. de Agricolis & censitis*, *libro* 11. qui in contrarium induci solet, & vltra interpretationem Crauetæ, & Didaci Couarruu. in hæc verba eum interpretatur: *Sed forsan melius dices, ibi à filio semper exactam fuisse præstationem, quia pater (vt dicit textus) pro filio semper exoluit, ideo nihil curandum est de interpellatione, & negatione, in casu dicta l. cum scimus: nec enim Regi fit præiudicium, nec vtilitas ei, pro quo absente, aut non interpellato, tributum solutum sit, &c.*

In eadem quoque resolutione, firmiter remanet Velazquez Auendañus, *de censibus*, *capite octauo*, *numero* 23. *&* 24. vbi in indiuiduo excitat quæstionem, vtrum præscriptio immemorialis requirat contradictionem, & à quo tempore incipiat; & inquit, distinguendum esse inter actus affirmatiuos, & negatiuos; Affirmatiui sunt, veluti soluere pensionem annuam ratione alicuius rei, vel quid aliud fieri, ad quod in futurum faciendum, affirmatiuè quis compelli possit: Negatiui dicuntur omnes illi actus, qui operantur prohibitionem, respectu alicuius personæ, ne quid fiat; vt contingit in seruitute, ne altiùs ædifices; ne alteri, quam mihi seruitia, vel censum præstes; ne furnum, vel molendinum facias, nec ad aliud, quam ad meum eas; ne me, vt ex puteo tuo aquam deducere possim, prohibeas, & in similibus seruitutibus negatiuis, quæ principium habent voluntarium seruiendi: in affirmatiuis enim non datur prohibitio ex parte petentium, sed potius coactio ad faciendum, vel soluendum, vnde à primo actu faciendi, incipit præscriptio, quæ legitimè inducitur modo *suprà* dicto: in negatiuis verò, cùm præsupponant prohibitionem, à prohibitione incipere videtur, etiamsi sit Immemorialis; quia cùm seclusa prohibitione, actus remaneant voluntarij, & spontanei; absque vlla necessitate, neque causa faciendi, dicerentur facti mera voluntate, ac facultate, & iure familiaritatis, potius quàm necessitatis, & consequenter non inciperet currere præscriptio, nisi à tempore prohibitionis: & quod ita in actibus meræ facultatis negatiuis, probat Glossa, *in dicta l. qui luminibus.* Et tenent plures Authores, *ibi* relati, & quod ratio, ea potest esse; quia cum actus suâ naturâ meræ facultatis, ac voluntatis sint, si ex prohibitione non efficiantur necessarij, adhuc voluntarij existimarentur, & consequenter iure familiaritatis facti censendi erunt; ac proinde succederet regula, quod nulla præscriptione, etiam immemoriali formari possint, *ex l. finali*, *ff. quemadmodum seruit. amitt.* Et hactenus de hac prima opinione Velazquez Auendañus, qui statim, *numer.* 24 in hunc modum scribit: *Contrariam tamen sententiam, veriorem plures existimauerunt, dicentes, quod Immemorialis nullam requirat contradictionem, etiam in actibus negatiuis, & meræ facultatis, quia ex tempore præsumitur quæsita quasi possessio, præcedentibus legitimis qualitatibus atque requisitis, tam iuris, quàm facti, ad eius Immemorialis perfectionem necessariis, & consequenter prohibitionibus atque contradictionibus, ex quibus incipere posset præscriptio, vt colligitur ex Decio, in consilio* 271. *numero* 14. *&* 15. *Aymon*, *consil.* 118. *colum. penul. Saliceto, qui nominatim id tenet in l. authoritatem, C. vnde vi. & idem in effectu sentit Felinus, in cap. cum M Ferrariensis, numero* 7. *de constitut. in cuius sententia confirmationem, ego considerabam, quod si Immemorialis deberet incipere à tempore contradictionis, nunquam posset probari, vel si antiquissima possessio probaretur, non esset Immemorialis, quæ semper caret principio, ergo incipere non potest ab actu contradictionis, neque ab alio, qui principium præsupponat. Rursus Immemorialis, ex solo temporis cursu nascitur, & perficitur absque vlla causa concomitantia, vt supra latè probauimus; ergo non requirit pro causa contradictionem, sed solum temporis cursum. Demum, Immemorialis non requirit scientiam, neque patientiam aduersarij, neque titulum, vel initium, quia hæc omnia supplet, ac præsupponit longissimum illud atque immemoriale tempus: ergo si non requirit scientiam, neque patientiam, à fortiori neque vllam contradictionem. Ex quibus hæc videtur receptior sententia.* Et hactenus Velazquez Auendañus, ac verissimè quidem, qui addit (& etiam verè, & rectè) quod Couarruuias *in regula, possessor*, *secunda parte*, §. *quarto*, *numero sexto*, *versiculo*, *posterior: ad medium*, existimat, quod licet verum sit, non incipere Immemorialem à tempore contradictionis, debent probari aliqui actus contradicendi, saltem ex tempore quadraginta, vel quinquaginta annorum, & inquit, quod hoc medium, ad opiniones contrarias conciliandas, suaue quidem est, sed non (prout ipse existimat) de iuris rigore verum; quia aut Immemorialis debet incipere à tempore contradictionis, & verè non est Didaci Couarruu. sententia; aut non est necessaria contradictio, & similiter non procedit; ergo vtroque casu (inquit) admittenda non est, & securè tenendum, Immemorialem, tam contradictionem, quàm cætera omnia, etiam formalia, & præsupponere, & præcisè probare. Et sic concludit: *Ex quo ad ea, quæ in contrarium dicta sunt, facilè respondetur.*

Ex his sanè, & hactenus dictis, verissima remanet resolutio, in præscriptione scilicet temporis immemorialis, interpellationem, & contradictionem, & ab eo tempore acquiescentiam, necessariam non esse; cùm ea, tituli, priuilegij, & concessionis expressæ loco habeatur, cùm autem titulus adest, ridiculum esset dicere, illam requiri; idque maximè in actibus affirmatiuis, & necessariis aliquid soluendi, & indistinctè in omnibus, inde, & consequenter in terminis *dicta leg. prima*, *tit.* 21. *lib.* 9. & in Tertiarum tractatu, interpellationem ipsam, & contradictionem necessariam non esse: quod certum puto; quando autem necessaria foret, ex tanti temporis cursu præsumeretur omnino, vt dictum est.

In aliis autem minoris temporis præscriptionibus, vt decem, viginti, & triginta annorum, cum de seruitutibus agitur, & aliis iuribus incorporalib. & de actibus negatiuis, qui princi- 9

pium

pium habent voluntarium, procedere potest opinio eorum, qui interpellationem, contradictionem, & acquiescentiam requirunt; & Glossa, *in dicta l. qui luminibus*, cum aliis iuribus relatis *suprà, numero quarto*, in præscriptione autem 40. annorum, id ipsum seruatur, ex sententia quorundam. Contra vero, ex sententia aliorum, prout *ibidem* retuli eos.

Ex quibus etiam, & traditis *numeris præcedentibus*, apparet responsum concludens ad dictum Baldi, relatum *suprà, numero 7.* & in terminis respondet Iosephus Ludouicus, *decisione 106. numero quarto, 5. & 6.* in hæc verba: *Nec obstat doctrina Baldi, in l. male agitur, C. de præscript. 30. vel 40 annorum, vbi dicitur, quod colonus non potest præscribere contra annuam præstationem in futurum, nisi interpellatus, recuset soluere, & interuertat possessionem; quia non loquitur in possessione longissimi temporis, cuius initij memoria in contrarium non existit, quæ habet præsumptionem iuris & de iure, adeo quod non admittit probationem in contrarium, & per quam acquiritur etiam dominium directum, &c.* Et de his hactenus.

CAPVT XXX.

Præscriptio immemorialis, quæ vt titulus admittitur *in l. prima, titulo vigesimoprimo, libro nono, nouæ collect. Regiæ*, vt à solutione Tertiarum, aliquis se eximere, & liberare valeat; an à tempore concessionum, & gratiarum Apostolicarum, & inde post; an à die conditæ, & promulgatæ legis ipsius currere incipiat? & de intellectu, atque interpretatione legis eiusdem.

Decisiones, & sententiæ Senatuum, & Tribunalium Supremorum, quantam vim, & authoritatem habeant, ad similes causas in aliis casibus decidendas.

Quod exornatur, & illustratur. Etan eis, præcisè standum sit, cum casus similes occurrunt.

Iura Regalia, tributa, Tertiæ, & alia, quæ contra Reges, & Principes, non nisi tempore immemoriali præscribuntur, quo tempore, contra priuatum præscribantur.

Immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi gabellas, completa ante conditam decisionem *l. 2. titul. 15. libro 4. nouæ collection. Regiæ*, an censeatur sublata ab eadem lege, & iure tolli potuerit, necne

Quæ omnia breuiter, & notabiliter explicantur, & *dicta l. 2.* decisio memorabiliter comprobatur, atque illustratur.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio immemorialis, quæ vt titulus admittitur in l. prima, tit. 21. lib. 9. noua collect. Regiæ, vt à solutione Tertiarum, aliquis se eximere, & liberare valeat, an inceperit currere à tempore concessionum, & gratiarum Apostolicarum; & deinde tempore immemoriali: non autem à die condita, aut promulgata legis ipsius.*

2 *Obseruantia subsequuta magna virtus, vis, & effectus; & illa in rebus dubiis est lex, & ita obseruari debet.*

3 *Consuetudo interpretatiua est magna potentia, & efficacia, & attendi atque obseruari debet.*

4 *Decisiones, & sententia Senatuum, & Tribunalium Supremorum, pro lege seruandas.*

Et facere ius ad similes causas decidendas.

Ac si essent sententia Principis, qua faciunt ius;

Senatus autem Principi æquiparatur.

Et magnam vim habere ad decisionem similium causarum. Quod exornatur.

5 *Senatuum decisionibus, an præcisè standum sit in causis similibus.*

6 *Immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi gabellas completa ante decisionem* l. 2. tit. 15. lib. 4. nouæ collect. Regiæ.

An censeatur sublata ab eadem lege, & iure tolli potuerit.

7 *Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, tam in vna, quam in altera parte* dictæ l. 1. tit. 21. lib. 9. *comprehendi.*

Prout hic adnotatur.

8 *Tertia, quæ contra Reges Hispaniæ immemoriali tempore præscribuntur, contra priuatum, minori, & ordinario tempore præscribi possunt.*

9 *Vna Ecclesia contra alteram, vel etiam priuatus, 40. annor. spatio Tertias præscriberet; cùm eo tẽpore, contra Ecclesiam regulariter præscribatur.*

10 *Iura Regalia, quæ contra Reges, & Principes non præscribuntur nisi tempore immemoriali; contra alium priuatum tempore longissimo sine titulo, vel longo tempore, cum titulo præscribi possunt.*

11 *Ecclesia Romana, si res suas transferat in priuatum, hæ res præscribentur tempore ordinario aduersus donatarium.*

12 *Principis tributa, quæ aliàs præscribi non possunt, præscribentur tamen aduersus eum, in quem ea Princeps transtulit, tempore ordinario.*

13 *Laici contra laicos decimas præscribunt.*

14 *Iurisdictio contra priuatum tempore ordinario præscribitur.*

CCVRRIT nunc dubium singulare, & omnino necessarium, & quod prætermitti nullo pacto potest, an *dicta l. prima, titulo 21. libro nono noua collection. Regia* constitutio, dum immemorialem præscriptionem, sicut titulum admittit, vt à solutione, & præstatione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat; ita intelligenda, atque explicanda sit, vt præscriptio ipsa incæperit currere, siue initium sumpserit à tempore concessionum, & gratiarum Sedis Apostolicæ, & quo Romani Pontifices, Regibus nostris Inuictissimis Hispaniæ eas concesserunt, & non antea; idque præcisum, & necessarium sit: ante gratias namque ipsas, & concessiones, omnes qui decimas percipiebant, liberi, & immunes erant ab earundem Tertiarium solutione; nõdum enim erant formatæ, nec in rerum natura, quousque dicta concessio facta fuit; sic sanè, Ec- 1

clesiæ, & Ecclesiastici, cæterique; qui decimarum ius habebant, in pacifica possessione exigendi, & ferendi integras decimas; existebant, absque vlla Tertiarum deductione. Currit ergo, consideratique debet ipsius immemorialis præscriptionis initium ab eo tempore, quo exigi à Regibus Hispaniæ Tertiæ ipsæ potuerunt, nec tempus præteritum, ante concessiones consideratur, aliàs frustra concessio facta fuisset, siquidem certum est, quod Ecclesiæ, & Ecclesiastici, aliæ etiam personæ, ex tempore immemoriali; imò omni tempore præterito decimas integrè, & absque vlla diminutione percipiebant (vt dixi) & in pacifica, antiquissimaque eius iuris integri possessione, & non soluendi Tertias, nondum concessas, nec creatas, sed postea nouè concessas, erant. Ne igitur dicta concessio sit inanis, & frustratoria, præcisè ea lex intelligenda est de immemoriali præscriptione, quæ post dictas concessiones, & gratias contingat, non ante; quia aliàs omnes præscripsissent, cùm integras decimas perciperent, siue iuris nondum formati, nec in esse producti, præscriptio dari non posset, sicuti in simili casu, & multùm ad propositam præsens argumentatur Pet. Surd. *in cons.* 234. *n.* 22. *lib.* 2.

Non etiam intelligi potest *lex ipsa prima*, *titulo* 21. *lib* 9. vt immemorialis præscriptio, à die conditæ, aut promulgatæ eius legis currere incipiat; sic enim nulla hodie immemorialis præscriptio dari posset, cùm ab anno 1565. quo eam legem, magnus Rex Philippus Secundus condidit, 65. anni nondum fluxerint, & tamen, vniformi, & communi intelligentia, & obseruantia, semper lex ipsa ita intellecta fuit, vt hodie etiam Immemorialis perfecta, & iuridica dari possit, quæ tempore legitimo, post gratias ipsas, & concessiones, cucurrerit, atque perfecta fuerit; in futurum quoque dabitur, eadem consideratione habita à tempore concessionum, & gratiarum, non autem à die promulgationis eius legis, ita vt ea eo tempore initium sumere, siue inchoari possit Immemorialis. Vndè per ipsammet legem primam, non tam Immemorialis de nouo introducitur, aut admittitur, sicut titulus, quàm quæ ex die gratiarum ipsarum inerat, declaratur, legéque ipsa lata, explicatur, exemptionem à solutione Tertiarum, per immemorialem præscriptionem, ac per titulum legitimum obuenturam, si ea tempore quocumque post ipsas gratias, & concessiones incæperit, perfectàque fuerit. Quod est verissimum, & communi praxi, atque
a obseruantia receptum, vt dixi. Obseruantiæ autem subsequutæ magnam virtutem, vim, & effectum esse, & illam in rebus dubiis velut legem esse, & ita obseruari debere, latè ego metipse comprobaui, atque exornaui *in commentariis tomi quinti*, *cap.* 93. §. 7. *ex numero* 2. *cum sequentibus*, vbi videri poterit. Consuetudinem etiam inter-
3 pretatiuam, magnæ esse potentiæ, & efficaciæ, & attendi, atque obseruari debere; longa quoque serie, *eodem* §. 7. *per totum* comprobaui. Ita etiam, pluribus in casibus, Senatus noster Regius admisit, & immemorialem præscriptionem à tempore concessionum, & gratiarum dictatum Sedis Apostolicæ, & quo suo iure ipso Tertiarum Reges nostri Hispaniæ potuerunt, immemorialem præscriptionem incipere currere, non autem à tempore promulgationis dictæ legis, pro certo semper supposuerunt, atque decreuerunt. Senatuum autem, & tribunalium supre-
4 morum decisiones, & sententias, pro lege seruandas esse, & facere ius ad similes causas decidendas, ac si essent sententiæ Principis, quæ faciunt ius; Senatus autem Principi æquiparatur, vt ex traditione aliorum multorum Authorum annotauit Valençuela Velazquez, *in consilio* 40. *numero* 55. 56. *&* 57. *folio* 322. *&* *in consilio* 72. *numero quinto*, Escobar *computatione* 6. *numero vndecimo*. Idem etiam notarunt Gama, *decisione* 33. *numero secundo*, *ad finem*, *&* *decisione* 174. *numero* 10. Afflictis, *decis.* 45. *numer.* 4. *&* *decis.* 69. *num...* *&* *decis.* 383. *in fin.* Vincent. de Franchis, *decisione* 81. *numero* 2. *parte prima*, notanter Menochius, *in consilio* 671. *numero* 21. *libro* 7. *&* *de arbitrariis*, *libro primo*, *quæstione prima*, *numero* 27. *versicul.* *De sententia vero Senatus*. Et causa decisa in suprema Curia, non debet in disputationem deduci, *cap. cum dilecti*, *de electione*: Baldus, & alij, cum quibus Valençuela Velazquez, *dicto consilio* 72. *numero* 5. & sententias Senatuum reuerenter seruandas, & eis standum esse in decisione similium causarum enuntiari communiter solet, & per manus circumfertur quotidie textus, *in l. filius*, 14. *ff. ad leg. Cornel. de fals.* in illis verbis: *Sic enim inueni Senatum censuisse*: & *in l. prima*, §. *hoc autem*, *versicul. Et ait Sextus*, *ff. ad Syllan.* & notarunt relati *suprà*: Ioseph. etiam Ludouic. *decisione Lucensi* 3. *numero* 50 *&* 51. Peregrinus, *in consilio* 91. *numero* 29. Caualcanus, *decisione* 15. *prima parte*, Anton. Thesaurus, *decisione prima*, *numero* 9. Georg. de Cabedo, *decisione* 212. Pinellus, *in l.* 2. *C. de rescindenda*, *secunda parte cap.* 4. *numero secundo*. Parladorius, *rerum quotidianar. lib.* 2. *cap. finali*, 5. *parte*, §. 16. *numero* 7. *ad finem*, *&* *libro* 7. *differentia* 10. *numero* 71. ego quoque metipse notaui *in commentariis tomi quarti*, *capite* 31. *numero* 97. & sequendas esse decisiones Senatuum, vt magistrales doctrinas, & communes opiniones; tradiderunt Lancelotus, *de attentatis*, 2. *parte*, *capite* 20. *limitatione prima*, *numero* 1. Hondedeus, *in consilio* 59. *numero* 48. & id maximè procedere, si sint sententiæ, & definitiones Supremi Regij Consilij Castellæ, aut Rotæ Romanæ, dixit Perea de Lara, *tomo* 1. *capite primo*, *numero* 58. *&* 59. Magna enim est vis, & authoritas Senatus, vt per Rebuffum, & alios, cum quibus Cabedus, *dicta decision.* 212. *numero primo*, *in fine*, & semper in similibus, causarum decisionibus multum iura detulerunt, *l. nam Imperator*, *ff. de legibus*, quia magnam, & vrgentem habent præsumptionem pro se, & pro veritate habentur, sicuti comprobat Valençuela Velazquez, *in consilio* 68. *ex numero decimooctauo*, & quando in eadem facti specie, & in simili causa, non semel, sed iterum atque iterum, aut sæpè res aliqua definita est, quod definitio, & determinatio Senatus, atque sententiæ, & executoriæ Tribunalium Supremorum, vim legis habeant, & velut præcisè seruandæ sint ad decisionem similium causarum, obseruarunt Anton. Thesaurus, *in præfatione decisionum*, *numero* 32. *ad finem*: Cabedus *dicta decis.* 212. *num.* 5.

In eo quoque dubio, an præcisè standum sit 5
sententiæ, & decisioni Senatus, ad decisionem similis casus: communis resolutio est, sententias, & decisiones Senatus, in quibus Rex non assistit, nec subscripsit, nec signum apposuit, non esse seruandas præcisè in aliis casibus, nec vim legis habere, vt eas transgredi non liceat. Cæterum, quod si casus occurrentes, omnino similes fuerint, & eadem facti species, & dubium ipsum antea decisum emergat, quod tunc seruanda sit Senatus decisio, vel saltem multùm adducere,

atque

atque excirare debcat,& magnam habcat authoritatem; & tunc limitari debere regulam *l. nemo. C. de sentent. & interlocut. omni. iudi. exemplis iudicandum non esse*, vt per Thesaurum, & Afflict. *vbi supra.* Afflict. *decisione* 169. *num.* 9. Græuenm ad Gail, *libro primo, in præfatione, consideratione* 2. *numero* 26. *& sequentibus*, Paul. Christinæum, *decisione Tolosana prima, & secunda*, qui inquit, illius Senatus decisionem in dubio proposito fuisse, quod quando casus decisi,& determinati in aliis casibus, sunt in eisdem terminis, & conueniunt omnino cum casu decidendo, quod Senatores einsdem, vel alterius Senatus, teneantur sequi, si possibile sit, decisiones in eodem factas, ita quod in similibus casibus, postea diuersum, vel contrarium decidere non queant. Et addit, ita seruari, & quod Sacri Concilij veneranda sunt decreta, tanquam maturo Supremi Tribunalis, & summorum Iuris Consultorum in eo militantium, iudicio trutinata, & tanquam oracula habenda; prout latius Christinæus met ipse *ibidem* exornat: & contrarium statuit, quando casus occurrentes, in aliqua qualitate, aut circumstantia considerabili differunt à casibus decisis, & determinatis; aut termini sunt diuersi. Verè tamen, etsi casus,& termini essent admodùm similes, non præcisè, & necessariò, decisiones huiusmodi seruari debent, ita vt nullo pacto, eas transgredi liceat; ex causa namque, vel quia in facto, aut in puncto iuris, aliter Senatores,& Iudices sentiant; diuersimodè, vel ad alium modum decidere, & determinare valebunt: quia (vt dixi) aliter sentiant, aliúdque iudicium habeant. Semper tamen erit verissimum, easdem Senatuum decisiones, magnam vim, & authoritatem habere, ad similium causarum definitionem, & determinationem; sic enim Senatus censuisse, magnum præstat robur, vt *in dicta l. filius*, 14. Iure Consultus enuntiat. Vnde & in terminis *dict a l. prima, titulo* 21. *libr.* 9. sic, vt retuli *suprà*, Senatum nostrum sæpè legem eam intellexisse; magnam vim facit, & fortiter vrget.

6 Neque obstat si dixeris, *legis* 2. *titulo* 15. *libro quarto, noua collect. Regia*, decisionem procedere etiam in præscriptione immemoriali percipiendi gabellas, quæ completa esset tempore, quo ea lex, à Regibus Catholicis edita fuit; sicuti specificè asseuerauit Ioannes Gutierrez, *de gabellis, quæstione* 5. videndus *ex numero* 7. *vsque ad num.* 10. vbi inquit, quod nonnulli contendunt, dictæ legis constitutionem, quæ in materia gabellarum, præscriptionem immemorialem non admittit contra Reges nostros, sed titulum dumtaxat; procedere in præscriptione immemoriali non impleta, tempore testamenti *de la Reyna doña Isabel, y del Rey don Fernando, que prohibieron esta prescripcion, y de la data de la dicha l.* 2. *que fue a diez de Nouembre de mil y quinientos y quatro años*; secùs si immemorialis fuisset antea completa: quia licet consuetudo futura impediri possit, ius tamen acquisitum ex præscriptione perfecta, etiam completa, tolli non potest, secundum Paul. Castrensem, quem refert, & sequitur Balbus, quos *ibi* Ioannes Gutierrez commemorat. Et quod dicta l. 2. loquatur in præscriptione immemoriali nondum completa, ex eo deducunt, quod eadem lex eam interrumpat, vt patet ex ipsa, ibi: *Et interrumpimos la dicha prescripcion*, & ibi: *Y la auemos por interrumpida, &c.* Addiderim ego, idipsum, quod scilicet lex, vel statutum probibens præscriptionem, non possit intelligi de immemoriali completa, & perfecta tempore conditæ legis, vel statuti, nec Princeps eam tollere possit, vtpote ius iam acquisitum, & perfectum; tenuisse Petram, *de potestate Principis, cap.* 25. *ex numer.* 26. *cum sequentibus*: Cephalum, post Iasonem, Ruinum, Parisium, & alios, quos allegat, *in consilio* 342. *numero* 75. Balbum, *de præscript. quinta parte, quinta partis, quæstione* 7. *numero tertio, & quæstione* 8. *numero primo.* Surdum, *in consilio* 262. *numero* 65. in illis verbis: *Nam etiam Principi non licet reuocare ius quæsitum ex immemoriali præscriptione, ante legem completa.* Et confert Pelaez à Mieres resolutio, *de maioratu,* 4. *parte, quæstione* 20. *à numero* 246. vbi in terminis *l.* 3. *titulo* 10. *lib.* 5. probibentis alienationes, de quibus *ibi*, dixit, non videri Principem voluisse tollere præscriptionem immemorialem iam completam. Vt autem motiuo prædicto,& quorundam obiectioni, Ioannes ipse Gutierrez satisfaciat, responsúmque præbeat, *dicta quæstione* 5. *numero* 8. *&* 9. in hunc modum scripsit: *Sed hæc punctuatio, atque assertio, vera mihi non videtur, ex littera dicta l.* 2. ibi: *Por auer cogido, y lleuado, &c.* iunctis illis verbis: *Por qualquier tiempo, aunque fuesse immemorial: quibus iunctis, omnis præscriptio præterita, etiam immemorialis tollitur, si qua fuisset; atque hoc fieri posse, in specie nostra, videtur indubium: tum quia alia lex antiquior, scilicet prima illius tituli* 15. *Regis Alphonsi,* 11. *anno* 1386. *lata, inquit esse leges, quibus cauetur, que las cosas del Reyno, no se pueden ganar por tiempo: & est l.* 6. *tit.* 29. *partita tertia, non igitur sufficiebat, nec valida erat præscriptio immemorialis percipiendi gabellas contra Regem, etiam ante tempus testamenti de la Reyna doña Isabel, completa, ac proinde potuit postea eius prædict. l.* 2. *ita declarari, & interrumpi prædicta asserta immemorialis præscriptio. Tum etiam, quia cùm extet memoria temporis, quo primùm ab his Regnis concessa fuerunt gabella, nempe Regi Alphonso,* 11. *anno* 1342. *non potest dici, nec probari verè immemorialis à dicto anno* 1341. *vsque ad datam dicta l.* 2. *nempè anno* 1504. *præsertim, cùm hac immemorialis, esset antea legibus Regiis, in Regalibus prohibita, & ex iustissimis causis, de quibus in dicta l.* 2. *cassata, & interrupta, vt constat ex verbis eiusdem,* ibi: *Por ser en perjuizio de los subditos, y bien publico destos Reynos, injusta, y sin razon al bien, y pro comun de los subditos, por el gran daño, que ellos dello reciben. Quamuis igitur, ab illa lege interrumpatur, id est & fit ex causis iustis præcedentibus, quibus etiam si iam completa esset, declaretur cassa & interrupta: præsertim, cum dici non valeat immemorialis, ex supradictis, quamuis vt talis allegetur, & probari nitatur.*

Hactenus Ioannis Gutierrez placitum, & resolutio, quam quidem verissimam arbitramur, & omnino tenendam. Et verè Principem, dicta l. 2. lata, nullum ius abstulisse, quod ex immemoriali præscriptione acquiri potuisset, nec immemorialem quoque inchoari, aut perfici valuisse, si iuris principia, & resolutiones communes antea traditas *capitibus præcedentibus*, in memoriam reuocemus; vtpotè cùm domini vassallorum, & alij; qui dictas gabellas perceperunt, violenter quidem,& absque bona fide, imò *por las turbaciones, guerras, y mouimientos destos Reynos en aquelles tiempos*, ipsas gabellas occupassent, & adeò mala fide se habuissent, vt ius Regibus nostris, iustis de causis, atque pro expensis, & sumptibus bellorum assiduorum, quæ eo tempore immine-

bant, concessum, violenter inuasissent, & detinuissent, atque ex violentia ipsa, & mala fide, (sciebant enim ius ipsum, priuatiuè ad ipsos dumtaxat Reges pertinere posse) nec inchoare præscriptionem, nec minus eam perficere, aut ius aliquod, contra Reges ipsos acquirere posse: vtpore cùm etiam immemorialis, sine bona fide non procedat, atque ex mala fide impediatur omnino, prout *alio capite* comprobaui *suprà*, atque *ex proæmio, & præfatione eiusdem l. 2.* comprobatur singulariter.

Præterea, & pro eadem parte, fortiter vrget, *que la dicha ley primera,* tit. 21. lib. 9. *que dispone, que todos paguen tercias, de todos los frutos, y cosas, que se diezman, indistincta, y generalmente induze exempcion, y liberacion de pagarlas, en caso, que aya prescripcion immemorial, y assi parece, que indistincta, y generalmente se deue entender, esto es, que si despues de las gracias, y concessiones de las tercias mismas, a los Señores Reyes de Castilla, no se huuieren pedido, ni cobrado, de algunas Iglesias, comunidades, y otras personas, que se prescriba contra los mismos Señores Reyes, el derecho dellas; y esto sin poner requisito de separacion de las tercias de los diezmos, y omitiendole totalmente, que no es verisimil, que se hiziera, ni se passara en silencio, si fuera necessario, pues tan facilmente se pudiera expressar De manera que lo que parece, que quiso la ley; es, que si desde que se sabia, que se deuian, y podian pedir las tercias, que es desde que se concedieron por la Sede Apostolica, no se pidieron, y se dexo passar tanto tiempo, la immemorial corra, y obre lisamente, sin atender a separacion alguna, y induzga la dicha liberacion, y exempcion, como la induze el titulo, el qual, y la separacion misma, y otra qualquier cosa necessaria, se presume por la immemorial, como queda dicho, y corre, y ha lugar contra las tercias. Y en esto la misma ley primera, se conformò con el derecho comun, por el qual, estos derechos Reales se prescriben por tiempo immemorial;* sicuti ex aliis multis Authoribus tradidimus aliis capitibus huiusce tractatus, & longa serie comprobauit Surdus, *dict. consilio 234.* & in terminis Ioannes Gutierrez, *de gabellis, quæstione 5. n. 16.* Barbosa, *in l. competit, 6. n. 19. & 20. & 160. & quatuor sequentib. C. de prescript. 30. vel 40. annor.* Sixtinium, Mastrillum, Azeuedum, Peregrinum, & alios, retuli suprà, *cap. 20. nu. 38. & cap. 26. num. 67.* 11

Y si vna determinacion, respiciens plura determinabilia, vniformiter debet determinare, iuxta text. *in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. subst. l. quamuis, C. de impuberum,* & longa serie exornaui *in commentariis tomi 5. cap. 97. ex num. 4.* cum sequentibus. *Y la excepcion de la dicha ley primera, tit. 21.* respicit æqualiter *el titulo, y la immemorial* (quod videtur negari non posse) *en ella, como en el titulo, parece, que determina, que no sea necessaria separacion alguna de tercias de los diezmos, sino que sin separacion obre la immemorial, como el titulo.* Et vere imaginaria videtur, & omnino extra mentem, & verba legis, cogitatio hæc separationis Tertiarum à decimis, vt præscriptio procedat. 12

Pro ipsa quoque parte, fortissimè adstringit, quod Tertiæ, & decimæ, non sunt res diuersæ, sed potius vna, & eadem res sunt; cum ea dumtaxat differentia, quam habet totum, & pars; quia decimæ sunt Quota quædam, quam ius Pontificium, siue lex Ecclesiastica, Ministris Ecclesiasticis applicauit, hoc est, decimam fructuum, & aliquando minorem partem, prout extat consuetudo, & obseruantia antiqua, de quo latè Mencha- 13

ca, *contron. illustr. lib.* 1. *cap.* 89. Couar. *variar. lib.* 1. *cap.* 17. Ioannes Gutierrez, *canonicar. lib.* 2. *cap.* 21. *per totum.* Fontanella, *de pactis nuptial. tom* 1. *clausula* 4. *glossa* 19. *part.* 1. *ex folio* 311. & 312, Suarez, *in tractatu de virtute, & statu Religionis, tom.* 1. *tractatu* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *cum sequentibus.* Moneta, *de decimis, cap.* 2. *quæst.* 1. *folio* 19. & *quæst.* 4. *ex fol.* 24. Lessius *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 39. infinitos alios, sciens, consultóque prætereo, quoniam retulit eos Augustin. Barbosa, *in rubrica, de decimis, num.* 1. *fol.* 915. Tertiæ autem dicuntur, & sunt, *los dos nouenos*, qui ex aceruo, & cumulo decimarum, ad Reges nostros Hispaniæ pertinent, ex dictis gratiis, & concessionibus Apostolicis, vt in *dicta l. prima, tit.* 21. *lib.* 9. in illis verbis: *Los dos nouenos de todos los frutos, que se diezman.* Gregorius Lopez *in l.* 22. *titul.* 20. *part.* 1. verbo, *no los denen*, in illis verbis: *Dicuntur tertiæ, quæ sunt duæ nouem partes de toto aceruo decimarum.* Barbosa, *in l. Titia, ff. soluto matrimonio, num.* 41. ibi: *Et sic ex aceruo decimarum, ex quibuslibet nouem, duo nomine Regis percipiuntur.* Et suprà, *cap.* 1. huius tractatus, latius comprobaui, & alios Authores commemoraui.

Sanè, in his, quæ consistunt in partibus, per se mobilibus; & separatis, qui possidet totum, possidet partem; & qui totum præscribit, præscribit partes: *l. rerum mixtura, §. Labeo, ff. de vsucapionibus*, versiculo, *Quid ergo*, ibi: *Quid ergo in his, quæ non quidem implicantur rebus soli, sed mobilia permanent, vt in annulo, gemma; in quo verum est, & aurum, & gemmam possideri, & vsucapi.* Et idem probatur *in §. sequenti eiusdem l.* singulariter Castrensis, *in consilio* 110. *num.* 2. & *sequentibus, lib.* 2. quare, qui possidet, & præscribit integram decimam, possidet tertiam, quam in ea Rex habet, & illam legitimè præscribit; quod comprobatur iuridicè, ex traditis per Castrensem, *in consilio* 3. *colum. finali*, & *in consilio* 4. *numero* 1. *libro* 2. nec aliam præscriptionem, ipsa lex prima, *titulo* 21. requirere videtur.

15 Vrget etiam pro ipsa parte, quod decimæ, & Tertiæ non distinguuntur materialiter, nisi dumtaxat in titulis, ex quibus possidentur, quia decimæ consistunt in fructibus qui percipiuntur, atque ita originaliter, sunt materia temporalis, Suarez, *de Religione, lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 1. Cardinalis Bellarminus, *in controuersiis, tom.* 1. *part.* 2. *controuersia* 5. *generali*, Vazquez, *in opusculo de Beneficiis*, §. 1. Lessius, *lib.* 2. *d. cap.* 3. Ioan. Malderus, *de inst. & religion. tractatu* 10. & notabiliter, atque in terminis Couarruu. *variar. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 10. Sed quia Ecclesia fructus ipsos concessit Ecclesiasticis, & Ecclesiis, in ordine ad ministerium spirituale, quod exercent; iidem Ministri Ecclesiastici titulo spirituali eos recipiunt; ex quo materia, quæ de se in temporalitate consistebat, fit, & remanet annexa spiritualibus; in quo conueniunt Couar. Suarez, Bellarminus, & cæteri relati *suprà*, & *numero* 13. & innumeri congesti per Augustin. Barbosam, *in rubrica, de decimis. numero secundo, folio* 915.

At verò, quando Romani Pontifices, decimas ipsas, aut partem earum, veluti Tertias, concedunt ex causa temporali (prout Regibus Hispaniæ concesserunt *los dos nouenos*) remanent fructus in sua materia, cum diuerso tamen titulo, temporali scilicet: quod latius comprobari potest ex traditis à Ioanne Garcia, *de expens. & meliorat. cap.* 9. Fontanella, Ioanne Gutierrez, & aliis, in locis relatis *supr. num.* 13. Augustino Barbosa, *in cap. causam quæ,* 7. *de præscript. num.* 5 *fol.* 595. vbi in hunc modum scripsit: *An autem decimas, quæ iustè, & ex legitima concessione, à laicis obtinentur, possit laicus, contra laicum præscribere? quæstio est non contemnenda; in qua affirmatiua pars vera est, quia per illam legitimam concessionem, laici patrimonium, & quodammodo profana, & laicales efficiuntur, ex generali regula textus, in l. Paulus, aliàs per procuratorem, ff. de acquir. hæred. cap.* 1. *§. verum, de procurat. in* 6. *cum similibus, quibus probatur, mutata persona, possidentis conditione, mutari etiam ipsorum bonorum conditionem, quare ita tenent Felin. Chassan. Balb. Mencha. Valascus, & Ioann. Gutierrez.*

Hoc ita supposito, quando Ecclesiæ, & Ecclesiastici, integrè possident decimas, & illas percipiunt, nec Tertias Regibus nostris soluunt; in ipsis decimis, Tertias Regum possident, quæ in eis includuntur, quia possessio respicit ipsam materiam, quæ possidetur; & cum Tertia materialiter sit eadem cum decima, quoniam ex decima deducitur, possessio decimarum, Tertias comprehendit. Et differentia titulorum, non efficit diuersam possessionem, nec alterat præscriptionem; neque enim inconueniens est, quod Tertiæ Regibus debitæ titulo temporali, ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis, titulo spirituali possideantur, inclusæ scilicet in decimis, atque ex præscriptione, acquisitæ remaneant titulo spirituali, amissa qualitate temporali, quam habebant, ex concessione Apostolica, Regibus nostris facta.

Ponamus enim, in terminis *cap.* 1. *de iure patronatus lib.* 6. quod patronatus, qui in sui origine sæcularis erat, ab Ecclesia, tanquam Ecclesiasticus possideretur; non quidem esset dubium, quin patronatus ipse materialiter ab Ecclesia possideretur, & tamen cum ea possessione præscriberetur, sed non remaneret patronatus sæcularis, sed Ecclesiasticus, iuxta textum, *in dict. cap.* 1. *§.* 1.

Ita pariter, si bona vinculata, aut maioratui subiecta, vel etiam feudalia, ab aliquo tertio possiderentur titulo allodiali, & tanquam libera, aut non feudalia, vel maioratus; dubium non est, quin possessio, & præscriptio immemorialis, præiudicium causaret maioratui ipsi, vel feudo, eiúsque possessori, & successoribus in futurum noceret; tunc autem bona ipsa non remanerent cum titulo, aut nomine feudali, vel maioratus, sed allodialia, & libera; quod certum est, & pro indubitato supponunt Lodou. Molin. *lib.* 4. *cap.* 10. Mieres, 4. *p. quæst.* 21. Caldas Pereira, *receptarum iuris sententiarum, lib.* 1. *quæst.* 23. *ex num.* 100. Gabriel Pereira, *decis. Portugalliæ* 52. & infiniti alij, à me commemorati, in commentariis *tom.* 5. *cap.* 93. §. 8.

Possessio ergo Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, qui integras decimas possederunt, atque perceperunt; comprehendit quoque Tertias, quæ materialiter in decimis includebantur, & efficax fuit ad præscriptionem earum: cæterum per ipsam præscriptionem, non remanebunt acquisitæ titulo temporali, quo ad Reges nostros pertinebant; sed spirituali, quo Ecclesiæ ipsæ, & Ecclesiastici possederunt, atque præscripserunt eas.

Consideratur quoque in fauorem eiusdem partis, quod Tertiæ, aut debentur Regibus Hispaniæ, ab Ecclesiis, Parochis, & Ministris Ecclesiasticis, ad quos de iure decimæ pertinent, ita vt de manu eorum, Regibus ipsis solui debeant, vt aliàs de Quarta Episcopali decisum fuit in Rota, apud Alexand. Ludouisium, *decisione* 519. aut ab eisdem 16

Dominis

Dominis fructuum, qoi decimas debent, itavt ab eis immediatè Ministri Regum Tertias habituri sint: & vno, & altero casu, videtur, quod possessio, & præscriptiu immemorialis prodesse debeat; in primo namque casu, si Ecclesiæ, aut Ecclesiastici, ad quos decimæ pertinent, tenentur Tertias soluere, possessio & præscriptio immemorialis non soluendi exemptionem, & libertatem eis tribuit, sicuti Pet. Surdus, *dicto consilio* 234. latè comprobauit; quia ad acquirendam exemptionem prædictam, non est necessaria positiua possessio Tertiarum, sed sufficit negatiua illa non soluendi, sicuti in sæculari videmus, qui non soluendi decimas, exemptionem præscribit, quamuis aliàs iuris decimarum incapax sit, & negatiua possessione oon soluendi eximitur; quod ex sententia communi, & aliis Authoribus relatis, resoluit D. Balboa, *in cap. de quarta, de præscript. num.* 19. oonstanter Couarr. *lib. 1. variar. cap. 17. num. 10. folio mihi* 481. vbi in hunc modum scribit: *Quippe qui etsi sciam laicos incapaces esse quasi possessionis iuris percipiendi decimas ex alienis fundis, quæ Ecclesiis debentur, dicto cap. causam quæ: non video, alicubi probari, eos esse incapaces ad quasi possidendam exemptionem istam à solutione decimarum: cum nec istud ius sit spirituale, nec quasi spirituale. Non enim est ius percipiendi eas decimas, quæ Sacerdotibus Ministrantibus spiritualia debentur, nec eosdem decimas verè debitas retinendi, sed ius percipiendi ex agris propriis fructus integros, absque detractione decimarum: quod quidem ius, esse spirituale, vel quasi, eiusque incapaces esse laicos, mihi nondum ex iuris Pontificij sanctionibus constat.*

In secundo etiam casu, si Domini fructuum ipsorum, immediatè debent, & soluturi sunt Tertias; Ecclesiæ, & Ecclesiastici, qui ab eis integras decimas, non deductis tertiis, perceperunt; Tertias ipsas possederunt, quæ Regibus soluendæ erant; vnde recepto eo, quod à decimis separandum, aut separatum erat, simul cum decimis; dubium non est, quod Ecclesiastici, aut Ecclesiæ, totum possederint, decimas scilicet integras, ex qoibus Tertiæ debebantur à Dominis fructuum; atque ita possessio hæc, præcisè causare debuit præscriptionem legitimam, si per tempus immemoriale, vel vno, vel altero caso, Tertiæ petitæ non fuerint ab his, qui eas exacturi erant. *Y lo mismo procede igualmente, y por igual razon, si otro qualquier tercero recibiesse las tercias, para pagarlas a su Magestad, ò estuuiesse a su cargo, y pagarlas, y separarlas, y las entregasse juntamente con los diezmos a las Iglesias, y a los Eclesiasticos, ò a quien tocassen los diezmos, porque la prescripcion immemorial causaria la exempcion, y liberacion, para siempre*, iuxta decisionem *dict. l. 1. tit. 21. lib. 9* etiam scientibus eis, se teneri ad præstationem, & solutionem Tertiarum, prout probaui suprà, *num.* 8. *&* 10. nec mala fides ex ea scientia argui posset, vt *ibidem* dictum remanet.

17 Vlterius etiam, & in comprobatiooem eiusdem partis vrget, quia ferè in eisdem terminis, in Quarta Canonica decimarum, oblationum, & prouentuum, quas Ecclesiæ Parochiales Episcopis, & Prælatis debent, & iure Pontificio eis sunt applicatæ, vt *in cap. de quarta, de præscript.* vbi Alexander Tertius statuit, quod Episcopo debetur quarta pars proueotuum, & emolumentorum, necnon decimarum Parochialium, siue Episcopatus, sine vllo onere fabricæ; prout *ibidem* notauit Augustin. Barbosa, *num. 2. folio mihi* 592. vbi retulit Franc. Leo. Couar. Pas. Suarez, & alios, qui exornant. In eisdem inquam terminis considerari potest Quartæ ipsius, cum decimis differentia, quam Regius Fiscalis considerat in Tertiis applicatis Regibus Hispaniæ; quia sunt diuersi tituli, quibus Decima & quarta concessæ sunt; diuersæ etiam personæ, quibus debentur, prout etiam qualitates diuersæ: idque iuxta ea, quæ circa dictam Quartam tradiderunt relati supra per Barbosam & Petrum de Vbaldis, *de Canonica Episcop. cap. primo*, Tuschum, *tomo sexto, litter. Q. conclusione* 21. Alexandrum Ludouisium, *decis.* 519. & oihilominus, si Ecclesia Parochialis, quadraginta annorum spatio, in possessione fuerit percipiendi, & babendi decimas integras, & Quartam Episcopo non soluerit; certissimum est, quod præscribit Quartam ipsam, & ius Episcopo competens, iuxta text. *in dict. cap. de quarta, de præscript.* vbi Felinus, *num. 1. in fine*, & longa serie D. Ioannes de Balboa, *in commentariis ad eum textum*: Pet. de Vbaldis, *dicto tractatu, cap. 2. num.* 10. Balbus, *de præscript. prima parte quinta partis, quæstione* 13. Augustio. Barbosa, *in eodem cap. de quarta, num. 4. folio* 592. vbi notaoit, quod Canonica portio, Episcopo, vel Ecclesiæ Parochiali debita, quadragenaria præscriptione tollitur. Quod cum aliis notauit etiam in tractatu, *de officio, & potestate Episcopi, parte 3. allegatione 8. num* 59. & tameo, si rationes omnes cootrariæ partis, circa Tertias, vim aliquam haberent, dici etiam posset, quod Ecclesia, quæ decimas integrè possideret, non possedisset Quartam, nec posset eam præscribere, ex eo, quod vna ab alia diuersa erat; quod esset maximum absurdum, & contra expressam iuris decisionem, & communem omnium resolutionem.

Ita quoque (& hoc fortiter astringit) exemptio, aut libertas non soluendi tributum, tempore acquiritur, & ius non collectandi præscribitur tempore immemoriali, quod cum aliis multis Authoribus, latè comprobauit Surdus, *dicto consilio* 234. Mastrillus, *de magistratibus, lib. 1. cap.* 18. & in hoc omnes conueniuot; collectam autem, aut tributum, siue partem illam soluendam ex bonis, aut rebus eius, qui collectam, aut tributum soluere debet, separandam, vt separata præscribi valeat, non aliàs, nullus vnquam tentauit, nec forsan excogitauit. Et quamuis Surdus metipse, alia requisita expresserit, atque considerauerit, vt ius ipsum collectandi, aut tributum aliquod soluendi præscribi possit, & an interpellatio necessaria esset, *eodem consilio* 234. in dubium excitauerit, vt suprà vidimus; de separatione tamen, nullum verbum loquutus est. Alexander denique, *in consilio* 136. *lib.* 2. de quo latè suprà, *cap.* 29. quamuis plura quoque requisita excogitauerit, quorum nonnulla improbari solent communiter, vt *ibidem* notaui; de separatiooe tamen, nullam vnquam fecit mentionem.

Quando autem separatio necessaria foret (& iure aliquo id comprobari posset) separatio quidem ipsa (vt suprà dixi) præsumi omnino deberet ex temporis immemorialis traoscursu, sicut scientia, & patientia, interpellatio, & alia quæcumque necessaria præsumuntur, sicuti ex communi omnium sententia, suprà probaui.

Vrget etiam, quoniam dicta lex prima, *tit. 21.* 18
lib. 9. supponit, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas posse præscribere Tertias, tempore immemoriali, contra Reges nostros Hispaniæ, negantes, Reges ipsos habere titulum, & priuilegium vniuersale earum, vt constat ex illis verbis: *Allegan,*

que

que nos no tenemos titulo,y que si alguno tenemos,no sera,ni es general en todas las partes,y lugares destos Reynos. Hæc autem suppositio impossibilis esset, si ad præscriptionem immemorialem,præcisum requisitum esset, quòd tertiæ separatæ à decimis possiderentur ad eum modum,ad quem ad Reges pertinent ex priuilegiis suis ; nam vbi hoc priuilegium non recognoscatur non separabitur, nec separari deberet tertia à decimis: idcirco, lex illa recognoscit, præscriptibiles esse tertias, quando Ecclesiæ per tempus immemoriale decimas integrè possederint;absque vlla separatione, de qua nullam mentionem fecit,vt suprà dixi.

19 *Y en quanto la misma ley primera*, tit. 21.libro 9. dize: *Entran,toman,y ocupan,tienen entradas, tomadas,y ocupadas.* Et iterum inferius, ibi : *Entren,tomen,y ocupen las dichas nuestras tercias, y las dexen libremente cobrar,y beneficiar.*

Suppone,*que ocupan las tercias, no las auiendo separado,ni separandolas de los diezmos, ni pagandolas.* Suppone *tambien, que posseyendo, y percibiendo enteramente los diezmos,sin separar las tercias,lo posseen todo,* scilicet *diezmos,y tertias, y lo que por tercias auian de pagar. Y las palabras referidas:* Entran, toman,y ocupã,tienẽ entradas,tomadas, y ocupadas. *Mas propriamente se entienden, y se verifican en caso, de no auer separado las tercias de los diezmos, ni pagarlas, que en caso de auerlas separado; porque es,como si dixera, ellos las tienen, y ocupan, y no las quieren separar,ò igualmente comprehende el vno, y el otro caso. Y toda via la misma ley primera, indistintamente admite la prescripcion inmemorial, supponiendo por cierto,que las ocupan,teniendo, y posseyendo enteramente los diezmos y que no las quieren separar dellos.*

Ex his quidem, quæ hactenus diximus, facili negotio responderi, atque satisfieri poterit omnibus his,quæ pro contraria parte Regius Fiscus ponderauit, & adduximus *suprà*. Et maximè his, quæ expendimus,*numero* 2.dum contendit, quod ex possessione integra decimarum, aut decimas ipsas integrè possidendo, nulla tertiarum separatione facta, eaiundem tertiarum possessio nulla datur,nec resultat,sed dumtaxat sequitur, Reges nostros, tertiis non frui, nec vsos fuisse ; inde & consequenter, sine possessione præscriptionem

20 procedere non posse. Cæterum, vt ostendatur, Tertiarum possessionem dari,& verè interuenire, etiamsi earum à decimis separatio facta non fuerit,& præscriptionem immemorialem, iure procedere,quamuis separatio nulla facta fuerit, meminisse oportebit,ex his quæ *ex numero 5.cum sequentibus,* adnotata, atque scripta reliqui suprà, manifestè inferri,atque deduci, ex possessione decimarum omnium integrarum, etiam nulla separatione facta,resultare tertiarum possessionem, in illa inclusam;hanc autem esse positiuam possessione ex parte Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorum præscribentium,& non modo negatiuam ex parte Regum;eo namque ipso,quod Reges, eorúmque ministri desierint Tertias percipere, & Ecclesiæ perceperunt eas positiuè; & quando solus actus negatiuus non fruendi Tertiis,ex parte Regum ipsorum interueniret,& desineret, quòd debitores Tertiarum pacificè eas possiderent, nihil ab eis petendo,id sufficere debuit, vt exemptionis, & libertatis legitima præscriptio causaretur.

21 Quod quidem æqualiter procedit, vno, & altero casu, ab eodem Regio Fiscali consideratis, quidquid ipse,aliter contendat; & duos casus distinguat, vt *suprà* quoque notaui: In primo,quando Ecclesiæ,aut Ecclesiastici,decimas percipiunt, & illis fruuntur, & aliquis Tertius possidet Tertias,quæ de cumulo decimarum separatæ fuerunt pro Tertiis ; indubitanter admittit, tertium ipsum,qui Tertias à decimis separatas possidet, immemoriali possessione acquirere eas posse contra Reges nostros : & huic casui applicat dictam legem primam, *titulo* 21. In secundo verò casu, quando Ecclesiæ ipsæ,aut Ecclesiastici, omnes decimas integrè possident, nec Tertias ab eis separant ; constanter affirmat, quòd quamuis possessio sit immemorialis,Tertias non præscribunt: nec huic casui applicatur (vt credit) decisio *eiusdem legis primæ* ; quia inquit, aliàs non haberet effectum concessio Apostolica, siquidem certum est,quod concessionis ipsius tempore, iam habebant possessionem immemorialem percipiendi decimas integrè, Ecclesiæ, & Ecclesiastici iidem.

Vno inquam,& altero casu, æqualiter procedit resolutio proposita,contra Fiscalem, & obtinent rationes à me supra consideratæ; Respondemus itaque admitti posse distinctionem prædictam duorum casuum, prout figurantur, non tamen cum differentia per ipsum Fiscalem proposita,sed longè diuerso modo;Nam in primo casu, certum est,Tertium præscribere Tertias cum eodem titulo temporali, cum quo Reges eas possidebant. In secundo verò casu, præscribent etiam Ecclesiæ, & Ecclesiastici Tertias ipsas, tempore immemoriali, titulo tamen spirituali, cum quo decimas percipiebant, prout suprà quoque notaui.Negamus ergo,quod in secundo casu, præscriptio immemorialis non procedat,vnde in vno,& altero casu verificatur, & locum habet decisio *dicta l.prima*, siue tertij possideant Tertias separatas à decimis, siue Ecclesiæ, aut Ecclesiastici integras decimas possederint, negando Tertias deberi;siue ex immemoriali exemptionem,& libertatem acquisitam fuisse.

Cum distinctione tamen, & differentia, quia vbi Tertius agit de iure acquisito,aut acquirendo contra Principem, vt aliquid regale, veluti Tertias,aut aliquod onus præscripserit, positiua possessio percipiendi Tertias ab aliquibus, siue in aliquo loco aut prouincia, requiritur ; nec aliàs Regalia præscribuntur contra Reges, vt eorum iura acquirantur, quàm si positiua ipsorum possessio,per tempus immemoriale interueniat;cum vero agitur de præscribenda libertate, & exemptione, vt Tertiæ,aut alia iura Regalia præscribantur ; sola negatiua possessio non soluendi sufficit;quia ex sola cessatione, concurrente tempore immemoriali, præscriptio perficitur, nec aliquid aliud requiritur: quod ex his deprehenditur manifestè,quæ *cap.* 29.*sup.* scripta reliqui, atque ex ipsa *d.l.prima,tit.* 21.*lib.* 9. decisione colligitur apertè, dum expresè statuitur, per cursum temporis immemorialis, atque ita ex sola cessatione non soluendi,eximi quem, & liberari à solutione Tertiarum. Et in terminis ita obseruarunt Angelus,Socinus,Abbas,Baldus, & Decius ; cum quibus singulariter Craueta,*in consil.* 111.*numero* 25. videndus etiam, *num.* 21. & antea, *num.*2.*libro* 1. vbi optimè comprobat, quod in his iuribus incorporalibus, ex sola cessatione, siue negatiua possessione non soluendi per tempus immemoriale,libertas, & exemptio non soluendi acquiritur in perpetuum, quod etiam probauit Natta, *in cons.*406.*num.*4. *&* 21. Balbus, Grammaticus,

Rubeus,

Rubeus, Natta, Festasius, & Roland. cum quibus Pet. Sutd. *in cons. 234. ex num. 15.* & maximè, *num. 15.* vbi vide: Menochius etiam, *in cons. 75. num. 6. 7. & 8. lib. 1.* vbi quod ab vsu, non soluendi collectas, consequuntur libertatem non soluendi ij, qui præscripserunt libertatem, eo tempore, si exigere potuerunt: & iuxta distinctionem prædictam intelligenda, & distinguenda sunt tradita per Mastrillum, *de magistrat. lib. 1. cap. 19.* Ioann. Gutierr. *de gabellis, quæst. 5.* Barbosam, *in l. competit. num. 19. & 163. & seq. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Sixtinium, & alios relatos *supr. n. 11. en fin.* Atque ex hoc destrui videtur totum fundamentum Regij Fiscalis, quia in præscribenda libertate, & exemptione solutionis Tertiarum, aut alterius similis iuris, quasi possessio prædicta cessationis, & non solutionis datur, quæ absque vllo alio requisito sufficit, vt per Sutd. *d. n. 34.*

22 *Y es de marauillar, que el Fiscal hiziesse la ponderacion, y consideracion, que refiere* supr. *de que vendria a ser inutil, y sin prouecho la gracia, y concession de las tercias, hecha por la Sede Apostolica a los Señores Reyes de Castilla, si huuiesse lugar la prescripcion inmemorial en el segundo caso dicho, por estar las Iglesias, y los Ecclesiasticos, desde su origen, en possession inmemorial de percebir, lleuar, y gozar los diezmos enteramente; pues es cierto, que no se atiende, ni se tiene respeto, ni consideracion a la possession anterior a la misma concession, ni della habia, ni se puede entender la dicha ley primera, sino de la inmemorial, que se siguiere, y corriere despues de la misma gracia, y concession, pues mientras no la huuo, faltò el sujeto, contra quien se pudiesse prescribir, y el sujeto prescriptible tambien, pues no huuo derecho, sobre que caer prescripcion.*

Y assi la dicha ley primera, que decide, y prueua, que por tiempo inmemorial se prescribe el derecho de las tercias, precisa, y necessariamente se ha de entender de la inmemorial causada, despues que ay, y existen tercias, y se da sujeto dellas, que se prescriba, que es despues de los priuilegios, y gracias Apostolicas, que las concedieron, lo qual antes de auer visto la alegacion del Fiscal mismo, ni que se huuiesse aduertido ni considerado por otro alguno, lo obseruè yo, y comprouè mas latamente suprà, cap. præcedenti. *Y aunque al tiempo de la concession misma de las tercias, se podia dezir, que estauan las Iglesias, las comunidades, los Ecclesiasticos, y otras personas, que percebian, y lleuauan diezmos, en possession pacifica, inmemorial de lleuarlos, y cogerlos enteramente,* absque diminutione Tertiarum, postmodum introducta; *en realidad de verdad no se podia causar inmemorial hasta las gracias, y concessiones de las tercias mismas, y desde entonces, y no antes podia empeçar a correr, respeto de las mismas tercias. Y el derecho de diezmos en aquella parte de los dos nouenos, esto es, en quanto a la comodidad, y percepcion de frutos, por justas, y razonables causas, y de publica vtilidad, y necessidad, se pudo aplicar por la Sede Apostolica a los dichos Señores Reyes de Castilla, como en otro capitulo deste tratado se comprouò mas latamente, aunque fuesse, y se hizo, quitandola a las fabricas, a las Iglesias, y a los vsos, para que estauan destinadas, porque la causa de publica vtilidad, y las necessidades vrgentes, y apretadas de las guerras, contra los Moros, y enemigos de la Iglesia, la justificaron, como alli se dixo.*

23 *Ni obsta vna replica, que el mismo Fiscal haze, para que en el segundo caso dicho no auiendo separado las tercias de los diezmos, no ayan podido, ni puedan las Iglesias, ni las demas personas prescribir las tercias*, etiam tempore immemoriali, inquit enim, *que las tercias son diuersa cosa de los diezmos, porque en los diezmos fundan las Iglesias, y los Ecclesiasticos de derecho: y en las tercias fundan los Señores Reyes, por las gracias, y concessiones Apostolicas.*

Quia respondetur, hoc nullo modo concludere diuersitatem in materia, & substantia rei, quia vnum, & alterum, decimæ sunt, sed dumtaxat inducit diuersitatem in titulis; quia ex decimis, (quæ est eadem materia, idémque corpus) Reges nostri Hispaniæ habent ex dictis concessionibus, titulum, ex quo, in ea parte fundant. Ex aliis autem partibus, Ecclesiæ habent titulum, iure communi, ex quo fundant in eo omni, quod deductis Tertiis, superest; atque ita eo ipso, quod Ecclesiæ, & Ecclesiastici possident decimas integrè, & iam absque Tertiarum separatione, possident, & præscribunt (quoad Tertias ipsas) eadem materiam, & idem corpus, cum resistentia tamen legis, quæ Regibus, in Tertiis ipsis assistit; ex qua onerata remanet, probare immemorialem præscriptionem non soluendi Tertias, si velit obtinere ea decisione *dicta l. 1. tit. 21. & cap. 1. de præscript. lib. 6.*

No obsta tampoco otra replica de Fiscal mismo, 24 dum considerat aliam differentiam inter decimas, & Tertias, scilicet, quod Tertiæ sunt temporales, & profanæ, & in alium transferri possunt, sunt enim sæculares earum capaces, easque possident, prout *alio cap.* latè comprobaui, sed non ita decimæ, vt etiam sæpè notaui: quia respondetur, id quidem procedere ex diuersitate titulorum, quibus Tertiæ ipsæ concessæ sunt Regibus nostris, non verò ex diuersitate materiæ, vt dictum fuit *numeris præcedentibus:* & conuincitur, ipsarum decimarum exemplo, quas sæculares etiam in Hispania obtinent, ex concessione Apostolica, ante Concilium Lateranense præsumpta, & sunt quoque temporales, & transferibiles, & earum capaces sæculares, sicuti latè comprobant Couar. *variar. lib. 1. c. 17.* Ioan. Garcia, *de expens. & meliorat. cap. 9.* Barbosa, *in l. Titia, num. 45. ff. solut. matrim.* Henriq. *lib. 7. summa, cap. 27.* Suarez, *de Religione, lib. 1. cap. 26. ex num. 2. cum sequent.* Ioan. Gutierrez, *Canonic. lib. 2. cap. 51. num. 62.* & nihilominus, si Ecclesia decimas possideret contra sæculares titulo spirituali, tempore legitimo absque dubio eas præscriberet; vnde ex diuersitate titulorum, non potest formari argumentum diuersitatis in materia præscriptibili.

Non obstat etiam obiectio quædam Fiscalis 25 eiusdem, qua considerat differentiam inter consuetudinem, & præscriptionem, excitatus *consilio* Baldi, *401. lib. 5.* vt scilicet præscriptio præsupponat ius natum, & in esse productum, quod vsurpetur continuatione possessionis; at verò consuetudo respiciat futura, & non nata: vnde infert in terminis nostris, non posse interuenire, nec dari præscriptionem; quia si nunquam extiterunt Tertiæ, quia à decimis separatæ non fuere, nunquam potuit esse ius in esse productum, quod præscriptione vsurpari posset.

Quia respondetur, quod omissa differentia inter consuetudinem, & præscriptionem, de qua Baldus, *dicto loco*; id enim habet contradictiones, & maiorem requirit disputationem; vt per Molinam, *libro 2. cap. 6. numero 2. & numero 9. vsque ad numerum 16.* Ioannes Gutierrez, *practicar. libro 3. quæst. 63. numer. 24. & lib. 2. quæst. 73. & Canonic. lib. 2.*

lib. 2. cap. 21. num. 68. & 65. Ioan. Garcia, *de expens. cap. 9. ex num. 43.* Valençuela Velasquez, *in cons. 33.* Barbosa, *in l. omnes, num. 66. & 67. C. de prescript. 30. vel 40. annorum,* Matienzus, *in l. 1. tit. 7. lib. 5. glos. 6.* Azeuedus, *ibi, ex numer. 19.* agnoscimus quidem, necessarium esse, quod ius in esse producatur, vt præscriptione acquiratur; sed in nostro proposito, ius Tertiarum in esse productum, esse ex concessione Apostolica, contra quod præscriptio immemorialis legitimè procedit. Item necessarium non fuisse, vt ius præscriptibile produceretur, quod Tertiæ à decimis separatæ fuissent, concessio namque Apostolica causauit ius formatum, & verum dominium, seu quasi illius iuris, ante vllam Tertiarum separationem, quod quidem quasi dominium, ius formatum est, & in esse productum, & præscriptibile.

26 Sed nec obstat motiuum deductum ex *cap. si quis per triginta, si de feudo fuerit controuersia,* ex quo Regius Fiscalis deducit, quod vt aliqua res, vt feudalis præscribatur, non sufficit quòd ea possideatur, sed quod præcisè possideri debet, vt feudalis; & consequenter, quod non sufficit possidere duos nouenos decimarum, vt Tertiæ possideri dicantur, & præscribi valeant, sed quod est necessarium, vt ipsi duo noueni separati possideantur, tanquam Tertiæ: verè namque argumentum hoc nihil euincit, & contra ipsum Fiscalem retorqueri potest, nam eiusdem textus decisio concludit dumtaxat, quod in terminis nostris, duo noueni non videãtur possessi, vt Tertiæ, nec titulo temporali Tertiarum, nec vt ius Regium, Regibus nostris competens, quod consideratur, dum habet illam qualitatem, & titulum: non verò excludit, quod possessi, & præscripti sint duo ipsi noueni, titulo spirituali, vt remaneant cum qualitate natiua, & primæua decimarum Ecclesiasticarum, amissa qualitate temporali, & Regia, quam ex concessione Apostolica habebant, quod in ipso exemplo rei feudalis, aut maioratus apparet, in quo præscribens rem feudalem, aut maioratus, tanquam alliodalem, & liberam, non præscribet eam, vt feudalem; sed non ideo desinet eam præscribere, vt liberam; prout *numeris præcedentibus* dicebam.

27 Insistit quoque Regius Fiscalis, & inquit, Regibus nostris, & ipsorum Ministris, negligentiam aliquam imputari non posse in vsu priuilegij; quia legibus suis fortiter illud conseruarunt, atque defenderunt. Sed respondetur, in proposito non agi de exemptione, quæ ex non vsu priuilegij resultet; sed de acquisitione positiua, ex possessione iuris debiti ex priuilegio, in quo non attenditur, nec consideratur voluntas priuilegiati, qui ius suũ cõseruare contendit; ea namq; auferre non potest ius partis contrariæ, Eccles. inquam, & eorum, qui decimas percipiunt integras, & contra priuilegium, Tertias possederunt, & præscripserunt, si non interuenit præscriptionis interruptio iuridicè, & legitimè facta. Ecclesiæ namq; ipsæ, vt possidere dicantur, & verè possideant portionem illam decimarum Regibus applicatam, (Tertias inquam, siue duos nouenos decimarum) non est necesse, vt eam possideant cum qualitate Tertiarum, neque cum illo titulo, cùm sint capaces possessionis, suo titulo spirituali.

28 Ex eisdem quoq; *sup.* & hactenus adnotatis, & scriptis, facile quidem accommodari potest responsum ad alia, quæ Regius ipse Fiscalis excogitauit in sua allegatione contra Ecclesias, à quibus Tertiæ exigebantur, & super quibus conuentæ, responderunt. Ac primò, dum dicit, quod quamuis priuilegia per non vsum amitti soleant, vt *in l. 1. ff. de nundinis,* & sup. c. 19. *per totum,* latè explicaui. Attamen in terminis nostris, & in tractatu Tertiarum, priuilegium nunquam amitti potest per non vsum Principis, nisi quando per non vsum inducitur saltem tacita renuntiatio priuilegij, quasi facta ab ipso Principe; prout aduertunt Glos. Bart. Bald. Panorm. Dec. & Mandos. ab eo relati, *n. 86.* vbi *n. 87.* in hunc modum scribit: *Y parece, que declarò este punto mejor que otros, Francisco Suarez, lib. 8. de legib. c. 34. n. 4. adonde disputando esta question en los terminos semejantes a este priuilegio, de que hablamos, que no es preceptiuo, sino permissiuo, porque no manda, ni compelle al Rey, a que lleue las tercias, sino que le permite, y da facultad, para que las pueda lleuar dize assi: Vnde etiam fit, vt sicut hac negatio* (vocat negationem non vsum priuilegij) *non est contraria præcepto, ita ille non vsus, non opponatur priuilegio; & ideo talis non vsus, quantocunque tempore continuetur, non sufficit ad amissionem priuilegij, quia non est morale indicium voluntatis renuntiandi priuilegio; ita docent omnes, & facile probatur ex dictis, quia talis non vsus, nec per se inducit aliquid priuilegio repugnans, cùm illi non opponatur; ergo nec inducit talẽ renuntiationẽ, quia nullũ est indiciũ voluntatis relinquẽdi priuilegiũ, cũ nõ procedat à volũtate. Y esto es mas claro en el caso presente, de que hablamos: porque estamos tan lejos de hallar indicio, de que el Rey aya querido renunciar esto priuilegio, que antes vemos el cuydado en conseruarle con las leyes que ha promulgado, y con palabras tan enixas, y en que casi en todos estos Reynos esta gozando, y posseyendo estas Tercias.*

Hactenus Regius Fiscalis; aduerto tamen, obstaculũ hoc contra ius Regũ nostrorum modicã vim habere; quia nunquã Ecclesiæ, & Ecclesiast. & alij, qui decimas percipiunt, motiuo, aut fundamento hoc non vsus, se eximere potuerunt à solutione Tertiarũ; sic sanè nunquã allegant non vsum, sed immemoriali pręscriptione principaliter se tuentur; ex quo Reges ipsi vniuersaliter dicto priuilegio vtuntur. Attamen stante replicatione, & casu, quo non vsus ab eisdẽ opponeretur, non satis videtur satisfactũ ex *ibi* adnotatis, responsisq; præstitis. Et verè doctrina relata Pat. Franc. Suar. *d. c. 8. n. 34.* casui nostro non applicatur, in quo priuilegiũ Tertiarum non est simpliciter permissiuum, sed inductiuũ certi iuris, & donationis certæ partis decimarũ, quã statim Romani Pontifices, Regib. Hispan. concesserunt, & applicarunt, & earũ ius, & dominiũ transtulerunt; vnde actus nõ exigendi, & recipiendi dictã partẽ decimarum, eis applicatã, & iure dominij, vel quasi, pertinentem, & recipiendi, siue retinendi eã tanquã suam ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis; est quidẽ actus, priuilegio repugnans, & vsui eius contrarius, quoad eas Ecclesias, & personas, quæ immemorialẽ allegant. Sed & iterũ Regius Fiscalis in nonnullis aliis insistit, *n. 88. & 89.* allegationis suæ, & dicit, quod ad 29
introducendã præscriptionẽ immemorialẽ, contra priuilegiũ, & ius percipiendi Tertias, Regib. Hispan. competens, simplex non vsus, ex parte Regũ, & Officialiũ eorũ non sufficit, sed quod est necessarius actus positiuus, cõtrarius priuilegio, ex parte Ecclesiarũ, & personarũ quæ Tertias præscribũt, quia præscriptio potissimum cõsistit in actu præscribentis, contra voluntatẽ eius cõtra quem præscribitur; & amissio per non vsũ, fundatur in actu volũtario, & renuntiatione præsũpta priuilegiati. Et expẽdit doctrinã Panormitani, *in c. cum Ioan. num. 9. de clericis coniugatis,* vbi expressè docet,

docet, quod per non vsum, non inducitur præscriptio.

Verè tamen, ex dicta doctrina, nihil concludens, ad casum præsentem Tertiarum infertur, posito quòd veritas eius indistinctè recognosceretur, quia Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ, quæ vt se liberent, atque eximant à solutione Tertiarum, immemorialem præscriptionem cum suis requisitis allegant, & probant; ex parte sua habent actum positiuum, cum quo se conseruant in possessione eiusdem partis decimarum, quæ ad Reges ipsos ex dicta gratia, & concessione pertinebat, & siue ex actu voluntario, ex tacita renuntiatione præsumpto, siue ex inuoluntario (quod probabilius est) qui ex immemoriali præscriptione inducitur, Ecclesiæ ipsæ, exemptionem, & liberationem, per immemorialem sequuntur, id quod clarè, & expressè voluisse videtur *d. l. 1. tit. 21. lib.* 9. prout suprà dixi.

30 Ex quo etiam excluditur motiuum aliud eiusdem Fiscalis, de quo in sua allegatione, *n.* 90. *&* 91. tendit enim, & reincidit in idem. quod antea dixerat, illúdque comprobat, ponderato loco altero Pat. Francisci Suarez, *lib. 8. de legib. d. c. 34. n.* 8. & in hunc modum fundat: Reges Hispaniæ, qui ius Tertiarum obtinent, non possunt Tertiarum ipsarum dominium amittere, nisi dominium ipsum, & possessio alteri acquiratur; sed sic est, quod Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis non fuit acquisitum dominium, nec possessio earum, quia non possederunt, nec præscripserunt eam partem, vt Tertias, sed vt decimas; ergo Reges metipsi, per non vsum non potuerunt Tertias amittere. Elidítur inquam hoc motiuum, ex antea dictis; quia Ecclesias, & Ecclesiast. personas possedisse Tertias ipsas, & dominium, vel quasi earum habuisse, ex quo decimas integras possidebant, quarum pars quædam, Tertiæ erant, satis euidenter comprobatum fuit *suprà*, atque ita Tertiæ eædem acquisitæ fuerunt quoad dominium, & possessionem Ecclesiis, & aliis, per immemorialem præscriptionem.

Alia etiam, quæ *numeris sequent.* idem Fiscalis Regius ponderauit in ipsa allegatione, contra Ecclesias; in idem sanè tendunt, vt scilicet comprobet, neque per non vsum, neque per vsum contrarium potuisse Reges Hispaniæ ius Tertiarum amittere, etiam præscriptione immemoriali interueniente, idque ob eandem rationem, toties repetitam, quod Ecclesiæ, & Ecclesiastici, Tertiarum possessionem nunquam habuerunt, sed decimarũ; decimas enim integras, vt decimas, non vt Tertias possidebant; & sine possessione, præscriptio non procedit. Cui tamen motiuo, sæpè etiam satisfactum est; atque statutum, ex possessione integra decimarum induci possessionem Tertiarum, & non agi de iure acquisito Tertiarum ipsarum, per non vsum, aut per vsum contrarium, sed per immemorialem præscriptionem, ex decisione *dict. l. 1. tit. 21. lib. 9.* sic sane, quæcunque de non vsu, aut de vsu contrario adnotantur, & in medium proferuntur, nullam vim in proposito obtinere.

31 Denique (vt alia omittam, quæ ipsemet Regius Fiscalis ponderauit) non videtur vrgere id, quod *numero* 98. expendit, scilicet ex actu Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum recipiendi decimas integras, non posse induci renunciationem priuilegij Tertiarum, ex parte Regum Hispaniæ; prout deducta sunt *in cap. accedentibus, de priuilegiis*, contra Templarios, ex actu ipsorum, qui decimas soluerunt; quia, vt vel vno tantum verbo satisfaciam omnibus his, quæ pertinent ad tractatum amittendi priuilegium per non vsum, vel per contrarium vsum, de quo *suprà, cap.* 19. & à multis iuris Interpretibus in vnum congestis per Barbosam, *in eodem cap. accedentibus, num. 9. fol.* 374. obseruandum est (vt nunc dicebam) in terminis nostris, & in tractatu Tertiarum, non agi de acquisitione, ex renunciatione tacita, aut præsumpta Regum ipsorum Hispaniæ, sed ex vi præscriptionis immemorialis, quam allegant, & probant Ecclesiæ, & Ecclesiastici, qui decimas percipiunt; atque ita non debere attendi terminos *dicti cap. accedentibus*: nec ad eos esse necessarium recurrere; & quando necessarium videretur, actus quidem, qui ex parte Regum nostrorum, aut Officialium eis inseruientium, interueuit, dum desinunt, & patiuntur Ecclesias, & alios percipere Tertias, quæ ad eos, ex gratiis, & concessionibus Apostolicis pertinebant, efficax admodum est, ad inducendam renunciationem proprij iuris, quia est actus proprius priuilegiari, prout est solutio *in dict. c. accedentibus*, vbi August. Barbosa, *n. 6. fol.* 373. cum textus dixisset, *eu renunciasse tacitè præsumitur*, in hunc modum scripsit: *Notatur ad hoc, quod si priuilegium, per triginta, vel quadraginta annos continue, pacifice, & absque lite aliqua seruatum non sit, & sic decima post impetrationem huius priuilegij soluta fuit in dicto tempore, & spatio, tunc per desuetudinem, & vsum contrarium perditur, & omnino extinguitur dictum priuilegium concessum, vt per Viuium tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 10. num. 14. pag.* 186.

De lo dicho hasta aqui, se obseruan algunas cosas singulares, y que se han digerido assi con mucha consideracion, y estudio, y en primer lugar, que es memorable la dicha ley primera, tit. 21. lib. 9. *en quanto se conforma con el derecho comun en tres cosas. La primera, que por prescripcion de tiempo inmemorial se adquiere exempcion de pagar tercias*; sicut exemptio, & libertas non soluendi tributa, aut onera quæcunque iure communi acquirebatur, vt antea dixi. *La segunda, que para adquirir, y ganar esta exempcion, no es necessaria separacion alguna de lo que se paga, ò debe pagarse lo demas, que se percibe, y lleua*; sicut in tributis, & aliis oneribus quibuscumque nulla separatio, vnquam requisita, nec necessaria fuit. *La tercera, que para adquirir la exempcion, y libertad* non soluendi hæc, & alia iura, aut onera, non est necessaria positiua possessio Tertiarum, aut iurium, quæ soluuntur, sed sufficit sola possessio libertatis non soluendi; sicuti ex Pet. Surd. & aliis, *sup.* retuli. Obserua *se tambien, que no puede proceder, ni procede la distincion de los dos casos, que distinguio, y considerò el Fiscal, y se refirio* sup. n. 2. *en el modo que el considera; porque en el primer caso, quando la Iglesia, ò otra persona percibe, y lleua todos los diezmos enteramente, y no separa las tercias; es cierto que posseyendolos enteramente, y lleuandolos, prescribe la exempcion y libertad de no pagar tercias, por tiempo immemorial, sin separacion ninguna,* vt antea dictum est, *y esto por expressa, y clara decision de la dicha ley 1. tit. 21. sin que en esto se pueda cauilar,* imò, *que no pudiera prescribir, contra el de su Magestad,* alio iure, aliâq; lege, *podra prescribir contra el Rey el derecho de percibir tercias en alguna parte, ò tierra, esto es por el derecho comun*, quo iura 18 Regalia, tempore immemoriali præscribuntur, vt antea probaui; non autem ex decisione *dict. l.* 1. quæ de exemptione non soluendi loquitur, non autem de acquirendo iure percipiendi Tertias contra iura Regibus competentia.

Et hactenus de his, quæ ad propositam quæstionem, & dubium pertinent, quæ sunt quidem notanda, quia nullibi erant antea sic digesta, nec excogitata, & in medium proferuntur, atque traduntur, desiderio magis, & studio, siue proposito inquirendi, & detegendi veritatem, quàm vel impugnandi, per Regium Fiscalem doctè, & ingeniosè cumulata, & scripta; vel intelligendi, à me obseruata, veriora aut potiora esse, siue resolutionem, & opinionem nostram præcisè obseruandam; sic sanè, intentionis nostræ illud præcipuum est, vt attentè consideratis omnibus, quæ pro vtraque parte remanent obseruata, cum huius dubij altercatio occurret, securior eligatur resolutio atque definitio, & matura consideratione, atque deliberatione id diiudicetur, quod menti, & verbis *dictæ l.* 1. magis conuenit.

CAPVT XXXII.

Tertiarum ius Regibus nostris Hispaniæ, ex concessionibus Apostolicis competens, an merè facultatiuum, siuè ex mera voluntate, & facultate, ita consistere dicatur, vt nulla præscriptione, etiam immemoriali, earum exemptio contra Reges ipsos acquiri valeat.

Facultatis quæ sint, quomodo intelligatur.

Facultatis meræ, & voluntatis, quæ sunt, etiam tempore immemoriali non acquiruntur.

Præscriptio non inducitur in actibus voluntariis: quod multis exemplis exornatur, atque illustratur.

Quid si ex facultate ad exercitium deducta, oritur ius in iudicium deducibile, vel si facultas competat ratione iuris quæsiti, vel ex contractu: Aut si post prohibitionem in actibus, etiam merè voluntariis, prohibitioni quis acquieuerit.

SVMMARIVM.

1 *Tertiarum ius Regibus Hispaniæ competens, an merè facultatiuum dicatur, siuè ex mera voluntate & facultate ita consistere, vt nulla præscriptione, etiam immemoriali, acquiri contra Reges ipsos valeat.*

2 *Facultatis meræ, & voluntatis quæ sunt, etiam tempore immemoriali non præscribuntur.*

Quia in actibus voluntariis, præscriptio non inducitur.

Quod exornatur numeris sequentibus.

3 *Si per longissimum tempus iui ad molendum ad tuum molendinum; non per hoc, potes me in futurum compellere, vt ibi molam. Quia istud ire, fuit per modum facultatis; & in his, quæ sunt facultatis, non currit præscriptio.*

4 *Longissimo tempore si quis receptauerit aliquem Nobilem in domo sua, non poterit cogi, vt recipiat in futurum. Quia istud fuit per modum facultatis; quod non præscribitur.*

5 *Per longissimum tempus si homines accesserunt ad coquendum panem ad furnum alterius, non potest induci præscriptio, vt in futurum accedere teneantur.*

6 *Domum meam si tenui mille annis depressam, non per hoc acquiritur vicino seruitus altius non tollendi, & ne luminibus suis officiatur.*

7 *Aqua scaturiens in fundo meo, licet fluxerit in fundum vicini per mille annos, ex hoc non dicitur acquisitum ius vicino, vt non possim impedire talis aquæ cursum.*

8 *Dominus, si per centum annos non imposuit seruitium vassallo, per hoc non erit liberatus vassallus à præstatione seruitij.*

9 *Molendinum quis in suo ædificare potest, etiam si alius molendinum solus habuerit per immemoriale tempus, vel etiam mille annorum.*

10 *Molendinum quis in suo ædificare nequibit, si præscriptio post prohibitionem ei factam secuta sit.*

11 *Præscribi nisi post prohibitionem à præscribente factam nequeunt, quæ meræ facultatis sunt.*

12 *Qui ad molendum, vel coquendum per longissimum tempus fuerunt ad molendinum, vel furnum alterius, ad id in futurum cogi poterunt, si alibi molere, aut panes coquere prohibiti fuerint, & prohibitioni acquieuerint, & immemorialis postmodum præscriptio secuta fuerit.*

13 *Quod procedit, siue prohibitio fuerit iudicialis, siue extraiudicialis: siue etiam specialis, aut generalis.*

14 *Tertiarum ius, Regibus Hispaniæ à Sede Apostolica concessum, non dici merè facultatiuum, aut tale quod meræ voluntatis, aut facultatis esse dicatur, atque ita præscribi tempore immemoriali non valeat. Imo præscribi tempore ipso immemoriali posse, prout expressa legis 1. tit. 21. lib. 9. decisione probatur.*

15 *Facultatis meræ, aut voluntatis, quæ dicantur, vt in eis nulla præscriptio etiam immemorialis procedat. Siue qualiter intelligatur, atque accipi debeat vulgatum axioma prædictum, quod in actibus voluntariis non inducitur præscriptio etiam immemorialis. Vbi Antonij Gabrielis ex sententia communi, placita nonnulla commemorantur. Et Ioannis Garcia annotationes recensentur.*

16 *Signoroli etiam theorica quædam refertur.*

17 *Balbi quoque annotationes in medium proferuntur.*

18 *Petri etiam Barbosa, & Hondedei resolutiones expenduntur.*

19 *Ac denique Iacobi Menochij locus singularis in consilio 201.*

Ex numero 61. vsque ad numerum 90. lib. 2. ponderatur.

Vbi ex proposito explicat, quæ dicantur esse meræ facultatis, aut voluntatis, vel non; vt præscriptio non inducatur, vel induci valeat.

FREQVENTISSIME etiam, in eisdem Tertiarum litibus, & controuersiis, & cùm Tertiæ ipsæ, idest, duo noueni, ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, per Regios Fiscales, aut Ministros, & Officiales Regum nostrorum petuntur; Ecclesiæ, & cæteri omnes, qui decimas percipiunt, immemoriali præscriptione, se exemptos, & liberatos ab earum solutione, & præstatione contendunt; Regij autem Fiscales ad excludendam, 5

28 Ex eisdem quoq; *sup.* & hactenus adnotatis, & scriptis, facile quidem accommodari potest responsum ad alia, quæ Regius ipse Fiscalis excogitauit in sua allegatione contra Ecclesias, à quibus Tertiæ exigebantur, & super quibus conuentæ, responderunt. Ac primò, dum dicit, quod quamuis priuilegia per non vsum amitti soleant, vt *in l.1. ff. de nundinis,* & sup. *c.19. per totum,* latè explicaui. Attamen in terminis nostris, & in tractatu Tertiarum, priuilegium nunquam amitti potest per non vsum Principis, nisi quando per non vsum inducitur saltem tacita renuntiatio priuilegij, quasi facta ab ipso Principe; prout aduertunt Glos. Bart. Bald. Panorm. Dec. & Mandos. ab eo relati, *n.86.* vbi *n.87.* in hunc modum scribit: *Y parece, que declarò este punto mejor que otros, Francisco Suarez, lib. 8. de legib. c.34. n.4. adonde disputando esta question en los terminos semejantes a este priuilegio, de que hablamos, que no es preceptiuo, sino permissiuo, porque no manda, ni compelle al Rey, a que lleue las tercias, sino que le permite, y da facultad, para que las pueda lleuar dize assi: Vnde etiam fit, vt sicut hac negatio* (vocat negationem non vsum priuilegij) *non est contraria præcepta, ita ille non vsus, non opponatur priuilegio; & ideo talis non vsus, quantocunque tempore continuetur, non sufficit ad amissionem priuilegij, quia non est morale indicium voluntatis renuntiandi priuilegio; ita docent omnes, & facile probatur ex dictis, quia talis non vsus, nec per se inducit aliquid priuilegio repugnans, cùm illi non opponatur; ergo nec inducit talẽ renuntiationẽ, quia nullũ est indiciũ voluntatis relinquẽdi priuilegiũ, cũ nõ procedat à volũtate. Y este es mas claro en el caso presente, de que hablamos: porque estamos tan lejos de hallar indicio, de que el Rey aya querido renunciar esta priuilegio, que antes vemos el cuydado en conseruarle con las leyes que ha promulgado, y con palabras tan enixas, y en que casi en todos estos Reynos esta gozando, y posseyendo estas Tercias.*

Hactenus Regius Fiscalis; aduerto tamen, obstaculũ hoc contra ius Regũ nostrorum modicã vim habere; quia nunquã Ecclesiæ, & Ecclesiast. & alij, qui decimas percipiunt, motiuo, aut fundamento hoc non vsus, se eximere potuerunt à solutione Tertiarũ; sic sanè nunquã allegant non vsum, sed immemoriali præscriptione principaliter se tuentur; ex quo Reges ipsi vniuersaliter dicto priuilegio vtuntur. Attamen stante replicatione, & casu, quo non vsus ab eisdẽ opponeretur, non satis videtur satisfactũ ex *ibi* adnotatis, responsisq; præstitis. Et verè doctrina relata Pat. Franc. Suar. *d.c. 8. n.34.* casui nostro non applicatur, in quo priuilegiũ Tertiarum non est simpliciter permissiuum, sed inductiuũ certi iuris, & donationis certæ partis decimarũ, quã statim Romani Pontifices, Regib. Hispan. concesserunt, & applicarunt, & earũ ius, & dominiũ transtulerunt; vnde actus nõ exigendi, & recipiendi dictã partẽ decimarum, eis applicatã, & iure dominij, vel quasi, pertinentem, & recipiendi, siue retinendi eã tanquã suam ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis; est quidẽ actus, priuilegio repugnans, & vsui eius contrarius, quoad eas Ecclesias, & personas, quæ immemorialẽ allegant. Sed & iterũ Regius Fiscalis in nonnullis aliis insistit, *n.88. & 89.* allegationis suæ, & dicit, quod ad 29
introducendã præscriptionẽ immemorialẽ, contra priuilegiũ, & ius percipiendi Tertias, Regib. Hispan. competens, simplex non vsus, ex parte Regũ, & Officialiũ eorũ non sufficit, sed quod est necessarius actus positiuus, cõtrarius priuilegio, ex parte Ecclesiarũ, & personarũ quæ Tertias præscribũt, quia præscriptio potissimum cõsistit in actu præscribentis, contra voluntatẽ eius cõtra quem præscribitur; & amissio per non vsũ, fundatur in actu volũtario, & renuntiatione præsũpta priuilegiati. Et expẽdit doctrinã Panormitani, *in c.cum Ioan. num. 9. de clericis coniugatis,* vbi expressè docet,

docet, quod per non vsum, non inducitur præscriptio.

Verè tamen, ex dicta doctrina, nihil concludens, ad casum præsentem Tertiarum infertur, posito quòd veritas eius indistinctè recognosceretur, quia Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ, quæ vt se liberent, atque eximant à solutione Tertiarũm, immemorialem præscriptionem cum suis requisitis allegant, & probant; ex parte sua habent actum positiuum, cum quo se conseruant in possessione eiusdem partis decimarum, quæ ad Reges ipsos ex dicta gratia, & concessione pertinebat, & siue ex actu voluntario, ex tacita renuntiatione præsumpto, siue ex inuoluntario (quod probabilius est) qui ex immemoriali præscriptione inducitur, Ecclesiæ ipsæ, exemptionem, & liberationem, per immemorialem sequuntur, id quod clarè, & expressè voluisse videtur *d. l. 1.tit.21.lib.*
30 9.pront suprà dixi.

Ex quo etiam excluditur motiuum aliud eiusdem Fiscalis, de quo in sua allegatione, *n. 90. &* 91.tendit enim, & reincidit in idem, quod antea dixerat, illúdque comprobat, ponderato loco altero Pat. Francisci Suarez, *lib 8. de legib. d. c. 34. n.* 8. & in hunc modum fundat: Reges Hispaniæ, qui ius Tertiarum obtinent, non possunt Tertiarum ipsarum dominium amittere, nisi dominium ipsum, & possessio alteri acquiratur; sed sic est, quod Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis non fuit acquisitum dominium, nec possessio earum, quia non possederunt, nec præscripserunt eam partem, vt Tertias, sed vt decimas; ergo Reges metipsi, per non vsum non potuerunt Tertias amittere. Eliditur inquam hoc motiuum, ex antea dictis; quia Ecclesias, & Ecclesiast. personas possedisse Tertias ipsas, & dominium, vel quasi earum habuisse, ex quo decimas integras possidebant, quarum pars quædam, Tertiæ erant, satis euidenter comprobatum fuit *suprà*, atque ita Tertiæ eædem acquisitæ fuerunt quoad dominium, & possessionem Ecclesiis, & aliis, per immemorialem præscriptionem.

Alia etiam, quæ *numeris sequent.* idem Fiscalis Regius ponderauit in ipsa allegatione, contra Ecclesias; in idem sanè tendunt, vt scilicet comprobet, neque per non vsum, neque per vsum contrarium potuisse Reges Hispaniæ ius Tertiarum amittere, etiam præscriptione immemoriali interueniente, idque ob eandem rationem, toties repetitam, quod Ecclesiæ, & Ecclesiastici, Tertiarum possessionem nonquam habuerunt, sed decimatũ; decimas enim integras, vt decimas, non vt Tertias possidebant; & sine possessione, præscriptio non procedit. Cui tamen motiuo, sæpè etiam satisfactum est; atque statutum, ex possessione integra decimarum induci possessionem Tertiarum, & non agi de iure acquisito Tertiarum ipsarum, per non vsum, aut per vsum contrarium, sed per immemorialem præscriptionem, ex decisione *dict. l. 1. tit. 21. lib. 9.* sic sanè, quæcunque de non vsu, aut de vsu contrario adnotantur, & in medium proferuntur, nullam vim in proposito obtinere.

31 Denique (vt alia omittam, quæ ipsemet Regius Fiscalis ponderauit) non videtur vrgere id, quod *numero* 98. expendit, scilicet ex actu Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum recipiendi decimas integras, non posse induci renunciationem priuilegij Tertiarum, ex parte Regum Hispaniæ; prout deducta sunt *in cap. accedentibus, de priuilegiis*, contra Templarios, ex actu ipsorum, qui decimas soluerunt; quia, vt vel vno tantum verbo satisfaciam omnibus his, quæ pertinent ad tractatum amittendi priuilegium per non vsum, vel per contrarium vsum, de quo *suprà, cap.* 19. & à multis iuris Interpretibus in vnum congestis per Barbosam, *in eodem cap. accedentibus, num. 9. fol.* 374. obseruandum est (vt nunc dicebam) in terminis nostris, & in tractatu Tertiarum, non agi de acquisitione, ex renunciatione tacita, aut præsumpta Regum ipsorum Hispaniæ, sed ex vi præscriptionis immemorialis, quam allegant, & probant Ecclesiæ, & Ecclesiastici, qui decimas percipiunt; atque ita non debere attendi terminos *dicti cap. accedentibus*: nec ad eos esse necessarium recurrere; & quando necessarium videretur, actus quidem, qui ex parte Regum nostrorum, aut Officialium eis inseruientium, interuenit, dum desinunt, & patiuntur Ecclesias, & alios percipere Tertias, quæ ad eos, ex gratiis, & concessionibus Apostolicis pertinebant, efficax admodum est, ad inducendam renunciationem proprij iuris, quia est actus proprius priuilegiari, prout est solutio *in dict. c. accedentibus*, vbi August. Barbosa, *n. 6. fol.* 373. cum textus dixisset, *eis renunciasse tacitè præsumitur*, in hunc modum scripsit: *Notatur ad hoc, quod si priuilegium, per triginta, vel quadraginta annos continue, pacifice, & absque lite aliqua seruatum non sit, & sic decima post impetrationem huius priuilegij soluta sint in dicto tempore, & spatio, tunc per desuetudinem, & vsum contrarium perditur, & omnino extinguitur dictum priuilegium concessum, ut per Viuium tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 10. num. 14. pag.* 186.

De lo dicho hasta aqui, se obseruan algunas cosas singulares, y que se han digerido assi con mucha consideracion, y estudio, y en primer lugar, que es memorable la dicha ley primera, tit. 21. lib. 9. *en quanto se conforma con el derecho comun en tres cosas. La primera, que por prescripcion de tiempo inmemorial se adquiere exempcion de pagar tercias*; sicut exemptio, & libertas non soluendi tributa, aut onera quæcunque iure communi acquirebantur, vt antea dixi. *La segunda, que para adquirir, y ganar esta exempcion, no es necessaria separacion alguna de lo que se paga, ò debe pagarse lo demas, que se percibe, y lleua*; sicut in tributis, & aliis oneribus quibuscunque nulla separatio, vnquam requisita, nec necessaria fuit. *La tercera, que para adquirir la exempcion, y libertad* non soluendi hæc, & alia iura, aut onera, non est necessaria positiua possessio Tertiarum, aut iurium, quæ soluuntur, sed sufficit sola possessio libertatis non soluendi; sicuti ex Pet. Surd. & aliis, *sup.* retuli. Obserua *se tambien, que no puede proceder, ni procede la distincion de los dos casos, que distinguio, y considerò el Fiscal, y se refirio* sup. n. 2. *en el modo que el considera; porque en el primer caso, quando la Iglesia, ò otra persona percibe y lleua todos los diezmos enteramente, y no separa las tercias; es cierto que posseyendolos enteramente, y lleuandolos, prescribe la exempcion y libertad de no pagar tercias, por tiempo inmemorial, sin separacion ninguna,* vt antea dictum est, *y esto por expressa, y clara decision de la dicha ley* 1. *tit.* 21. *sin que en esto se pueda cauillar,* imò, *que no pudiera prescribir, contra el de su Magestad,* alio iure, aliâq; lege, *podra prescribir contra el Rey el derecho de percibir tercias en alguna* 18
parte, ò tierra, esto es por el derecho comun, quo iura Regalia, tempore immemoriali præscribuntur, vt antea probaui; non autem ex decisione *dict. l.* 1. quæ de exemptione non soluendi loquitur, non autem de acquirendo iure percipiendi Tertias contra iura Regibus competentia.

Et hactenus de his, quæ ad propositam quæstionem, & dubium pertinent, quæ sunt quidem notanda, quia nullibi erant antea sic digesta, nec excogitata, & in medium proferuntur, atque traduntur, desiderio magis, & studio, siue proposito inquirendi, & detegendi veritatem, quàm vel impugnandi, per Regium Fiscalem doctè, & ingeniosè cumulata, & scripta; vel intelligendi, à me obseruata; veriora aut potiora esse, siue resolutionem, & opinionem nostram præcisè obseruandam; sic sanè, intentionis nostræ illud præcipuum est, vt attentè consideratis omnibus, quæ pro vtraque parte remanent obseruata, cum huius dubij altercatio occurret, securior eligatur resolutio atque definitio, & matura consideratione, atque deliberatione id diiudicetur, quod menti, & verbis *dictæ l.* 1. magis conuenit.

CAPVT XXXII.

Tertiarum ius Regibus nostris Hispaniæ, ex concessionibus Apostolicis competens, an merè facultatiuum, siuè ex mera voluntate, & facultate, ita consistere dicatur, vt nulla præscriptione, etiam immemoriali, earum exemptio contra Reges ipsos acquiri valeat.

Facultatis quæ sint, quomodo intelligatur.

Facultatis meræ, & voluntatis, quæ sunt, etiam tempore immemoriali non acquiruntur.

Præscriptio non inducitur in actibus voluntariis: quod multis exemplis exornatur, atque illustratur.

Quid si ex facultate ad exercitium deducta, oritur ius in iudicium deducibile, vel si facultas competat ratione iuris quæsiti, vel ex contractu: Aut si post prohibitionem in actibus, etiam merè voluntariis, prohibitioni quis acquieuerit.

SVMMARIVM.

1 *Tertiarum ius Regibus Hispaniæ competens, an merè facultatiuum dicatur, siuè ex mera voluntate & facultate ita consistere, vt nulla præscriptione, etiam immemoriali, acquiri contra Reges ipsos valeat.*

2 *Facultatis meræ, & voluntatis quæ sunt, etiam tempore immemoriali non præscribuntur.*

Quia in actibus voluntariis, præscriptio non inducitur.

Quod exornatur numeris sequentibus.

3 *Si per longissimum tempus iuit ad molendum ad tuum molendinum; non per hoc, potes me in futurum compellere, vt ibi molam. Quia istud ire, fuit per modum facultatis; & in his, quæ sunt facultatis, non currit præscriptio.*

4 *Longissimo tempore si quis receptauerit aliquem Nobilem in domo sua, non poterit cogi, vt recipiat in futurum. Quia istud fuit per modum facultatis; quod non præscribitur.*

5 *Per longissimum tempus si homines accesserunt ad coquendum panem ad furnum alterius, non potest induci præscriptio, vt in futurum accedere teneantur.*

6 *Domum meam si tenui mille annis depressam, non per hoc acquiritur vicino seruitus altius non tollendi, & ne luminibus suis officiatur.*

7 *Aqua scaturiens in fundo meo, licet fluxerit in fundum vicini per mille annos, ex hoc non dicitur acquisitum ius vicino, vt non possim impedire talis aquæ cursum.*

8 *Dominus, si per centum annos non imposuit seruitium vassallo, per hoc non erit liberatus vassallus à præstatione seruitij.*

9 *Molendinum quis in suo ædificare potest, etiam si alius molendinum solus habuerit per immemoriale tempus, vel etiam mille annorum.*

10 *Molendinum quis in suo ædificare nequibit, si præscriptio post prohibitionem ei factam secuta sit.*

11 *Præscribi nisi post prohibitionem à præscribente factam nequeunt, quæ meræ facultatis sunt.*

12 *Qui ad molendum, vel coquendum per longissimum tempus fuerunt ad molendinum, vel furnum alterius, ad id in futurum cogi poterunt, si alibi molere, aut panes coquere prohibiti fuerint, & prohibitioni acquieuerint, & immemorialis postmodum præscriptio secuta fuerit.*

13 *Quod procedit, siue prohibitio fuerit iudicialis, siue extraiudicialis: siue etiam specialis, aut generalis.*

14 *Tertiarum ius, Regibus Hispaniæ à Sede Apostolica concessum, non dici merè facultatiuum, aut tale quod meræ voluntatis, aut facultatis esse dicatur, atque ita præscribi tempore immemoriali non valeat. Imo præscribi tempore ipso immemoriali posse, prout expressa legis 1. tit. 21. lib. 9. decisione probatur.*

15 *Facultatis meræ, aut voluntatis, quæ dicantur, vt in eis nulla præscriptio etiam immemorialis procedat. Siue qualiter intelligatur, atque accipi debeat vulgatum axioma prædictum, quod in actibus voluntariis non inducitur præscriptio etiam immemorialis. Vbi Antonij Gabrielis ex sententia communi, placita nonnulla commemorantur. Et Ioannis Garciæ annotationes recensentur.*

16 *Signoroli etiam theorica quædam refertur.*

17 *Balbi quoque annotationes in medium proferuntur.*

18 *Petri etiam Barbosæ, & Hondedei resolutiones expenduntur.*

19 *Ac denique Iacobi Menochij locus singularis in consilio* 101.

Ex numero 61. vsque ad numerum 90. lib. 2. ponderatur.

Vbi ex proposito explicat, quæ dicantur esse meræ facultatis, aut voluntatis, vel non; vt præscriptio non inducatur, vel induci valeat.

FREQVENTISSIME etiam, in eisdem Tertiarum litibus, & controuersiis, & cùm Tertiæ ipsæ, idest, duo nouení, ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, per Regios Fiscales, aut Ministros, & Officiales Regum nostrorum petuntur; Ecclesiæ, & cæteri omnes, qui decimas percipiunt, immemoriali præscriptione, se exemptos, & liberatos ab earum solutione, & præstatione contendunt; Regij autem Fiscales ad excludendam, 1

eludendam,& elidendam Immemorialem, replicant,& opponunt,ius ipsum Tertiatum,Regibus Hispaniæ ex concessionibus Apostolicis competens, esse mere facultatiuum, aut in mera voluntate,& facultate consistere, atque ita contra illud non posse currere, nec admitti præscriptionem vllam, etiam immemorialem. Adducuntur autem,atque excitantur axiomate illo vulgari, fine traditione ea,adeo communi, vt per manus circumferatur quotidie, Quòd ea,quæ sunt meræ facultatis,& voluntatis, non præscribuntur. Ex aduerso autem, atque ex parte Ecclesiarum, & eorum,à quibus Tertiæ exiguntur, replicatur, Regulam hanc in materia Tertiarum non obtinere, nec allegari posse, ex quo immemorialis præscriptio,sicut titulus,admissa est,ad acquirendam dictam exemptionem,idque expressa, & clara præfatæ *legis primæ,tit.* 2 1 *lib.*9.constitutione, nec lex ipsa in aliqua sui parte considerauit, ius idem in mera facultate,aut voluntate consistere, vt præscribi non valeat.

Quocirca,ne axioma adeo vulgatum, & commune,& regula generalis prædicta,nos forsan aliquando decipiat; non modò in hoc Tertiarum tractatu,sed etiam in quacunque alia materia, & ad veram eius intelligentiam meminisse oportebit, atque in memoriam reuocare necessarium erit nonnulla,quæ variis in locis Interpretes nostri in proposito tradiderunt;& hoc loco, suo ordine,& distinctione commemorabuntur.

Ac primo quidem loco obseruandum erit id, quod supra attigimus, quòd regulariter scilicet, ea,quæ sunt meræ facultatis,& voluntatis, etiam
2 tempore immemoriali non præscribuntur, quia in actibus voluntariis,præscriptio non inducitur, vtpote cùm præscriptio nulla sine possessione procedat, vt *capitibus præcedentibus* comprobatum est,& probatur ex regula, *sine possessione,de reg.iur. lib.*6.ex actibus autem ipsis voluntariis, siuè,qui in mera voluntate,& facultate consistunt, quasi possessio acquiri non potest; quia non apparet per hos actus, quod voluerim iuri meo præiudicare;prout latè, cum aliis multis fundat Surd. *in consil.* 127.*ex num.*83.*cum sequent.*& antea *ex num.* 20.& probatur regula ipsa ex textu, *in l.viam publicam, ff. de via publica*, vbi dicitur, quod nunquam præscribitur facultati eundi per viam publicam,quia istud posse ire, non est ius, sed quædam facultas,*l.Proculus* 26.*ff.de damno infecto*,*l.*1. *§.denique Marcellus*,*l.si in meo fundo*,21. *ff. de aqua pluuia arcend l.qui iure familiaritatis*, vbi Glossa, & communiter Doctores,*ff.de acqvir. possess.* & notarunt Authores sequentes.

Bartol.*in l.cum de in rem verso*, *numer.* 14. *ff. de vsuris.*

Panormitan.*in c.Abbate Sancti Siluani,n.* 10.& 11.*de verb signific.*

Ripa,*in c.cum Ecclesia Sutrina*, *n.* 43. *de causa possess.& propriet.& in l.quo minùs,ff.de fluminibus,n.* 132.*& seq.& in consil.*194.

Paul.Castrensis,*in consil.*179 *lib.*1.

Anton.Gabriel, qui omnium ferè Authorum, ad sua vsque tempora scribentium, mentionem facit,*commun.conclusion.lib.* 5.*tit.de præscript. conclus.*10.*per totam*, vbi ex proposito explicat materiam.

Aimon Crauetta,*de antiquitate temporum, quarta particula,Materia ista singularitatis, ex num.* 85. & 88.& 99.

Balbus,*de præscrip.*4.*p.quinta principalis, quæst.* 1.*ex fol.*433.

Didacus Couarr. *in regula*, *possessor*, *secunda parte,§.* 4. *numero* 6.& *variar. libro* 1. *capit.* 9. *numer.* 2.

Carol.Ruinus, *in consilio* 28. *n.* 10. *& sequentib. lib.*1.

Capycius,*decis.*134.*n.*3.& *seqq.& decisione* 209. *num.*16.

Neuizan.*in consilio* 43.

Bertrandus,*in cons.*49.*lib.*3.

Natta,*in cons.*106.*n.*8.

Guid.Pap.*quæst.*298.

Francisc. Marcus, *decisione* 583. *parte secunda.*

Menes.de Padilla,*in l.*1.*num.*20.& 21.*C.de seruitut.*

Iacob.Menochius, *de arbitrariis, lib.* 2.*centuria* 2.*casu* 160.*ex n.*7.latius *in consilio* 201.*ex n.* 60. *vsque ad num.*90.vbi vide omninò, *& in cons.* 143.*n.* 29.*lib.*2.

Rolandus *in consilio* 153.*ex num.*10.*vsque ad numerum* 30.*lib.*2.

Hippolyt.Riminald.*in consilio* 598.*ex num.* 14. *lib.*5.

Pet.Surdus,*in cons.*127.*ex num.* 20. *vsque ad numerum* 26.*& n.*80.*cum seq.*

Socinus iunior *in consil.*145.*num.*40.& *sequentibus lib.* 1.

Ioannes Garcia, *de nobilitate*, *glossa* 35.*ex num.* 57.& 65.

Ioann.Gutier.*practicarum tom.*4.*q.*34. *ex nu.* 10. *vsque ad num.* 19.

Anton.Thesaurus, *decisione Pedemontana* 61.*ex num.*3.

Vimius,*in cons.*37.*ex n.*6.*lib.*1.

Seraph.Oliuar.*decis.*716.*n* 10.& 11.

Caualcanus,*decision* 7.& *n.*16.*p.*5.

Vegius,*in consilio* 33.

Cardin. Tusch.*tom.* 6. *littera P. conclusione* 537. *folio* 398

Boërius,*decisione* 125.

Burgos de Paz,*cons.*10.*n.*33.

Felinus,*in cap.cum accessissent*, *num.* 26. & *seqq. de constitut.*

Cumanus,*in consilio* 149.

Schraderus,*de iuribus incorporalibus,§.* 5. *numero* 44.

Vvesembecius,*in consil.* 67.& *in consil,* 2. *numero* 49.

Zoannetus, *in repetitione l.* 2. *C. de pactis inter empt.& vendit.num.* 154. & *in tractatu, de venatione,num.*83.

Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tomo* 2. *cap.* 399.*num.*33.

Ceuallos,*commun.contra commun.q.*3. *num.*2.latiùs, *quæst.*501.*ex n.*16.*cum seq.*

Brunus,*in consil.*12.*n.*21.& 22.

Pet.Barbosa,*in l.cum notissimi,C.de præscript.*30. *vel* 40.*annor.ex num.*77.*pag.*258.

Farinacius, *decisione* 536. *num.* 4.*in nouissimis, & decisione* 365. *ex numero* 6. *parte* 2. *in nouissimis.*

Hondedeus,*in consilio* 82.*ex n.*7.*lib.*1.

Sixtinus,*de Regalib.lib.*2.*c.* 3. *ex n.* 55. *vsque ad numerum* 65.*fol.*49.

Augustin Barb.*in collect.in c. ad Apostolicam, de simonia,num.*13.*fol.*178.& *in c.vt priuilegia, n.*8.*de priuilegiis,fol.*388.

Ioann. Cephalus, *in consilio* 176. *num.* 46. *cum seqq.lib.*2.

Et hi quidem omnes, quamplurimis exornant,atque illustrant axioma prædictum;& infe-

runt, quòd quemadmodum facultati eundi per viam publicam non præscribitur, quia istud posse ire, non est ius, sed quædam facultas, ita & in aliis pluribus casibus; qui in mera facultate
3 consistunt, præscriptio non inducitur. Et si per tempus longissimum iui ad molendum ad tuum molendinum, non per hoc potes me in futurum compellere, vt ibi molam; quia istud ire, fuit per modum facultatis, & in his, quæ sunt facultatis non currit præscriptio: in quo vnanimiter conueniunt omnes relati *suprà*, & cum Iasone, Ripa, Baldo, Iacob. de Sancto Georgio, & Valasco, resoluit Roland. *dict. consil.* 53. *num.* 21. & 27. *libr.* 2. vbi reddit rationem, quia ex talibus actibus voluntariis, possessio aliqua non quæritur, ex *dicta l. si in meo fundo ff. de aqua pluuia arcenda*, sine qua possessione non datur præscriptio, *cap. sine possessione, de regul. iur. libr.* 6. & idem etiam notauit ex sententia communi Pet. Surd. *in consil.* 127. *num.* 24. *libr.* 2. Sixtinius, *de Regalibus, libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 59. *fol.* 50. Ioan. Garcia, *de nobilitate, dicta gloss.* 35. *num.* 65. *fol.* 353. vbi idem statuit post Castrensem, de quæstoribus eleemosynarum, qui diutius in aliquo templo petierunt, vt non possint alios prohibere. Et de Canonicis, qui possunt optare, si voluerint. Et qui præposuerunt operibus Canonicum, quod possint præponere laicum. Et qui possint eligere per scrutinium, aut aliter, quod si diutissimè non vsi sint scrutinio, possint eo vti. Et de vassal-
4 lo, qui domino dat donaria. Et si longissimo tempore, quis receptauerit aliquem Nobilem in domo sua, siue hospitatus fuerit amicum, non poterit cogi, vt recipiat in futurum; quia istud fuit per modum facultatis, quod non præscribitur: in quo etiam omnes Authores commemorati *suprà, num.* 2. conueniunt, & cum aliis notauit Rolan. *d. consil.* 53. *num.* 12. & 28. *lib.* 2. Ioann. Garçia, *dict. num.* 65.

5 Si etiam per longissimum tempus, homines accesserunt ad coquendum panem ad furnum alterius, cùm hoc fuerit per modum facultatis, & libertatis, vel esse præsumatur, si non constet de aliqua obligatione, non potest induci præscriptio, nec consequenter obligatio, vt ad futurum accedere teneantur; quod etiam obseruarunt relati *suprà, num.* 2. & cum aliis Roland. *d. consil.* 53. *numer.* 23. & 27. Pet. Surd. *d. consil.* 127. *num.* 23. Ioann. Garc. *d. gloss.* 35. *num.* 65. Sixtinius *lib.* 2.
6 *d. cap.* 3. *num* 59. *fol.* 50. Et si tenui mille annis, domum meam depressam, non per hoc acquiritur vicino meo, seruitus altius non tollendi, & ne luminibus suis officiatur; vt cum Glos. Brun. &
7 Rip. resoluit Roland. *eod. consil.* 53. *num.* 25 qui addit *num.* 26. quod licet aqua scaturiens in fundo meo, fluxerit in fundum vicini per mille annos, ex hoc non dicitur acquisitum ius vicino, vt non possim impedire talis aquæ cursum, cùm consistat in mera mea facultate, & ideo quod erit mihi licitum, quandocunque præcindere venas dictæ aquæ in fundo meo, & impedire cursum:
8 *l. Proculus. ff. de damno infecto.* Addit etiam, *num.* 29. quod si dominus per centum annos, non imposuit seruitium vassallo, non erit vassallos li-
2 beratus tempore, à præstatione seruitij. Molendinum quoque quis in suo ædificare potest, etiamsi alius molendinum solus habuerit per immemoriale tempus; vel etiam mille annorum.
10 Quod explicatur, vt non procedat, si præscriptio, post prohibitionem ei factam, secuta sit: quod vtrumque anubtauit cum aliis Pet. Surd. *d. consil.* 127. *num.* 13. & 24. Roland. *in consil.* 97. *num.* 7. *libr.* 3. Sixtin. *de Regalibus, libr.* 2. *d. c.* 3. *num.* 55. & 56. qui *num.* 57. statuit, quod præscribi, nisi post prohibitionem à præscribente factam, nequeunt, quæ meræ facultatis sunt. Quod com- 11
probant etiam Surdus, *vbi sup.* Felin. *in cap. cum accessissent, num.* 27. *de constit.* Rolan. *in consil.* 21. *num.* 13. 14. & 15. *volum.* 2. Ioan. Garcia, *d. glos.* 35. *ex num.* 55. *cum seqq.* qui generaliter statuunt superiora omnia procedere, quando nulla præcessit contradictio, siue prohibitio; interuenientenamque prohibitione præscribentis, & patientia aduersarij, per tempus legitimum, tunc qui- 12
dem præscriptio procedit in his, quæ sunt meræ facultatis, & voluntatis; & ita temperatur communiter, quod de euntibus ad furnum, & molendinum alterius; vel volente ædificare molendinum, aut furnum, cum accessisset ad furnum, aut molendinum alterius, & de aliis, his similibus, dicta fuerunt *suprà*; sicuti ex communi omnium sententia, iidem Authores notarunt, & Ioan. Gutier. *practic. lib.* 4 *qu.* 34. *numer.* 14. & 15. Sixtinius, *d. c.* 3. *ex num.* 55. *vsque ad num.* 61. vbi 13
addit *num.* 61. & *tribus seqq.* quod sufficit prohibitio extraiudicialis, aut iudicialis, siue etiam specialis, aut generalis, prout latiùs *ibi* videri poterit, & per Hieron. de Ceuallos, *commun. contra commun. quæst.* 501. *numer.* 16. & *quinque seqq.* vbi quod ius portandi Crucem, cum sit actus in mera voluntate, & facultate consistens, contra Capellanos sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, nullo tempore præscribi potuit. Et generaliter, quod ea, quæ consistunt in facultate vtentium, non præscribuntur etiam per mille annos, non data prohibitione, vt ius eundi, veoandi, piscandi, molendi, vel non venandi, vel ædificandi, aut non ædificandi, & alia similia; aut si vassalli alicuius Domini non fuerint venati per mille annos, quia non possunt à venatione per Dominum 1
prohiberi, prout latiùs *ibi*.

Ex his itaque quæ hactenus diximus, videtur 14
prima facie fundari posse intentum eorum, qui contendunt, ius præfatum Tertiarum in mera facultate, aut voluntate consistere, siue facultatiuum esse; & consequenter, nullo tempore præscribi posse.

Contrarium tamen securè asseuerandum, atque tenendum est, videlicet Tertiarum ius, Regibus Hispaniæ à Sede Apostolica concessum, non dici merè facultatiuum, aut tale, quod meræ facultatis, aut voluntatis esse dicatur, atque ita præscribi tempore immemoriali non valeat; imò præscribi tempore ipso immemoriali posse; prout expressa *d. l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. decisione probatur, quæ restringi, aut cauillari nullo pacto potest; cum adeo generaliter statuerit, exemptionem, & libertatem non soluendi Tertias, tempore immemoriali acquiri posse; sentiens apertè, actum ipsum exigendi, aut soluendi Tertias, non esse facultatiuum, siue non consistere in mera, & libera facultate, imò potius non esse actum meræ facultatis, aut voluntatis; aliàs enim, lex ipsa non decideret præscribi posse, contra iura communia relata *suprà*, adeò expressa, quæ in actibus voluntariis, nullam præscriptionem admittunt, etiam mille annorum: videns ergo lex eadem, non esse actum ipsum, merè voluntarium, iuridicè immemorialem præscriptionem admisit. Et verè, ab ipsa materia Tertiarum, valde aliena est doctrina præfata actuum, qui in mera voluntate, aut facultate consistunt,

sij namque sunt, & dicuntur, qui non requirunt actum aliquem alterius personæ, sed a propria persona vtentis dependent, vt est, posse ire per viam, aut itinera publica, ingredi Ecclesiam, aut piscari, vel venari, aut ad molendinum, aut furnum alicuius accedere; in his namque cùm consistant in mera facultate, non cadit præscriptio: at verò, quando actus sunt tales, quod pro eis actio competit, & in iudicio deduci possunt per modum actionis, etiam si in mera voluntate, aut facultate consistant, præscribi possunt; quod statim comprobabitur. Sic sanè, ius & facultatem collectandi præscribi posse, Bart. scripsit *in l. 4. §. actor. num. 1. ff. de re iudic.* vbi Alex. *num. 12.* & Ias. *num. 25.* notarunt: latiùs Menochius, *in consil. 1201. numer. 1. lib. 13.* Vimius, *in consilio 37. per totum.* Pactum etiam de retrouendendo, tempore amittitur, si in iudicium non deducatur, & emptori pretium offeratur, Vegius *in consil. 33.* latissimè Menoch. *in consil. 201. per totum,* maximè, *ex num. 66. cum seqq.* Ius quoque hæreditatem acceptandi, quamuis in mera facultate hæredis consistat, tempore amittitur, *l. finali, C. qui admitti, §. penul. & finali, Instit. de hered. qual. & differ. l. licet, C. de iure deliberandi,* & *ibi* Bald. *num. 5.* Iason, *num. 12.* Aret. *in l. 2. ff. de acqu. hered. num. 3.* Corn. *in consil. 305. num. 6. volum. 3.* & comprobat Cephal. *in consil. 176. numer. 46. cum seqq. lib. 2.* vbi inquit *num. 47.* quod quando id, quod in mera facultate consistit, talis conditionis est, quod quis, quando voluerit, eo vti potest absque authoritate, aut facto tertij, vt in exemplis propositis; tunc præscriptione amitti non potest. Cæterum, quando tale est, vt eo vti quis non valeat absque facto & interuentu tertiæ personæ, quæ iudicialiter compelli potest soluere; tale ius præscriptibile est, & tempore, à lege definito, præscriptione amitti potest.

Ex quo quidem apertè consequitur, in materia Tertiarum non dari, nec considerari posse actum meræ facultatis, & voluntatis, qui præscribi non valeat: quod euidenter demonstratur; quoniam Reges nostri, eorumque Officiales, & Ministri, ius ipsum Tertiarum, in iudicium deducere potuerunt contra Ecclesias, & omnes, qui decimas percipiunt, & inuiti soluerent, atque ita ex negligentia non deducendi, illud præscriptione amiserunt, iuxta decisionem expressam *dictæ l. primæ, titulo 21. libr. 9.* Item exactio ipsa Tertiarum, non dependet absolutè ex mera facultate, & voluntate, vt eundi, agendi, piscandi, & similia; sed cum dependentia facti alieni, vt de se patet manifestè, atque ideo præscriptione amitti potuit.

15 Vt autem superiora, magis comprobentur, & corroborentur, necessarium erit inquirere, atque explicare, qui dicantur ex sententia, & placito communi Doctorum, actus meræ facultatis, & voluntatis; qui etiam non merè facultatiui, & voluntarij; & Interpretes nostri, qualiter in proposito se habuerint, siue quæ adnotauerint, atque tradiderint, vt ex eis deducatur, atque apertè declaretur, qui sint sui natura præscriptibiles, vel non.

Anton. Gabriel, *commun. conclusion. libro quinto, titulo de præscriptionibus, dicta conclusione 10. numer. octauo,* refert communem Scribentium sententiam, actum meræ facultatis, & voluntatis, vt in eo non habeat locum etiam immemorialis præscriptio, dici, quando facultas non inducit ius in iudicium deducibile, vt in casu *dictæ l. viam publicam.* Cæterum non dici actum meræ facultatis, aut voluntatis, quando inducit ius, in iudicium deducibile, & tunc præscriptionem admitti; prout admitti debuit in tractatu Tertiarum, vt in *dicta l. prima, titulo 21. libro nono,* cùm Tertiarum concessio Regibus Hispaniæ facta, vsque adeo contineat ius in iudicium deducibile, vt omnes, qui decimas percipiunt, inuiti etiam, & reluctantes Tertias persoluant, & etiam Ecclesiæ, & Ecclesiastici, vt *in eadem l. prima,* expressè caueatur; inquit etiam, *numero nono,* idem Anton. Gabriel, atque ex sententia quoque plurimorum, quod vt non præscribatur facultati, est necessarium, quod facultas sit reposita expressè in pura, & libera voluntate eius, cui competit, secùs, si simpliciter competat, & non expressè sit collata in voluntatem eius, cui competit facultas, quia tunc præscriptio procedit; quæ doctrina decisiua videtur casus præsentis: Romani namque Pontifices simpliciter, & absolutè fecerunt Regibus Hispaniæ dictas gratias, & concessiones Tertiarum, non autem id contulerunt in meram voluntatem, & facultatem eorum; nec dixerunt, quod si vellent, eas perciperent; vndè non potest considerari actus meræ facultatis, aut voluntaris. Addit etiam Anton. ipse Gabr. *num. 50.* quod quando facultas competit ratione iuris quæsiti, tunc potius dicitur ius, quàm facultas, & propterea ei præscribitur, vt per Bartol. Balbum, & Parisium, *ibi* relatos. Regibus autem nostris Hispaniæ competere Tertias ipsas, ratione iuris ex gratiis, & concessionibus Apostolicis, plus quam certum, & manifestum est; & *in eadem l. 1. titul. 21. lib. 9.* expressè probatur. Et vltra relatos ab Antonio Gabriele, easdem tres limitationes, aut declarationes ad regulam prædictam, quod ea, quæ sunt facultatis non præscribuntur, probarunt Vegius, *in consil. 35. per totum,* Vimius, *in consil. 37. num. 6. & 7. libr. 1.* Socinus iunior, *in consil. 145. num. 40. & seqq. volum. 1.* Farinacius, *decis. 11. num. 9. parte 2. in nouissimis.* Ioann. Garc. qui easdem tres declarationes commemorat, *d. glos. 35. numero 57. per totum, folio 349. & 350.* Hondedeus etiam, *in consil. 82. num. 7. & tribus seq. lib. 1.*

16 Signorol. *in consil. 139. num. 3. & seqq.* quem refert, & sequitur, & materiam ipsam, cum dictis declarationibus prosequitur Cardinalis Tusch. *tom. 6. liter. P. concl. 537. numer. 2. fol. 598.* inquit, quod dicuntur esse facultatis, & meræ voluntatis ea quæ inhærent possibilitati, quæ est facti, non autem actioni natæ: vndè, si inhærent actioni natæ, non sunt facultatis, & præscribuntur: quæ est etiam decisiua casus præsentis doctrina; si quidem certum est Reges nostros, adeo radicatum ius habere ad Tertias ipsas exigendas, quod illud inhærere actioni natæ, atque ex ipsis gratiis, & concessionibus Apostolicis competenti, ambigi nullo pacto valeat.

17 Balbus, *de præscriptionibus, 4. p. 5. p. principalis, num. 3. & 4. fol. 434. & 435.* ex sententia Bartoli, & aliorum resoluit, quod quando lex permittit alicui facere aliquid pro conseruatione sui iuris iam quæsiti, quia istud non est ius, sed facultas quædam, vt *in l. in re mandata, C. mandati, l. si constante, §. si maritus, ff. soluto matrimonio:* tunc non inducitur præscriptio: Quando verò lex permittit aliquid facere, pro acquisitione alicuius iuris de nouo, & tunc est ius, vt in iure adeundi hæreditatem, & similibus; & ista præscribuntur. Ius sanè Tertiarum, ex concessionibus,

& gratiis Apoſtolicis, de nouo acquiſitum fuit Regibus Hiſpaniæ, vndè tempore immemoriali, contra ipſos acquiri, & præſcribi poſſe, recta iuris ratione, & iuxta communes Doctorum ſententias ſtatutum fuit *in dicta l. prima, titul.* 21. *lib* 9.

Balbus ipſe, *vbi ſupra, numero quarto* ponderat conſilium Angeli 55. *numero ſecundo*, quod in idem tendit, videlicet, quod quædam eſt facultas, ex qua per explicationem actus quæritur nouum ius, vt actio, vel exceptio, prout ſuadet ratio ſubiectæ materiæ, & tali poteſtati acquirendi iſta iura, ita eſt æquum præſcribi, ſicut ipſis iuribus iam quæſitis; ſed vbi eſt talis facultas, ex qua per explicationem actus, nullum ius, nulla actio, nulla exceptio quæri poteſt, ſed ſolum inſurgit explicatio eius, quod in libero explicantis arbitrio conſiſtebat, ſicut eſt ire ad Eccleſiam, vel per viam publicam, & tunc iſti libertati arbitrij nunquam præſcribitur; vt per Angelum, *in præallegato conſilio*, & per Barbat. *in conſil.* 51. *volum.* 2.

18 Per. Barboſa, *in l. cum notiſſimi, C. de præſcriptionib. 30 vel 40. annorum, num.* 77. 78. *&* 79. *folio* 358. ſequitur relatas doctrinas, & concludit, facultatem aliquid faciendi, duobus modis conſiderari, ſcilicet, quatenus ipſa ſonat in factum; item, quatenus ſonat in ius: conſideratur autem, tanquam ſonans in factum, quando non dirigitur ad aliquod ius acquirendum de nouo, ſed tantum pertinet ad conſeruationem iuris quæſiti, & hæc facultas, tempore non præſcribitur, ex *dicta l. viam publicam*, cum ſimilibus; dicitur autem ſonare in ius, quando dirigitur ad acquirendum aliquod ius de nouo, deducibile in iudicium, & hæc facultas, tanquam iuris, præſcriptione tolli poteſt; & ad hæc reduci varias Doctorum Theoricas, & doctrinas in propoſito, quas *ibi* cumulat.

19 Tandem & vltimò, Menochius *in conſilio* 101. *ex numero* 61. *vſque ad numerum* 90. *libro ſecundo*, notabiliter ſe habuit in hac ipſa diſceptatione; & primò præmiſit, quæ facultatis eſſe dicantur, altero de duobus modis intelligi. Primò, aliqua dicuntur eſſe facultatis, quorum libertas à iure publico permiſſa eſt, ex qua nulla nobis datur actio, vel exceptio contra aliquem, nec alteri contra nos, atque ita non parit ius deducibile in iudicium. Hoc caſu, nullo tempore, nullóque modo, nec nos contra alios, nec alij aduerſus nos præſcribere poſſunt, & quanquam huius rei multa afferre poſſet exempla, attamen illis præcipuis vtitur tantum, quæ ad rem hanc explanandam poſſunt ſufficere. Et primum exemplum proponit in facultate, quæ mihi, & reliquis ciuibus data eſt, eundi per viam publicam: Si viuerem mille annos, & quotidie iter facerem per hanc ipſam viam, nunquam eam mihi ipſi ſoli, præſcriptione temporis, acquiterem; & ob id, alter, qui per eam viam nunquam ambulaſſet, à me prohiberi non poſſet, ne per eam iter faceret, ex *dicta l. viam publicam*, & communi reſolutione multorum, quos citat. Eſt etiam exemplum (inquit ipſe Menochius) in ea facultate mea priuata, quæ nullam antecedentem habet cauſam obligandi, vt ſi feci ſæpiſſime actum, qui pendet à ſola libertate, & facultate mea, ad tui commodum; tu nunquam, aliqua temporis præſcriptione acquires aliquod ius, aliquámve obligationem contra me, ex quo, nulla obligatio, nulláve cauſa proceſſit. Et hoc eſt illud, quod ſolemus dicere, Quòd tempus non eſt modus inducendi obligationem, *l. obligationum fere* §. *placet, ff. de obligation. & action.* Quo circa dicimus, quod ſi ruſticus ſua ſponte, nulla præcedente cauſa, multos, & multos annos, Domino, certis ſtatutis temporibus, capones attulit; ex hoc ipſo actu, qui meræ facultatis ruſtici fuit, nulla vnquam acquiſita erit actio, nullúmque ius ipſi Domino; vt tenent Bartol. Ripa, Ruinus, Curt. iunior, Marſilius, & cum multis Balbus, quos refert Menochius *ibi, nu.* 64. qui dicit, quod *in conſilio* 143. *nu.* 29. *libro ſecundo*, duo alia huic ſimilia exempla commemorauit.

Secundo modo dicuntur aliqua eſſe facultatis, quæ tendunt ad acquirendum nouum ius nouámve actionem, vel exceptionem, vel etiam ad eam conſeruandam, atque ita parat ius deducibile in iudicium; & hæc non appellatur propriè facultas, ſed ius; prout tenent plures relati *ibi, num* 66. & hoc ius, licèt ſit in libera voluntate ipſius acquirere volentis, non tamen eſt in poteſtate illius, contra quem acquiritur, vel conſentiatur, vt recuſare poſſit. Cum is, qui poteſt acquirere, habeat cauſam, ob quam aduerſarium, vt acquirere patiatur, compellere valeat. Exemplum afferri poteſt (inquit ipſe Menochius) in facultate, ſeu iure adeundi hæreditatem; hæc enim facultas eſt in libera poteſtate hæredis, qui ſi eſt factus hæres ex teſtamento, poteſt, ſi vult, adire; & ſi ſucceſſores ab inteſtato repugnant, cauſam habet (nempè teſtamentum) qua eos compellere poteſt, vt ſuæ aditioni acquieſcant. Adducit etiam alia exempla Menochius, *ex numer* 66. *cum ſequentibus*, in quibus facultas aliquid faciendi, præſcriptione non ſolum quadraginta, ſed triginta tantùm annorum tollitur, ſicuti & aliæ ſimiles facultates. Primum exemplum eſt *ex l. prima, ff. de nundinis.* Secundum *ex l. in bello,* §. *ſi quis ſeruum, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* Tertium in aditione, vel immixtione hæreditatis, quæ eſt meræ facultatis, & tamen præſcribitur. Quartum, in agnoſcenda bonorum poſſeſſione, quæ eſt quædam facultas, & tamen ei præſcribitur. Quintum in legato, quod nudum factum legatarij acceptantis requirit; & tamen huic facultati ad acceptandum legatum præſcribitur tempore 30. annorum. Sextum in facultate petendi reſtitutionem in integrum, cui præſcribitur. Septimum, quod latius proſequitur *ex nu.* 78. *cum multis ſequentibus*, in facultate offerendi conceſſa debitori, vt poſſit luere pignus, cui præſcribitur curſu temporis triginta annorum, & tamen hoc ius offerendi, & redimendi, eſt quædam facultas, cùm pendeat à libera voluntate offerre volentis, vt longa ſerie comprobat ibi. Et iterum repetit *num.* 89. diſtinctionem prædictam, quod textus, *in d. l. viam publicam*, loquitur de ea facultate à publico conceſſa, ex qua nolla nobis actio, nulláque exceptio ſpecialis conceditur contra alterum, nec alteri contra nos. Cæterum in omnibus exemplis nunc relatis, & à Menochio ponderatis, agitur de ea facultate, quæ actionem tribuit aduerſus alterum (prout Regibus noſtris tribuitur pro Tertiis exigendis) & in quibus conſideratur quidam ſtatus, & quædam quaſi poſſeſſio aduerſarij, & ſic præſcriptio legitimè procedit, quæ in terminis *d. l. viam publicam* denegatur; quia nulla poſſeſſio, vel quaſi conſiderari poteſt, vt dixi *ſuprà*, & de his hactenus.

CAPVT

CAPVT XXXIII.

Per vsum, exercitium, & possessionem in parte, hoc est, multis in locis, & Prouinciis Hispaniæ, exigendi scilicet, & percipiendi Tercias à multis; vtrum ius Tertiarum ipsarum in vniuersum, atque ita conseruatum fuerit ab eisdem Regibus, in aliis partibus, locis, & Prouinciis, vbi exactæ non sunt, atque vniuersaliter in omnibus, vt in eis, præscriptio vlla, etiam immemorialis, contra ipsos procedere non potuerit: an verò vniuersalis, siue in vnoquoque loco, parte, & Prouincia, & contra vnamquamque Ecclesiam, aut aliam personam, à quibus Tertiæ solui debebant, ita particularis possessio, ex parte Regum nostrorum necessaria fuerit, vt exactione deficiente, & per tempus immemoriale, Tertiis non solutis, præscriptio ipsa immemorialis locum habuerit, & à solutione earum exemptio acquiri potuerit, tametsi aliis in partibus, locis, & Prouinciis, semper solutæ fuissent; & de vera interpretatione, atque intelligentia *dicta l. prima, titulo 21. lib. 9. noua collection. Regiæ.*

Et ibidem, singulariter explanatum, an, & qualiter per vsum partis, in incorporalibus, in iurisdictione, priuilegiis, & præscriptionibus, retineatur, & conseruetur ius vniuersum; & vtrum ratio subiectæ materiæ, vel annexi, aut connexi, vel vnitatis indiuidui, id tantum efficiat; & quamplurimis exornata *leg. 3. ff. de acquirend. possession.* decisio. Ioannis quoque Andreæ Georgij, & Andreæ Tiraquelli, Petri etiam Surdi, memorabiles, & notandæ resolutiones ponderatæ in eo dubio, vtrum possessione vnius rei feudalis, vel retractus capta, cæterarum etiam rerum capta intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Huiusce capitis præcipua quæstio, & disceptatio proponitur, cuius exemplum in summario eius inuenitur*, & *dubitandi ratio expenditur Hispano sermone.*

Traditurque resolutio infrà, num. 19.

2 *Per vsum partis conseruatur, & retinetur vniuersum ius in totum. Quod exornatur, &* numeris sequentibus, vsque ad numerum, 18.

Ioan. del Castillo Quot. Contr. iur. Lib. VI.

3 *Per ingressum partis fundi, quæritur possessio totius, ita quod sufficiat, quamlibet partem fundi intrare, nec sit necesse omnes eius partes attingere.*

4 *Et Francisci Salgadi locus copiosus in proposito ponderatur, & numeris sequentibus.*

5 *Vsus priuilegij in parte, illud operatur, vt quamlibet præscriptionem aduersus illud inductam penitus interrumpat.*

6 *In his, in quibus adest titulus, per vsum partis retinetur vniuersum ius, quoad quaslibet species sub eo contentas.*

7 *In iuribus incorporalibus, per vnum actum acquiritur, & conseruatur possessio totalis.*

8 *Iurisdictionem, aut ius vniuersale, qui habet, si exercet illud in aliquibus casibus, & personis particularibus, in vniuersum, ius ipsum conseruat.*

9 *Vsus iurisdictionis in vna parte concessionis, tribuit vsum in alia, & conseruat omne ius: &* num. 11. & 16.

10 *Et idem in priuilegiis; &* numero 112. in fine.

11 *Et in præscriptionibus.*

12 *Quando agitur de conseruatione iuris iam quæsiti, non verò de acquisitione, nihil curamus de Regula illa, scilicet, Tantum præscriptum, quantum possessum.*

Sed per vsum in parte, conseruatur ius in toto.

13 *Ius vniuersale prætendens in aliqua diœcesi, probatis actibus particularibus aliquorum locorum, manuteneri debet in omnibus.*

14 *Per solutionem, & receptionem partis pensionis, constituitur quis in quasi possessione exigendi totam pensionem, integraliter promissam, & constitutam.*

15 *Possedisse, & præscripsisse noualia dicitur ille, qui possedit, & præscripsit decimas etiam vnius prædij.*

Quia ob vnitatem subiecti, dicitur acquisiuisse totum.

16 *Petri Surdi, in comprobationem eorum omnium, quæ numeris precedentibus dicta sunt, consilia duo admodum singularia in proposito ponderantur.*

17 *Balbi etiam, Antonij Gabrielis, Peregrini, & Augustini Barbosæ, conuenientes omnino resolutiones in medium proferuntur.*

18 *Regulæ omnes prædictæ, quod vtens in parte, conseruat sibi ius in totum, & quod vbi adest titulus vniuersalis, per vsum partis conseruatur ius in toto; & quod de priuilegio, iurisdictione, præscriptione, & aliis dictum est, non procedere, quando probaretur, alium possedisse, & præscripsisse partes alias.*

Quia per possessionem alterius, regulæ omnes ipsæ locum non haberent.

19 *Per vsum, exercitium, & possessionem in parte Tertiarum, hoc est in aliquibus partibus, locis, & prouinciis, non acquiri, siue non conseruari possessionem in aliis partibus, locis, & Prouinciis, vbi exacta non sunt, ad effectum, vt immemorialis præscriptio aduersus exemptionem à solutione earum procedere non valeat.*

Imò exemptionem ipsam, & libertatem non soluendi præscribi posse ab illis, qui tempore immemoriali Tertias non soluerunt.

Idque ex clara detisione dictæ l. primæ, titulo 21. lib. 9. *prout hic ponderatur.*

10 *Et Francisci Salgadi obseruationes nonnullas in proposito nihil in contrariũ vrgere aut cõcludere.*

11 *Et eiusdem* l. primæ, titulo 21. *constitutionem, iuridicam esse, prout hic adnotatur.*

22 *Per vsum partis, conseruari ius in vniuersum, quando secundum subiectam materiam, casus, aut actus sunt connexi, aut annexi, aut per vnitatem quasi indiuidui.*

23 *Possessio quesita, & retenta in parte, retinetur in toto, propter iurium vnitatem ratione causæ generalis.*

24 *Ex possessione rei principalis, censetur continuari possessio in annexis, & accessoriis.*

25 *Per vsum & exercitium partis, conseruari ius in vniuersum, quando actus sunt annexi, vel connexi, vel propter vnitatem indiuidui, aut connexitatis; comprobari authoritate quamplurimorum iuris Interpretum, prout hic obseruatur, & numeris seqq.*

26 *Via seruitus per certum locum, quando à pluribus vni debetur, si per longitudinem diuidatur, duæ sunt seruitutes.*

27 *Priuilegium amplissimum habens, si eo strictè vtatur, sibi præiudicat, & non poterit postea largè vti, si per legitimum tempus, à lege statutum sibi præiudicauerit.*

28 L. 3. ff. de acquit. possession. *ratio redditur.*
Et eius decisio non procedit, quando fundi essent diuersi & separati.

29 *Andreæ Georgij in eo dubio, vtrum possessione vnius rei feudalis capta, cæterarum etiam rerum capta intelligatur; locus singularis & notabilis expenditur, quo nonnulla congessit, & resoluit, quæ huiusce capitis dubio, & quæstioni Tertiarum excitatæ, mirè conueniunt.*

30 *Andreæ quoque Tiraquelli, in eodem proposito, memorabilis resolutio ponderatur.*

1 HVIVSCE capitis disceptatio, atque altercatio, admodùm necessaria, & præcisa etiam est ad veram intelligentiam, & explicationem *dictæ l. prima, titulo 21. libro nono.* frequentissimè namque, cùm Ecclesiæ, Ecclesiastici, & alij immemorialem præscriptionem allegant non soluendi Tertias, vt se eximant, & liberent a præstatione ipsarum; Regij Fiscales Immemorialem eandem elidere intendunt, *y aunque no lo fundan mas que con vn motiuo solo, ò fundamento, y tan corta, y breuemente, que si se miran, y leen con cuidado, y atentamente todas quantas allegaciones en derecho han dado hasta el dia de oy de muchos años a esta parte, no se hallaran en ninguna veinte renglones escritos en este articulo. Y los Abogados tambien todos, que por las Iglesias, y Eclesiasticos han escrito, han procedido tambien con tanta breuedad, y sumariamente, y sin ponderar textos, dotrinas, y authoridades de Authores, que todo quanto en este capitulo escriuo, y obseruo, ha sido juntandolo, y dispuniendolo con mucha consideracion, diligencia, y trabajo, sin que aya papel ninguno, de que me aya podido valer, y casi en todo lo escrito en este tratado, y en todos los capitulos del, me ha sucedido lo mismo, como me sucedio en el tratado* de vsufructu, *en los mas capitulos, exceptos los de questiones muy vulgares. Digo pues, que los Fiscales pretenden elidir, y deshazer la immemorial, diziendo, demas de lo que queda dicho en los capitulos precedentes; que los Romanos Pontifices concedieron, y dieron las tercias, que son los dos nouenos a los señores Reyes de Castilla, y que este derecho todo, es vno solo, y vno mismo en todas partes, en todos los lugares, y en todo el Reyno, y contra todas las Iglesias, y personas, que perciben diezmos, como la concession, y gracia en efecto fue toda vna. Y que con auer percibido, y lleuado tercias en tantas partes, y lugares, y cobradolas de muchas Iglesias, y personas Ecclesiasticas, desde el tiempo de las concessiones, han retenido, y retienen los señores Reyes de Castilla el derecho, en todas partes, tierras, y prouincias, y en todo el Reyno, y que basta, auerlas percibido, y lleuado en tantas partes, y el vso, exercicio, y possession en ellas, para que le ayan conseruado en todas, y generalmente contra todas las Iglesias, y personas, que perciben, y lleuan diezmos, y que el vso, y exercicio en parte, esto es, en auer cobrado de tantas Iglesias, y personas, y en tantas partes, ha obrado, y obra, que en ninguna parte, ni por persona ninguna se ayan podido prescribir, aunque no se ayan pagado en ningun tiempo, porque sin possession no puede auer prescripcion, y los señores Reyes son vistos por derecho posseerlas en todas partes, por la possession en tantas partes, y auerlas cobrado de tantas Iglesias, y personas, y que este vso, exercicio, y possession en parte, obra para que se conserue, y sea visto retenerse vniuersalmente en el todo, y en lo vniuersal.*

Las Iglesias, Ecclesiasticos, y otras personas, que perciben, y lleuan diezmos, replican, que la inmemorial ha lugar, y procede por clara, y expressa disposicion de la dicha l. primera, titulo 21. libro nono, *indistinctamente, en todas las partes, y Iglesias, y para todos los que de tiempo immemorial no huuieren pagado, y que el derecho, que ay contra cada vna de las Iglesias, y personas, que perciben diezmos, es separado, y diferente, y independente el vno del otro, y no connexo, ni accessorio, ni que tenga vnidad por razon, ò respecto de algun indiuiduo, aunque la concession es vna, y que assi, las que por tiempo inmemorial despues de la misma concession no huuieren pagado, han acquirido exempcion, y libertad de no pagar, conforme a la misma ley primera, y que la possession, vso, y exercicio en vna parte, esto es, auer cobrado en muchas partes, y de muchas Iglesias, y personas, no puede aprouechar, para impedir el efeto, y curso de la inmemorial en otras partes, y Iglesias, y contra otras personas separadas, y distinctas, con quien no se puede considerar annexion, ni connexion, ni vnidad tan poco, respecto de algun indiuiduo.*

Per la vna, y por la otra parte he considerado diferentes medios, y motiuos, que se iran ponderando por su orden.

Et primo loco, atque in fauorem Regum nostrorum Hispaniæ vrgere videtur, quod ex 2
quo, dicta gratia, & concessio Apostolica Tertiarum, tota est vna, quæ respicit vnum & idem, & totum ius vniuersale in vniuersum, per vsum partis: *esto es, por auer vsado del priuilegio, y gracia en tantas partes, y cobrado tercias de tantas Iglesias, y personas,* conseruetur, & retineatur vniuersum ius in totum, *esto es, en todas partes, y contra todos los que perciben, y lleuan diezmos, aunque no ayan pagado tercias,* idque iuxta textum vulgatum, *in l. si stillicidij, octaua. §. primo, cum leg. sequent. ff. quemadmodum seruit. amitt.* vbi sic scribitur.

scribitur. *Is, qui per partem itineris it, totum ius vsurpare videtur:* idest, *retinere*, prout Glossa *ibi* explicat, & Bartolus *in summario* scripsit, *per vsum partis loci seruientis, vel ad partem loci dominantis, tota seruitus retinetur:* & in l. sequenti, sic scribitur, *si in partem agri aqua fluxit, etiamsi non ad vltima loca peruenit, omnibus tamen partibus vsurpatur: l. is qui vsumfructum 20. ff. quib. mod. vsusfr. amittat.* vbi si is, qui vsumfructum habet, tantum vtatur, & non fruatur, sciens tamen se vsumfructum habere, nihilominus & frui videtur, siue (vt Bartol. *in summario* deduxit) vsu par-
3 tis, retinetur ius totius vsusfructus, *lex 3. ff. de acquirend. possession.* vbi probatur, quod per ingressum partis, quæritur possessio totius fundi, ita quod sufficiat, quamlibet partem, vel glebam fundi intrare, nec sit necesse omnes eius partes deambulare, vt constat ex illis verbis: *Non vtique ita accipiendum est, vt qui fundum possidere velit, omnes glebas eius circumambulet; sed sufficit, quamlibet partem eius fundi introire, dum ea mente, & cogitatione sit, vt totum fundum vsque ad terminum velit possidere.* Exornat, atque explicat Anton. Gomezius, *in l. 45. Tauri, numero 35. 36. & 37.* Ioann. Cephalus, *in consilio 367. numero 15. & sequentibus, libro tertio*, vbi ex aliis comprobat, quod possessionem totius fundi acquirit, qui ingreditur certam partem illius. Et decimandi quasi possessionem acquirit in toto fundo, qui eam acquirit in aliqua parte. Et ius decimandi partem fundi, de nouo ad culturam redacti, ei competit, qui habet ius decimandi partem priorem. Facit etiam textus, *in l. arboribus, § de illo, ff. de vsufructu, & in l. 3. versiculo, dare, ff. eodem titulo*, vbi probatur, quod per ingressum fundi, de voluntate concedentis, quæritur ius vsusfructus: non est ergo necesse, quod in omnes partes ingrediatur, sed sufficit attingere quamlibet eius partem; sicuti Innocentius, & alij Authores deducunt, & notarunt Anton. Gomez. & Cephalus, *vbi suprà.*

4 Deinde non mediocriter vrgent omnia illa fundamenta, quæ Franciscus Salgadus; *in tractatu de Regia protectione, tomo secundo, parte tertia, capite 10. ex numero 98. vsque ad numerum 136.* cumulat, atque considerat; vt comprobet atque defendat, Reges nostros Hispaniæ, qui indultis, & priuilegiis Sedis Apostolicæ vsi fuerunt in quamplurimis beneficiis, ex eo, quod eisdem indultis, & priuilegiis non fuissent vsi in aliquibus beneficiis, ius præsentandi per non vsum non amisisse, nec aduersus Reges ipsos præscribi potuisse, quoad beneficia, in quibus vsi non sunt indultis, quæ propriissimè, casui præsenti conueniunt.

In primis namque ponderat, quod cum Romanus Pontifex, semel indulta, & priuilegia concesserit, & de intentione eius constet, quod voluerit, Reges Hispaniæ eis perpetuò frui; inferiores, siue indultis non vtendo, siue ex contrariis actibus, sine tamen eiusdem Papæ expresso assensu, eam elidere non valent; & citat Philip. Franc. Ancharan. Geminian. Veral. Puteum, & Marquesan.

5 Deinde inquit facere, quod Cæsarea Maiestas eis indultis maiori parte vsus est (prout Regia concessione, quoad Tertias, maiori ex parte vsi sunt Reges Hispaniæ) sed vsus priuilegij in parte illud operatur, vt quamlibet præscriptionem aduersus illud inductam penitus interrumpat, vt per Riminaldum, & Ioannem Garciam, quos *ibi* refert, *numero 100. & 101.* vndè infert ipse Salgadus, *numero 102.* quod præscriptio aduersus priuilegia, vllo tempore non potuerit procedere, quia per vsum eorum, in cæteris beneficiis huius speciei, retinet, & conseruat ea priuilegia quoad alia, in quibus vsus non fuit, vtpotè cùm in his, in quibus adest titulus, 6
per vsum partis, retineatur vniuersum ius quoad quaslibet species sub eo contentas; iuxta doctrinam Bartoli, *in l. prima §. siquis hoc interdicto, ff. de itinere, actúque priuato.* Quod si quis habet concessionem à Superiore (prout habent ijdem Reges nostri Castellæ, concessionem, & gratiam Tertiarum) vsus iurisdictionis in vna parte, tribuit vsum in alia, conseruátque vniuersum ius. Et Bartolum sequuntur Authores plures, à Salgado relati *ibi*, *numero 103. & sequentibus, vsque ad numerum 110.* & in iuribus incorporalibus, quod per vnum actum acquiratur, & conseruetur possessio totalis in totum, scripsit Baldus, *in l. 2. numero 2. C. de seruit.* & alios refert 7
Maurus, *allegatione 43. numer. 19. & 20. parte* 8
prima. Et iurisdictionem, aut ius vniuersale, qui habet, si exercet illud in aliquibus casibus, & personis particularibus; in vniuersum, ius ipsum conseruat; Oldradus, *in consilio 171. num. 24. & in consilio 274. numero 17.* Baldus, *in l. prima, numero 24. C. de emancipat. liberorum.* Felinus, *in cap. auditis, numero 19. de praescriptionib.* Pet. Surdus, *in consilio 429. numero 43. & sequentibus*, Stephan. Gratianus, *tomo 3. capite 425. numero 43.* Rota, *decisione 139. numero 12. parte 2. diuersorum*, Farinacius, *decisione 536. numero 3. parte 2.* Gilrenius *in loco referendo, numero 11.* Marescotus, *variar. resolution. cap. 11. numero 34.* & cum multis, Salgadus, *de Regia protectione, parte tertia, capite 10. numero 104.* vbi quod vsus iurisdictionis 9
in vna parte concessionis, tribuit vsum in alia, & 10
conseruat omne ius. Et id ipsum, & ob eandem rationem, in priuilegiis resoluunt Mantica, *decisione 120. numero 6.* Seraphinus, *decisione 143. numero 4.* Decius, *in consilio 270. numero 2. & 6.* vbi in causa Ducis Metinæ Sidoniæ, quod per vsum partis in priuilegio, conseruatur priuilegium piscandi in vniuersum: Ioseph. Oldradus, *de priuilegiis, parte prima, priuilegio 11. numero 23.* Tiraquellus, *de primogenitura, quæstione 39.* Ioann. Garcia, *de nobilitate, glossa prima, §. primo, numero 79. ante finem*, & in præscriptionibus, idem quoque notauit Salgadus, *de Regia protectione, parte 3.* 11
capite 10. numero 105. post alios plures, quos retulerat *numero 104.* & vltra relatos ab eo, Ludou. Molina, *de Hispanor. primogen. lib. 2. capite sexto numero 17. & 18.* vbi ex sententia aliorum scripsit, quod ius vniuersale præscriptum, extenditur ad omnes res, & personas, quæ sub illo comprehenduntur, alio non existente in possessione.

Præterea ponderat Salgadus metipse, *eodem capite 10. tertia partis, numero 107.* Mattam *in tractatu de iurisdictione, prima parte, capite 26. numero 79.* dicentem, quod Regnum, cuius aliquæ Ciuitates Imperio parent, ei totum subiectum censetur, quia sufficit partis tantum habere pacificam possessionem, vt totius eam habere intelligatur, per text. *in dicta l. 3. ff. de acquirenda possess.* per quem, quamplurima etiam congerit Pet. Gilrenius, *de praescriptionibus, prima parte, capite sexto, ex numero primo, vsque*

ad numerum 51. *ex folio* 69. *&* 70. vt comprobet, quod concessione facta à Superiore, qui vsus est vna parte iurisdictionis, is totam iurisdictionis possessionem nactus videtur, prout latius *ibi* videri poterit.

12 Inquit etiam idem Salgadus, *dicto capite* 10. *partis tertia*, *numero* 108. *& tribus sequentibus*, pro eadem parte facere, quod quando agitur de conuersatione iuris iam quæsiti, non verò de acquisitione, nihil curamus de Regula illa, scilicet, Tantum præscriptum, quantum possessum; sed per vsum in parte, conseruamus nobis ius in toto, quod olim competebat; quia aliud est, acquirere, aliud conseruare: *dicta l. vna est via, ff. de seruitut. rusticor. prædiorum*, cum similibus: ergo per vsum partis debet retineri, & conseruari ius in omnibus, sicuti tenent multi Authores, *ibi* relati. Et etiam *num.* 112. vbi addit Salgadus metipse, quod generaliter, vtens in parte priuilegio, conseruat possessionem in toto priuilegio, & quod de vno casu vnius speciei, ad alium casum eiusdem speciei, extenditur possessio, & præscriptio. Et comprobat etiam, *numero* 113. 114. *&* 115. vbi quod per vsum, & exercitium vnius iuris, seu articuli, comprehensi sob vniuerso, infertur ad possessionem iuris vniuersalis, vt latius fundat, & multa cumulant Felinus, & alij relati *ibidem*, *& numero* 116. 117. *&* 118. vbi etiam, quod in iuribus incorporalibus, per acquisitionem, aut possessionem partis, ius retinetur in toto; quia quando causa vniuersalis adest in vtente, magis debet attendi, quàm ipse actus particularis, seu illius actus exercitium, cùm causa sit vniuersalis; vt per Baldum, & alios plures, & inferiùs repetit *num.* 125.

Adducit quoque idem Salgadus, *numero* 119. celebrem Oldradi resolutionem, quam sequuntur permolti, *ibi* commemorati; quod si exerceo vnum, vel doos actus ratione vniuersalis iuria, quod mihi prætendo competere, fit extensio ad alias personas, & ad alios actus, dummodo non diuersos ab actibus, in quibus fuit inducta, & apprehensa possessio, seu præscriptio. Et oddit *vsque ad numerum* 126. quod effectus præscriptionis, aut possessionis causatæ à iure reali vniuersali, extenditur ad omnes illos, aduersus quos præscriptum, aut possessum non fuit, & ad particularem speciem iuris comprehensi sub vnico iure vniuersali; quod nonnullis exornatur vsque *ad numerum* 131. ex quo *numero*, *cum sequentibus*, multorum aliorum Authorum allegatione compro-
13 bat, quod quando quis prætendit ius vniuersale in aliqua diœcesi, probatis actibus particularibus in aliquibus locis eiusdem, extenditur quasi possessio probata, ad omnia alia loca eiusdem diœcesis, atque pro ea est danda manutentio, &
14 per solutionem, & receptionem partis pensionis, constituitur quis in quasi possessione exigendi totam pensionem, integraliter promissam, &
15 constitutam, ille etiam dicitur possedisse, & præscripsisse noualia, qui possedit, & præscripsit decimas, etiam vnius prædij, quia ob vnitatem subiecti, dicitur acquisiuisse totum, sicuti tenent quamplurimi, quos refert idem Salgadus, *numero* 134. & concludit *numero* 143. *&* 144. in hæc verba: *Sicque satis comprobatum remanet quod ex iure patronatus vniuersali, vigore priuilegij conseruati in parte, retinere, & extendere ius in toto & ad beneficia, qua consistoralia noniter reperiantur, & cognoscantur. Pro quo facit celebris doctrina textus, in cap. cum in tua, de decimis, per quem, & in cap. commissum, & cap. cum in tua, eodem titulo, dicunt permulti, quod probans possessionem ex priuilegio decimandi in toto aliquo territorio, respectu fructuum, qui in eo aliàs nascebantur, iuuatur etiam respectu nonalium postmodùm repertorum in eodem territorio, adeo vt si de nouo plantentur vites, vel nuces, in vno prædio, in quo quis præscribit decimas, hoc casu etiam habebit decimas ex illis arboribus, de nouo plantatis, &c.* Et comprobari potest ex traditis per Fontanellam, *de pact. nupt. tomo primo, clausula* 4. *glossa* 19. *parte prima, folio* 317. *num.* 67. vbi quod vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri; vnde per possessionem decimandi in vna specie fructuum conseruatur possessio, & ius in aliis speciebus; & ideo concessa possessione, vel iure in vna, non possit denegari in alia, & *num.* 77. *&* 78.

Et hactenus de his, quæ Franciscus Salgadus, 16
dicto in loco cumulauit, & pro parte Regum nostrorum ponderari possunt in proposito; vltra quem, & ponderari potest Pet. Surd. *in consil.* 390. *libro.* 3. (quem Salgadus non citat) vbi nonnulla considerauit, quæ mirè conueniunt superioribus: & *n.* 37. *&* 38 *fol.* 524. specificè notauit post alios multos, quos citat, quod qui habet concessionem à Domino, si ea vtatur in vno actu, illam retinet in omnibus, & quod vtendo quis iurisdictione in vno actu, præscribit, & retinet ius in omnibus, qui sub illa specie continentur. Et vassallus exercens ius cognoscendi causas appellationum, non solum præscribit contra eos, qui appellarunt, & qui passi sunt, sed etiam contra omnes: & quòd hæc procedunt sine dubio, quando agitur non de simpliciter acquirendo, sed de iure quæsito retinendo; quia per actum singularem, retinetur possessio totius iuris in vniuerso; & quod retinet totum, qui vno vtitur; & ideo, si habens iurisdictionem, cognouit per accusationem maleficia commissa, retinet ios cognoscendi per inquisitionem; & concludit Surdus, *in finalibus verbis eius consilij*, in hæc verba: *Cum igitur Domini Maceti cognouerint contra illos particulares qui iuerant venatum, retinent ius prohibendi omnibus de eodem loco.*

Idem Surdus, *in consil.* 323. *ex num.* 44. *cum sequentibus lib.* 3. *fol.* 143. vbi singulariter, atque in hunc modum scribit: *Quod verò supra allegatum est, cognitiones prædictas nocere solum illis, qui acquieuerunt, & consenserunt cognosci, non etiam aliis; non subsistit: quia imò cum D. Comes habeat generalem titulum, & facultatem cognoscendi quoad omnes, ex quo vsus est ea potestate contra aliquos, acquisiuit sibi possessionem, seu quasi cognoscendi contra omnes; quia ista iurisdictio, respectu appellationum, est eiusdem speciei; Bartol. in l. prima, §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actúque priuato, vbi, qui habet iurisdictionem quoad omnes, vtendo quoad aliquos, constituitur in possessione quoad omnes: sequitur Abbas in cap. cum olim, num.* 6. *de præscript. ponit exemplum in eo, qui fundi partem ingreditur; quamuis enim totum fundum non circumambulet, totius tamen fundi possessionem apprehendit, l.* 3. *ff. de acquir. possess. Butri. in cap. finali, col.* 3. *de causa possession. & propriet. & fuit opinio Cyni, in l. prima, C. de emancipat. liberor. vbi dicit quod exercens iurisdictionem, circa aliquem actum, acquirit possessionem quoad omnes alios, qui sunt sub eadem specie iurisdictionis. Sequitur Salicet. ibi in fine, Bald. in l. Imperium, vbi Castrensis, num.* 4. *&* 6. *vbi loquitur, tam respectu actuum, quàm personarum: nam diuersitas eorum non impedit, si non sit transitus ad aliā speciem:* & idem Surdus id prosequitur,

ſequitur,& refert alios Authores, ita tenentes, & dicentes, quod acquiritur poſſeſſio, quoad omnes actus, qui ſunt ſub eadem ſpecie, & hac ratione non dicitur extenſio. Inquit etiam, quod quamuis Innocent. *in cap. dilectus, de capel. monachor.* videatur velle, quod fiat præiudicium, & acquiratur poſſeſſio contra eum ſolum, contra quem fuit cognitum; tamen communis opinio eſt in contrarium, imò ſi bene videatur ipſe, probat hanc partem; & clarè quoad perſonas, ponit Cynus, *in dicta l. prima, num.* 2. quia ſat eſt, quod quando fuit appellatum, ipſe cognouerit; & ſi aliæ cauſæ contigiſſent, eas quoque cognouiſſet: ſubditque, quod in dubio præſumatur, quis eo iure vti animo acquirendi quoad omnes: ſequitur *ibi* Salicetus, *numer.* 6. vbi ſi quis per conſuetudinem acquiſiuit ius contra aliquas perſonas iudicandi, poterit etiam iudicare contra alias, quæ ſunt comprehenſæ ſub eadem ſpecie iuriſdictionis; expreſſiùs id probauit Oldrad. *in conſil.* 254. *colum.* 2. *verſicul. Quintò opponitur:* dicens, quod iuriſdictio eſt vnum totum, & eius poſſeſſio acquiritur faciendo aliquos actus in perſonas aliquas, animo acquirendi vniuerſaliter iuriſdictionem: quamuis ſinguli actus iuriſdictionis non exerceantur contra ſingulos. Et dicit Abbas, *in cap. cum in tua, num.* 3. *de decimis*, quod exercens aliquem actum iuriſdictionis, animo acquirendi iuriſdictionem quoad omnes, acquirit vniuerſaliter iuriſdictionem quoad omnes: & probant alij, *ibidem* relati per Surdum, qui concludit, quod in incorporalibus, vt eſt iuriſdictio, poſſeſſio conſiſtit in aptitudine, ſicut in actu; & quod poſſeſſio totius iuris in vniuerſo, retinetur per actum ſingularem: & quod vbi ius vnum reſpicit plura, vtendo in vno, conſeruatur in omnibus.

Auguſtinus etiam Barboſa, *in remiſſionibus ad*
17 *Decretales, in cap.* 1. *de religioſis domibus, num.* 4 *fol.* 1004. vbi ex communi ſententia, & multis relatis Authoribus obſeruauit, quod poſſeſſio vnius actus iuriſdictionis, inducit idem in omnibus, & vt Prælatus dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione iurium, in quibus habet intentionem de iure fundatam, non requiritur actus poſſeſſionis poſitiuus in quocunque actu, ſed poſſeſſio vnius actus trahitur ad omnes alios actus.

Balbus quoque, *in tractatu de præſcriptionibus, ſecunda parte tertiæ principalis, ex num.* 11. *vſque ad numerum* 27. *ex folio* 45. eaſdem Surdi, & aliorum traditiones communes, quamplurimis exornauit, & notabiliter tradidit *ex numero* 21. quod vſus partis, iuris comprehenſi ſub vniuerſo, comprehendit vſum alterius partis, ſub eodem vniuerſo comprehenſæ, & *num.* 26. quod quaſi poſſeſſio totius iuris retinetur per vnum actum ſingularem, & hæc, & alia commemorat Anton. Gabriel, *commun. concluſion. lib.* 5. *tit. de præſcriptionibus, concluſione ſecunda*, & nonnulla Farinacius, *deciſione* 491. *partis primæ, tom.* 2. Mareſcotus, *variarum reſolution. lib.* 1. *cap.* 11. *ex num.* 23. *cum ſequentibus, & num.* 31. 32. *&* 33. ſpecificè annotauit, quod poſſeſſio vniuerſalis attenditur, atque ex ea, manutentio datur, quamuis ius commune reſiſtat; vbi datur titulus, ſeu priuilegium; & reddit rationem, quia probato priuilegio, ceſſat iuris aſſiſtentia, cum poſſeſſio iuſtificatur ex titulo, & conſequenter permittatur extenſio ipſius poſſeſſionis, quæ erat prohibita: nam (vt inquit Baldus, ibi relatus) magis eſt conſideranda cauſa, quam exercitium ipſius actus, vnde, etiam per vnicum actum ſingularem, ſi tamen cauſa, ſeu priuilegium ſit vniuerſale, acquiritur vniuerſalis poſſeſſio manutenibilis: & tandem refert doctrinam Bartoli, *in dicta l. prima, §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itinere, actúque priuat.* quod vtens iuriſdictione in vno actu, retinet poſſeſſionem in omnibus.

Denique & vltimo loco, in fauorem eiuſdem partis vrget Peregrini locus, *de iure fiſci, lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 30. *fol.* 148. vbi in hunc modum ſcribit: *Item nota, quod ſi fiſcus vel R. P. exegit vectigal ab aliis, ſed non ab vno priuatorum, non præſcribit iſte immunitatem: quia ius eſt vnum exigendi ab omnibus, non diuerſa iura contra ſingulos: ſic eleganter Bartolus in dicto §. earum adducit textum in l. vacatus, C. de Decurion. lib.* 10. *quare conſuetudo vnius priuati non eſt attendenda, quia ius domini integrum conſeruatur per exactionem ab aliis, ad hoc text. in l. qui fundum, & in l. penultima, ff. quemadmodum ſeruitut. amittan. & ſequuntur Angelus, & Cumanus ibi, Ruinus, in conſilio* 217. *col.* 4. *in principio, lib.* 1. *Rolandus à Valle, conſilio* 5. *col. vltima, in primo.*

Et hæc ſunt, quæcunque in fauorem Regum noſtrorum dici, atque cumulari poſſunt, vt fundetur, per vſum, & exercitium in parte, & poſſeſſionem percipiendi Tertias multis in locis, & à multis conſeruatum fuiſſe ius vniuerſum in totum, omnibus in partibus, & contra omnes, qui ad earum ſolutionem tenentur, vt præſcriptio aliqua contra ipſos procedere non potuerit.

Pro contraria tamen parte, & contra Reges ipſos, & vt præſcriptio immemorialis procedere valeat, ſi nonnulli per tempus immemoriale Tertias non ſoluerunt, fortiſſimè vrget generalis deciſio *dicta l. prima, tit.* 21. *lib.* 9. *noua collect. Regia*, in qua, ſicut titulus, ita & immemorialis præſcriptio amittitur, vt à ſolutione Tertiarum ſe eximere, & liberare quicunque valeat; itaque Eccleſiæ, Eccleſiaſtici, & omnes, qui tempore immemoriali, in poſſeſſione fuerunt non ſoluendi Tertias, præſcribere ius non ſoluendi in perpetuum, lege ipſa potuerunt; nec in conſideratione, in eadem lege habetur, quod ab aliis perſonis, vel in aliis partibus, Tertias eaſdem Reges perceperint, ſine quod ſint in vſu, & poſſeſſione alibi percipiendi, & quod multis in partibus, & à multis perceperint: ſed ex tenore & verbis legis ipſius dumtaxat colligitur, atque deducitur; quod ſi hi, qui aliàs ſoluere Tertias debebant, in poſſeſſione non ſoluendi fuerint, & per tempus immemoriale non ſoluerunt, in futurum exempti, & liberati remaneant; quod iure, ita ſtatui debuiſſe, probauit Par. Franciſc. Suarez, *de legibus, lib.* 8. *cap.* 34. *num.* 15. *&* 16. *pag.* 696.

Et comprobatur euidenti, & vera ratione, quia lex ipſa Regia prima, principaliter forſitan excitata fuit, vt immemorialem præſcriptionem admitteret; quia regulæ prædictæ, *numeris præcedentibus* comprobatæ, quod vtens in parte, conſeruat 18
ſibi ius in totum: & quod vbi adeſt titulus vniuerſalis, per vſum partis, conſeruatur ius in totum, quoad quaſlibet ſpecies ſub eo comprehenſus: & quod priuilegij vſus in parte, interrumpit quamlibet præſcriptionem, aduerſus illud introductam: Et quod cauſa vniuerſalis, quando adeſt in vtente, potius attenditur, quàm particulare exercitium: hæ inquam regulæ, non procedunt, alio poſſidente, ſiue in poſſeſſione exiſtente eius iuris, de quo agitur; quia poſſeſſio in parte, ſiue in aliquibus actibus, aut reſpectu aliquarum perſonarum, non trahitur ad alios actus, ſiue ad alias perſonas, in quibus agens non reperitur in poſ-

cessione; sed alter potius, contra quem agitur, in quo vnanimiter omnes Interpretes conueniunt, atque ex communi Doctorum sententia refert Antonius Gabriel, *commun. conclusion. lib. 5. dicta conclusione 2. de præscriptionibus, ex num. 25.* Augustinus Barbosa, *in cap. 1. de religios. domibus, num. 4. fol. 104.* Gilrenius, *de præscriptionibus, part. 1. cap. 6. num. 7. fol. 71.* in illis verbis: *Secunda declaratio est, quod si nemo sit in possessione, tunc quendam iurisdictionis munia obeuntem, totam nancisci, &c.* Et inferius, *num. 11.* in illis verbis: *Sed sane, cum hac declaratione, si alium in possessione esse ponamus, non procedant, &c.* Et num. 12. ibi: *In cuius quasi possessione, iam alter versetur,* & num. 17. fol. 73. vbi sic scribit: *Et vnum actum iurisdictionis, vel alterius iuris, vt decimarum, patronatus, &c. exequentem, si alius in possessione non sit, totam causam possessionis, & inde præscriptionis, in tuto collocasse:* & iterum, num. 17. in fine, in illis verbis: *Nobis satis est, quod in hoc ipso, nobis consentiant, quod quis possit, apprehensa possessione vnius partis, totam iurisdictionem sibi adscribere, si titulus suffragatur, & nullus alius sit in possessione.* Marescotus etiam, id ipsum notauit, *variarum lib. 1. dicto cap. 11. num. 28 fol. 27.* in hæc verba: *Quod intellige verum, nisi probaretur, alium esse in possessione, si quidem in concursu particularis probationis, vniuersalis possessionis probatio non operatur, ex latè congestis per Gabrielem, de præscriptionibus, conclusione secunda, numero 24. & sequentibus, & fuit resolutum coram eodem Seraphino, in vna Hispalen. iuris decimandi, Aprilis 1567. & in allegata Valentina decimarum.*

19 Per vsum ergo, exercitium, & possessionem in parte Tertiarum, hoc est, in aliquibus partibus, locis, & prouinciis, non acquiri, siue non conseruari possessionem in aliis partibus, locis, & prouinciis, vbi exactæ non sunt, ad effectum, vt immemorialis præscriptio aduersus exemptionem à solutione earum procedere non valeat; ex dictis, & decisione *præfata legis primæ* deduci videtur; imò exemptionem ipsam, & libertatem non soluendi, præscribi posse ab illis, qui tempore immemoriali Tertias non soluerunt, ex quo in ea possessione non soluendi, per tempus immemoriale fuerunt.

20 Sic sane, Francisc. ipse Salgadus, qui Regum Hispaniæ ius adeo plenè, & constanter defendit, vt per vsum, & exercitium in parte, conseruarint in vniuersum ius patronatus Regium, quod habent in beneficiis Consistorialibus, quamuis in aliquibus beneficiis non præsentauerint, nec in possessione præsentandi sint, propositam difficultatem præsensit, eámque expressit, *part. 3. dicto cap. 10. num. 136 pag. 140.* in hæc verba: *Sed tota hæc doctrina subuerti videntur ex eo, quod tunc iuris vniuersalis possessio extenditur ad aliam speciem, etiam non possessam, comprehensam tamen sub eodem iure vniuersali, alio scilicet non existente in possessione; si quidem in concursu particularis probationis, vniuersalis possessionis probatio non operatur extensionem*, & citat Anton. Gabriel. Molinam, Innocent. Abbat. Capycium, Marescotum & nonnullas Rotæ decisiones: Et sic concludit: *Ergo cum Ordinarius reperiatur in quasi possessione conferendi illud beneficium Consistoriale noviter repertum, de cuius possessione tractatur, possessio iuris patronatus vniuersalis Regiæ Maiestatis in cæteris, non erit extendenda.*

Huic autem difficultati tripliciter respondet, vt satisfaciat Regiæ Maiestati, alterius possessionem in aliquo beneficio non obstare: verè tamen, nullum eorum responsorum facit ad propositum, nec concludit ad casum præsentem, in quo, Ecclesiæ, & Ecclesiastici, à quibus Tertiæ exactæ non sunt per tempus immemoriale, probant, & allegant immemorialem præscriptionem; & inde de ea constat, fuisse ipsos in possessione percipiendi decimas integrè, & non soluendi Tertias, quas quidem percepissent Reges nostri, si priuilegio, gratia, & concessione Apostolica vsi fuissent, nec tulissent, passique essent, vt Tertias easdem retinuissent. Vnde sequitur, quod per vsum, & exercitium in parte, priuilegium non fuit conseruatum in vniuersum, imò per immemorialem præscriptionem, & possessionem particularem amissum fuisse; nullum ergo responsum satisfacit, vt dixi, ex his, quæ adducit ex *numero* 137. Salgadus.

Non primum, quia non conuenit, nec adaptatur Tertiis, in quarum concessione, & *dicta l. prima, titulo 21. libro nono,* constitutione, non inuenitur, nec inseritur clausula decreti irritantis, vt certum est; & probatur ex serie *eiusdem l. primæ.*

Non etiam secundum, ex eo principio deductum; quod faciliùs conseruamus ius quæsitum, quàm de nouo acquirimus; nam si ex ipso principio deducit rationem, in qua fundat, quod vtens in parte, siue in aliquo, conseruat sibi ius in totum, cùm limitetur hoc in casu, quo non modò aliquis non vtitur, sed etiam alter possidet; non poterit obtinere, nec vires aliquas habere.

Non denique tertium responsum, dum non verificatur, quod Reges nostri, alij fecerint similem gratiam eiusdem iuris, & quod alius habet idem priuilegium, quod Reges ex concessionibus Apostolicis obtinent.

Idque tanto magis certum redditur, quod quamuis Salgadus tria prædicta responsa adduxerit, supponit tamen pro certo, quod immemorialis præscriptio obtinere posset contra Reges nostros in eisdem beneficiis Consistorialibus, in quibus loquitur; prout constat eodem loco, *num.* 148. vbi in hunc modum scribit: *Et illud est aduertendum, quod in horum Consistorialium beneficiorum præscriptione, non potest dari Immemorialis, quæ requiritur saltem, cum sit huiusmodi beneficiorum ius patronatus incorporatum cum Regia Corona, vt constat ex dicta Bulla Adriani, & ideo est de Regalibus; quæ nisi per tempus Immemoriale acquiri non possunt: vt per text. in cap. super quibusdam, §. præterea, de verborum significatione, tenent Abbas, Bartol. Landens. Isernia, Mascardus, Conrad. Felin. Peregrinus, & Mieres, & à tempore dictorum indultorum vsque nunc præsens, non potuit in his beneficiis Consistorialibus induci nec formari immemorialis præscriptio, cùm nondum sint transacti centum anni.* Specificè ergo obseruauit (vt vides) quod immemorialis præscriptio, quæ ex possessione particulari resultaret, noceret, si cum ipsa possessione particulari, centum anni decurrissent; & consequenter profitetur expressè, id non contingere eo quod Immemorialis operari non posset eo in casu, sicuti in Tertiis operatur, ex clara decisione *dicta l. prima, tit. 21.* Sed quia non fluxit tempus, ad Immemorialem necessarium, agnoscit etiam consequenter, quod data, & probata immemoriali præscriptione, vsus, aut exercitium in parte, non conseruaret ius vniuersum in totum, in his beneficiis Consistorialibus, in quorum possessione præsentandi non extitissent; quamuis præsentandi in aliis pluribus, pacificam possessionem Reges habuissent. T

segen

segun esto con la opinion comun de tantos Anthores, como cita, confiessa Sa'gado, que la Inmemorial en aquellos terminos, y en los de la dicha ley primera, titulo 21. se admite, y debe admitir en fanor de todos los que por tiempo inmemorial estauieren en contraria possession, aunque los Señores Reyes, en otras partes, ò en otros beneficios huuiessen posseido, y exercido, y vsado su derecho llana, y pacificamente. Et consequenter, quod data possessione particularis alterius, non procedunt, & limitari debent permultæ illæ doctrinæ, quas antea attulerat ad probandum, quod vsus, & exercitium in parte, conseruat ius vniuersum in incorporalibus.

21 Y en nuestros terminos de las Tercias, y de la misma ley primera, titulo 21 lib. 9. viene a ser precissa, y necessaria esta intelligencia, con vna consideracion, que yo hago, porque si por auer percibido, y cobradolas en parte, esto es, en algunas partes, y lugares, y de algunas Iglesias, y otras personas, & sic, auer vsado de la gracia, y concession en parte, conseruaran los Señores Reyes, el derecho in totum, y vniuersalmente, y se excluyera, que en ninguna parte; aunque no huuiessen pagado Tercias por tiempo inmemorial, no corriera, ni procediera la prescripcion; viniera a ser frustratoria, superflua, y sin obrar efecto la decision de la dicha ley primera, que admitio la prescripcion inmemorial indistincta, y absolutamente, respeto de todas las Iglesias, y Comunidades, y de todos los que por tiempo inmemorial no huuiessen pagado; porque para que se diera lugar a la misma inmemorial, era necessario, que en ninguna parte los Señores Reyes huuieran cobrado Tercias, ni vsado del priuilegio, y que en todas partes, y en todos los lugares, y todas las Iglesias, y Ecclesiasticos, y todos los que perciben, y lleuan diezmos, a vna todos juntos prescribiessen juntamente, y que en ninguna parte, ni por persona ninguna se huuiesse pagado, y consiguientemente restringir la facultad de poder prescribir por tiempo inmemorial las Tercias, tan absoluta, y generalmente concedida por la dicha ley primera, a un caso que no puede ser, ni suceder, y que es impossible verificarse, esto es, que en ninguna parte, ni de persona ninguna cobrasse, ni huuiesse cobrado Tercias su Magestad, y que en todos quantos en el Reyno perciben, y lleuan diezmos, corriesse la inmemorial juntamente: que es, y seria vn absurdo grande, y cosa no imaginada por la ley misma primera, que llana, y generalmente quiso, que los Señores Reyes de Castilla cobren Tercias (que son los dos nouenos) de todo lo que se diezma: pero que en todas partes, y en todos lugares, y con todas personas, obre, y cause exempcion, y libertad de pagarlas la inmemorial, si por tiempo inmemorial huuieren estado en possession de no pagarlas, ni huuieren pagado, aunque de otros se ayan cobrado en muchas partes.

Y de aqui es, que los tiempos passados, los grandes, y muy doctos Fiscales, que en mi Consejo de Hazienda huuo, que fueron personas de singular ingenio, y eradicion, y Abogados famosos, auian sido quando se trataua de cobrar las tercias de Iglesias, y otras personas, y se opponian con la inmemorial prescripcion, y possession, en que estauan de no pagar; dumtaxat, inquirian, mirauan, y apurauan, vtrùm la inmemorial, estuuiesse bien probada y verificada, y con los requisitos necessarios, y calidades precissas, & tempore, iure requisito, nunquam tamen opponebant, ni articulauan, ni inquirian, si por el vso en parte, y por auer cobrado en tantas partes, se conseruaua el derecho in vniuersum, para impedir la prescripcion en las demas partes, que no auian pagado; porque supponian, y tenian por cierto, que esto era manifiestamente contra la decision expressa de la dicha ley primera, y contra su intelligencia comun, y que el vso, y exercicio en vnas partes, no impide el curso, y perfeccion de la inmemorial en otras, adonde no se han cobrado Tercias.

Ni tampoco los Fiscales mismos tan doctos reparauan, en que para proceder, y perficionarse la prescripcion inmemorial, fuesse necessario, que las Tercias se huuiessen separado de los diezmos, y que separadas, y apartadas, y de por si, se huuiessen posseido; porque conocian, que esto era ageno, y totalmente estraño de la mente, y palabras de la misma ley primera, como queda fundado en otro capitulo.

Y assi, sin atender a estas dos calidades, ò imaginadas sutilezas, an salido muchas sentencias, y despachadose muchas executorias en el Consejo, en fauor de las Iglesias, comunidades, y personas, que perciben, y lleuan diezmos, para que no paguen tercias, y por la inmemorial ayan ganado exempcion, y libertad de no pagarlas, eo ipso, que han prouado la inmemorial con sus requisitos necessarios, sin atender, ni tener consideracion, a que el vso en parte, ò no auer separado las Tercias de los diezmos, pudiesse, ni aya podido embaraçar, ni impedir de alguna manera la inmemorial prescripcion. Y fue juridica, y muy conforme a derecho la decision de la dicha ley primera, en esto, y en que, por el vso, y exercicio en parte, no se conseruasse el derecho in totum, per otra consideracion, vltra prædictam, porque la prescripcion inmemorial tiene fuerça de titulo, y priuilegio, y de concession Real, y del titulo mejor del mundo, y obra quanto se puede imaginar, quemadmodum ergo, se pudiera, y puede vno defender, y librar de pagar Tercias con titulo, priuilegio, y merced de los Señores Reyes, aunque las huuiesse lleuado, y cobrado en otras muchas partes, ita & eodem modo, videtur necessariò dicendum, que se pueda, y deua eximir con la inmemorial, pues obra lo mismo, que el titulo: & tamen indubitatum est, que el vso, y exercicio en parte, no conserua in totum, el derecho, respecto del titulo, ò en la parte, ò en la persona, que le tuuiere: y assi indistinctamente se admitio la inmemorial, como el titulo en la dicha ley primera, titulo 21. sin hazer consideracion, ni imaginarla, que por auer cobrado de algunas partes las Tercias, atque ita per vsum in parte, se impidiesse la prescripcion en otras partes, si per tempus immemoriale fuissent in possessione non soluendi, & sic vna determinatio respiciens plura determinabilia, vniformiter debet determinare, l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill. l. quamuis, C. de impuberum, & exornaui in commentariis tomi quinti, cap. 97.

Fuit etiam, & alia ratione, in sui decisione, iuridica dicta l. prima tit. 21. decisio; nam si originaliter euoluantur, atque legantur omnes illi Authores commemorati suprà, & à Salgado cumulati, tertia parte, dicto cap. 10. ex num. 100. vsque ad numerum 148. qui scripserunt, per vsum, & exercitium in parte iuris vniuersalis, totum ius vniuersale conseruari, apparebit quidem, loquuros eos, quando secundum subiectam materiam, de qua agitur, casus aut actus, in quibus ex parte vsus aliquis fuit; sunt connexi, aut annexi, aut per vnitatem quasi indiuidui; quod Author metipse apertissimè voluit significare ibidem, num. 116. vbi sic scripsit: *In iuribus enim incorporalibus, in quibus acquiritur possessio generalis per acquisitionem partis, cum talia iura, magis intellecta, quàm corpore percipiantur, propter iurium vnitatem, ratione causæ generalis, possessio retenta, & quæsita in parte, retinetur in toto:* ita Baldus, in l. 2. colum. 10 in fine, versic. Super 3. puncto, numer. 58. C. de seruitut. & inferius, num. 130. in illis verbis, *Et confirmatur, quia ex possessio-* 22

neris principalis, censetur etiam continuari possessio in annexis, & accessoriis : & citat Authores quamplures ita tenentes, & conueniunt, vt dixi, omnes à me commemorati *suprà*, & Petrus Surdus, *in duobus illis locis*, de quibus *suprà* feci specificam mentionem, qui per vsum in parte, conseruari totum ius intelligunt; quia actus sunt connexi, aut annexi, aut propter vnitatem indiuidui, prout est in vsufructu, aut in seruitute viæ, itineris, vel actus, & similibus: & probatur *in l. vna est via, ff. de seruitut. rusticor. præd. l. via 17. ff. de seruitut. l. si eo loco, §. finali ff. si seruit. vendicet. dicta l. si stillicidij, §. 1. cum l. sequenti, ff. quemadmod. seruitut. amittan.* & notabiliter considerauit Anton. Faber. *in rationali, ad dictam l. vna est via* : Gilrenius etiam, *de prescriptionibus, parte prima, cap. 6. num. 4. fol.* 70. in illis verbis : *Quòd si agatur de iure, quod quis sibi adscriberet ex concessione eius, cui præiudicium fieret, aut inferri posset, tunc extensionem fieri ad connexa, vel parificata: vt ait Felinus; vel in speciali casu, veluti iurisdictionis, &c.* Et inferius, num. 7. & num. 10. in fine, & num. 14. & 15. in illis verbis: *Quod cum hereditatis causa, in illis casibus sit indiuidua, l. qui ex duabus, 53. l. ex semisse, 75. ff. de acquir. hered. qui vnam partem attingat, totam hereditatem agnescere intelligatur: Ita in iurisdictione, quæ etiam partitionem respuat, idem sit probandum. Cum regulariter omnia iura sint indiuidua; l. stipulationes non diuiduntur 72. ff de verbor. obligat.* Et inferius numero decimoseptimo, in hæc verba: *Qui contendunt idoneo titulo instructum, & vnum actum iurisdictionis, vel alterius iuris, vt decimarum, Patronatus, &c. exequentem, totam causam possessionis, & inde præscriptionis, in tuto collocasse* Et hæc latius prosequitur, atque exornat Gilrenius metipse, *dicto cap. 6. partis primæ, ex num. 1. vsque ad numerum.* 50. vbi vide omnino. Pet. Surdus, *dicto consilio* 390. *ex num.* 37. qui ratione connexionis, vel annexionis, aut vnitatis indiuidui, ita pariter, hanc materiam explicat: quia concessa iurisdictione, aut iure decimandi, vel alio simili iure, in aliquo loco, vel territorio vniuersaliter, ratio subiectæ materiæ, connexitatis scilicet, & vnitatis suadet, vt eo ipso, quod in vna parte, vel in vno loco, quis eo iure vsus fuerit, conseruauerit sibi in vniuersum, ius ipsum, siue in omnibus partibus loci, aut territorij, aut contra omnes personas eius; secùs vero, quando ratio vnitatis, aut connexitatis, ratióve indiuidui cessaret, prout in Tertiis cessat omninò; non enim indiuiduum aliquod, aut connexum datur, cuius ratione inferatur, per vsum, & exercitium in parte, conseruandum idem ius in aliis partibus, si in ipsis alij possideant, & immemoriali præscriptione se tueantur, aut à solutione Tertiarum se eximant; quia non omnes, sub vno loco, aut territorio existunt, aut non in omnibus ratio connexitatis, aut indiuidui vel vnitatis datur; quod Pet. Surdus, *in fine dicti consilij*, clarissimè præsentit. Et *in consilio 323. ex num. 44. vsque in finem consilij*, vbi etiam loquitur in concessione iu-
23 risdictionis in aliquo loco, aut territorio. Et concludit, quod possessio quæsita, & retenta in parte, retinetur in toto, propter iurium vnitatem,
24 ratione causæ generalis. Et quod ex possessione rei principalis, censetur continuari possessio in
25 annexis, & accessoriis. Et conuenit Balbus, *de præscriptionibus, 2. part. 3 partis principalis, num. 19. & 21. in principio, pag. 51. & 52.* vbi retentis eisdem terminis, annexi scilicet, aut connexi, vnitatis ratione, indiuidui, in decimis statuit, per vsum in parte, conseruari ius in vniuersum; secus autem dicendum esse, quando ratio ea cessaret. Marescotus etiam, *variar. lib. 1. cap. 11. num.* 27. vbi restringit, quod per vsum in parte, conseruatur ius in totum, aut in vniuersum, in materia iuris decimandi, quoad prædia, intra eandem Parochialem existentia, aut in eodem territorio, non in diuersis, prout explicat *ibi, num.* 32. In eodem quoque sensu, & restringens, quod vsus, aut possessio, seu præscriptio in parte, conseruat ius in totum, in vno, & eodem territorio, in quo, ob vnitatem, connexitatem, aut indiuidui considerationem, militat eadem ratio, non verò in diuersis territoriis; intelligit Ioan. Garcia, *de expens. & meliorat. c. 9. num. 38. in fin. & num. 39.* in hæc verba : *In hoc tamen casu non est necessarium, quod præscriptum sit præscriptione immemoriali contra omnes particulariter, sufficit enim, quod luctuosa percepta sit ab aliquibus, vt contra omnes intelligamus præscripta, cum enim præscribatur ius reale in genere, scilicet ius exigendi luctuosam illam præstationem, præscripto illo iure reali exigendi præscriptum intelligimus contra omnes personas territorij, quibus ius illud applicari potest, &c.* Et inferius, *num.* 40. vbi etiam intelligit, per vsum in parte, conseruari ius in vniuersum, quando ius vniuersum consistit in vno, certóque territorio, quasi aliud statuendum sit, in diuersis territoriis, vt constat ex illis verbis : *Nobis illud sufficiet attigisse, scilicet non requiri in hoc præscriptionis genere, quod ab omnibus de territorio sit exacta luctuosa; sufficit enim, quod à quibusdam præstita sit, cum sese casus obtulit.* De vna quoque, & eadem seruitute, & de vno vsufructu, aut de possessione partis, adepta alicuius prædij, loquuntur omnia iura, *numeris præcedentibus* ponderata, quando enim diuersa sunt prædia, diuersi fundi, diuersæ seruitutes, resque diuersæ, non sub vno fundo, aut vno, eodemque territorio contentæ, aliter dicendum esse, & per vsum, & exercitium in vno, non conseruari ius vniuersum in aliis, ipsamet iura denotant apertissimè; & relati Authores omnes dixerunt. Notanter quoque ex sententia communi scripsit Stephan. Gratian. *tom. 3. c.* 425. cum enim statuisset *num.* 1. *& septem sequent.* quod præscriptio decimarum, seu certorum iurium de præsenti, non extenditur ad futura consimilia iuribus præscriptis; & inde quod decimæ noualium, quamuis sint eiusdem iuris, cuius sunt antiquæ, tamen ad præscriptionem antiquarum, non sequitur præscriptio futurarum. Cum inquam ita statuisset, statim *num.* 14. *& tribus sequentibus*, vt id explicet, in hunc modum scribit: *Neque obstant supra allegata ex cap. cum contingat, de decimis: quia intelliguntur de præscribente decimas in parochia, in qua sunt diuersi agri, quorum aliqui penitus sunt inculti; si enim illi de nouo rediguntur ad culturam, oriuntur ibi noualia, quæ omnia sunt diuersi iuris, & separati ab agris cultis; cùm verum sit dicere, tales agros, nunc primum esse præcisos; diuersum est in casu, de quo agimus; sumus enim in eodem agro, qui pro parte erat cultus, nec potest dici quod de nouo redigatur ad culturam, cum etiam ratione partis, videatur totus possideri; quod non est, quando datur agrorum pluralitas, quasi in eodem fundo detur vnitas terminorum: & ita in specie respondet Abbas, consilio 71. column. tertia, ad medium, vers. & per hoc satis patet responsio, num. 3. lib. 2. & ita loquuntur Doctores, qui hanc opinionem sequuntur, quod videlicet appareat, vnum esse prædium, vel per limites, & clausuras, vel vno pretio emptum: Rebuffus, de decimis quæst. 14. num. 21. Moneta, eodem tit. cap. 4. num. 84. & post Iacob. de Baluis, & alios, ita etiam concludit Natta, consilio. 446. num. 2. & 3.*

Surdus,

Surdus, decisione 295. numero 18. Quidquid aliud sit, quando sunt diuersa prædia, in quibus terminis debent intelligi omnes sequentes aliam opinionem, vt declarat Natta, cons. 429. numero 2. & per totum, Menochius, de retinenda possessione, remedio tertio, numero 281. & de adipiscenda, remedio quarto, numero 799. Surdus, consilio 160. numero 12. libro secundo, & consilio 135. num. 62. vsque ad 68. lib. 1.

Y aplicando estas doctrinas à las Tercias, aun es en ellas mas indubitable la resolucion, porque se cobran, no todas en vn territorio, en vn lugar, en vna prouincia, ò en vn Obispado, sino en diferentes lugares, y muy apartados los vnos de los otros, en diferentes Obispados, Iglesias, y Prouincias, y de diferentes personas; y assi el vso, y exercicio en parte, esto es en vnas Prouincias, Iglesias, y Obispados, no puede conseruar el derecho in vniuersum, en tantos lugares, y en tantos Obispados, y Iglesias, en que no se ha cobrado; y assi cesa totalmente la razon de conexidad, ò anexidad, ò individuo, ò de derecho incluso en vn mismo territorio, y consiguientemente no se da lugar a la prescripcion inmemorial, como se dio por expressa decision de la dicha ley primera, titulo 21. libro nono, & ita considerarunt Authores relati supra, Anton. Gomezius, in loco referendo infrà. & Menochius, in consilio 123. num. 1n. ad finem.

Et quemadmodum, quando viæ seruitus per certum locum, à pluribus vni debetur, si per longitudinem diuidatur, duæ sunt seruitutes, quia nullum medium impedit seruitutem, & illa in vna parte possit consistere, etiamsi non consistat in altera, iuxta tradita per Glossam, in l. nam satis, in verbo, respondit, ff. quemadmodum seruitut. amitt. Cæpolam, de seruit. rusticorum prædiorum, capite tertio, numero septimo, cum sequentibus: ita in Tertiis, quilibet ex locis, aut ex Ecclesiis, in quibus decimæ percipiuntur, & Tertiæ solui debebant, iudicatur vt diuersus, prout re vera diuersus est; & in vnoquoque constituitur vnum ius incorporale; quamuis in omnibus partibus, & locis sit eiusdem qualitatis, atque ex vna concessione Apostolica procedens: soluitur namque, in vnaquaque parte de per se, absque vllo respectu, aut consideratione ad solutionem alterius partis, & sine vlla dependentia locorum vnorum, aut Ecclesiarum; nullam enim habent inter se cohærentiam, aut vnitatem indiuidui, vel connexitatem: pues cada vno, que lleua, y percibe diezmos, està obligado à pagar las Tercias, y su obligacion consiste, y puede consistir, aunque falte la de otro, y en vnas Iglesias, y comunidades se cobraran Tercias por la gracia, y concession general, y en otras no, porque tengan titulo, ò por la prescripcion immemorial, que se admite, como el titulo, in dicta l. prima, titulo 21. lib. 9. singula namque, quæ sibi non enhærent, de per se considerantur, l. rerum mixtura, ibi: Singula res suam causam habebunt, ff. de vsucapion. l. ex facto, §. item quæro ff. de vulgari, ibi: Et magis est, in vtroque eorum, tempus suum separatim seruaro, l. tutorem, ff. de administ. tutorum, l. æquissimum, § si primus, ff. de bonor. possession. secund. tabul. l. 7. §. si fundum, ff. pro emptore. Vndè magistraliter docuit Bartolus, in l.
27 vsum aquæ, C. de aquæductu, lib. 11. quod habens amplissimum priuilegium, si eo strictè vtatur, sibi præiudicat, & non poterit postea largè vti, si per legitimum tempus strictè vsus fuerit: sequuntur Alexander, in consilio 33. volum. 5. Menchaca, controuers. illust. lib. primo, cap. 2. ex numer. 7. Farinacius, decision. 596. numer. tertio ad finem, tom. 1. nouissimarum, Gironda, de priuilegiis, num. 1304. cum seqq.

Et in eadem consideratione, an vnus sit fundus, an vnum prædium, an vna seruitus, an vna & eadem res, vel diuersæ; fuerunt quoque Scribentes communiter in dicta l. 3. ff. de acquirend. possession. Nam quod dicitur, per ingressum cuiuslibet partis fundi, quæri totius fundi possessionem, nec esse necesse, omnes eius glebas circumambulare; procedit quidem ea ratione; quia cùm fundus sit vnus, indiuisus, & continuus, neç habeat partes distinctas, & separatas, ratione vtilitatis, & necessitatis inductum est, vt sufficiat tangere, & intrare quamlibet partem fundi, vt quæsita videatur possessio in toto fundo, quæ ratio minimè vrget & militat, quando fundi sunt diuersi, & separati; vnde tunc non sufficeret, vnius fundi partem intrare, vt alterius possessio quæsita dicatur; cessat enim vnitatis indiuidui, aut connexitatis ratio, & consequenter, eius legis decisio cessat; sicuti notarunt Abbas, in consilio 71. colum. secunda, libro tertio Natta, in consilio 446. ex numero secundo, Innocentius, in cap. dilectus, de capell. monachor. Antonius de Butrio, in cap. in litteris, de restitut. spoliat. numero 30. Anton. Gomezius, in l. 45. Tauri, numero 35. 36. & 37. & eodem numer. 37. in fine, sic scribit: Verum tamen est, quod licet per ingressum alicuius glebæ, vel partis fundi, censeatur quæsita possessio totius fundi, vt suprà dictum est; tamen illud est verum, & procedit, quando totus fundus est vnus, & contiguus. In eorundem quoque comprobationem, extat singularis Ioann. Andreæ Georgij locus, repetition. siue allegation. feudal. cap. 36. per totum, ex fol. 220. vbi plura in proposito considerat, cum excitasset dubium illud, vtrum possessione vnius rei feudalis capta, cæterarum etiam rerum capta intelligatur; & omnia, quæ cumulat, in eum finem tendunt, vt si res vna ematur, aut concedatur, & partis eius possessionem emptor, aut is, cui concessa fuit, ingrediatur, perinde haberi debeat, ac si totius possessionem ingrederetur, per text. in d. l. 3. ff. de acquir. possession. at si plures res emptæ, aut concessę sint, & vnius possessio capta sit, alterius possessio capta non videatur, nec dicatur, iuxta casum Glossæ, in l. prima, §. veteres. ff. de acquir. possess. Concludit etiam, & nonnullis comprobat, etiam in vniuersalibus id procedere; nam licet in fideicommissaria hæreditate, re vna restituta, cæterarum quoque transferatur dominium, l. restitut. ff. ad Trebellian. vbi Glossa inquit, eum, qui pro hærede se gerit in vno, in omnibus se gerere videri, l. pro hærede, §. primo, ff. de acquir. hæred. id tamen procedit, quoad dominium acquirendum, non item, quoad possessionem, quæ cum facti sit, apprehensionem requirit; de qua, dicta l. restituta, minimè agit; differunt enim dominium, & possessio: l. si quis, vi, §. differentia, ff. de acquirend. possession. Item considerat, an res vna sub se plures contineat, vt tunc castri possessionem intrare sufficiat, per text. in l. Cæsus, §. final. ff. de legat. 2. l. prædiis, la primera, ff. de legat. 3. an verò vnaquæque res, æquè principaliter, siue respectu sui ipsius, siue loci consideretur, vt tunc vniuscuiusque possessionem capere, necessarium sit; idque indubitanter procedat, quando aliquis possideret aliquas res in aliis partibus; itaque cùm plures res, aut cùm vnum & idem ius, diuersis in partibus, aut in locis consistunt, in omnibus possessionem capere, necessarium esse; aut alio possidente, per possessionem vnius partis, totum ius non retineri; pro communi, & certa resolutione, ex aliis pluribus Authoribus resoluit: refert quoque Rosental. Gail, & alios asseren-

28 (margin, beside "Et in eadem consideratione")
29 (margin, beside "est vnus, & contiguus. In eorundem quoque com-")

tes,quod in feudis,qoando res ſunt ſeparatæ, ant cum pars non vacat, ſed ab alio poſſidetur, poſſeſſione vnius rei capta, cæterarum rerum capta non intelligitur. Item,& ſingulariter in propoſito noſtro conſiderat, qood pars reſpectu vniuerſaliratis,non conſideratur vt totum,ſed vt res ſingularis illius vniuerſi,*l.in rem,§. ſi quis rei ſuæ ff. de rei vendicat.*vt vniuſcuiuſqne poſſeſſionem capere, neceſſarimn ſit.

Et tandem,Ioannes ipſe Andr.Georgius, *dicto cap 26.numer.*25.26. *&* 27. *folio* 256. propoſitam quæſtionem, quando vnius rei capta poſſeſſio, ad alias extendatur in feudalibus, ita abſoluit, & concludit, vt quod attinet ad propoſitum noſtrum reſoluat, ſub vniuerſitate conceſſionis, & gratiæ Tertiarum, Regibus noſtris factæ, ſiue ex vniuerſali conceſſione, quantum ſpectat ad dominij, ſiue eius iuris vniuerſalis acquiſitionem,cuiuſuis partis poſſeſſionem capere ſufficiat; quoad poſſeſſionem verò, aliter dicendum eſſe; & quod vnam rem poſſidens,aut vnius iuris vniuerſalis partes aliquas, alias poſſidere non dicatur,quippe cùm corpora ſeparata ſint.Hoc autem fortius militat, & adſtringit in terminis noſtris, vbi ius hoc vniuerſale Tertiarum, à Romanis Pontificibus conceſſum,ita principaliter conſiſtit de per ſe in vnis locis, & ſine vlla dependentia, ſicut in aliis;nec quorundam locorum, aut prouinciarum iura, ab aliorum locorum iure dependent,vt de ſe conſtat euidentiſſimè.

Is ergo Author, *dicto numero* 25. 26. *&* 27. in honc modum reliquit ſcriptum: *At meo iudicio, quæſtio hæc,ſingulis in diſtinctionibus eſt ab Iſerniareéte explicata; nam cum plures fundi, ex deſtinatione patrisfamilias,vni nomini ſubiecti ſunt,vnum attingere,ſatis eſſe concludit, dum citat l.quod in rerum, §. ſi poſt,de leg.1.cum concordant. Deinde,de iuris,factique vniuerſitate diſcurrit; & quantum ſpectat ad dominij acquiſitionem, ex abuſiua inueſtitura, vt ſit realis ex traditione, capitis feudi poſſeſſionem, quo totum feudum repræſentatur,ſatis eſſe cenſeo;argumento textus, in l. cum in diuerſis, ff. de religioſ. & ſumpt.funer. at ſi feudum caput non habeat deſignatum, quia forte fundorum,aut aliarum rerum pluralitate conſtaret, ac ab aliquo non denominaretur, ad dominij acquiſitionem,ſatis eſſe putarem, cuiuſuis feudalis fundi poſſeſſionem capere, quoniam non de poſſeſſione acquirenda agitur,vt interdicto retinenda, vel recuperanda vim obtineat,quo caſu peritorum opinio ſuſtineri nequiret;nam poſſeſſio, quæ facti eſt, ad perſonam, & ad rem reſtringitur,nec extenſionem admittit:hinc defuncti poſſeſſio,alia eſt ab heredis poſſeſſione, nec vnam rem poſſidens, aliam poſſidere dicitur; quippè quia corpora ſunt ſeparata, nec ſufficit ſolus animus, niſi corporis operatio concurrat,&c.* Hactenus Ioann.And.Georgius,in propoſito dubio, atque ita, vt conuenire videatur his,quæ Andre. Tiraquel. *de retractu lignag.§.36.gloſſa* 3. *ex numero primo, ex folio* 354. *in fine,&* 355. *vſque ad numerum* 14. ſcripta reliquit in illo dubio, vtrum ſcilicet, ſi ſint plures res diuerſarum iuriſdictionum(prout Tertiæ ipſæ, in diuerſis iuriſdictionibus percipiuntur, atque exiguntur)vbi notificatio retractus fieri debeat: Vbi primò loco aduertit *numero* 5. quod vbi plures res, eodem contractu venduntur, per apprehenſionem poſſeſſionis vnius ex his, non apprehenditur aliorum,*dicta l.prima,§. veteres*, cum Gloſſa, *in verbo*, *per vnum reliquorum*, *ff. de acquirend. poſſeſſion.* & citat Speculatorem, & multos, qui loquuntur de poſſeſſione vnius rei ex multis, tradita ab executore ſententiæ, ſiue nuncio publico, vt cæterarum eiuſdem ſententiæ tradita non cenſeatur. Deinde & *numero tertio*, adducit,quod id procedit non ſolum, qoando ſunt plures res omnino diſtinctæ, & ſeparatæ, ſed etiam cùm omnes continentur ſub vniuerſitate vniuſcuiuſpiam iuris, quod hinc videre licet, quod apprehenſa poſſeſſione vnius rei hæreditariæ, cæterarum rerum eiuſdem vniuerſitatis non ſit apprehenſa; vt nuncupatim voluit Innocentius, *ibi* relatus; & ſequuntur alij, *eodem loco* commemorati:& *numero vndecimo*, expendit rationem, quia poſſeſſio eſt res facti, *l.prima, §. ſi vir vxori,ff. de acquirend. poſſeſſion.* ideo ad poſſeſſionem vnius,non continuò ſequitur poſſeſſio alterius,*l.non nudis,l. Epiſtolis*, *C.de probat.* quamuis quoad ius, ſiue cum de iure tantum quærimus, aliud ſeruetur,vt *in dicta l.reſtituta, in principio, ff. ad Trebellianum.* finalem autem ſententiam, & vltimum iudicium ſuum proponens Tiraquellus,*numero quarto, quinto, & ſexto*, ſic ſe habet,vt in propoſito noſtro concludat, *que no teniendo dependencia las vnas Tercias de vnos lugares, ò Prouincias, ò Obiſpados,de las de otros, ni ſiendo cabeça mas vnos lugares,ò Obiſpados, que otros,ò no ſe conſiderando cabeça principal, ni coſas annexas, ò acceſſorias a eſta cabeça;que en todas es preciſſo, y neceſſario hazer diligencia,y tomar la poſſeſſion, y que la de vnos lugares, ò Obiſpados, ò de algunas partes no da derecho de poſſeſſion, para los otros,ni menos conſerua el vniuerſal mas que en las partes, a dende ſe ha tomado poſſeſſion, y ha auido vſo, y exercicio.* Et etiam quoad notificationem, concludit *numero decimotertio*,ſe ſemper conſuluiſſe, vt fiat notificatio in omnibus iuriſdictionibus, vt tutior ſit emptor ab omnibus diſputationibus; quoad poſſeſſionem tamen,ſemper firmiter remanet in eo, quod ſi in iure,de quo agitur, nihil eſt principale, cuius cæteræ res ſunt pertinentiæ, vel appendices, ſed ſint res omnes ſeparatæ, & æquè principales, nullàque alij cedat (prout in Tertiis contingit,) tunc vniuſcuiuſque æquè principalis, & ſeparatæ, poſſeſſionem apprehendere neceſſarium ſit. Et de his hactenus.

CAPVT XXXIV.

Quadraginta annorum præſcriptio cum titulo, an æquiualeat Immemoriali, ſiue eundem, quem Immemorialis, operetur effectum, vt à ſolutione Tertiarum aliquis ſe eximere, & liberare valeat.

Quid etiam in aliis caſibus, & materiis.

Et tunc, an ſufficiat titulus coloratus, licet inualidus, & illegitimus, quacumque ratione, dummodò talis ſit, quod iuſtam præſtet præſcribendi cauſam.

In Hiſpanorum primogeniis, an etiam præſcriptio quadraginta annorum cum titulo ſufficiat, vt bona maioratus, in præiudicium ſequentium vocatorum,& ſucceſſorum præſcribi valeant in perpetuum.

Vbi

Vbi & decisio, atque materia *l. finalis, §. finali, C. de fundis patrimonialibus, lib. 11.* exornatur nonnullis.

SVMMARIVM.

1 *Quadraginta annorum præscriptio cum titulo, an æquiualeat Immemoriali, siue eundem, quem Immemorialis operetur effectum, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat.*

Et per totum caput.

2 *Præscriptio quadraginta annorum cum titulo, regulariter æquiualet Immemoriali, eundémque effectum operatur.*

Adeo vt quoties lex, vel canon, immemorialem præscriptionem requirit, quadraginta annorum præscriptio cum titulo sufficiens sit, quod declaratur infrà, num. 12.

Et ponderatur textus, in cap. primo, de præscriptionibus, lib. 6.

Et in cap. cum persona, §. quod si tales, de priuilegiis, lib. 6.

Et vide num. 6. & 7.

3 *Possessor fundi Regalis liberatur à publica functione, si præcessit Principis concessio, & post eam cucurrerunt quadraginta anni.*

Atque ita publicæ functiones, licet nullo tempore præscribantur, præscribuntur tamen, si Principis concessio, & quadraginta annorum possessio, simul concurrant.

Et ponderatur, atque exornatur textus, in l. finali, §. finali, C. de fund. patrim. lib. 11.

4 *Præscriptio quadraginta annorum cum titulo, sufficiens est, ex sententia quorundam, ad præscribendum bona aliqua maioratus, in præiudicium sequentium vocatorum, & successorum.*

5 *Iurisdictio Regalis non præscribitur, nisi tempore immemoriali.*

Aut etiam quadraginta annorum cum titulo.

6 *Præscriptio quadraginta annorum cum titulo, in quibus casibus admittitur, & immemoriali æquiparatur, intelligitur, vt procedat, quando titulus, aliqua ratione esset inualidus, & illegitimus, si tamen esset coloratus, & talis, qui iustam præscribendi causam præstare possit.*

7 *Nam si titulus esset validus, & legitimus, ipse solus sufficeret, & nullius temporis præscriptio necessaria esset.*

8 *Titulus coloratus, & talis, qui iustam præstare possit præscribendi causam, quis dicatur.*

Quod nonnullis exemplis declaratur.

9 *Præscriptio quadraginta annorum cum titulo, non æquiualet immemoriali, nec sufficit, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat.*

10 *Et primum huius resolutionis fundamentum expenditur.*

11 *Secundum eiusdem opinionis motiuum ponderatur.*

12 *Præscriptio immemorialis regulariter maioris virtutis, & efficacia reputatur, quàm præscriptio quadraginta annorum cum titulo.*

Præscriptio verò ipsa quadraginta annorum cum titulo, tunc demum Immemoriali æquiparatur, eundémque effectum operatur, quando eadem ratio militat, nec differentia ratio reddi potest.

Aut quando subiecta materia ratio, præsumptáve legis, aut disponentis mens, ita suadet.

Vel lege ipsa, aut canone, ita expressum fuerit.

Prout nonnullis iuribus expressè cautum est.

Vnde quando id non exprimitur, sed omittitur omnino, argumentum retorqueri validè potest, vt lex ipsa, quæ immemorialem præscriptionem admisit expressè, & de præscriptione 40. annorum non meminit, eam admitti noluerit.

13 *Præscriptio quadraginta annorum cum titulo, licet sufficiat, cum agitur de maioratu, de nouo inducendo, in terminis l.* 41. Tauri, *non tamen, cùm agitur de illo destruendo, aut de præscribendis bonis maioratus in præiudicium sequentium vocatorum, & successorum.*

Idque ex veriori, & communiori sententia.

PRo dilucida, & distincta *huius capitis* explicatione, obseruandum atque constituendum erit, dubitatum fuisse communiter, vtrum quadraginta annorum præscriptio cum titulo, æquiualeat Immemoriali, siue eundem, quem Immemorialis, operetur effectum, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat, quemadmodum Immemorialis, expressa legis eiusdem decisione, sufficit. 1

Et pro parte affirmatiua, quod sufficere debeat, primo loco vrgere videtur; quod regulariter præscriptio quadraginta annorum cum titulo, æquiparatur Immemoriali, eundémque effectum operatur, vsque adeò, vt quamplures iuris Interpretes non dubitauerint id extendere, & intelligere, vt procedat, quamuis lex, vel canon, simpliciter loquatur, & immemorialem præscriptionem requirat, vt scilicet, quadraginta annorum præscriptio cum titulo tunc sufficiat; quod cum aliis Authoribus specificè notauit Iann. Gutierrez, *practicarum lib. 3. quæst. 63. numer. 11. & 12.* vbi addit, quod hæ duæ præscriptiones à pari procedunt, æquiparatæque à iure sunt, ac proinde simul positæ in quamplurimis iuris partibus. Quod antea annotauerat Ludou. Molina, *de Hispanor. primogen. lib. 2. cap. 6. numero 52.* & inquit, id probare textum, *in cap. cum persona. §. quod si tales, de priuilegiis, lib. 6.* vbi ad probandam exemptionem ab Ordinario, in qua ius commune resistit præscribenti, & per consequens requiritur tempus immemoriale, sufficit præscriptio quadraginta annorum cum titulo: probat etiam textus, *in cap. primo*, iuncta Glossa, *verbo, legitimè, de præscriptionibus, lib. 6.* vbi Doctores communiter notant, & Augustinus Barbosa, *ibi, num.* 13. prout etiam notarunt Authores, à me commemorati *in commentariis tomi quinti, cap. 93. §. 8. numero vndecimo, & sequentibus, &* 17. & 8. Couarr. *in regula, possessor, secunda parte, §. 2. numero quinto, versiculo, quibus dico,* & *libro primo variarum, capite septimo, numero septimo*, Auendañus Velasquez, Auendañus, & Azeuedus, quos refert Ioannes Gutierrez, *dicto numero* 12. Decianus, *in consilio 24. numer.* 119. & *in consilio 41. num. 15. volumin.* 2. Osascus, *decisione* 116. *numero* 111. Belluga, *in Speculo Principum, rubrica 22. § quia quotidiana, numero* 63. *in fine &* 64. Mieres, *de maioratu, quarta parte, quæstion. 20. num. 366. folio 237. & numer.* 371. & 372. Matiençus, *in l. prima, titulo 10. lib. quinto, glossa 19. numero quarto, & quinto*, Burgos de Paz, *in consilio 33. num.* 23. Mascardus, *de probationibus conclusione 214. numero sexto, & septimo.* Camillus de Medicis, *in consilio 122. numero* 13. & 14. latè Barbosa, *in l. comperit, C. de præscriptionib. 30. vel 40. annorum.*

ex num.46. cum ſequentibus, vſque ad numerum 68. vbi ſæpe repetit.

3 Secundò pro eadem parte facit, quod quamnis publicæ functiones, nullo tempore præſcribantur, vt probat textus, *in dicta l.comperit*; id tamèn limitatur per textum *in l finali, §.finali, C.de fundis patrimonialibus lib 11.* qui probat, quod ſi Princeps conceſſit alicui fundum patrimonialem, dempto canone, & is fundum per quadraginta annos poſſedit, neque ratione canonis poterit amplius inquietari, & conſequenter decidit, quod poſſeſſor fundi liberabitur, etjam à publica functione, ſi præceſſit principalis conceſſio, & poſt eam cucurrerunt quadraginta anni; quod ex illo textu deduxerunt Gloſſa *penultima*, Bartol. & Ioannes de Platea, *ibidem* : Balbus etiam *de præſcriptionibus, ſecunda parte, quinta principalis, quæſt. 7.num.7.* Barboſa, *in dicta l.comperit*, vbi latè explicat, & exornat materiam *dicta l.finalis, §.finali, C.de fund.patrimon. ex num. 47. vſque ad numerum 75.fol.216 in fine, & 217.* qui addit *l. in fraudem*, iuncta Gloſ.3.*C.de annon & tribut.lib. 10 & l.finalem C.de fundis, & ſaltib. rei dominica*, iuncta Gloſ.3.*lib.11.* & copulatiuè requirit, vt procedat deciſio *dicti §.finalis*, quod duo copulatiuè interueniant; ſcilicet conceſſio Principis, & curſus quadraginta annorum, & vnum ſine altero non ſufficiat, prout latiùs *ibi*.

4 Tertio loco facit ſententia eorum, qui exiſtimarunt, præſcriptionem 40 annorum cum titulo, ſufficientem, & potentem eſſe, vt bona aliqua maioratus præſcribi valeant in perpetuum, in præiudicium ſequentium vocatorum, & omnium ſucceſſorum, & in hoc æquiparari eam immemoriali præſcriptioni, & eiuſdem potentiæ, & virtutis eſſe; & hos, ego metipſe commemoraui, & hac de re ſermonem, & diſputationem institui, *in commentariis tom. 5.cap.93 §. 8. ex num. 10 cum ſequentibus.* Addo nunc, de eadem diſceptatione videndos omnino, vltra relatos *ibi*, Pet.Barboſam, *in l.cum notiſſimi, §.illud C. de præſcript.30 vel 40. annor.ex num.87. fol. 275. vſque ad numerum 101.* Gilkenium, *de præſcriptionibus, part 3.c.13.ex num. 3.cum infinitis ſeqq ex fol.766.*

5 Quartò deinde vrget, & fortiter adſtringere videtur, deciſio *l.prima, tit. 10. lib. 5. noua collect. Regia, iuncta l.1 tit.15. lib. 4. einſdem Regia collect.* ex hac namque lege, præſcriptio Regalis iuriſdictionis procedere non poteſt, niſi illa fuerit tempore immemoriali munita; atque ita, ſola immemorialis præſcriptio ſufficit ad acquirendam iuriſdictionem, & tamen, ex *dicta l.prima, tit. 10.lib. 5.* ex lapſu 40 annorum cum titulo, iuriſdictio præſcribitur; ſicuti ponderauit Ludouic. Molina, *lib.2.dicto cap.6.num.52.in fine*, Couarr.*in Regula, poſſeſſor, 2.part.§ 4. num. 5.* Burgos de Paz, *in conſilio 33.n.26* Auendañus, *de exequend mandat. Regum.c.4.n.20.* Matienços, *in dicta l.1.tit.10.gloſſ.19.* Ioannes Gutiérrez, *practic. lib 3. dicta qu.63.n.11. & lib.4.qu.35.n.15.* Azenedus, *in dicta l. 1. tit.15. lib 4.num.33.& in l prima, tit.7.lib.5.num.23* Idem ergo, quod in prædictis caſibus, in materia, & tractatu Tertiarum dicendum videtur, vt ſcilicet quadraginta annorum præſcriptio cum titulo ſufficere debeat, vt a ſolutione Tertiarum, aliquis ſe eximere, & liberare debeat; quemadmodum Immemorialis ſufficit, ex deciſione *dicta l.prima, tit.21.lib.9.*

6 Quintò denique, & vltimo loco facit; vſque adeo præſcriptionem quadraginta annorum cum titulo, ita operari, efficacémque eſſe, vt Immemorialem, & ei æquiparari, vt idem, quod Immemorialis, operetur; vt id procedat ex ſententia communi, etiam quando titulus, aliqua ratione, diceretur inualidus, & illegitimus; ſi tamen eſſet coloratus, & talis, quod iuſtam præſtare poſſet præſcribendi cauſam; non ergo requiritur quòd titulus, ex quo dicta præſcriptio inducitur, ſit omnino validus, & perfectus, atque ſufficiens; ſed quòd ſit coloratus, ſufficit, vt dixi, & talis, quod ex eo apparens, & iuſta præſcribendi cauſa oriri valeat, & malæ fidei præſumptio excludatur: & in hoc caſu loquitur textus *in dicto cap. 1. de præſcriptionibus, lib.6.* in illis verbis: *Sed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat poſſidendi*, & in dicto cap.cum perſonæ, §. quod ſi tales, ibi: *Quod ſaltem cauſam tribuat præſcribendi*, & inferius, ibi: *Vel ſaltem tale quod præſcriptioni canonica cauſam præſtet.* Et ita cum aliis Authoribus obſeruarunt Ludou.Molina, *lib.2. dicto cap.6. num.52* Couarr.*in locis relatis ſuprà, num. 2.* Peregrinus, *de fideicommiſſis, artic. 52. num. 141. & 142.* Cabedus, *deciſione 15.num.6.part.2.* Barboſa, *in loco referendo infrà*, Tuſchus, *tom.7.littera T.concluſione 311.*

Et eſt ratio manifeſta, nam ſi quis haberet titulum, omnino validum, & legitimum, non indigeret præſcriptione vllius temporis, ſed ſecurus eſſet ex dicto titulo: vnde neceſſariò fatendum eſt, quod omnia iura, & Doctores, dum dicunt, præſcriptionem quadraginta annorum cum titulo, æquiparari immemoriali ad acquirenda ea, in quibus aliàs requiritur præſcriptio immemorialis; intelligi debent, quando titulus non eſt de per ſe omnino validus, ſed habet aliquem defectum, qui tunc ſuppletur ex curſu quadraginta annorum: ita ſingulariter explicauit Gloſſa, *in cap.ſi diligenti, in verbo, iuſtus titulus, de præſcriptionibus*, ibi: *Ad hoc poteſt dici, quod titulus pro tanto dicitur iuſtus, qui dat cauſam præſcribendi, licet in veritate non ſit iuſtus, quia tunc nulla eſt præſcriptio neceſſaria*, Gloſſa etiam, *in cap.1.de præſcriptionibus, lib 6.* in illis verbis, *non enim requiritur, quod ſit titulus iuſtus, vel talis, qui dominium tribuat, quia quod meum eſt ex vna cauſa, non poteſt ex alia, meum fieri; vt in cap.inter dilectos, §. cæterum, de fide inſtrumentorum, ſed aliqualis titulus dat cauſam præſcribendi*, & ſæpe repetit Barboſa, *in dicta l.comperit, ex num.46.vſque ad numerum 69.* & maximè, *num.48.& 49.* in illis verbis: *Cui tamen concluſioni obſtare videtur, quod ad conſequendam liberationem ab iſto onere, videbatur ſufficere ſola conceſſio Principis, ac proinde non erat neceſſaria confirmatio ex curſu 40.annorum. Sed huic difficultati reſpondetur ex traditis per Baldum, conſilio 142. Antiqua, columna prima, ad finem, libro ſecundo, quod ſi conceſſio Principis fuiſſet valida, illa ſola ſufficeret ad præſtandam perfectam liberationem à ſolutione prædicti cenſus, cap.cùm perſona, §.quod ſi tales, & §.finali, de priuileg. in ſexto, ſi autem fuerit inualida, tunc oportet confirmari ſpatio 40.annorum, & hac ratione procedit dicta l. finalis, §.finali, nam in eo caſu liberatio huiuſmodi erat prohibita fieri, per l.finalem, C.ne rei dominico, vel templorum, &c.* Et inferius, *num.53.* in hunc modum reliquit ſcriptum Barboſa metipſe: *Vndè receptum eſt, quod exemptio à muneribus publicis, per Principem conceſſa, ſi aliqua ratione non valeat, tamen is defectus tolletur ſpatio quadraginta annorum.* Et citat Bartol. Romanum, Iaſon. Nattam, Corneum, Otaloram, Maſcardum, Burſatum, Ancharanum, & Bertazolum, ita tenentes. Et *num. 55.* repetit in hæc

verba.

verba, *& vide textum, in l. in fraudem, iuncta glossa tertia, C. de annon. & tribut. libro decimo; nam intelligendum est, procedere, si præcessit titulus habitus ab eo, qui immunitatem illam concedere poterat; nam si postea sequatur possessio quadraginta annorum, licet aliqua ratione sit inutilis, tamen prædicto tempore confirmabitur*, repetit etiam, *num.* 57. in hunc modum: *Videtur amplectenda resolutio Balbi, de præscriptionibus, secunda parte, quinta partis principalis, quæstione septima, numero quinto; quod aut interuenit titulus coloratus, vtpotè concessio immunitatis, quamuis aliqua ratione sit inualida, & tunc sufficiet ad præscribendam immunitatem cursus quadraginta annorum, dicta l. finali, §. finali, C. de fund. patrimonial. libro* 11. *si vero non interuenit titulus coloratus, tunc ad præscribendam libertatem, debent concurrere illa quatuor requisita, expressa per Alexand. dict. consil.* 163. *à num.* 19. *lib* 2. repetit quoque *num.* 60. eandem resolutionem, & citat Bartol. Ioann. Garciam, Otaloram, & Flores de Mena, qui eam amplectuntur, & iterum, *numero* 62. *& num.* 66. 67. *&* 68.

Et generaliter, in quocunque defectu, quod titulus putatiuus, & qui reputatur validus, licet re vera non sit, præstet iustam causam præscribendi, *ex l. Celsus, ff. de vsucapionibus, & l. quod vulgo, ff. pro emptore*, tradiderunt Felinus, *in cap. de quarta, columna octaua, versiculo, sed ad cognoscendum, de præscriptionibus, & in dicto capit. si diligenti, ex num.* 12. Balbus, *in dicta l. Celsus, ex num.* 8. *& de præscriptionibus prima parte, tertia partis, ex num* 3. Capycius, *decisione* 361. *parte* 2. Raudensis, *in consilio* 17. *parte prima, num.* 103. *lib.* 1. Farinacius, *decisione* 228 *post librum secundum consiliorum*, Gratianus, *disceptation. tomo tertio, cap.* 499. Gonçalez, *in regula octaua, glossa* 18. *num.* 57. Garcia, *de beneficiis, quinta parte, cap.* 9. *num.* 98. Azeuedus, *in l. prima, titulo* 15. *lib.* 4. *num.* 16. Barbosa, *in dict. l. comperit, ex num.* 65 *cum seqq.*

8 Titulus autem coloratus, & iustus, siue talis, quod præstet iustam causam præscribendi, dicitur, vbi interuenit Principis concessio, quæ fuerit nulla ex defectu alicuius solemnitatis, quia tunc lex ipsa, propter cursum 40. annorum, supplet defectum illum, ac si à principio concessio facta esset solemniter, nec potest in his terminis considerari mala fides in præscribente, quia possessio iustificata per legem, iniusta esse non potest; sicuti vtrumque notauit Barbosa, *in dicta l. comperit, num.* 66. *&* 67. qui etiam intelligit, id procedere quamuis titulus sit euidenter nullus, quia bona fides causatur etiam ex iniustis causis, prout comprobat *ibi, num.* 68.

Et quando titulus processit à Principe, vel ab eo, qui potestatem habebat, & in sui figura extrinseca est validus, quamuis in intrinseca non valeat; quod dicatur titulus coloratus, vt præscriptio procedat; obseruarunt Guid. Pap. *quæst.* 85. *num.* 3. Ofascus, *decisione* 216. *num.* 7. Peregrinus, *de fideicommissis, articulo* 52. *num.* 143. Menochius, *de recuperand. remedio* 15. *num.* 463.

Item dicitur titulus coloratus, & sufficiens, vt præscriptio procedat, qui errore iusto causatur, vt in Rota sæpè decisum fuisse, Farinacius testatur, *decisione* 324. *num.* 8. *in nouissimis, prima parte*; titulus etiam coloratus, & idoneus videbitur ille, in quo, licèt non adsit expressa, & clara concessio eius, quod contenditur possessum, & acquisitum ipsius tituli virtute, inueniatur tamen verba sufficientia, ad intelligendum, intentionem concedentis, eiusque voluntatem fuisse concedendi illud; vt per Paul. Castrensem, *in consilio* 313. *num.* 2. *ad medium, libro primo*, Auendañum, *de exequend. mandat. cap.* 1. *num.* 21. *versiculo, imò vltrà dico*, & voluit Barbosa, *in d. l. comperit, num* 63. dum dixit, quod quando verba concessionis fuerint ambigua, tunc cursus 40. annorum, illa interpretabitur, vt amplius super illorum verborum interpretatione non admittatur controuersia.

Denique dicetur titulus coloratus, & talis, qui iustam præstet præscribendi causam; in exemplo adducto per Molinam, *lib.* 2. *dicto cap.* 6. *num.* 59. quando scilicet confirmatio fuit facta in forma communi, in qua adest concessio Principis, & in figura, & forma extrinseca non videtur habere defectum; patitur tamen eum in forma intrinseca ex defectu scientiæ, & plenæ notitiæ, quam solum præsumitur habere Princeps in confirmatione in forma speciali; tunc ergo, quamuis confirmatio in forma communi non validet actum, aliàs nullum, & inualidum, *cap. dudum, de decimis*, & ex communi sententia obseruauit Lud. Molina, *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 7. operatur tamen effectum prædictum, vt scilicet præstet iustam causam præscribendi, vt per ipsum Molinam, *dicto n.* 59. *cap.* 6.

Et hactenus de his, quæ in comprobationem primæ opinionis consideraui, atque ponderaui.

Quibus tamen non obstantibus, contrarium in proposito nostro firmiter asseuerandum est, 9 imo præscriptionem quadraginta annorum cum titulo, etiam si talis esset, qui iustam, & iustissimam præscribendi causam præstare possit; non sufficere in terminis *dict. l. prima, titulo* 21. *lib.* 9. vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat, sed solam immemorialem præscriptionem id operari.

Idque probatur primò, quoniam lex ipsa prima, 10 præcisè requirit immemorialem præscriptionem, quam etiam si voluisset, posset excludere, prout in gabellis, & aliis iuribus exclusit; vnde alia quæcunque præscriptio admitti non potest, etiam 40. annorum cum titulo, imò velut expressè exclusa censetur, vt immemoriali non æquiualeat; nam si quadraginta annorum præscriptionem cum titulo admittere voluisset, specificam de ea mentionem fecisset, & facilè illam exprimere posset; vnde euidenter deducitur, quod nullam aliam, quàm immemorialem admittere voluerit, cùm eam non expresserit, idcirco suppleri non potest, quod verbis eius legis non reperitur scriptum, & quod lex non dixit, nec nos dicere debemus, vt in simili argumentantur Decius, *in consilio* 445. *num.* 1. Cephalus, *in consilio* 444. *num.* 36. *lib.* 3. nec rem adeò magnæ considerationis, silentio omisisset, quam speciali nota scribere debuisset, si eam non negligeret, & de sola immemoriali præscriptione non intellexisset, argumento *l. item apud Labeonem, §. primo, ff. de iniuriis.*

Secundò probatur, quoniam lex eadem prima, 11 *titulo* 21. *lib.* 9. vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat, admittit vel titulum verum, & certum, atque ex omni parte legitimum, & iuridicum; vel immemorialem præscriptionem, quæ habet vim tituli veri, realis concessionis, pacti, & constituti; imò est melior, & potior titulus, qui de iure excogitari possit, vt sæpè repetitum est; titulus autem, qui cum possessione, & præscriptione 40. annorum, æquiualet immemoriali, ex sententia Interpretum nostrorum, non est titulus verus, validus, & legitimus, sed

coloratus tantum, & talis, quòd instam præscribendi causam præstare possit, vt suprà obseruaui: vnde titulus non verus, sed coloratus tantùm sufficere non potest, ex quo titulum simpliciter lex illa requirit, atque ita titulum verum, & legitimum, vel immemorialem, quæ etiam titulum verum,& legitimum omni ex parte supponit.

12 Tertiò id ipsum comprobatur, nam præscriptio immemorialis regulariter, maioris virtutis, & efficaciæ reputatur,quam præscriptio quadraginta annorum cum titulo; præscriptio verò ipsa quadraginta annorum cum titulo, tunc demum immemoriali æquiparatur, eundémque effectum operatur, quando eadem ratio militat, nec differentiæ ratio reddi potest, aut quando subiectæ materiæ ratio, præsumptáve legis, aut disponentis mens, ita suadet, vel lege ipsa, aut canone, ita expressum fuerit. Sic sanè,vbi canones, & leges volunt præscriptionem 40. annorum cum titulo, eundem, quem habet immemorialis præscriptio, effectum habere, eique æquiparari, id specificè exprimunt, prout specificè cautum, atque expressum reperitur *in dicto cap. 1. de præscript. lib. 6. & in dicto cap. 1. §. quod si tales, de priuilegiis, lib. 6. & in d. l. finali, §. finali, C. de fundis patrimonialibus, lib. 11.* & in præscribenda iurisdictione,leges Regiæ expresserunt; vt notauimus *suprà, num. 5.*

Vndè, quando id non exprimitur,sed omittitur omnino, argumentum in contrarium validè, & fortiter retorqueri potest, vt leges ipsæ, quæ immemorialem præscriptionem admittunt expressè, & de præscriptione quadraginta annorum cum titulo mentionem non faciunt, eam admitti noluerint, sed potius excluserint; si enim admitterent, ita in indiuiduum cauissent, atque statuissent; *& in dicta l. prima, titulo 21. libr. 9.* ideo omittitur, quod lex ipsa, vel titulo vero, & legitimo, vel immemoriali sola præscriptione, quæ tituli vicem obtinet, contenta fuerit, non autem amiserit titulum coloratum tantum, vt suprà dixi: vel ergo lege, aut canone exprimi debet; vel subiectæ materiæ ratio admittere, vt dixi.

13 Quocirca, in Hispanorum primogeniis, cum agitur de maioratu de nouo inducendo, in terminis *l. 41. Tauri,* præscriptionem 40. annorum cum titulo sufficere, eam vero nullius efficaciæ esse,nec immemoriali æquiparari, cùm agitur de illo destruendo,aut de præscribendis bonis maioratus iam instituti, in præiudicium sequentium vocatorum,& successorum; ex ratione subiectæ materiæ, & natura primogeniorum ipsorum; obseruaui, & resolui *in commentariis tom. 5. cap. 93. § 8 ex num. 10. cum seqq. vsque ad numer. 23.* idque multorum Authorum allegatione comprobaui; & contrariam opinionem confutaui, quam etiam,nunc non admitto; & addo,Gilrenium,& Barbosam, *in locis relatis suprà, numer. 4.* pro certo supponere,solam immemorialem præscriptionem sufficere posse,vt bona aliqua maioratus, aut fideicommissi perpetui præscribi valeant,nec de præscriptione 40. annorum cum titulo,aliquam mentionem facere,quasi velint, ex natura ipsorum,& subiecta materia,præscriptionem 40. annorum cum titulo operari non posse, nec immemoriali æquiparari: & his iunge Lanatium, *in consilio 94.* Bardellonium,*in consilio 47.* Salgadum, *de Regia protectione, tertia parte, cap. 10. ex numer. 150. folio 141. atque ex numero 183. folio 155.* vbi etiam solam immemorialem præscriptionem admisit,vt bona maioratus præscribi valeant.

Atque ex his, euidens, & concludens apparet responsum ad ea omnia,quæ pro contraria parte ponderaui, & adduxi supra; vt potè, cum procedant dumtaxat, habita consideratione prædicta, vtrum scilicet, eadem militet ratio, necne; & an subiecta materia, de qua agitur, sic suadeat: an etiam,lege ipsa,vel canone,sic expressum fuerit, vt ex omissione,quæ facilè fieri potuisset, argumentum potius in contrarium retorqueri debeat; quod etiam, titulus verus requiratur, vt tunc præscriptio quadraginta annorum non sufficiat cum titulo,cum is sit coloratus, & non verus,vt dictum est, quia si verus titulus, & legitimus esset, nullius temporis præscriptio necessaria esset, vt etiam dixi *suprà,* & vltra relatos *ibi,* singulariter notauit Ioannes Gutierrez, *practicarum lib. 3. quæstione 63. sub num. 28. folio 499.* in illis verbis: *Si enim titulus de per se sufficiens, & validus esset ad inducendum maioratum, aliqua præscriptione opus non esset: ergo cum agimus, titulum cum præscriptione 40. annorum sufficere ad eum inducendum, supponimus, titulum ipsum de per se sufficientem non esse solum, ac sic dubium esse, atque in sufficientem, sed tamen reputari validum bona fide, quia aliàs cum mala nulla præscriptio procederet, iure Canonico attento.*

Ac denique, quod in his iuribus, quæ pro contraria parte ponderantur, vt præscriptio 40. annorum cum titulo æquivaleat immemoriali, id specifice cautum, atque expressum fuerit, quasi supponatur aperte, quod si non exprimeretur, aliter dicendum esset, vt etiam notaui suprà aliter etiam dicendum esse in aliis casibus, & iuribus, vbi id expressum non fuerit.

CAPVT XXXV.

Immemorialis præscriptio, quæ in tractatu, & materia Tertiarum admittitur, & *in dicta l. prima, titulo 21. libro nono,* exprimitur, vt à solutione Tertiarum, aliquis se eximere,& liberare valeat; an interruptione corruat; & quemadmodum id intelligi,atque explicari valeat.

De interruptione quoque præscriptionis, quædam hic, breui compendio traduntur, quæ in actu practico necessaria sunt, & per manus circunferuntur quotidie.

Ac denique inquiritur, an iuris exequendi præscriptio, per solam petitionem executionis interrumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quandoque non currit, nec procedit, quandoque ea cessat, ac dormit, quandoque interrumpitur.*
Et quomodo id contingat.

2 *De interruptione præscriptionis, quædam breui compendio traduntur hoc capite.*

3 *Interruptio præscriptionis, quid sit.*
Et quid operetur.

4 *Interruptio*

4 *Interruptio præscriptionis quædam est naturalis, quædam ciuilis.*

Et quæ dicatur naturalis.

Vbi nonnulla traduntur eius exempla.

5 *Interruptio naturalis nocet præscribenti, non solum respectu interrumpentis, sed & respectu omnium.*

6 *Interruptio ciuilis, quæ fit, & de eius effectu.*

De communi etiam Doctorum distinctione in eo dubio, an per solam litis contestationem, an etiam per citationem, præscriptio interrumpatur.

Vbi distinguitur, an simus in præscriptione triennali, quæ etiam litis contestatione non interrumpitur:

An in præscriptione decem, vel viginti annorum, quæ litis contestatione interrumpitur:

An in præscriptione triginta annorum, aut quadraginta, bona tamen fide precedente, quæ non aliter interrumpitur, quam litis contestatione:

An denique in præscriptione 30. vel 40. annorum merè odiosa, quæ mala fide procedit, & hæc sola citatione interrumpitur.

7 *Interruptio ciuilis tantum prodest ei, qui illam fecit, & non alijs; atque ita non nocet respectu aliorum.*

8 *Et tantum nocet illi, cui facta fuit interruptio, & non alteri.*

9 *Et facta circa vnam rem, ad aliam diuersam non extenditur, nec ad alium actum.*

10 *Præscriptio omnis hodie attenta decisione* l. 29. titulo 29. partita 3. *an per solam citationem, absque litis contestatione interrumpatur:*

An vero distinctio communis, relata suprà, numer. 6. seruari debeat, & iuxta eam, dicta lex Partitæ *intelligi atque declarari.*

Quid etiam in terminis iuris communis, cum de iure Pontificio, in omni præscriptione requiratur bona fides.

11 *Ad effectum constituendi aliquem in mala fide, sufficit, quamlibet moueri controuersiam super re, vel etiam quamlibet denunciationem, atque ex ea possessorem teneri ad fructus.*

12 *Præscriptio litis contestatione non interrumpitur, quando lis non est prosequuta.*

13 *Aut si pars desistat à lite.*

14 *Aut litis contestatio facta sit ab alio, quam à domino.*

15 *In seruitutibus & iuribus incorporalibus, qualiter interrumpatur præscriptio.*

16 *Perpetuatio, & interruptio præscriptionis, in quo differant.*

17 *Actio, qualiter perpetuetur, & quis sit perpetuationis effectus.*

18 *Interruptione, an corruat immemorialis præscriptio.*

Et quemadmodum, id intelligi, atque explicari debeat.

19 *Præscriptio iuris exequendi, an interrumpatur per solam petitionem executionis, & instrumenti productionem.*

1 PRÆSCRIPTIO immemorialis, de qua hactenus actum est, vtrùm interruptione corruat, siue ciuili, siue naturali, Interpretes nostri communiter controuertere, atque in dubium excitare solent, & ad nostrum institutum vsque adeò pertinet, vt silentio prætermitti nullo pacto valeat; idque vel eo magis, quod nonnulli Scribentes, qui hoc de re sermonem instituerunt, breuiter nimis id attigerint, nec satis clarè, & distinctè explicauerint. Pro maiori tamen explicatione meminisse oportebit, atque in memoriam reuocare necessarium erit; quandoque præscriptionem non currere, nec procedere: quandoque eam cessare, ac dormire: quandoque interrumpi. Non procedit, nec currit præscriptio, quoties ob malam fidem, similémve causam, non incipit, nec incipere potest: dormit & cessat, quoties semel incæpta præscriptio, aliquo tempore intermittitur: vt in ea, quæ contra Ecclesiam, ante vacationem, & Pastoris obitum procedebat; siquidem vacante Ecclesia, & ea Prælato destituta, cessat quidem præscriptio, ac demum electo Prælato, quæ priùs incæperat, continuatur. Interrumpitur autem præscriptio cùm omnino extinguitur aliqua ex causa, licet iam cepisset procedere: & ita deducitur ex Gloss. in l. *cum notissimi, §. sed & si quis, in verbo, innsua ur, C. de præscript. 30. vel 40 annor. & in cap. illud & cap. ex transmissa, de præscript.* & specificè tradidit Couar. *in regula possessor, secunda parte, §. 12. numero primo, folio mihi 865. in fine,* & 866. Balbus, *de præscriptionibus, prima parte, sexta, & vltima partis, in principio, ex folio 485.* vbi 22. casus cumulat, & adducit, in quibus nunquam currit præscriptio. Et infert statim ad resolutionem quarundam quæstionum, circa minores, & alios; præscriptio etiam, quando dicatur dormire, & cessare, nonnullis ostendi exemplis *ibidem, ex folio 521. & 522. numero primo, & decem sequentibus*: qualiter quoque interrumpatur præscriptio; latè explicat *tertia parte, ipsius primæ partis sexta, & vltima, ex folio 528. & 529. num. primo, & 14. sequentibus*, Idem quoque notauit Barbosa, *in l. cum notissimi, §. imò, numero secundo & sexto, folio 280.*

De interruptione, quædam hîc breui compen- 2
dio traduntur, atque adnotantur, ad quandam huiusce instituti maiorem enucleationem, vt in eo, de quo quærimus, dilucidè, & distinctè magis procedamus.

Ex dictis autem constat apertè, quod inter- 3
ruptio præscriptionis, nihil aliud est, quam dissolutio inchoatæ præscriptionis, per quam, tempus omne præteritum consequatur, & opus est nouam inchoare præscriptionem; sicuti colligitur ex textu, *in l. sicut, & l. cum notissimi, §. imò, C. de præscript. 30. vel 40. annor.* & cum Glossa, Guid. Pap. Iasone, Balbo, Parisio, Ruino, Tiraquello, & Beroio notauit Barbosa, *in dict. §. imò, numero 9.* & antea, *numero 7.* & vide originaliter Balbum, *in dicto tractatu, ex folio 529.* vbi de interruptione præscriptionis agit, vt *suprà* dixi.

Interruptio præscriptionis quædam est na- 4
turalis, quædam ciuilis: naturalis interruptio contingit, cum deficit aliquid ex his, quæ necessario ad præscriptionem requiruntur; nempe, vel possessio, vel bona fides; vel titulus. Bona fides, vsque adeò necessaria est ad præscriptionem, vt mala fides interrumpat præscriptionem, eámque extinguat omninò; adeò, quòd cessante mala fide, bonáque accedente, necessarium sit iterum ab initio præscriptionem incipere, nec sit locus accessioni temporis; prout vtrumque adnotauit, & comprobauit Couarru. *in dicta regula, possessor, secunda parte, §. duodecimo, numero secundo,* qui addit *numero tertio, in fine, folio 867.* quod quemadmodum mala fides præscriptionem interrumpit omninò; sic & possessio, quæ omnino exigitur ad præscriptionem, si ea deficiat

quocumque

quocumque tempore ante perfectam, & completam præscriptionem, vsucapio interrumpitur. Fit item præscriptionis interruptio, si titulus deficiat, sicuti cum Bartolo, & Panormitano, concludit Couarru. *dicto num. 5. in fine.* Et idipsum ex sententia communi resoluit Balbus, *de præscriptionibus, in prima parte sexta, & vltima partis, tertia eius parte, num. 3. & 4. & sequentibus, folio 530. & 531.* vbi quod amissa possessione, præscriptio intertumpitur vsque adeo, quòd tempora præterita nihil prosunt, & quod ista appellatur interruptio naturalis. Barbosa etiam, *in dicta l. cum notissimi, §. imò, num. 10. & 11. fol. 281.* vbi quod interruptio diniditur in duas species: quædam enim dicitur naturalis, & quædam ciuilis; naturalis dicitur, quando amittitur possessio, quod est requisitum præcipuum, & substantiale præscriptionis, & quod ita loquitur *l. naturaliter, ff. de vsucapionibus*, vbi Bartol. *num. 4.* qui addit, idem esse, si deficiat quodcumque aliud substantiale præscriptionis. Sed quod id non est verum *ex l. vnica, C. de vsucapion. transform.* & ideo in solo defectu possessionis verificetur. Padilla etiam, *in l. 2. C. de seruitut. & aqua, num. 69. 70. & 71.* vbi quod interruptio naturalis contingit, quando quis deiicit rem, quam possidebat: *dict. l. naturaliter, & l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucapion.* vel per inundationem rei possessæ, *l. 3. §. Labeo, ff. de acquir. possession.* cum aliis iuribus *ibi* citatis; & aliis modis interrumpitur, quos enumerat Iurisconsultus *in l. qui vniuersas, §. possessionem, ff. de acquir. possession.* D. Ioannes de Balboa, *in cap. illud, de præscript. num. 13.* vbi etiam adducit communem distinctionem, quod præscriptio, aut vsucapio interrumpitur naturaliter, aut ciuiliter, & citat Glossam, Bartol. Bald. Albnm, Couar. Duarenum, Connanum, Pet. Gregorium, & Zangerium, Donellum, & Osualdum, ita tenentes. Et addit *num. 14.* quod interrumpitur præscriptio naturaliter, possessione rei amissa, velnti deiectis nobis de fundo, quem bona fide possidebamus, ex *dicta l. naturaliter*: & quod dicitur, naturaliter interrumpi, quia verè, & secundum naturam rei possessio amittitur. Et quod solum interrumpitur præscriptio, duobus modis expressis *in eadem l. naturaliter*, ex quibus possessio naturaliter amittitur, cum quis scilicet de possessione deiicitur, aut alicui res eripitur, sed & aliis etiam modis, & quibuscumque amittatur possessio, cùm sine ea præscriptio non procedat, & exempla nonnulla commemorat *ex num. 17. 18. & 19. & sequentibus*; quibus interruptio contingit, & possessio amittitur.

5 Et hæc quidem interruptio naturalis, quæ ex amissione possessionis contingit, nocet præscribenti, non solum respectu interrumpentis, sed & respectu omnium, quorum interesse poterat, rem, aut res non præscribi, vt *in dicta l. secunda, C. de seruitutibus, numer. 83. in fine.* Barbosa, *in dicta l. cum notissimi, §. imò, numero duodecimo, folio 281.* & inferiùs, *numero decimosexto*, vbi citat Glos. Bartol. Claudium, Balbnm, Castrens. Socinum, & Parisium, ita tenentes: idem Barbosa, *in dicta l. sicut. C. de præscript. 30. vel. 40 annor. num. 287. fol. 187.* Tiberius Decianus, *in consilio 114. num. 52. lib. 3.* D. Ioannes de Balboa, *in dicto capit. illud, de præscript. num. 63. 64. & 66.* vbi concludit, interruptionem naturalem, omnibus, qui interesse prætendere possunt, prodesse.

6 Interruptio verò ciuilis est, quando aliquid de naturalibus, & substantialibus non extinguitur, sed aliàs, aliquis actus celebratur, qui de iure ciuili interrumpit præscriptionem, & ea interruptio dicitur ciuilis, quia à iure ciuili inuenta est, vt declarant Bartol. & omnes, *in dicta l. naturaliter*: Panormitanus, *in dicto cap. illud, column. 2. in versiculo, Venio ad secundum principale*: Couarr. *in dicta regula, possessor secunda parte, §. 12. num. 1. in fine*, in illis verbis: *Ciuilis vero interruptio fit, quando actus aliquis acciderit, qui ex lege ciuili interruptionem inducat.* Balbus, *dicta prima parte, sexta, & vltima, quæst. 4. num. 2. folio mihi 545.* Barbosa, *in dicta l. cum notissimi, §. imò, num. 13. folio 281.* D. Ioan. de Balboa, *in dicto cap. illud, ex num. 80. cum pluribus sequentibus.* Et ij omnes adducunt communem illam distinctionem, quam etiam recenset Couarru. *dicto §. 12. num. 4. fol. 668.* scilicet quandam esse præscriptionem, in odium tantum negligentis inductam, vt est ea, quæ mala fide, iure Cæsarum admittitur, ex triginta annorum tempore; quandam verò esse merè fauorabilem, nempè inductam à iure in fauorem tantum possidentis, qualis est vsucapio triennalis, quæ omnino fauorabilis est: Aliam autem esse præscriptionem mixtam, id est, de iure institutam in odium negligentis, simul, & in fauorem possidentis; & hæc est præscriptio decem, vel viginti annorum, quæ cum titulo, & bona fide procedit: sicuti explicat textus, *in cap. placuit, §. potest, 16. quæst. 3.* cuius meminit in hac specie Iason, prout refert Couarruuias, *dicto num. 4.* qui addit, quod item est mixta præscriptio ea, quæ absque titulo, bona fide procedit, ex tempore triginta annorum. Addit etiam, primam de interruptione ciuili esse conclusionem, quod præscriptio triennalis, quæ à Doctoribus, vsucapio dicitur, non interrumpitur, etiam litis contestatione, imo procedit, & perficitur, etiam durante lite, in qua, possessore condemnato, fit rei restitutio, *l. 2. §. vltimo, ff. de vsucapion. pro emptore, l. Iulianus, § quantum, ff. ad exhibendum, l. si post acceptum, ff. de rei vendicatione.* Ex quibus, vnanimi omnium consensu, hæc opinio constituta est, tam *in dict. l. naturaliter*, quàm *in dicto cap. illud*: & tenuerunt relati *suprà*, Balbus etiam, *folio 558. num. 31.* & cum aliis resoluit Barbosa, *in dicta l. sicut, 3. numero 253. 254. & sequent. fol. 182. & 183.*

Secunda verò conclusio est, quod præscriptio decem, vel viginti annorum, quæ partim est fauorabilis, partim odiosa, interrumpitur litis contestatione, *l. mota litis, C. de rei vendicatione, §. potest, in dicto cap. placuit*, & cum Bartolo, Abbate, Felino, Balbo, & Ioanne Annibal. resoluit Couarru. *in dicto num. 4.* qui addit, hanc conclusionem tunc obtinere, cùm litis contestatio fit apud iudicem competentem, & habentem causæ, & litis eiusdem cognitionem, prout *ibi* comprobat. Barbosa etiam, *vbi suprà, n. 255.* & Ioannes de Balboa, *ex num. 81. & 82.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirmat. tertia parte, cap. 1. ex num. 1.*

Tertia conclusio; præscriptio triginta annorum, aut quadraginta, bona tamen fide procedens, non aliter interrumpitur, quàm litis contestatione. Hæc enim præscriptio, propter bonam fidem, similis censetur præscriptioni decem, vel viginti annorum, & mixta iudicatur, quemadmodum constat *ex dicto §. potest*, cuius authoritate, ita tenuerunt Abbas, Felinus, & Balbus, cum quibus Couarru. *dicto num. 4. versicul. 3. conclusio.*

Quarta conclusio, præscriptio merè odiosa, quæ mala fide procedit ob negligentiam alterius, sola citatione interrumpitur. Et idem erit in

in quaeumque alia præscriptione, quæ mala fide possit procedere; sicuti aliis relatis, atque ea communi Doctorum sententia resoluit Couarru. *dicto numero quarto, versiculo, Quarta conclusio,* sequuntur etiam Padilla, Balbus, & Ioann. de Balboa *vbi suprà*, & cum Bartolo, Guid. Pap. Balbo, Parisio, & Andr. Gail. Barbosa, *in dicta l. sicut, 3. numero 157 folio* 183. videndus *ex numero* 252. qui *ex numero 266. vsque ad* 271. nonnullas limitationes, atque declarationes adducit: ac Prima quidem, quod vbi citatio fuerit nulla, propter quemcumque defectum, tunc non interrumpat præscriptionem, quemadmodum nec litis contestatio interrumpit, si non fuerit valida. Secunda limitatio est, vt per citationem interrumpatur præscriptio, dummodo actor compareat in iudicio, & accuset contumaciam citati; provt *ibi numero* 268. Tertia limitatio est, quod vt inducatur præscriptio, oportet quòd in iudicio tractetur de ea actione, aduersus quam prætenditur præscriptio, sicuti comprobat *ibid. num.* 269.

7 Hæc autem interruptio ciuilis strictior est,
quàm naturalis, & quæ non prodest nisi inter-
rumpenti, & non alij, atque ita non nocet præ-
scribenti metipsi, respectu aliorum, *l. intra qua-
tuor, in principio, ff. de diuers. tempor. præscript. l. 2.
§. finali ff. ne de statu defunctor. l. finali, C. de duo-
bus reis*, vbi nocet correis; non igitur noceret
illis, si correi non essent, provt ponderat, &
cum Glossis, Bartolo, Angelo, Imola, Romano,
& Claudio resoluit Padilla, *in dicta l. secunda,
C. de seruit. & aqua, numero* 81. Balbus, *de præscri-
ptionibus, prima partis, sexta, & vltima. parte quar-
ta, ex numero 46. & sequentibus.* Barbosa, *in dicta
l. sicut 3. ex numero 28. folio 187. & in dicto §. vlt.
numero decimo sexto, & decimo septimo, folio* 281. &
etiam in causa Fiscali id procedere, tradit Pe-
8 regrinus, *de iure Fisci, libro sexto, titulo octauo, nu-
mero* 41. & tantum nocebit illi, cui facta fuit in-
terruptio, & non alteri, *l. prima*, cum Glossa, *C.
de præscript. longi temporis.* Et cum Gomezio, So-
cino, & Puteo notauit ipse Barbosa, *numero*
9 288. *folio* 187. & facta circa vnam rem, ad aliam
diuersam non extenditur, *capit. auditis, in fine, de
præscript.* Paul. Castrensis, *in consilio decimo, nu-
mero octauo, libro primo.* Barbosa, *numero* 289. & in
vno actu facta interruptio, non præiudicat in
alio, etiamsi omnes prouenerint ex vno iure,
ex dicto capit. auditis, cum Glossa, *verbo, interru-
pta*: & *ibi* notat Innocentius, *numero quinto*, Ab-
bas, *in capit. cum olim, de præscript.* Balbus, *quar-
ta parte, sexta principalis, numero* 51. tractus singu-
laris *in l. si quis fundum, 43. ff. de acquir. possession.*
vbi mala fides respectu vnius partis fundi, non
impedit præscriptionem alterius partis, etiam
pro indiuiso, *l. emptor fundi. ff. de vsucapion. pro em-
ptore.*

Remanet ergo, præscriptionem regulariter non interrumpi, nisi litis contestatione, excepta vsucapione triennali, in qua nec litis contestatio sufficit: excepta etiam 30. vel 40. annorum præscriptione, cum mala fide, in qua solam citationem sufficere diximus suprà, quod in actionibus temporalibus obseruari, & necessariam esse litis contestationem ad interrumpendum, *ex l. prima, & secunda. C. quando libellus principi datus, & l. finali,* & *ibi* Bartol. *numero quarto, ff. de eo per quem factum erit.* resoluit Barbosa, *in dicta l. sicut, 3. numero 256. folio* 183.

Ioannes Gutierrez, *de iuramento confirmatorio tertia parte, capite primo, ex numero primo, cum sequentibus*, vbi quod præscriptio interrumpitur per litis contestationem, super actione etiam personali, & actio perpetuatur vsque ad 40. annos; actiones etiam decem, vel viginti annorum, quod perpetuantur in 40. annos per litis contestationem, vel iuramentum decisorium, tradit *ibidem numero quinto*, citatio autem sola, quod sufficiat ad interrumpendam præscriptionem inductam ex mero odio negligentis, eodem loco obseruat, *numero secundo, & vigesimo quinto*, & superiori communi distinctioni conuenit, relatæ *suprà numero sexto.* Acevedus etiam, *in l. sexta, titulo decimo quinto, libro quarto, ex numero 41, 42. & sequentibus, folio* 524. Cardinalis Tuschus, *tomo sexto, conclusione 576. folio 441. littera P.* & quod sola citatio sufficiat in præscriptione triginta annorum, cum mala fide, latè prosequitur Barbosa, *in dicta l. sicut, 3. ex numero 233. folio 180. vsque ad numerum* 295. vbi longa serie explicat, atque exornat. Regulariter etiam, quod præscriptio non interrumpatur nisi per litis contestationem; obseruarunt Gomez de Leon, *in centuria informatiua. allegatione* 82. Rodriguez, *de Annuis redditibus, libro secundo, quæstione nona, numero 70. folio* 192.

Cæterum aduertendum est, atque insistendum in eo, quod *lege Regia vigesima nona, titulo vigesimo nono, partita tertia*, sublata, seu correcta videtur differentia communis relata, & generaliter statutum, vt omnem prorsus præscriptionem, sola citatio interrumpat, nec litis contestatio necessaria sit. Primò namque, lex ipsa decernit, quod interrumpitur præscriptio per possessionis amissionem, quando quis verè desiit possidere, in quo ea lex conuenit iuri communi, & *dicta l. naturaliter ff. de vsucapionibus*, & latiùs explicat Gregorius Lopez *ibi*, verbo, *perder la tenencia della.* Secundò statuit, quod interrumpitur præscriptio per citationem, aut in iudicio, vel coram amicis, aut arbitratoribus petitionem; & in hunc modum scribit: *Otro si dezimos, que si alguno ouiesse començado a ganar per tiempo cosa agena, que si aquel, cuya lera, o contra quien la ganaua, le hiziesse emplaçar sobre ella, por carta del Rey, o por portero, o gela ouiesse de mandado en juyzio: la ganancia del tiempo, que auia començado contra el, destajase, o pierdese por ende.* 10

Gregorius Lopez, *ibidem*, verbo, *le fiziesse emplazar*, eruditè, & maturè difficultatem agnoscit, atque perpendit in hæc verba: *Aduerte, quia ista lex non distinguit inter præscriptionem longissimi, & longi temporis; vel vsucapionem trienny, sicut neque distinguebat Azo, C. de Annali exceptione, in summa: Iacob. tamen de Arena, & Bartol. & alij Doctores, in l. sicut in rem, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, distinguunt inter has præscriptiones, scilicet vt vsucapio mobilium, neque per litis contestationem interrumpatur, nisi in effectu, vt in l. post acceptum: ff. de rei vendicat. & in l. 2. §. finali ff. pro emptore; præscriptio verò longi temporis interrumpatur litis contestatione, & non sola citatione, vt in l. more, C. de rei vendicat. præscriptio tamen longissimi temporis, cùm inducta fuerit odio negligentis, interrumpatur sola citatione. Imo, & quando ista præscriptio longissimi temporis est cum bona fide, Doctores volunt, vt non interrumpatur sola*

citatione, sed exigatur litis contestatio, vt tenet Abbas, & Balbus.

Tandem ipse Gregorius Lopez, iudicium suum interponit, & in hunc modum scribit: *Et forte dicendum esset, quod attentis verbis huius legis, quæ non distinguit, & per alternatiuam, vel parificat citationem, & litis contestationem,* ibi: *O gela ouiesse demandado, quod habebit hoc locum in omni præscriptione, siue cum bona fide, siue cum mala fide: nam & talis citatio habet vim litis contestationis, vt in l. constitutionibus, ff. de obligat & action. & sic per istam legem destruatur illa communis Doctorum, & magistralis doctrina, quæ fundatur per leges, ad quas potest responderi, etiam de iure communi loquendo: cogita.* Ecce vbi cogitandum, & deliberandum relinquit, etiam in terminis iuris communis, cùm dicat, ad leges, quibus communis subsistit, responderi posse.

Padilla autem, *in dicta l. 2. C. de seruitut. numero 76.* optimè ponderauit *dicta l. partita* decisionem, atque difficultatem, & in hunc modum, eam dissoluit: *Ego didici, difficilè esse inducendam legum correctionem, ac promptius esse, vt leges legibus componantur, faciléque esse, vt leges posteriores ex prioribus interpretentur, & legem quamlibet ita esse interpretandam, vt quàm minimè lædat ius commune. Quare legem Partita, iuxta communem resolutionem Glossæ nostræ, existimo declarandam, vt solum procedat in præscriptione procedente sine titulo, ac mala fide.*

Barbosa etiam, in *dicta l. sicut 3. numero 279. folio* 186. eodem pacto limitat, atque explicat eiusdem legis *partita* decisionem, & in hunc modum scribit: *Ex qua opinione infertur explicatio ad l. 29. titul 19 part. 3. dum generaliter permittit interruptionem præscriptionis, per citationem; nam intelligenda est in præscriptione 30. annorum, siue cum bona fide, siue cum mala, neque enim verisimile est, de vsucapione, vel præscriptione longi temporis locutam fuisse contra receptissimas resolutiones in hac materia. Padilla, l. 2. numero 76. C. de seruitut. licet contrarium scribat Gregorius, dicta l. 29. in glossa tertia.*

Ego sane libenter agnosco Padillæ, & Barbosæ explicationem, probabilem satis esse, & defendi posse, quæ iuxta communem Doctorum distinctionem, lex ipsa *Partita* temperatur, atque explicatur; verè tamen, negari non posse, quin verba generalia legis eiusdem fortissimè adstringant, vt Gregorij placitum probari iuridicè valeat, licet ipse cogitandum reliquerit; cùm neque lex ipsa distinxerit, nec communis eiusdem distinctionis mentionem vllam fecerit, quam adeò facilè probare potuisset. Cæterum communem ipsam distinctionem non leuis, sed maximæ authoritatis esse, vt iuxta eam lex illa explicari, atque distingui valeat, & non sola citatio sufficiat, sed litis contestatio exigatur in cæteris præscriptionibus, excepta triennij vsucapione, & 30. vel 40. annorum præscriptione, cum mala fide, in qua sola citatio sufficeret, vt sæpè dictum est. Decipitur autem Barbosa, dum eam præscriptionem, siue cum bona, siue cum mala fide æquiparat. Nam si cum bona fide procedat, non sola citatione interrumpitur, sed litis contestatio necessaria est, sicuti Gregor. Lopez, & Didac. Couarr. rectius obseruant, prout suprà retuli eos.

Qui autem existimauerit, *dicta l Partita* constitutionem, generaliter loquentem, nec aliquo modo distinguentem, generaliter, & indistinctè accipiendam esse, vt sola scilicet citatio, omnem, & quamcunque præscriptionem interrumpat; eam quidem intelligere debebit de citatione facta per executorem de mandato Iudicis competentis, vnde non sufficiet actus iudiciarius quicunque, & minus denuntiatio extraiudicialis, siue actio sit personalis, siue realis; sed neque denuntiatio facta per Iudicem nocebit; prout hæc tria, in terminis iuris communis annotauit, atque comprobauit Petr. Barbosa, *in dicta l. sicut 3. numero 233. & tribus sequentibus, folio* 180. & dictæ legi *Partita*, optimè applicantur, prout etiam applicari debent limitationes, atque declarationes nonnullæ, ab eodem Authore traditæ *ibi, ex numero 266. cum sequentibus, folio* 184. qui autem crediderit, legem ipsam *Partita*, iuxta distinctionem communem temperandam, & declarandam, & litis contestationem, ad interrumpendam præscriptionem requirat (prout fortassis præcisè admittetur) declarationes has omittet, cum admissa ea sententia, citatio sufficere non debeat, nisi in præscriptione illa, in qua, attento iure communi, & decisione *dicta l. sicut* 3. sufficiebat.

Secundum id procederet, attento iure ciuili, & decisione *dicta l. sicut* 3. quo procedebat præscriptio cum mala fide, idque abrogatum sit iure Canonico, quo nulla præscriptio, cum mala fide procedit, *cap. final. de præscriptionibus*; dubium singulare est, vtrum hodie, præscriptio etiam ea longissimi temporis, triginta scilicet, vel quadraginta annorum cum mala fide, non interrumpatur per citationem, sed necessaria sit litis contestatio, prout requiritur in præscriptione longi temporis, decem scilicet vel viginti annorum cum bona fide; & quod litis contestatio necessaria sit, colligitur ex textu, *in cap. placuit. §. potest, 16. quæstione* 3. & tenent Panormitanus, Felinus, Parisius, Balbus, Anton. Nig. Ruinus, Decianus, Alciat. Gregor. Lopez, & Couarru. quos pro hac parte citat Barbosa, *in dict. l. sicut 3. numero* 271. *folio* 185. qui *numero* 272. *& duobus sequentibus*, inquit subsistendum esse, quia non videtur bona hæc similitudo, nam præscriptio longi temporis requirit titulum, & bonam fidem, *l. nullo, C. de rei vendication.* & ideo non interrumpitur, nisi per litis contestationem. Cæterum, præscriptio triginta annorum, licet requirat bonam fidem, tamen titulum non requirit: ergo non est recedendum etiam hodie, à regula *dicta l. sicut* 3. quod per solam citationem interrumpatur hæc præscriptio. Quod ita esse de mente Legistarum communiter, asserit Claudius, *in dicta l. naturaliter, numero* 42. Item generalius videtur, quod iure Canonico, semper per citationem videatur interrupta præscriptio, quia per eam constituitur citatus in mala fide, *l. sed & si leg. §. si ante, ff. de petit. hæredit.* & per superuentum malæ fidei, omnis præscriptio interrumpitur iure Canonico, *capit. finali, de præscript.* qua ratione dicit idem Barbosa, expressè tenere hanc opinionem Baldum, Cremensem, Cæpol. Balbum, Iason. Rimioald. Puteum, Castillum, & alios, quos refert *numero* 274. & concludit *numero* 275. quod omnibus pensatis, verior sibi videtur communis opinio Legistarum, vt etiamsi præscriptio triginta annorum hodie non procedat, nisi cum bona fide, *dict. capit. finali, de præscriptionib.* & Doctores communiter æquiparent præscriptionem

nem longi temporis, & præscriptionem 30. annorum, cum bona fide, vt per Balbum, *ibi* relatum: tamen etiam hodie interrumpitur per solam citationem, iuxta text. *in dict. l. sunt*, quia in præscriptione longi temporis requiritur bona fides positiua; neque sufficit, abesse malam fidem: sed in præscriptione 30. annorum, satis est abesse malam fidem, licet non adsit bona fides positiuè: quamuis igitur in præscriptione longi temporis, in qua requiritur bona fides, magis qualificata, requiratur litis contestatio ad interruptionem, *dicta l. motu, C. de rei vendicat.* non ob id inferendum est ad præscriptionem, in qua non requiritur tam qualificata bona fides, vt etiam per Balbum, *ibi* relatum, sed in ea standum est dispositioni *dicta l. sicut*: quod, & alio simili comprobat ipse Barbosa; *numero 276.* & tuendo hanc opinionem, fundamentis partis contrariæ respondet *numero 277. & 278.* & eandem resolutionem amplecti videtur Gregorius Lopez, attento iure ipso Canonico, *in dicta l. 29. titulo vigesimo nono, partita tertia glossa tertia, in versiculo, Et facit ad hoc*: dum adducit doctrinam Baldi. Et expressè tenuit Padilla, *in dicta l. secunda, C. de seruitut. numero 77. & tribus sequentibus*, dicens, quod cum iure Canonico, sola mala fides interrumpat præscriptionem, quocumque tempore illa interueniat, ex *dicto cap. vltimo, de præscript.* sola citatio interrumpit præscriptionem rerum quarumcumque; & quod ita tenent Bald. Angel. Cæpola, Balbus, Iason, Francisc. de Crema, Gregorius Lopez, & Ioannes Annibal, quos *ibi* refert, *dicto numero 77.* & addit *num. 78. & 79.* quod erit & in foro sæculari eadem opinio admittenda, cùm animam concernat materia hæc, atque peccatum; quo casu, Canonistis standum esse, iam olim placuit Glossæ, & pluribus Authoribus, *ibi* relatis: etiamsi materia, de qua agitur, solum concernat peccatum veniale, prout etiam comprobat *ibidem*. Et verum videtur, atque ita tenendum. Et amplecti solet Romana Curia, sicuti constat ex his, quæ post Monetam recenset Augustin. Barbosa, *in cap. illud 8. de præscript. numero 3. folio 596.* vbi inquit, ex decisione Rotæ, præscriptionem interrumpi per protestationes extraiudiciales, si sunt aptæ inducere malam fidem; & per litem introductam coram iudice laico, etiamsi nulla sit, quia reus constituitur in mala fide, etiam coram iudice incompetente. Et quod præscriptio dicatur interrupta per motionem litis, vt per Rotam, apud Farinacium, *ibi* relatum. Et comprobatur eadem resolutio, quia ad effectum
21 constituendi aliquem in malâ fide, & vt teneatur ad fructus restituendos, sufficit, quamlibet moueri controuersiam super re, vel etiam quamlibet denuntiationem; vt per textum *in l. sed & si lege, §. si ante, ff. de petit. heredit.* resoluit Barbosa, *in dicta l. sicut 3. num. 249. & 250. folio 182.*

22 Præscriptio autem non interrumpitur, etiam litis contestatione, quando non est prosequuta lis excitata; vt per Glossam singularem, *in cap. placuit. §. potest, verbo interrupta, 16. quæstione tertia.* quam extollit Felinus, *in capit. causam, quæ, limitatione tertia, numero vigesimo octauo, de testibus.* Surdus, *in consilio 500. numero secundo, libro quarto.*

23 Aut si pars desistat à lite, non etiam interrumpitur præscriptio; quia citatio circunducta, habetur pro non facta, *l. post edictum, §. primo*, vbi notat Baldus, *ff. de iudiciis*, quia videtur actor renuntiare actioni intentatæ, vt post alios Authores comprobat Balbus, *de præscript. 6. parte, quæstione 4. principali, numero 22.* & confirmat Menochius, *in consilio 230. ex numero sexto, libro tertio*, & quando instantia perimitur ob negligentiam agentis, non dicitur interrupta præscriptio, vt post Abbat. Felinum, & alios, notauit Surdus *dicto consilio 500 numero 2.* Tiraq. *de retractu lignag. §. 15. glossa 1. num. 18 & 19.*

Aut si litis contestatio facta sit ab alio, quàm 14
à domino; quia tunc non interrumpit præscriptionem, Baldus, *in l. sicut numero 7. versicul. Sed quidem, C. de præscript. 30 vel 40. annorum*, qui excitatur per text. *in l. finali §. finali, ff. rem ratam haberi*: Balbus etiam, *de præscript. 6. parte, dicta 4. quæstione principali, numero 37. versic. Tertiò limitatur.*

In seruitutibus autem, & iuribus incorpora- 15
libus, quod interrumpatur præscriptio, his modis, quibus interrumpitur præscriptio rerum corporalium, per text. *in l. 2 C de seruitut.* & cum Innocentio, Panormitano, & Platea notauit Padilla *ibi, numero 84.* & addidit, probari præscriptionis interruptionem, vno teste, omni exceptione maiore, & proprio partis iuramento. Plenius tamen applicat Balbus, *de præscript. tertia parte sexta & vltima partis 1, quæstione prima, numero 40. folio 361.* vbi post Bartol. *in dicta l. naturaliter, ff. de vsucapion.* Panormitan. *in dicto cap. illud, de præscript.* inquit, quod quædam sunt iura incorporalia, debita fundo, vt seruitus realis; & in istis, præscriptio interrumpitur, perdita possessione fundi dominantis, *l. si ades, §. primo, ff. de seruitut. vrbanor prædior.* Item interrumpitur, quando ille, contra quem præscribitur, impedit præscribentem vti seruitute, *l. sequitur, §. si viam, ff de vsucapion.* Cùm enim in incorporalibus, quasi possessio nihil aliud sit, quam patientia aduersarij, *l. quoties, ff. de seruitut.* statim quòd quis desinit pati, interrumpitur præscriptio, & quasi possessio seruitutis. Et idem dicit Bartolus, in iuribus incorporalibus, non cohærentibus prædio, vt in iurisdictionibus, & similibus; nam statim cùm fit vnus actus, per quem quis prohibetur vti illo iure, videtur interrupta quasi possessio, & præscriptio, & de hoc est textus optimus, secundum Bartol. *in capit. audiuis, de præscript.* & *ibi* plenius per Innocentium, *in vltima glossa.* Et meliùs *in capit. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possession. & propriet.* vbi idipsum concludit, & maximè *numero 5. in dicto cap. auditis*, & sequuntur Hostiensis *ibi, numero 3.* Ioann. Andr. *numero 5.* Antonius de Butrio, *numero 11.* Abbas, *numero decimo tertio*, Ancharanus, *numero sexto.* Bellamera, *numero decimo octauo.* Alexand. de Neuo, *numero 23.* Ioannes Annibal, *in dicta l. naturaliter, numero 36.* Sichardus, *in l. 2. C. de seruitut. numero 12.* Ex quibus apparet communem esse omnium sententiam, quod ad interrumpendam præscriptionem in iuribus incorporalibus, interruptione naturali; necessaria est impatientia talis, quæ præscribendi tollat possessionem, aliàs non causat interruptionem, vapore cùm ea non interrumpatur naturaliter, nisi amissa possessione. Et ideo contradictio verbalis, nisi ei acquiescat præscribens, nec impatienti præstat possessionem, nec ei, qui præscribit, possessionem aufert: quod magistraliter considerauit Baldus, *in l. Senatusconsulto, ff. de officio Præsidis, in additione, numero primo*, dicens, quod prohibitio facti interrumpit

præscriptionem, non prohibitio verbi. Et conuenit Innocentius, *in capit. olim, el 2. ante numerum primum, versiculo, Sed si alius, de restitut. spoliator.* idem Balbus, *in capit. primo, §. sacramentum, numero nono, de consuet. recti feu. & in rubrica. de maioritate, & obedientia*, vbi inquit, quod obedientia, per obedientiam possidetur, & non per præceptum solum, quia qui præcipit, si sibi non patetur, nihil in alium possidet, sequitur Afflictus, *decisione 265. numero 10. & 11.*

Ciuiliter verò interrumpitur præscriptio in iuribus incorporalibus, prout distinguit Bartol. *in dict. l. 2. C. de seruitutibus.* Et refert Balbus, *3. parte, dicta 6. partis, numero 40. in versicul. Sed dubitatur*, dicens, quod si præscribens iuuatur ex titulo, requiritur litis contestatio, sicut ad interrumpendam præscriptionem longi temporis; si verò non habet titulum, tunc interrumpitur per solam citationem, & executoris missionem, prout latiùs *ibi* videri poterit. Et generaliter, quod cum in præscriptione seruitutis, titulus non requiratur, *l. si quis diuturno, in principio, ff. si seruitus vendicetur*, & tamen requiritur bona fides, *dict. l. 2. C. de seruit.* hodie, hæc præscriptio interrumpatur per solam citationem, ex sententia Bartoli, Baldi, Aretini, Alexand. Felini, & Simonis de Prætis, obseruauit Barbosa, *in dict. l. sicut 3 n. 273. fol. 285.*

16 Differunt autem interruptio, & perpetuatio actionis: nam interruptio facit, quod præscriptio iam inchoata rumpatur, ita quod de nouo debet inchoari à tempore interruptionis; perpetuatio verò protogat vitam actionis, mediante litis contestatione, & facit, quod actio; quæ erat breuis vitæ, vel durabat 30. annis, aut minori tempore, fiat perpetua, id est, extendatur vsque ad 40. annos, *l. finali, C. de præscript. 30. vel 40 annor.* atque ex communi Doctorum sententia tradit Balbus, 4. *parte sexta, & vltima, quæstione prima, numero primo, folio 575.* Couarr. *in regula, possessor. 2. parte, §. 12. numero sexto, folio 869.* & cum multis Pet. Barbos. *in l. cum notissimi, §. imò, numero 8. folio 281.* latiùs *in l. finali, per totam:* Et maximè, *numero quarto*, vbi quod perpetuatio actionis, nihil aliud est, quam extensio vitæ actionis, vt duret vsque ad 40. ann. & *numero sexto, & decimo tertio*, vbi latius explicatur materia, & articulus etiam ille, actio qualiter perpetuetur, & quis sit perpetua-
17 tionis effectus, de quo agunt etiam Balbus, *vbi supra, numero secundo, folio 575.* Couarru. *dicto num. 6. & 7.* Barbosa, *in dicto §. imo, num. 16. & 27.* Ioannes Gutierrez, *de iuramento confirmatorio, tertia parte, cap. 1. num. 1. & 5. & 6.*

18 Immemorialis verò præscriptio, quod interruptione non corruat, & consequenter non censeatur interrupta per citationem, neque per litis contestationem, cum habeat vim priuilegij; obseruauit Pet. Barbosa, *in dict. l. sicut 3. n. 276. fol. 284.* qui dicit, ita limitare Molinam, *libr. secundo. cap. 6. numero septimo*, sed est *numero 47.* declarari tamen debere, vt per Octauianum, *decisione Pedem. 101. numero 41.* & per Ioann. Garciam, *de nobilitate, glos. 12. num. 79.* Videamus nunc, quid Authores hi, in proposito scripserint, atque considerauerint. Et quidem Ludou. Molina, *d. n. 47.* specificè annotauit; dixisse Oldrad. *in consilio 254. numero 18.* non posse subduci ab immemoriali præscriptione tempus aliquod per interruptionem. Cum enim tempus immemoriale, infinitum esse debeat, etiam sublato de medio aliquo tempore finito, tempus quod remanserit, infinitum esse debet, ex regula vulgati, quod si ab infinito finitum demas, quod remanserit, infinitum etiam erit. Qua etiam ratione dixit Corneus, *in consilio 21. numero quinto, libro primo*, quod interruptio non elidit immemorialem præscriptionem, cuius dictum refert & sequitur Parisius, *in consilio 27. numero 84. libro primo.* statim autem ipse Molina id explicat, vt quod de interruptione dictum est, procedere non possit in tempore quadraginta annorum, in quo dicta l. 41. *Tauri*, ad immemorialis præscriptionis probationem, testes de visu deponentes præcisè requirit. Et quod ita semper intelligi, atque practicari solitum est. Voluit ergo apertissimè Molina, immemorialem præsupponere tempus infinitum; atque ita nullam ei obstare interruptionem, quæ in quadraginta annis vltimis non fiat. Et quamuis Ioannes Garcia, *de nobilitate, glossa 12. numero 79. folio 272.* videatur communem sententiam improbare, in placitum quidem Ludou. Molinæ, velut expresse reincidit; agnoscit namque, interruptionem fieri posse, si intra tempora quadragenaria contingat ciuilis, vel naturalis possessionis interruptio, prout latius *ibi*.

Ego sane existimo, quod quemadmodum in terminis iuris communis, interruptio non habet locum in immemoriali præscriptione, ob rationem illam, post Oldrad. à Ludouico Molina assignatam; ita quoque, nec in terminis iuris Regij, & post editam *dicta l. 41. Tauri* constitutionem, locum habere non debeat; si ponamus, immemorialem, ritè, & rectè processisse, impletámque fuisse, nec de interruptione, ante ipsam Immemorialem completam, testes extitere. Si igitur tempus ad immemorialis præscriptionis perfectionem necessarium cucurrerit, & post eam legitimè impletam, interruptio interuenerit; perinde haberi debet, ac si nulla interruptio facta fuisset. Quod si testes, qui de visu quadraginta annorum deponere debent, de interruptione, eo tempore, aliquid dixerint, non plenè de ipsa Immemoriali deponerent, nec ipsam perfectam, & consummatam, ac cum suis requisitis concluderent: & in eo sensu, Lud. Molinæ placitum rectè procedit, communis quoque opinionis resolutio iuridicè etiam procedit ad modum prædictum; & comprobatur ex his, quæ Octauianus Cacheranus, *dicta decisione 101. n. 41. fol. 266.* multùm ad propositum adnotauit, eóque loco, in hunc modum scripsit: *Quinto, quia non est probatum, præscriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, fuisse perfectam, ante præsentem litem motam, & multo magis ante sententiam prolatam de anno 1546. prout probari debebat, alioquin non dicitur probata præscriptio, secundum Bartol. communiter approbatum in l. Celsus, n. 22. ff. de vsucapion. Et ratio est, quia effectus præscriptionis consummatur in fine, quando est perfecta præscriptio, & non ante, Bartol. in l. ab hostibus. §. sed qui simpliciter, col. 4. ff. ex quib. caus. maiores, quem refert, & sequitur Iason, in l. is qui putat, n. 12. & 13. ff. de acquir. hæred. vbi etiam loquitur in præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quæ etiam debet esse perfecta, & nisi perfecta probetur ante litem contestatam, interrumpitur per litis contestationem, cap. illud, & ibi Glossa finalis, de præscript. nam fieri potest, quod tempore depositionum, nullus extaret, qui recordaretur de contrario, & tamen*

tempore

tempore mota litis, & multo magis dicta sententia, de anno 1546. qui initij in contrarium reminiscerentur.

19 Illud autem, aliquando controuersum, & disceptatum vidimus, vtrum scilicet præscriptio iuris exequendi, interrumpatur per solam petitionem executionis, & productionem instrumenti in iudicio, & quidem Azeuedus, *in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recopilat. num.* 39. in ea opinione fuit, vt existimaret, quod instrumentorum habentium paratam executionem productio in iudicio, habet vim litis contestationis, ex doctrina Bartoli, *in l. si quis stipulatus, num* 4. quem *ibi* sequitur Baldus, *ff. de solutionibus*; at per litis contestationem, præscriptio interrumpitur. Et Azeuedum refert Rodriguez, *de annuis redditibus, lib. 2. quæst. 9. num. 70. fol.* 192. qui dicit; idem tenuisse Cifuentes, & Gomez de Leon, quos *ibi* refert, & concludenti fundamento, atque iuridicè improbat eam opinionem; considerat tamen, aliquando sustineri posse, prout *ibi* videri poterit; regulariter autem, solam instrumenti productionem non sufficere, nisi quoque deuentum sit ad quasi contestationem; in executiuis autem, locum contestationis habet primus rei actus repugnans, & contradicens. Et ita censebitur facta interruptio præscriptionis iuris exequendi per oppositionem rei conuenti, aut per alium actum contradictorium concernentem merita causæ, sicuti comprobat *ibidem*. Et de his hactenus.

CAPVT XXXVI.

Exemptio, & priuilegium, de non soluendis decimis, alicui Religioni, Communitati, aut personæ à Sede Apostolica concessum, vtrum effectum sortiri, atque operari possit in præiudicium iuris Tertiatum, multis antea temporibus, Regibus nostris Hispaniæ acquisiti, & concessi.

Et quid, si apposita fuerit clausula, *non obstantibus constitutionibus, & priuilegiis, &c.* non tamen facta specifica mentio, & derogatio priuilegiorum, & concessionum Tertiatum ipsarum.

Et consequenter, an debeantur, necne, Tertiæ, quamuis ex priuilegio, decimæ non soluantur.

Quæ tamen deberentur præcisè, si decimarum non soluendarum exemptio non superuenisset.

Priuilegium nouum, siue secundum, an, & quando reuocet primum, aut antiquum, siue in aliquo, ei detrahere valeat, nécne.

Priuilegia, & rescripta Principum, an ita accipi, atque interpretari debeant, vt Tertio non inferant, nec faciant præiudicium, & iuri communi, atque æquitati conueniant, & potiùs restringantur, quàm noceant possessioni Tertij; quod exornatur, atque illustratur permultis.

Et quàm verum sit, siue etiam indistinctè accipiendum, quod secundum priuilegium non faciens mentionem de primo, alteri concesso, non reuocat primum. Et quid, si apposita fuerit clausula, *Non obstantibus constitutionibus, & priuilegiis.*

Et Rotæ Romanæ, ad definitionem quæstionis principalis, & disceptationis huius capitis, decisio in terminis ponderata nouè per Authorem.

Ad decisionem quoque eiusdem altercationis, *se consideran por el Autor tres conclusiones, y tres casos nueuamente, y se fundan, y comprueuan singularmente.*

Y se explica el axioma vulgar, quòd mutatione personæ, mutatur qualitas, & natura rei.

Ecclesia vtrùm teneatur soluere tributum de bonis, quæ antea erant tributaria, siue aliquo onere reali affecta, & postea fuerunt in Ecclesiam translata; quod difficile, & controuersum semper dubium fuit, & contrariis opinionibus, atque concordiis diuisum.

Ius semel acquisitum, faciliùs retineri, quàm de nouo acquiratur; & multa, quæ nouam acquisitionem impedirent, retentionem non impedire. Quod exornatur.

Et horum omnium, memorabilis, & notanda traditur resolutio, atque explanatio, prout hic videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio, & priuilegium de non soluendis decimis, alicui Religioni, Communitati, aut personæ, à Sede Apostolica concessum, vtrum effectum sortiri, atque operari possit in præiudicium iuris Tertiarum, multis antea temporibus, Regibus nostris Hispaniæ acquisiti, & concessi.*

Et quid, si apposita fuerit clausula non obstantibus constitutionibus, & priuilegiis, &c.

Non tamen facta specifica mentio, & derogatio priuilegiorum, & concessionum Tertiarum ipsarum.

Et consequenter, an debeantur, necne, Tertiæ, quamuis ex priuilegio, decimæ non soluantur.

Quæ tamen deberentur præcisè, si decimarum non soluendarum exemptio non superuenisset.

Et per totum caput.

Et latius, atque Hispano sermone, dubium hic proponitur.

2 *Tertiæ non dicuntur, nec verè sunt res spiritualis, sed potius temporalis, & profana.*

Et in concessione non fuit concessum ius spirituale decimandi, sed solum quadam commoditas percipiendi fructus, quæ sub nomine Tertiæ continetur, & res omnino temporalis dicitur.

3 *Primum proponitur aduersus Regium Fiscalem motiuum, & fundamentum, vt Ecclesia, aut Religiones exempta à solutione decimarum,*

ad soluendas Tertias minimè teneantur.

Et Fiscalis eiusdem triplex responsum commemoratur, priuilegium etiam posterius, an, & quando priori præiudicium inferat; explicatur, & latius numeris seqq.

4 Circa ea, quæ ex obseruationibus Regij Fiscalis dicta fuere numero præcedenti, latius Author insistit, & nonnulla vltra eum considerat, & numeris seqq.

5 Priuilegium secundum, an, & quando reuocet primum, remissiuè.

6 Priuilegium, quod tempore prius est, regulariter iure prius esse.

Idque tempus æstimatur etiam ratione oræ, & momenti.

Nisi fortior aliqua causa, alteri ex priuilegiis adsit; quia tunc temporis ius fortiori causæ cedit.

7 Priuilegium secundum, non faciens mentionem de primo, alteri concesso, non reuocat primum.

Siue secundum sit generale, siue speciale; siue etiam primum generale sit, aut speciale.

8 Priuilegium, & immunitas concessionis super portugio non præstando, intelligitur de portugiis Regi tantum soluendis, & non extenditur ad ea, quæ ab alio percipiuntur, & non à Rege.

9 Priuilegij verba dubia, & generalia, de iure recipiunt interpretationem, vt tertio non inferant, nec faciant præiudicium.

10 Et in dubio reducuntur ad iuris dispositionem & rationem, quoad fieri possit.

11 Princeps non præsumitur voluisse per verba generalia, & vaga iuri Tertij derogare, si de illo expressè, & specificè non fecerat mentionem.

12 Verba generalia, quandoque restringuntur ad id, quod æquum, & iustum est, vt ciuiliter intelligantur.

13 Priuilegia, & rescripta Principum, sunt in quantum fieri potest, iuri communi, & æquitati conformanda.

14 Et in quantum tangunt ius Tertij, restringenda.

15 Principis concessio intelligitur, saluo iure Tertij.

16 Et non censetur auferre vni, & dare alteri.

17 Principum actiones non debent continere quod sit in fraudem Tertij.

18 Princeps, & alius quilibet, solum censetur disponere de suis rebus, & non de alienis.

19 Recipiens à Rege, hoc efficit, prout erat apud ipsum.

20 Prouinciæ concessio facta ab Imperatore, non præiudicat habenti Castrum in ea, ex simili concessione, vel præscriptione.

21 In concessione Principis, solum venit, quod pertinebat ad ipsum.

22 Bona, & res vniuersitatum, non veniunt in concessione Principis.

23 Priuilegium est stricti iuris, nec nocet possessioni Tertij.

24 Priuilegium alicui concessum, quo is eximitur à solutione decimarum, ex fructibus noualium, intelligendum est de his noualibus, in quibus alter non habet tempore dati priuilegij, quasi possessionem iuris percipiendi decimas, ne illi fiat præiudicium præter concedentis intentionem.

25 Priuilegium non soluendi decimas, simpliciter concessum, ad noualia non extenditur.

26 Didaci Couarr. ad explicationem cap. penultimi, de priuilegiis, distinctio quædam, & in proposito disceptationis huius capitis, singularis obseruatio commemoratur.

27 Regij Fiscalis interpretatio quædam ad l. primam, tit. 21. lib. 9. nouæ collectionis Regiæ, in versicul, ni a titulo de coronados, ni escusados, confutatur per Authorem.

28 Regij Fiscalis in eadem huius capitis disceptatione, obseruationes nonnullæ commemorantur.

Quæ eò tendunt, vt partis Collegiorum Religionis Societatis Iesu, oppositionem secundam diluant, & Regum nostrorum ius, & iustitiam ostendant.

Vt etiam explicet, an, & quando priuilegium posterius deroget priori, si in posteriori apposita sit clausula, non obstantibus constitutionibus, & priuilegiis, &c. specifica tamen prioris priuilegij mentio non fiat.

Et quid si ex causa onerosa, aut publicæ vtilitatis, aut propter aliquem finem, aut Regi, & Principi, prius priuilegium concessum fuisset.

29 Priuilegia priora, siue anteriora, etiam habentia clausulam derogatoriam ad futura priuilegia, & rescripta, tolluntur, & derogantur per priuilegia posteriora, quando per viam legis generalis derogatur omnibus priuilegiis, etiamsi de illis oporteat facere specialem mentionem.

Et quando dicatur per viam legis concessum priuilegium.

30 Priuilegij prioris, cur specifica mentio requiratur; legis, non requiritur.

31 Priuilegia anteriora non reuocari, nec tolli per posteriora, nisi specifica mentio facta sit, etiamsi adiiciatur clausula generalis, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & priuilegiis.

Idque quando ad postulationem partis concessa sunt.

32 Priuilegium Fisci, vt tollatur, specialis reuocatio necessaria est.

33 Priuilegium concessum ratione exuberantis fauoris, requirit specialem derogationem.

34 Et clausum in corpore iuris, ex generali clausula, non obstantibus, non tollitur.

35 Et ob meritum concessum, vt tollatur, necessaria est specialis mentio.

36 Et concessum personis Illustribus, requirit reuocationem specialem.

37 Papa non præsumitur velle tollere indultum, concessum ad instantiam, & preces Regum.

Quia Regibus, propter illorum excellentiam, semper defertur.

38 Priuilegia concessa in remunerationem laborum, sunt irreuocabilia.

39 Pro non reuocatione priuilegij, semper est interpretatio facienda.

Et contrarium prætendens, exactè probare debet.

40 Catholicæ Maiestati priuilegia concessa, nullo modo tollunt, nec derogant summi Pontifices, sed passim augent, cum eius merita crescunt.

41 Rotæ Romanæ, ad definitionem quæstionis principalis, & disceptationis huius capitis, decisio in terminis ponderatur.

Et Seraphini Oliuarij obseruationes, ex Rota ipsa commemorantur.

42 Eiusdem etiam Authoris, in idem intentum locus alius expenditur.

43 Religiosi omnes, tam exempti, quàm non exempti, de possessionibus suis, tam acquisitis, quàm acquirendis, decimas integras soluere debent illis Ecclesiis, quibus eadem possessiones, & terræ

ra ſunt decimabiles, niſi ſpeciali iure, vel priuilegio ſint immunes.

44 *Romani Pontifices poſſunt priuilegiare Religioſos ſuper decimis non ſoluendis.*

45 *Priuilegium conceſſum Religioſis, de non ſoluendis decimis prædialibus, valet ad præiudicium Eccleſiarum, & Parochorum.*

46 *Romani Pontifices, eo ipſo quod priuilegium dant alicui non ſoluendi decimas, cenſentur velle præiudicare Tertio, cui aliàs, de iure communi competebant.*

47 *Regij Fiſcalis conſiderationes nonnulla referuntur, quibus contendit cauſam præcipuam, ob quam Tertiæ conceſſæ fuere à Sede Apoſtolica Regibus Hiſpaniæ, non ceſſaſſe, imò hodie vrgere, & militare prout tempore conceſſionis vrgebat.*

Et oppoſitionem Collegiorum in contrarium, diluit.

Explicat etiam, an, & quando ceſſante cauſa priuilegij, priuilegium ipſum ceſſare debeat, necne.

48 *Collegiorum oppoſitio quarta refertur, & Regij Fiſcalis reſponſum adducitur.*

49 *Quinta eorundem Collegiorum oppoſitio proponitur, & Regij Fiſcalis reſponſum commemoratur.*

Priuilegia ſcilicet, strictè intelligenda eſſe in caſu in quo loquuntur, nec extendi poſſe ad alium caſum diuerſum: quod nonnullis comprobat.

Idcircò, que la exempcion de pagar diezmos, que ſe concedio a la Religion de la Compañia de Ieſus, no ſe eſtiende, ni ſe puede eſtender, ni comprehende exempcion de pagar las Tercias Reales, que pertenecen a la Corona Real de Caſtilla, que es vn tercero intereſſado, que tenia ya ſo derecho a ellas, radicado, firme, y conſtante.

Ni menos ſe pueden ayudar, y defender los Collegios miſmos con preſcripcion inmemorial, porque no la tienen, ni ha corrido el tiempo neceſſario para ella.

Ni tampoco, con la de quarenta años con titulo; porque el que tienen es de exempcion de diezmos: pero no de las Tercias, que ſe pagan a los Señores Reyes de Caſtilla.

50 *De voluntate Principis, quod voluerit per poſterius priuilegium tollere prius, aut ei aliquo modo detrahere, non aliàs conſtare poſſe, quàm ſi expreſſa facta mentione priuilegij prioris, eo non obſtante, poſterius valere iuſſit.*

51 *Dubium quoddam, ſiue motiuum ponderatur in propoſito per Authorem, & ab eo diluitur.*

52 El Author reſuelue la queſtion, y duda principal deſte capitulo, en fauor del derecho de ſu Mageſtad, y de los Señores Reyes de Caſtilla.

Y que los Collegios de la Compañia de Ieſus, y otras Comunidades, ò perſonas, que tengan priuilegio, y exempcion de no pagar diezmos, concedido deſpues del de las Tercias, ayan de pagar, y paguen las Tercias, que ſon los dos nouenos de todo lo que los pagaran, ſi dezmaran.

Y conſiguientemente, que la exempcion de no pagar diezmos, aya, y tenga lugar, ſin detraer en coſa alguna al derecho de las Tercias.

53 Y para fundar eſto ſe conſideran tres concluſiones nueuamente.

Y ſe fundan y comprueuan en los numeros ſiguientes.

54 Los bienes, de cuyos frutos ſe pagauan diezmos, y Tercias en poder de los dueños particulares, que los tenian, paſſaron, y ſe transfirieron en los Collegios de la Compañia de Ieſus, *cum ſuo onere, & cauſa; hoc eſt, ſoluendi decimas, & Tertias, ante exemptionem decimarum, eiſdem Collegiis conceſſam, & ſoluendi Tertias, etiam poſt ipſam exemptionem.*

Demanera, que la carga y derecho de las Tercias, *vt iam acquiſitum, & radicatum* ſe retuuo, y oy ſe retiene para ſiempre.

Y en eſtos terminos no ha lugar la regla vulgar, *quod mutatione perſonæ, mutatur qualitas, & natura rei.*

Et quod bona non priuilegiata, ſi deuenerunt in priuilegiatos, mutant naturam, & vtuntur priuilegio perſonæ priuilegiatæ.

Quia hæc regula non procedit, nec habet locum, vbi ratio ſubiectæ materiæ aliud ſuadet:

Vel etiam præſumpta concedentis mens, qui dum conceſſit decimarum exemptionem Collegiis metipſis, dumtaxat videtur præiudicare voluiſſe Tertio in decimis, quæ aliàs debebantur de iure communi; non autem in Tertiis, quæ iure ſpeciali, atque ex priuilegiis Sedis Apoſtolicæ debita ſunt.

55 Las Igleſias, y perſonas Eccleſiaſticas, ſi entran por qualquier titulo, ò ſuceden en bienes, ò heredad, que eſtè con carga de feudo, de cenſo, de tributo, ò de veintena, ò con otra carga alguna Real, eſtan obligados a cumplirla, y paſſan los bienes con la carga miſma, que antes tenian.

56 *Eccleſia, vtrum teneatur ſoluere tributum de bonis, quæ antea erant tributaria, ſiue aliquo onere reali affecta, & poſtea fuerunt in Eccleſiam tranſlata.*

Diſceptatio difficilis & controuerſa.

In qua duæ extant opiniones contrariæ.

Et plures concordiæ conſiderantur ab his, qui latiſſimè hac de re ſermonem ſuſtinuere.

57 *Et prima proponitur conciliatio, ſiue explicatio.*

58 *Secunda refertur concordia.*

59 *Tertia conſideratur, in eadem diſceptatione concordia.*

60 *Legitimè quæ conſtituta ſunt, durant, ſi res deueniant ad caſum, à quo non poſſunt incipere.*

61 *Ius ſemel acquiſitum, facilius retinetur, quàm de nouo acquiratur.*

Et multa, quæ nouam acquiſitionem impedirent, non impediunt retentionem.

Quod nonnullis exornatur.

62 El autor ſuma lo que ha dicho en los numeros precedientes, y con reſolucion comprueua lo miſmo que dixo *ſuprà, n. 52.*

63 *Seruitus ſemel conſtituta, non extinguitur per caſum ſuperuenientem, ſed perpetuò durat, ac ſi caſus non ſuperueniret.*

64 El Autor conſidera tres caſos, para mayor, y mas diſtincta explicacion de la duda y queſtion deſte capitulo.

Y haze juntamente otras dos obſeruaciones nueuas.

65 *Probandi onus regulariter affirmanti incumbit.*

Id tamen non obtinet, quando præſumptio iuris eſt in contrarium.

Quid

Quia tunc non actori, sed reo neganti, onus probandi incumbit.

66 *Reus etiam, quando opponit exceptiones affirmatiuas, eas probare adstringitur.*

67 *In negatiua etiam, probatio reo incumbit.*

68 Respondese al motiuo, y fundamento principal de los Colegios de la Compañia de Iesus para escusarse de pagar Tercias.

Que consiste en dezir, que no desmando, y tiniendo priuilegio de no pagar diezmos, no deben Tercias.

Pues estas por la ley Real se pagan de los frutos, y cosas, que se diezman, y no auiendo sujeto de diezmos, pretenden, que no puede auer, ni deberse Tercias.

Et vide supra, num. 1. ad finem, *in versic.* Los Fiscales replican.

A disputa, question, y duda deste capitulo, es muy importante, y en los pleytos, que se han seguido en el Consejo de Hazienda, ha sido controuersa, aunque la justicia, y buen derecho del Rey nuestro Señor, se ha reconocido siempre, y al fin se pondrà la resolucion, y determinacion del Consejo mismo, en la sentencia de reuista, que la de vista salio en fauor del Fiscal por su Magestad, en los pleytos con los Collegios de la Compañia de Iesus.

1 *La question es, como se pone en el Sumario, en el numero primero, si la Sede Apostolica, y los Romanos Pontifices conceden a alguna Religion, ò Comunidad, à algunas personas, ò persona, inmunidad, y exempcion de no pagar diezmos. Demanera, que para siempre no los ayan de pagar de todos los bienes, y cosas, que tienen, y posseen, si podra obrar, y obrara la exempcion, y priuilegio, que assi se concediere, en perjuyzio de las Tercias, que son los dos nouenos de todo lo que se diezma, que muchos antes se auian concedido, por justissimas, y necessarias causas, y de publica vtilidad, a los Señores Reyes de Castilla; ò si toda via han de pagar Tercias, de todos los frutos, y cosas de que auian de pagar diezmos a las Iglesias, y Parochos, sino tuuieran priuilegio, y exempcion, y consiguientemente si se ha de entender, saluo el derecho de las dichas Tercias, que antes estaua concedido*, in amplissima forma: *demanera, que por el nueuo, y segundo priuilegio de exempcion, no se aya derogado al primero de las Tercias; ò que se aya de dezir, y determinar en este caso, y en suma, y en efecto, si se de ben Tercias, ò no, por la exempcion, y priuilegio de no pagar diezmos.*

El caso, y duda se ofrecio en terminos, por la demanda, que en el dicho Consejo de Hazienda (adonde yo soy el Oidor mas antiguo, y presido) pusieron los Fiscales en nombre de su Magestad, y por su derecho, a los Colegios de la Compañia de Iesus, concluyendo en ella, que auian de pagar Tercias de todo aquello, que auian de diezmar a las Parochias, por derecho comun, sino fueran libres, y exemptos, de pagar diezmos, porque sin titulo legitimo, no se podian, ni pueden defender, y inmemorial prescripcion no la tienen, porque no ha corrido, y passado el tiempo necessario para ella. Y los priuilegios, y gracias Apostolicas, que tienen los Señores Reyes de España, para percebir, y lleuar las Tercias; son antiquissimos, muchos años antes que huuiesse Religion de la Compañia de Iesus; pues estauan ya concedidos el año de 1088. por Vrbano II. Y despues por Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Pio III. Iulio II. Leon X. Clemente V. y otros, y la dicha Religion se fundò muchos años despues, y se confirmò en 27. de Setiembre, de 1540. por Paulo III. y el año de 1550. la aprouò el Papa Iulio III. como consta de lo que escribiò el Padre Riba de Neira, en la vida de san Ignacio, pagina 526. y el priuilegio, en que se fundan los dichos Colegios, es moderno de Paulo III. año de 1549. como le refiere Iuan Gutierrez en el consejo 5.

Los Colegios alegan, y responden, y siempre principalmente, y por su mayor, y mas fuerte fundamento han respondido, que siendo, como son exemptos, de pagar diezmos, no tienen obligacion de pagar las Tercias, ni se las pueden pedir; porque las Tercias se deuen de todos los frutos, y cosas, que se diezman a las Iglesias, segun la expressa decision de la ley primera, titulo 21. libro nono, nouæ collect. Regiæ. *Y assi faltando la calidad de diezmos no tienen obligacion de pagar Tercias*; cùm non entis nullæ sint qualitates, & qualitas non possit esse sine subiecto, l. eius qui in Prouincia, ff. si certum petatur, l. qui res, §. aream, ff. de solut. *Y que ante todas cosas, para que deuan pagar Tercias, se ha de verificar la condicion, ò presupuesto, de que diezman.*

Los Fiscales replican con diferentes motiuos, y medios, y dizen, que las palabras de la dicha ley primera, titulo 21. lib. 9. *no son condicionales, ni restrictiuas, antes se pusieron* causatiuè; *porque* in plurimum, & cessante fraude, frequentius *las Tercias se pagan de lo que se diezma: y assi se expressò este caso, como mas frequente*, vnde non operatur exclusionem alterius casus, minus frequentis; vt per Imolam, *in Clementina prima, num. 4. de rescriptis.* Felinum, *in cap. nonne, de præsumpt. num. 5.* Iason. *in l. 1. in principio ff de legibus*, & in *l. admonendi, num.* 107. ff. de iureiur. *y para que las dichas palabras*; Por quanto las Tercias, que son los dos nouenos de todos los frutos, y otras cosas, que se diezman. *Se ayan de entender* causatiuè, *y no* restrictiuè; videtur vrgere textus, *in cap. Abbate sancti Siluani, §. penult. de verbor. significat.* & notauit Bartol. *in extrauaganti ad reprimendum, verbo, prout, num. 2. fol.* 89. Felinus, *in cap. ex parte, num. 10 & 11. de rescriptis*, Curtius iunior, *in consilio 97. num.* 4. Boërius, *decisione 16. num. 1. & 2.*

Quo loco, ex citata quæſtione illa, vtrum maioratu inſtituto de bonis immobilibus, comprehendantur annui redditus; quamplurima congerit pro vna, & altera parte, & contrarias adducit opiniones; tandem concludit, quod annui redditus, propriè loquendo, non ſunt bona mobilia, nec immobilia, ſed conſtituant quandam diuerſam ſpeciem; nec obſtare, quæ in contrarium ponderantur, quia (vt ipſe exiſtimat) impropriè bene venire poſſunt annui redditus, appellatione bonorum, ſiue appellatione bonorum immobilium; propriè autem, nequaquam; prout latiùs *ibi, ex num. 71. & num. 77.* inde infert, dubium videri, quod ſcripſit Ludou. Molina, *de Hiſpanorum primogen. libro ſecundo, cap. 10. num 6.* dum indiſtinctè tradit, quod annui redditus redimibiles computantur, & ex illis fieri poteſt maioratus, & difficilè id videri ex his omnibus, quæ antea tradiderat *numeris præcedentibus*, vbi *num. 47.* ſcripſerat, quod iura, & authoritates, quæ ponderantur communiter, ad probandum, quod annui redditus inter immobilia computantur; textus ſcilicet, *in Clementina, exiui de Paradiſo, de verborum ſignificat. & in authent. vt hi, qui obligatas, §. ſi vero plus ſit, quam ſufficiat: column. ſexta*, vbi Gloſſa, *in verbo, redditus, & in l. ſi quis inquilinos, ff. de legatis primo, & in l. iubemus nulli, in Gloſſa, in verbo, annona*, & *ibi* notant omnes, *C. de Sacroſanctis Eccleſ.* id non probant, nec vrgent; quia tempore, quo ea iura condita fuère, nondum erant cogniti annui cenſus redimibiles, & quod ſine dubio loquuntur in annuis redditibus perpetuis, qui immobiles ſunt; ſicuti probant Chaſſaneus, & alij Authores, quos citat *num. 47. & 48.* Felicianus autem de Solis *tomo ſecundo, de cenſibus, libro primo, ad caput primum, num. 2. 3. & 4. folio 4. & 5.* Pela. à Mieres placitum prædictum probauit, nec Iuriſconſultorum reſponſa, nec Cæſarum Romanorum reſcripta, nec ſanctiones Pontificum, ante Martinum V. Calixtum III. applicari poſſe dictæ quæſtioni, an redditus annui pecuniarij redimibiles, referri debeant inter bona immobilia, licet Doctores paſſim illis vtantur in hac controuerſia: improbat tamen eam interpretationem: quòd dicta Clementina loquatur de redditibus annuis perpetuis, & inquit, non ſatisfacere, quoniam & redditus annui pecuniarij ſunt perpetui: exiſtimátque, M. Anton. Eugen. aſſequutum veram expoſitionem eius Clementinæ, vt ſcilicet loquatur de annuis redditibus prouenientibus ex prædiis, ſoluendíſque in fructibus, oleo inquam, vino, frumento, aliiſve, quos merito Pontifex docet, inter bona immobilia cenſeri, quia ex bonis immobilibus immediatè procedunt: quamobrem, concludit ipſe Felicianus, quod propenſior eſt ad exiſtimandum, nullo iure probari, redditus annuos pecuniarios eſſe bona immobilia; deduci tamen ex eorum natura, & qualitate, nam cum prædiis inſint, ipsáque velut accidentia quædam afficiant, cum illis identificari neceſſum eſt. Et inde firmiter reſidet in eadem opinione, quam *in primis commentariis de cenſibus*, defendit, quod redditus annui, inter bona immobilia computentur, quando ſuper bonis immobilibus conſtituti ſunt; ſecus verò, ſi in nuda, ſolaque perſona conſtituantur, prout latius *ibi*.

Prima ergo Pelaez à Mieres obſeruatio (quam & Felicianus ſequutus eſt) rectè, & iuridicè procedit; dum autem dubitat de ſententia Ludouici Molinæ, quod ex annuis redditibus conſtitui poſſit maioratus; minus bene ſe habet, nec dubitare, aut id difficile diiudicare debuit; cùm iuxta veriorem ſententiam, inter bona immobilia, annui redditus computari ſoleant, conſiderato præſenti ſtatu ante redemptionem: & conſequenter ex eis, ſicut ex bonis immobilibus, maioratus inſtitui valent, & frequentiſſimè inſtituuntur, innumerique ſunt, qui maiori ex parte, ex annuis redditibus conſtant, & ſemper à maioratuum inſtitutoribus præcipi ſolet, vt pecunia, ex redemptione proueniens, ex Iudicis præcepto deponatur, atque ex eiuſdem authoritate, ſiue in prædiorum, ſiue in aliorum bonorum immobilium emptionem conuertatur, prout Ludou. ipſe Molina, cum iudicio aduertit,

Et hæc in noſtro tractatu & in materia Tertiarum, maiori & fortiori ratione procedunt, ſeruaríque debebunt: vtpote, cùm in Tertiis ipſis, redemptio nulla dari poſſit, que in annuis redditibus, frequentiſſimè contingunt: vtpote, cum Tertiæ metipſæ ex aceruo & cumulo decimarum deducantur, & cauſa eorum perpetuò duret abſque alicuius redemptionis timore, dum decimæ

 percipiantur,

percipiantur, quas perpetuò soluendas, & ministris deberi, planum & compertum est.

7 Atque eodem pacto explicari debebunt tradita à Gaspare Roderico, *de annuis redditibus libro primo, quæstione 1. ex numer.* 8. *vsque ad numerum* 13. vbi in proposito dubio, an annui redditus, inter immobilia computentur; tres recenset opiniones, quas & cæteri adducunt; ipse autem arbitratur, huiusmodi redditus, neque bona mobilia, nec immobilia dici posse, nec tertiam speciem constituere: nam summa rerum diuisio est in corporales, quæ quidem tangi possunt, & in incorporales, quæ quidem tangi non possunt. Item res corporales, aut mobiles sunt, aut immobiles, redditus autem annui, nec mobiles, nec immobiles dici possunt; quod latius prosequitur: fatetur tamen, quod si redditus annui, sub altera specierum mobilium, aut immobilium, necessario collocandi sint ex mente quidem legis, testatoris, aut contrahentium, ex qua videatur de redditibus quoque actum esse, tunc sequentur immobilium naturam. Rectius tamen statueret is Author, redditus annuos, ex mente legis, testatoris, aut contrahentis, semper videri appellatione immobilium contineri, & eorum naturam sequi debere, ita vt semper de eis actum videatur, idque iuxta communiorem, & veriorem Interpretum sententiam, & obseruationem illam Feliciani de Solis, quam retuli *suprà*, obseruata etiam per Hieronym. Gabrielem, *dicto consilio* 141. *per totum, volum.* 2. vbi constanter defendit, in legato immobilium venire annuos census, etiam si legatum de bonis immobilibus mentionem faciat, locum circunscribendo; & sequitur Pet. Surdus, *dicta decisione* 204. *numer.* 7. sic sane, Rodericus metipse, *eodem capit.* 3. *numer.* 12. *in fine*, fatetur, quod si quis faciat maioratum de omnibus suis bonis mobilibus, & immobilibus; redditus annui, ex communi vsu loquendi Hispaniæ, comprehendantur; si tamen verborum proprietas attenditur, aliud dicendum sit. Addiderim ego, quòd cùm communis vsus loquendi, adeo fortiter præponderet, & attendatur ad vltimatum voluntatum interpretationem, sufficiet quidem, vt iuxta eum, immobilium appellatione contineantur, & veniant; verè tamen, iuxta communiorem Doctorum sententiam venire sicuti *eodem libro primo, quæstione* 14. *numero* 8. admittere videtur ipse Rodericus, dum *in summario*, sic scribit, *annuos redditus cōputari inter immobilia, cum communi*; & constanter tuetur Petrus Surdus, *dicta decisione* 104. *per totam*, vbi vide omnino: de-
8 fendit etiam Stephanus Gratianus, *capite* 696 *numero* 14. *& capite* 856. *numero vigesimo & vigesimo primo, & capite* 585. *ex num. sexto, vsque ad numerum* 10. *folio* 568. vbi inquit, quod census veniunt appellatione immobilium, tanquam inhæreant rei immobili, quamuis enim corporales non sint, tamen ratione cohærentiæ, ex dispositione iuris generaliter, & indistinctè numerantur inter immobilia, & pro rebus immobilibus habentur, ita vt etiam veniant appellatione immobilium, in in materia odiosa, & in confiscatione bonorum, vnde multo magis in dispositione fauorabili vltimatum voluntatum, cùm nunquam huiusmodi census, rei cohærentes, faciant tertiam speciem, sed semper contineantur sub dispositione immobilium: & refert Hierony. Gabrielem, *in loco relato supra.*

9 Inuestigationis prædictæ maximos effectus considerant Authores commemorati *suprà*, & maximè And. Gail *libro secundo, dicta conclusione decima, numero quarto & quinto, & sexto.*

Et primò, respectu alienationem rerum Minorum, quoad interpositionem Iudicis decreti, & alias solemnitates iuris, de quibus *per totum titulum, ff. de rebus eorum &c.* & *Cod. de prædiis minorum*: nam redditus annui, tanquam res immobiles, sine decreto Iudicis alienari non possunt.

Secundò, quoad leges omnes, & statuta, de rebus immobilibus disponentia, vt annui redditus in eis comprehendantur.

Tertiò, in interdicto *vti possidetis*, & *recuperandæ possessionis*, ad hoc vt cognoscatur, an locum habeat interdictum, quia nullum interdictum comparatum est pro re mobili, sed tantum pro immobili; *l. prima, §. illud, ff. de vi, & vi armata.*

Quartò, quoad satisdationem, *iudicio sisti*: nam possidés annuos redditus, ab onere satisdandi relenatur, vt quilibet alius possidens rem immobilem, *l. sciendum, ff. qui satisdare cogantur.* Et eosdem quatuor effectus considerat Mier. *de maioratu, p.* 2. *dict. q.* 40 *ex n.* 39. *vsque ad num.* 48. *fol.* 215. Pet. Surd. *d. decis.* 204. *ex num.* 1. *vsque ad num.* 8. vbi addit, quod pro venditione census debetur gabella, ac si res immobilis foret alienata. Et quod laudemium, domino est soluendum, pro alienatione annui census, constituti super re immobili. Resultat etiam effectus, quoad quæstionem vsusfructus omnium bonorum relicti, de qua ego metipse, *in commentariis de vsufructu, c.* 41. & quoad interpretationem vltimæ voluntatis, qua testator immobilia, aut mobilia legauerit, aut immobilia sua, maioratus iure reliquerit, aut si inter viuos quis bona sua immobilia obligauerit, aut alio modo, de eis disposuerit. Quoad quæstionem etiam retractus, vtrum scilicet in venditione Terriarum, aut annuorum reddituum, sit locus retractui iure sanguinis: in qua duæ extant contrariæ 10
sententiæ; illaque communiori interpretum placito obtinuit; quod scilicet retractus locum non habeat; sicuti latiùs videri poterit penes Ioann. Gutier *practicar. libro tertio, quæstione* 83. *numero sexto, & libro secundo, quæstion.* 146. *per totam*: Couarr. & Azeuedum, quos citat, & ita resoluit Gaspar Rodericus, *de annuis redditibus, libro primo, dicta quæstione* 14. *numero septimo in fine*, Mieres, Matienços, & alij, quos citat Ioannes Gutierrez, *dicta quæstione* 146. *numer.* 3.

Quoad restitutionem denique bonorum dota- 11
lium; restitutio scilicet dotis, consistentis in iuribus Regiis, & aliis redditibus annuis, soluto matrimonio, quando, & quomodo fieri debeat, in qua Pelaez à Mieres, *dicta q.* 40. *n.* 79. cum Quintiliano Mandosio distinguit; annales redditus ad tempus, debere maritum restituere post annum, sin verò sint perpetui, prout census Hispaniæ perpetui dicuntur, etsi redimibiles sint, vt notauit Felicianus de Solis, *in loco relato suprà*: Surdus, *dicta decision.* 204. *numero finali*, statim restitui debeat, & latius explicat Ioannes Gutierr. *in tractatu, de matrimonio, cap.* 130. & in effectu resoluit, quod reditus decursi, vsque ad diem mortis vxoris pertinent ad maritum; decurrendi verò, ex die mortis vxoris ipsius, ad hæredes eius; & inde quod instrumenta, & priuilegia eorum iurium statim restitui debent, non expectato anno, quia inter immobilia iudicantur; prout vnum & alterum, latius ibi comprobatur; vbi videri poterit.

CAPVT

CAPVT XLI

Regalia, siue specialia, & in signum Maioriæ, & supremæ potestatis, Regibus, & Principibus Supremis, superiorem non recognoscentibus, & nullis aliis priuatiuè competentia, esse permulta, & à nonnullis iuris Interpretibus in vnum congesta, hoc autem loco, per Authorem illustrara, atque exornata ea, quæ in vsu forensi, & apud pragmaticos, frequentiora sunt, & ita assiduè occurrunt, vt per manus circunferantur quotidie.

Tertias, quæ ex fructibus, & rebus omnibus quæ decimantur, ad Reges nostros, ex gratiis, & concessionibus Apostolicis pertinent, ad Regalia referri; quod scriptum est suprà *hoc eodem tractatu, capite tertio, numer.* 30. & hic *ad initium capitis.*

Absolutæ potestatis attributum, ex qua Tertio cuilibet, in iure etiam quæsito, aut in spe quærendo, præiudicari potest variis in casibus, & in diuersis materiis, & rei suæ dominium alteri auferri, Regum dumtaxat, & Principum Supremorum, proprium esse, ex sententia multorum; ex vera, & tenenda sententia, nullam esse in Principe Supremo, maximè Christiano, & Religioso, absolutam potestatem, nec ius quæsitum, aut rei dominium auferri posse, nisi ex causa publicæ vtilitatis, cui aliter prospici non possit, & tunc integram satisfactionem, illi præstandam; quod multis exornatur, *ex numero secundo, vsque ad numerum* 11.

Et absolutæ, & ordinatiæ potestatis distinctio improbatur.

Noua etiam Calixti Ramirez concordia, siue consideratio, nouè etiam confutatur.

Suprema, & plenaria omnis iurisdictio, radicata est originaliter in Principe, & ad Regalia refertur, & in concessione, quantumcunque generali, reseruata semper intelligitur.

Iurisdictio omnis penes Principem residet, & ab eo, ad omnes, pro iustitiæ administratione communicatur.

Iurisdictionem aliquam ad se pertinere qui contendit, tenetur id euidentissimè probare; cum iura omnia assistant pro Principe, ita quod fundet, & fundatam habeat intentionem.

Et alia de iurisdictione, *ex num.* 11. *vsque ad numerum* 17 & supra, *capite* 18. *ex numero* 155. *cum sequentibus*, vbi videndum est.

Magistratuum, Senatorum, & Officialium creatio, est de Regalibus, & de his, quæ ad Maioriam, & supremam potestatem pertinent.

Vnde Reges soli, & Principes supremi, creandi Magistratus potestatem habent: & quod sint optimi, & præstantiores.

Et quales, quantaque cura, & diligentia creari, & eligi debeant. Et an digniores.

An sufficiat, quod digni eligantur.

Et dignior in proposito, quis dicatur?

Consiliarij denique, indignos officiis, Regibus proponentes, an mortaliter peccent, & ad restitutionem damnorum teneantur, *n.* 17. 18. *&* 19.

Reges, & Principes Supremi, vtrum officia sæcularia, & temporalia, ex iure Regaliæ, & supremæ potestatis vendere possint.

Et an id Reipublicæ expediat.

Et quid in casu magnæ necessitatis, cui aliter succurri non valeat. *num.* 20. *&* 21.

Magistratus, & Officiales à Regibus creati, siue gratis, siue aliquo accepto, vtrum reuocari, suisque officiis priuari possint.

Et an iusta, & necessaria causa requiratur.

Quid si creatio, aut concessio facta fuerit ad beneplacitum.

Quid in Officialibus nominatis ab inferioribus à Regibus, simpliciter.

Quid si ad nutum, aut beneplacium.

Vbi infertur ad Locum-tenentem, ad Vicarium Episcopi, ad Capellanum, & alios; & ad beneficium ad nutum amouibile, *ex num.* 22. *vsque ad num.* 27.

Magistratuum præcedentiæ, inter Regalia quoque numerantur, cum à voluntate, & decretis Regum principaliter dependeant.

Præcedentiæ materia illustrata; atque exornata permultis, & quibus regulis, siue doctrinis ipsa circunscribi valeat.

Vbi articulus ille, inter Magistratus, & Senatores, Regiósque Officiales, in officiis, & dignitatibus, quibus administratio est annexa, an ille præcedat, qui priùs possessionem adeptus est, licet alius primò nominatus, aut electus fuerit, accuratè, & dilucidè magis, quàm hactenus factum fuisset, explicatus relinquitur.

Nonnulla etiam adnotantur, quæ vtilia erunt, & seruari debent; cum de recipiendis Senatoribus, qui simul concurrunt; & de præcedentia eorum contenditur.

Et

Et casus aliqui nouè excogitantur, atque distinguuntur.

In rescriptis gratiosis, litterisque Apostolicis, an datæ tempus, an præsentationis attendatur; & de explicatione iurium quorundam canonicorum.

De materia etiam *l. quoties, C. de rei vendicatione.*

Consuetudinis denique, & obseruantiæ, quanta sit vis, & virtus, & effectus, tam in materia præcedentiæ, quàm in aliis materiis.

Et de his omnibus, & quæ ad præcedentiam attinent, *ex num. 27. vsque ad num 69.*

Legis condendæ potestas, & facultas, est de reseruatis Regibus, & Principibus supremis, & de maioribus Regalibus.

Ac primus (vt alij dicunt) Maioriæ effectus.

Et ois priuatiuè, non aliis competit.

Leges, vt obligent, quas qualitates habere debeant.

Et de legibus nonnulla alia, & de vniuersa materia, remissiuè.

Leges, quando proferuntur, sunt bene, & maxima cum deliberatione considerandæ; cum verò receptæ fuerint, semper erunt custodiendæ.

Nec de facili alterandæ, aut mutandæ, nisi propter maximam, & euidentissimam vtilitatem.

Vbi *l. 2. ff. de constitut. Princip.* decisio, nouitates scilicet vitandas esse, & in rebus nouis statuendis, euidentem vtilitatem esse debere, vt recedatur à iure antiquo, exornatur permultis.

Leges humanæ, tam ciuiles, quam Pontificiæ, si non sint vsu receptæ, an subditos, & vassallos adstringant.

An requiratur consensus, & acceptatio populi.

An verò præcisè ligent subditos ipsos, etiamsi eas recipere recusent.

Quod singulariter, & vtiliter explicatur.

Et de legibus, & materia, *ex num. 69. vsque ad num. 78.*

Reges, & Principes supremi, iure Regaliæ, & Maioriæ supremæ, ex iusta, & necessaria causa boni publici, & implemento obligationum Regiarum, honorisque conseruandi, & cùm imminent bella, necessitates, & causæ publicæ, quibus ex Regio patrimonio, Regiisque redditibus prouideri, & succurri non potest; gabellas, exactiones, vectigalia, noua tributa, & alias contributiones imponere possunt.

Angarias etiam, & parangarias.

Item donatiua, seruitia ordinaria, & extraordinaria.

Et in Hispania, *los millones, y sisas.*

Aliáque similia, à subditis exigere.

Et tempore necessitatis vrgentis, omnes vassalli seruire, succurrere, & contribuere debent.

Cùm omnia bona vassallorum dicantur esse Principis, tempore necessitatis.

Cum temperamento tamen, & iusto moderamine, & vt Regna, vassallique conseruentur.

Et his concurrentibus, quæ ad iustificationem prædictorum, ex communi Theologorum, & vtriusque iuris Interpretum sententia, requiri, & notari solent communiter.

Ex quibus concluditur, tributa, contributiones, & alia, quæ huic Regno imponuntur, propter bella, & sumptus, quos Rex noster inuictissimus aliis in Regnis sustinet, esse iusta, & de iure procedere.

Cùm necessitas sit vrgens, & præcisa, & salua ratione honoris, & boni status publici, aliter fieri, siue id excusari non valeat.

Quod insignis, & eruditissimus Pat. Gabriel Vasquez, notanter, & verè probauit specificè.

Et his comprobari, atque illustrari possunt, quæ Rolandus à Valle, in fauorem Regum, & Principum supremorum, cum necessitas vrget, & bella instant; egregiè cumulauit in *consilio primo, & in consilio 13. volumine secundo.*

Et de his, *ex numero 78 vsque ad numerum 83.* breuis memorabilis tamen, atque notanda resolutio & explanatio.

Ius concedendi immunitatem vectigalibus, collectis, & aliis contributionibus, & tributis; inter Regalia refertur, & solis Regibus, Principibúsque supremis competit.

Et de materia breuiter adnotantur nonnulla, *num. 83.*

Ius hospitij, & cogêdi subditos, & vassallos, hospitare familiares, seruitores, & domesticos Principis, ad Regalia quoque refertur, & solis Regibus competit.

Et de materia breuiter agitur, *num. 84.*

Belli indicendi facultas, & licentia belli gerendi, ad Regalia refertur, siue ius Regale est, indicere bellum, sicut & pacem post bellum inire.

Et subditos cogere, vt ad bellum pergant.

Quod solis Regibus, & Principibus supremis competit.

Nec

Nec aliis Inferioribus est permissum.

Bella, quæ iustè, & legitimè inferuntur, omnino probari, & ius acquisitionis, victoribus præbere.

Iniusta autem, & per solam violentiam illata nullo iure probari, neque legitimum dominium præstare.

Bellum, vt iustum sit, ex quibus causis, & qua intentione inferri debeat

Ex quibus etiam dicatur iniustum.

In belli conflictu quæ capiuntur, qualiter diuidantur.

Ad ius Regale refertur, quintam habere partem mobilium, & se mouentium, bello captorum.

Et de materia belli, ex *n.* 85. *vsq. ad numer.* 94.

Ius faciendi oppignorationes, quæ Represalia, vulgò vocantur, ad maiora pertinet Regalia.

Et de materia, *n.* 94.

Prout etiam potestas prohibendi, & impediendi subditos, ne extruant castra fortia, turres, & propugnacula, aut vallo, fossave, suas ædes circundent, & fulciant.

De quo, *n.* 95.

Nundinas, & mercata concedere, effectus Maioriæ supremæ, & Regalis est.

Atque ita soli Reges concedunt licentiam faciendi eas.

Et de materia breuiter, *n* 96.

Legitimandi filios illegitimos, naturales scilicet, spurios etiam, & cuiuscunque generis illi sint, facultas & potestas, Maioriæ supremæ est, & ius Regale dicitur.

Solisque Regibus, & Principibus supremis competit.

Et quoad successiones tam ex testamento, quàm ab intestato, & contra testamentum, & quoad alios plures effectus, quid, & qualiter, legitimatio Principis operetur; & de vniuersa materia, remissiuè hic, *numero* 97.

Ac inter alios plures, latissimè per Ioan. Baptist. Lup. *de illegit. & de natalib. restituend. commentario tertio, per totum*, ex *fol.* 165. *vsque ad folium* 235.

Explicaui etiam materiam satis vtiliter ego metipse, *in commentariis tomi* 4. *cap.* 22. *ex num.* 40. *cum multis sequentibus* ; & *tomo* 5. *cap.* 106. *per totum*, vbi videri poterit.

Ad ius Regale, & supremum referri, nobilitates, quæ à Regibus procedunt ; ipsi namque nobilitant quos volunt ; & ignobiles, nobiles faciunt, & nobilitatem concedunt.

Ita quod dicantur verè Nobiles.

Eisdem gaudeant iisdem priuilegiis, quibus gaudent Nobiles sanguine.

Et in rescriptis comprehendantur, quæ de Nobilibus loquuntur.

In legibus etiam, ne torqueantur, ne incarcerentur pro debito ciuili, ne suspendantur resti, ne remiges fiant, vtque cum Nobilibus sedeant, & Nobilium gerant officia, & insignia militaria ordinum militarium deferre possint, reliquisque prærogatiuis gaudeant, quibus gaudent Nobiles, nobilitate sanguinis ; & de his, *n.* 98 *per totum.*

Veniam ætatis, minoribus concedere, ad ius Regale, & supremam potestatem pertinet.

Et de materia, an etiam minor, qui veniam ætatis impetrauit, in integrum restitutionis beneficium amittat, *numero* 99. & 100.

Moratorias, aut temporales dilationes ad soluendum, debitoribus concedere, ad ius Regale, & supremam Principum potestatem pertinet, non ad alios inferiores.

Et summa cum æquitate, summáque cum ratione, ac de iustitiæ honestate, moratorias litteras, pauperibus debitoribus, per Reges concedi posse, quando vera paupertas apparet ; & etiamsi plura bona debitores habeant, si tamen secundum præsentem statum, graue detrimentum eis immineret, aut sine magno damno soluere non possent ; & iusta semper causa interueniat.

Et nouem ampliationibus, nouémque limitationibus, materia hæc circunscribitur, breuiter nimis, & latiùs *in commentariis*, seu *tractatu de alimentis*, *capit. duodecimo*, *per totum*, vbi ex proposito articulus hic est iam absolutus, & scriptus; interim tamen, summa quadam, tes hæc explicatur.

Et Gabrielis Aluarez de Velasco, *in tractatu, de priuilegiis pauperum, & miserabilium personarum, prima part. cap.* 44 locus singularis expenditur.

Ac denique inquiritur, an moratoria dilatione concessa, currant vsuræ, seu interesse.

Et de his, *n.* 101. *per totum.*

Cudendi monetam facultas, ad Regalia refertur, siue Regale ius, & supremum est.

Et priuatiuè pertinet ad Reges, & Principes, non ad alios, nisi de eorum gratia, & concessione.

Sic sanè, Reges possunt nouam monetam facere, & antiquam mutare, sed non de facili id fiat, maximè in damnum populi, nisi euidens vtilitas speretur.

Possunt etiam, iustum monetarum valorem constituere, illúmque augere, & minuere.

Et si magna vrget necessitas, monetæ nouæ aliqua i ga imponi.

Et de materia monetæ, *n.* 102. *&* 103.

Vbi etiam monetam falsam fabricans, qua pœna puniatur.

Quid si totonderit, vel raserit, vel diminuerit.

Quid si eam expendat, sed non fabricauerit.

Thesauri inuenti tractatum, & materiam, tam attento iure communi, quàm ex consuetudine aliquarum prouinciarum, seu regionum, quàm etiam ex legibus huius Regni, & maximè, *ex l.* 45. *tit.* 28. *par.* 3. *& l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 6. *noue collect. Regiæ*, & de quæstionibus omnibus ad rem hanc attinentibus, suscepisse Authores permultos, qui ingenti studio, & dil gentia comulantur per Authorem.

Hoc tamen loco, *ex n.* 104. *vsque ad numerum.* 115. materia metipsa, octo principalibus conclusionibus illustratur, atque exornatur, & accuratè discutitur; thesauros inuentus, ad quem pert neat; siue an, & qualiter diuidatur, & an ad Reges, ex consuetudine vniuersali, integrè pertinere obtinuerit.

Et an indistinctè dici possit (prout quamplures dixerunt) thesauri inuenti ius ad Regalia referri.

Mineralia, & venæ auri, argenti, & cuiuscunque metalli, ad quem pertineant, iure communi attento.

Ad quem etiam, iure Regio Hispano.

Et an inter Regalia enumerari debeant, *num.* 115.

Salinæ, quæ in locis publicis sunt, & ex aquis salsis perficiuntur; ad Regalia referuntur, & in patrimonio Regum esse dicuntur, ad eósque pertinent.

Portus etiam, & ius ripaticum, & mare, & portalia.

Et ius plaustrorum, & nauium.

Et piscandi ius.

De quibus hic, *n.* 116. *&* 117.

Venationē prohibere, est de Regalibus.

Et ideo Reges, Principésque supremi, venationes, & aucupationes prohibere, intre possunt.

Principes inferiores non possunt, *n.* 118.

Viæ publicæ inter Regalia referuntur.

Et ita soli Reges, Principésque supremi, in via publica, iurisdictionem habent.

Ipsique tantùm possunt in ea ædificare, vel aliquid facere.

Priuati non possunt.

Nec illam claudere, vel obturare, vel quidquam aliud facere, *n.* 119.

Vniuersitatem, & publicum studium erigere, ad Regalia refertur. Estque ius Regale Supremum. Et ideò Reges dumtaxat, licentiam, & facultatem erigendi concedunt.

Sed requiritur etiam Romani Pontificis licentia; *num.* 120.

Auocandi causas omnes, ab ordinariis iudicibus, & in Regiis Tribunalibus, quocumque statu existentibus, & aliis committere & delegare, Regibus, & Principibus supremis competit potestas, ratione Regaliæ.

Et est supremum ius Regale, quo Principes vti non debent, nisi ex iusta, & magna causa.

Et quibus ex causis, auocatio litium cœptarum, aut incipiendarum, & negotij cuiuslibet iustificetur.

Et an ab alio fieri possit, quā à Principe.

Quid, ob denegatam, vel retardatam iustitiam, aut propter negligentiam.

Aut propter potentiam aduersarij.

Quid in Auditoribus Regiis Senatuum inferiorum à supremo Castellæ consilio.

Quid etiam, si aliqua pars Iudicem ordinarium, appellatione interposita ab aliquo articulo, recusauerit.

Aut si iurauerit, se non sperare iustitiam ab eo consequi.

Et de opinione D. Præsidis, Didaci Couarr. de his etiam, quæ Sigismundus Scaccia, in proposito scripta, atque adnotata reliquit.

Et de aliis, quæ ad auocationis causarum materiam pertinent, *ex n.* 121. *vsque ad numerum* 145.

Vbi etiam, an causa semel ad Curiam delata, exire possit à Curia, nisi ex Principis iussu, aut decreto.

Ibidem etiam, *ex n.* 126. *vsq. ad numer.* 131. explicatum; atque exornatum dubium illud; verùm Reges, & Principes supremi, reuisionem sententiæ in iudicatum transactæ, concedere possint; idque ratione Regaliæ, & supremæ potestatis, quam habent.

Tollere etiam generaliter rei indicatæ impedimentum, vt iterum litigetur.

Et restituere ad appellandum aduersus sem iudicatam.

Et concluditur, nisi ex magna causa, aut iniquitate, iniuria, aut iniustitia, de qua manifestè appareat, id fieri non posse.

Et Iacobi Menochij consilia quædam expenduntur, 818. *lib.* 9. 1038. *&* 1044. *lib.* 15. in terminis prædictis.

Cæsaris etiam Manentij; *decisio* 27. in indiuiduo, hac de re agens adducitur.

Hortensij

Hortensij denique Caualcani *fragmentum* 1.2 1. ponderatur.

Delictorum indulgentia, & remissio, ad Regalia, & supremam Regum potestatem refertur.

Idcirco, Reges soli, Principésque supremi, superiorē non recognoscentes, concedere possūt gratiā & remissionē delictorū.

Et sic remittere, tam pœnas pecunarias, quàm corporales.

Quod inferioribus omnibus Dominis prohibetur.

Et Regibus ipsis ita concessum est, vt non nisi ex iusta, & rationabili causa, remissionem faciant pœnæ delictorum.

Et pax, aut remissio partis offensæ præcedat.

Nec condemnatio, parti applicata remittatur.

Et adhuc iusta causa remittendi requiritur: & de his, *ex n.* 145. *vsque ad numer.* 150.

Bona vacātia, ad iurā Regalia referri, & ad Reges, supremó que Principes, ratione Maioriæ, & supremæ potestatis pertinere.

Reges hodie, seu Fiscus, an vltra decimum gradum admittantur ian vltra quartū.

An etiam hodie, vxor. & vir, Fiscum excludant; & de hac materia, *ex n.* 150. *vsque ad numerum* 156.

Confiscationes bonorū, ad ius Regale & ad Reges, Supremósq; Principes pertinēt.

Et non nisi in grauissimis delictis, confiscationes fiunt.

Et de materia, *n.* 56 & 157.

Ab indignis bona auferre, ad ius Regale refertur.

Et Fisco regulariter applicatur omne id, quod ab aliquo tāquā ab indigno aufertur.

Et quibus ex causis, indignum quem effici, contingere possit.

De quo, & de materia taciti fideicomm. & inultæ necis defuncti; *n.* 158. & 159.

Vassalli inuiti, quod alienentur à Regibus, & Principibus Supremis; ad ius Regale refertur.

Et de consuetudine generali alienantur in his Regnis, & maximè tempore necessitatis, licitè, & de iure fit alienatio.

Oblato tamē pretio, reclamare possunt.

Si nouum Dominum sine contradictione recipiant, reclamare non possunt.

Iurisdictiones etiam, villas, & ciuitates alienare, aut locis, vulgò *las aldeas*, iurisdictionem concedere, & villas facere ciuitates, iuris Regalis maximum attributum: & de his, *n.* 160. latiùs suprà, *cap.* 17. *n.* 21. de vassallis; & de alienatione villarum, ciuitatum, & iurisdictionum, *c.* 18. longa serie; vbi explicatur, qualiter, & quando id liceat.

Regale ius esse, quod tempore penuriæ, & necessitatis, Reges possint iustum pretium frumento constituere, & illius dominos cogere ad vendendum.

Cogere quoque diuites ad mutuandum, vt frumentum ematur.

Quod regulariter licet in casu necessitatis, pro defensione vassallorum, & Regni.

Idque gratis, & absque vllo interesse, *num.* 161. *&* 162.

Potestas cognoscendi per viam violentiæ, & Regia protectio, vi oppressorum, appellantium à causis, & iudicibus Ecclesiasticis, est de Regalibus, & de reseruatis Regibus Supremis, in signum Maioriæ, & supremæ potestatis.

Et de materia hac cognoscendi per viam violentiæ, & pro iustificatione ipsius, & recursus vi oppressorum ad Regia Tribunalia, obseruantur nonnulla; ex quibus manifestè deducitur, dictam potestatem propulsandi violentias, & tollendi oppressiones, à iudicibus Ecclesiasticis factas; ex principiis iuris naturalis inductam, ex quibus proprium Regum officium est, vi oppressos liberare; & subditos à violentiis defendere.

Iure Diuino, Canonico, & positiuo approbatam.

Frequenti, & vniuersali vsu receptam.

Immemoriali consuetudine corroboratam.

Scientia etiam, & patientia, atque tolerantia Romanorum Pontificum, & aliquando expressa approbatione confirmatam.

Item publica, & communi omnium vtilitate.

Et vi directiua rationis in bonum commune.

Et pluribus Rotæ Romanæ decisionibus.

Et hæc, vt Author satisfaciat, responsumque concludentissimum præbeat Augustini Barbosæ opinioni contra communem, & verissimam resolutionem prædictam.

Cui nullus adhuc responderat.

Et hoc loco euidentissimè confutantur, atque eliduntur ea, quibus ipse adductus, atque excitatus fuit.

Cum tamen alio loco, contrarium voluisset.

Ibidem etiam Antonini Dianæ noua, & eadem Barbosæ resolutio, nouè etiam, & verè confutata, & reiecta.

Noua quoque eiusdem Dianæ distinctio, aut concordia in hoc proposito; nouè etiam, & verissimè improbata, & ius Regale recursus subditorum ad Regia

Tribunalia, Ecclesiasticorum etiam, sicut laicorum, vt propulsentur violentiæ, & tollantur oppressiones à iudicibus Ecclesiasticis illatæ, dum appellationibus iustis non deferunt: ita concludenter, & euidenter probatum, vt de eo aliquo tempore, quouis modo dubitare, non solum iuris rationi contrarium, sed velut temerarium videatur.

Et de his, *ex numero 163. vsque ad numerum 182.*

Regia Hispaniæ prætoria, & Senatus Regij, vtrum ad instantiam Fiscalis, aut patris grauatæ, inte possint retinere Bullas, & litteras Apostolicas, ante ipsarum executionem, vt Romano Pontifici rescribatur, & voluntas certa eiusdem expectetur: eùm contenditur, ipsas aliquid Sacris Canonibus, legibus Regiis huius Regni, & iuripatronatus laicorum, contrarium continere, vel sine vitio subreptionis, aut obreptionis expediti non potuisse.

Et de opinione communi, & praxi huius Regni, quæ non sine magno Reipublicæ Christianæ dãno omitti, aut vitari posset.

Vbi etiam ius Regale dictæ retentionis defenditur, & comprobatur.

Et Antonini Dianæ opinio nouissima in contrarium improbatur, atque conuincitur euidentissimè, non solum ratione, sed etiam sacrorum Canonum constitutionibus, quæ velut expressè id probant.

Et latiùs, siue ex professo magis, sciens, consultóque Author non insistit, quoniam plenus, & eruditus tractatus spectatur dictæ retentionis, vbi cumulatissimè, praxis prædicta munitur, atque defenditur, & materia integrè explicatur.

Et de his, *ex numero 182. vsque ad numerum 186.*

Vbi etiam, mandatis Principum aliquando non esse obtemperandum; si aliquid insolitum, durum, aut legibus, siue rationi contrarium contineant, sed secundam iussionem expectandam esse.

Et de vitio subreptionis, & obreptionis, & clausula *si preces veritate nitantur.*

Episcopi, & Ecclesiastici iudices, si inobedientes sint mandatis Regum, & Supremi Consilij Castellæ, aliorúmque Senatuum, in cognitionibus per viam violentiæ, aut in aliis causis, vtrùm à Regno expelli possint, & temporalitatibus priuari.

Et de iustificatione praxis huius Regni, iuxta quam, aliquando Ecclesiastici propter inobedientiam expelluntur, & temporalitatibus priuantur.

Vbi Antonini Dianæ nouissima resolutio in contrarium, nouè etiam, & ratione vera, atque concludenti confutatur.

Et Didaci Couarr. & aliorum plurium opinio, iúsque Regale Regum Hispaniæ defenditur.

Dummodò cautè, & magna cum deliberatione procedatur, nec de facili practicetur.

Et tunc demum, cum qualitas, & grauitas causæ, magnáque Ecclesiastici iudicis contumacia, & inobedientia, publicæque honestatis, & authoritatis Senatus causa, eiusdémque iustificatio id exposcere videatur.

Et de his *ex n. 186. vsque ad numer. 191.*

Dignitatem Ducatus, Marchionatus, & Comitatus concedere, ad ius Regale refertur.

Et solis Regibus, Supremisque Principibus competit, de quo hic, *n. 191.* & latè per Mastrillum *de magistratibus, lib. 4. c. 5. 6 & 7.* vbi videndum est.

Quod ea, quæ priuilegium, aut beneficium Principis Supremi rangunt, non possint per alium, quàm per Principem ipsum dirimi, aut explicari, ad ius Regale referatur, vel non.

Vbi distinctio Baldi probatur, quæ apud Pragmaticos obtinuit.

Quod si contenditur principaliter, & per se, de valore priuilegij, seu de interpretatione verborum ipsius, de eius mente, & potestate; tunc causa pertinet ad Regia Tribunalia Regiósque auditores, qui Regem repræsentant.

Sed si non contenditur de iure priuilegij, nec Principis mente, sed de facto partium sit quæstio, Iudicum inferiorum sit cognitio.

Et ita explicari debeant iura nonnulla, in proposito loquentia, de quo hic, *n. 192.*

Facultates Regias, ad alienandum bona maioratus, vel hypothecæ ea subiiciendum, aut annuos redditus super bonis maioratus constituendum; ad ius Regale refertur.

Et est ius Regale Supremum.

Atque ex sententia quorundam, concedi non posse licitè, nec iure, facultates prædictas.

Ex vera, & communiori sententia, iustè, & de iure dari, dummodo causa publica, vel ipsius maioratus euidens vtilitas, aut necessitas interueniat.

Et tunc ius Regale defenditur, & sine scrupulo procedere videri dictas facultates, quæ communi vsu, & obseruantia, inueterataque consuetudine, & tempore immemoriali dari consueuerunt.

Dummodo id seruetur, quod Author excessit.

Et

Et Valazq. Auendani confiderationes nonnullæ in propofito, probantur, & laudantur.

Quid fi maioratus inftitutor, qui expreffe alienationem, aut obligationem bonorum maioratus prohibuit; expreffe quoque difpofuit, ne in contrarium Regia facultas peteretur.

Quid, fi fimul pænam priuationis impofuit fucceffori facultatem petenti:

Aut fi fimul etiam, in inftitutione maioratus adfint claufulæ derogatoriæ fpeciales, vel generales facultatis prædictæ, vel etiam fimul exclufa fit omnis caufa, quæcumque fit, & excogitari poffit:

Et etiam fpecifice excludatur caufa publica, & vtiliffima quoque maioratui

Aut ita expreffum fuerit in facultate, cuius virtute, maioratus fuit inftitutus.

An denique dictarum prohibitionum, pœnarum, & claufularum, mentio facienda fit Principi ad facultatis impetrationem.

Vbi Velazq. Auendañi obferuationes nouæ, nouè etiam ad examen reducuntur,

Facultas Regia, ad alienandum, vel obligandum bona maioratus, femper intelligitur, *deficientibus bonis liberis*, etiamfi in ea non exprimatur.

Quod exornatur.

Requiritur etiam, quod bona maioratus non fufficiant ad debita foluenda.

Et de his, *ex numero* 193. *vfque in finem capitis.*

Regalia, *ò derecho Regal, es, que los Reyes puedan llamar Palacio a fus cafas, y Concejo à fus audiencias, y los Señores no lo puenden hazer, ni vfar de las Regalias, ni traer coches de feis cauallos, ni eftar en las Iglefias cortina, que es gran Regalia*, numero 202.

SVMMARIVM.

1 *Regalia, fiue fpecialia, & in fignum fupremæ poteftatis, Regibus, & Principibus referuata, & competentia, effe permulta.*

Eáque in vnum congefta, & cumulata ab his, qui hoc loco recenfentur.

Et à Canalcano, ad fummam quandam breuem redacta.

2 *Poteftatis abfoluta, & ordinaria, diftinctio illa, à nonnullis iuris Interpretibus inuenta, & recepta, refertur, & improbatur, & numer. feqq.*

Et quo pacto, poteftas abfoluta in Principe diftinguatur ab ordinaria.

Et vtrùm Princeps, de poteftate abfoluta, etiam abfque caufa poffit alteri, rerum fuarum dominium auferre, eumque iure quæfito, vel in fpe quærendo priuare.

De quo etiam Author, in commentariis tomi tertij, cap. 6. per totum.

Et hoc loco, nouè confutata Calixti Ramirez confideratio, fiue concordia noua.

3 *Et Luaon. Molina in propofito obferuationes referuntur & probantur.*

4 *Didaci etiam Conarr. locus infignis, fed ab omnibus ponderatus, adducitur.*

5 *Et Pet. Amon. de Petr. Didac improbantis, error notatur.*

6 *Arij etiam Pinelli, & aliorum refolutiones expenduntur, & recipiuntur.*

7 *Proponitur etiam Antonij Fabri fingularis, & notanda refolutio, nullam effe in Principe quamuis fupremo, abfolutam poteftatem.*

Et inde non poffe Principem ipfum, alicui res fuæ dominium, aut ius quæfitum, vel quærendum auferre, nifi ex caufa publicæ vtilitatis, cui aliter profpici non poffit.

Quod cum aliis multis, femper Author probauit.

8 *D. Garciæ Maftrilli, in comprobationem fuperiorum, refolutiones in medium proferuntur.*

9 *Caroli etiam Tapia in eodem propofito, nonnulla congefta cenfentur, quibus poteftatis abfoluta, & ordinaria diftinctio confutatur.*

10 *Iuftitia eft finis Principatus, & adminiftrationis politicæ.*

11 *Iurifdictio omnis plenaria radicata eft originaliter in Principe, & ab eo, ad omnes Magiftratus & Iudices, pro iuftitia adminiftratione communicatur.*

12 *Princeps, tanquam primus Magiftratus, omnem, & fupremam, ac veram habet iurifdictionem.*

Cum à principio iurifdictio, & poteftas omnis fuerit Regia.

Et poftmodùm in Imperatorem tranflata.

A quo, tanquam à fonte, iurifdictiones fluunt.

13 *Iurifdictionem aliquam fe habere qui afferit, tenetur id euidentiffimè probare.*

14 *Iurifdictiones non poffunt ad aliquem pertinere, abfque Principis conceffione, mediatè, vel immediatè, & de his latiùs fupra,* capit. 18. ex numero 155.

15 *Magiftratus omnes nullam de per fe iurifdictionem habent, nifi quatenus à Principe, lege, vel ftatuto, fibi conceffa reperitur.*

Et hoc tam ordinariis, quàm delegatis.

16 *Iurifdictio, quamuis concedatur à Principe, femper tamen inhæret eius offibus.*

Et in conceffione, quantumcunque generali, femper fuprema iurifdictio referuata intelligitur.

Quæ à Principe abdicari non poteft.

17 *Magiftratuum, Senatorum, & Officialium creatio eft de Regalibus; & de his, quæ ad Maioriam, & fupremam poteftatem pertinent.*

Vnde Reges foli, & Principes fupremi habent poteftatem creandi Officiales, & Magiftratus ad iuftitiam expediendam.

Et eorum numerum augere, aut minuere, & iurifdictionem prorogare, & reftringere poffunt.

18 *Princeps curare debet vt Magiftratus, Iudices, & Officiales optimi, & præftantiores eligantur.*

Et boni Magiftratus, & Confiliarij, quales effe debeant, ac in eorum creatione quid attendi, & confiderari debeat.

19 *Digniores ad Officia, & Magiftratus, ad beneficia etiam, & præbendas Ecclefiafticas, vtrùm eligi debeant.*

An fufficiat, quod digni eligantur.

Et dignior, quomodo confideretur in propofito.

20 *Indignos denique officiis, Principibus & Regibus proponentes Confiliarij, an mortaliter peccant, & ad reftitutionem damnorum teneantur.*

21 *Reges, & Principes supremi vtrum officia secularia & temporalia, ex iure Regalia & supremæ potestatis vendere possint.*

Et an id Respublica expediat.

Et quid in casu magnæ necessitatis, cui aliter succurri non valeat.

Vbi Hieronymi Ceuallos locus, en su arte Real *commemoratur, & Bobadilla obseruationes commendantur.*

22 *Magistratus & Officiales, à Regibus gratis, & voluntariè creati, non debent ad nutum reuocari, suisque officiis priuari, nisi ex vrgenti & iusta causa, idque ex veriori sententia; & contraria confutatur.*

Quod procedit, etiamsi concessio facta fuerit ad beneplacitum.

Quia Officialis dicitur perpetuus, licet à Principe sit creatus ad beneplacitum.

Idque maximè procedit in officiis venditis, vel ob merita, & in remunerationem concessis.

23 *Officialis non potest priuari ab inferioribus à Rege.*

24 *Officialium electores inferiores, non possunt, facta electione & publicatione, eam reuocare, & aliam de nouo facere.*

25 *Electione facta, ius acquiritur electo, licet non acquiratur exercitium.*

26 *Officialis deputatus aut nominatus ad beneplacitum, non potest remoueri sine causa.*

Et Locumtenens, & Vicarius Episcopi.

Et Capellanus ad nutum patroni, vel Episcopi.

Et beneficium, ad nutum amouibile.

27 *Magistratibus, & Officialibus, suas defendere prærogatiuas, & præeminentias absque ambitione, & superbia, licitum esse.*

Et in vtroque foro, & absque labe peccati.

28 *Præcedentiarum, & honorum causas singularis, & magnæ æstimationis, considerationis, atque importantiæ esse.*

Grauis etiam & magni præiudicij.

29 *Ordo magistratus in sedendo, dupliciter consideretur, qualitatis scilicet, & temporis.*

Et qui potior sit in sedendo, subscribendo, loquendo, & cæteris.

Et infra ex numero 33.

Quid etiam si eodem tempore, magistratus plures, aut Officiales, ad dignitatem aliquam, vel officium assumpti fuerint.

Et quod primo receptus, vel qui primo dignitatem acquisiuit, aliis postea receptis præfertur.

Et primo nominatus, alij postea nominato.

Et qui priùs possessionem accepit.

Et qui primo suas literas præsentauit.

De quo latius infra, ex numero 32.

30 *Inter Magistratus, & Senatores, Regiosque Officiales, in officiis, & dignitatibus, quibus administratio est annexa, an ille præcedat, qui prius possessionem adeptus est, licet alius primo nominatus, aut electus fuerit.*

Quid in dignitate sine vlla administratione.

Latius infra ex numero 46.

Et ad hæc in effectu reiecit D. Garcia Mastrillè obseruationes, & conclusiones nonnullas in hac materia.

31 *Et de ipsarum enucleatione atque explicatione agitur numeris sequentibus.*

32 *Circa præcedentia tractatum & materiam, videndos nonnullos iuris Interpretes, hic commemoratos.*

Et Authorem metipsum, anno præterito 1629. in casu præcedentiæ occurrenti; & competentia excitata, in eadem materia adnotasse, atque scripsisse nonnulla satis vtilia, quorum plura hoc capite proponuntur.

33 *Ordo duplex consideratur in tractatu præcedentia, temporis scilicet, & qualitatis, quod dictum fuit supra,* num. 29. *explicatur.*

Ordo temporis præualet inter existentes in æquali dignitate, aut officio.

Ordo qualitatis præfertur inter inæquales.

Et maior dicitur, qui dignitate præcedit.

Et dignioribus debetur maior locus.

34 *Ex digniori, & præstantiori, maiorique qualitate, & præeminentia officij, aut dignitatis, præcedentia gubernatur, atque conceditur.*

35 *Ex antiquiori etiam dignitate, Senatu, aut Senatore cæteris paribus.*

36. *Ex qualitate etiam officij seu Magistratus, cui Consiliarij, aut Senatoris, aut aliud honorificum nomen iniunctum, & appositum fuerit; si cum alio concurrat, cui qualitas ea deficiat.*

37 *Ex ampliori etiam, & maiori iurisdictione præcedentia causatur.*

Quia maioritas iurisdictionis arguit maioritatem dignitatis & præeminentiæ.

38 *Communis æstimatio, & communis omnium opinio, in præcedentia, & dignitate loci, multum operatur.*

39 *Personarum etiam in quas iurisdictio exercetur, qualitas maxima in consideratione habetur.*

Si sint Illustres, Nobiles, & aliis præstantiores.

40 *Et si sint ditiores.*

41 *Magnitudo causarum & occupationis, atque exercitij officij seu Magistratus, in materia præcedentiæ, multùm operatur.*

42 *Dignitates plures habens, præfertur ei, qui vnam tantum æqualem habet.*

43 *Maior & dignior altero, & eo etiam minor, & minus dignus haberi potest vnus & idem, diuersis respectibus.*

Et modò præferri alteri, modò eidem postponi.

Atque ita duplicis, & diuersi iuris, ob diuersos respectus censeri.

Vbi exornatur remissiue decisio l. tutorem 22. ff. de his, quibus vt indignis.

44 *Maior, & dignior præsumitur ille, qui primo nominatus est, vt in materia præcedentiæ præferatur.*

45 *Maioria, honor, & præcedentia, aliquando non prouenit ex iurisdictione, sed ex repræsentatione.*

46. *Circa dubium propositum* sup. num. 30. *& distinctionem, ibi relatam, magis instituit Author.*

Et inquirit, vtrùm in materia præcedentia præferatur priùs electus, qui post alium, qui prius possessionem habuit, officium possidere cœpit: & numeris sequentibus.

Vbi plures casus considerantur, vt articulus hic, accuratè, & dilucidè magis, quàm antea fuisset; explicatus remaneat.

47 *Casus primus, vbi Rex, aut Princeps creans Magistratum, aut Senatorem, illi præcedentiam concessit.*

Præcedentia Magistratuum, aut Senatorum concessio, ita à voluntate Principis pendet, vt indistinctè possit ipse eam concedere ex iusta causa, & vnum alteri præferre.

Et in dubio iusta causa præsumatur.

Nec inquiri valeat, an interuenerit, necne, causa iusta.

48 *Casus*

48 *Casus duo in Senatu Lusitania decisi, & à Georgio Cabedo*, decisione 5. *relati, commemorantur.*

Et decisio probatur, qua eò tendit, vt in dubio non videatur Rex aut Princeps, in praiudicium iuris altori quasiti, pracedentiam concedere voluisse, nisi id expresserit; prout hic adnotatur.

49 *Secundus casus principalis proponitur, quando duo, vna, & eadem electione, vnóque tempore, aut etiam diuersis nominati, & electi, literas Regias simul exhibent, & ad adipiscendam possessionem simul concurrunt, cui pralatio, & procedentia concedenda sit.*

Et quid si ex vno, & eodem Senatu, ad alium simul electi, & translati sint.

Quid etiam si minus antiquus ante antiquiorem, possessionem adeptus fuerit.

50 *Gratificationi non est locus, quando sunt iura disparia.*

Nec illa conceditur, nisi in casibus, à iure expressis.

51 *Tertius casus principalis proponitur, quando prius, aut eodem tempore, & etiam posteriori electus, & nominatus, possessionem prius habuit, & in adipiscenda possessione pracessit.*

52 *Aut prius literas suas prasentauit.*

53 *Fabij de Anna locus in terminis eisdem propositis ponderatur.*

Et infra, numero 57.

54 *D. Ioan. Valençuela Velazquez, in ipsomet casu, obseruationes, in medium proferuntur.*

55 *Vendita vna re duobus, quis eorum praferatur,*

Vbi leg. quoties C. de rei vendicatione, *decisio, exornatur nonnullis.*

56 *Dubium à Georgio Cabedo excitatum*, decisione 4. prima parte, *refertur, & eius resolutio probatur.*

Quod Officialis scilicet, cui primum concessa est dignitas sine administratione, si postea habeat eiusdem officij administrationem, non praferatur ei, qui post dignitatem, & ante ipsam administrationem sibi concessam, adeptus est simile officiumcum administratione.

57 *Quartus casus adducitur, excitatus in casu occurrenti per Fabium de Anna*, in concilio 42. lib. 1.

Verum inquam, in materia pracedentia praferatur priùs electus, qui post alium; qui primè admissus est, & possessionem habuit, officium possidere cœpit, si fuit ob Regium seruitium impeditus: & numer. seqq.

58 *Absens Republica causa prasens esse censetur.*

Et absentia tempus, pro seruitio computatur.

Et in Principis seruitio existens, prasens censetur.

Idem in existenti in seruitio Episcopi.

Et hac exornantur.

59 *Pralatio ex quasi possessione iudicanda est.*

Et in materia pracedentia melior est conditio possidentis.

Et qui in possessione inuenitur, in illa conseruandus est.

60 *In materia pracedentia, si quis iure suo, aut honore spolietur, vel in eo turbetur, & inquietetur, varia remedia competunt.*

61 *Et ex vnico actu quasi possessionis, ius adquiritur in pracedentiis, & iuribus incorporalibus.*

Quod intelligitur inter easdem personas, non autem inter diuersas.

Et vltimus actus inspicitur.

62 *Quintus, & vltimus casus; quod in rescriptis gratiosis, litterisque Apostolicis, data tempus, non prasentationis attenditur.*

Dummodo gratia sit perfecta.

Vnde prior in data, posteriori prafertur, etiam si posterior priùs prosentauerit litteras.

Quia gratia confert titulum in beneficialibus.

Et exornatur decisio cap. eam te, de rescriptis, & capit. si eo tempore, & capit. tibi, qui eod. titul. lib. 6.

Et capit. eum, cui; septimo, de præbendis, libro sexto.

63 *Quid si posterior in data, priùs admissus, & receptus fuerit, & possessionem acceperit.*

Ita quod inueniatur factum completum in persona eius: & de intellectu dicti capit. eum cui.

64 *Consuetudo, in materia pracedentia, & in honoribus vtrum seruari & attendi debeat.*

Et quanta sit virtutis, vis, & potentia.

Quas etiam qualitates habere debeat.

Et an debeat esse legitimè prascripta.

Et an requirat frequentiam actuum, scientiam Superioris, & bis pro ea iudicatum.

Et de aliis, qua vtiliter, & latiùs quàm alius fecisset cumulauit doctè & singulariter D. D. Ioan. Valençuela Velazquez.

65 *Obseruantia, & eius, quod in aliis casibus obseruatum est, exempla, vim magnam esse, virtutem, & pra[illegible]antiam.*

66 *Magistratuum, & Senatorum, publicorumque Officialium honores & praeminentias, cum sint iuris publici; priuati alicuius, aut priuatorum consensu, remissione, aut negligentia amitti non possunt.*

N[illegible]tris praiuditium generari.

Q[illegible]atur.

67 *Tribunalia quotiescunque collegialiter incederent, aut in aliquo actu simul concurrerent, semper maius Tribunal prafertur, etiam quod Prasidens minoris Tribunalis maiorem habuisset dignitatem.*

Quia reprasentat Collegium.

68 *Vbi Authoris ipsius locus quidam singularis expenditur.*

69 *Legis condenda potestas, & facultas, est de reseruatis Principi, & de maioribus Regalibus.*

Ac primus (vt alij dicunt) Maior. a effectus.

70 *Et solis Regibus, aut Principibus superiorem non recognoscentibus competit, ratione suprema potestatis, quam in suis Regnis habere dicuntur.*

71 *Leges vt obligent, quas qualitates habere debeant.*

Et de vniuersa materia remissiuè.

72 *Legis diffinitio communior traditur.*

Et de aliis remissiuè.

73 *Lex iusta Principis sacularis, vtrum obliget in foro conscientia.*

74 *Leges, quando proferuntur, sunt bene consideranda; cùm verò recepta fuerint, semper erunt custodienda.*

75 *Et si non mature consilio constituantur, contemptibiles redduntur.*

76 *Nec de facili alterari, aut mutari debent, nisi propter maximam, & euidentissimam vtilitatem.*

Vbi l. 2. ff. de constitut. Princip. *decisio, quod in rebus nouis statuendis, euidens vtilitas esse debet, vt recedatur à iure antiquo; exornatur permultis.*

77 *Leges humana, tam ciuiles, quàm Pontificia, si non sint vsu recepta, an subditi, & vassalli, ad earum obseruantiam teneantur, vel non.*

Et

Et an requiratur consensus, & acceptatio populi.

An verò præcisè ligent subditos ipsos, etiamsi eas recipere recusent.

Vbi Burg. Salon de Paz, obseruationes in proposito, memorantur, & probantur.

Et aliorum placita recensentur.

78 *Reges, & Principes supremi, ex iusta, & necessaria causa boni publici: & implemento obligationum Regiarum; & cum imminent bella, necessitates, & causa publica: quibus ex Regio patrimonio, Regiisque redditibus prouideri non potest; gabellas, exactiones, vectigalia, tributa, & alias contributiones, iure Regaliæ, & Maioriæ supremæ, imponere possunt.*

Angarias etiam, & parangarias.

Item donatiua, seruitia ordinaria, & extraordinaria.

Et in Hispania, los millones, y sisas.

Aliáque similia, à subditis exigere.

Et tempore necessitatis, omnes vassalli seruire, succurrere, & contribuere debent.

Cum omnia bona vassallorum, dicantur esse Principis, tempore necessitatis.

79 *Dummodo ad iustificationem tributi, impositionis, donatiui, aut seruitij, ea interueniant, quæ ex communi Theologorum, & vtriusque iuris Interpretum sententia, requiri, & notari solent communiter.*

Et hic referuntur.

80 *Et Pat. Gabriel Vasquez, in fauorem Regum Hispaniæ, & harum contributionum, seu tributorum, singularia verba, & notatu digna, in medium proferuntur.*

81 *Ex quibus, & aliis Authoribus, v*[illegible]*ditur, tributa, & donatiua, quæ huic Regno imponuntur, propter bella, & sumptus, quos Rex noster inuictissimus aliis in Regnis sustinet, esse iusta, & de iure procedere.*

82 *In eodem etiam huius materiæ proposito, Rolandi à Valle,* in consil. 1. ex num. 62. vsque ad num. 81. vol. 2. & in cons. 91. num. 1. 2. & 3. *atque ex* n. 21. vsque ad num. 52. eod. vol. *ex relatione aliorum Authorum, singulares obseruationes, & doctrina commemorantur.*

Vt vera resolutio tradatur, an, & quando Reges, tributa, gabellas, & alia imponere valeant, nécne.

Quod tamen ex dictis suprà, num. 78. & 79. *deducitur apertissimè.*

83 *Ius concedendi immunitatem à vectigalibus, collectis, & aliis contributionibus, & tributis, inter Regalia refertur, & solis Regibus, Principibúsque Supremis competit.*

Et priuilegia huiusmodi dicuntur odiosa, & contra publicam vtilitatem, & damnum Principis.

Nec sunt de facili concedenda, nec à magistratibus recipienda.

84 *Ius hospitij, & cogendi subditos, & vassallos hospitare familiares, seruitores, & domesticos Principis, inter Regalia connumeratur; & solis Regibus, & Principibus supremis competit.*

Et an gratis hospitari debeant.

Et de personis, quæ hospitari, & hospitia præstare debent, nécne, & de aliis in materia.

85 *Belli indicendi facultas, & licentia belli gerendi ad Regalia refertur, siue ius Regale est indicere bellum.*

Sicut & pacem, post bellum inire.

Et subditos cogere, vt ad bellum pergant.

Quod solis Regibus, & Principibus Supremis competit.

Nec aliis inferioribus est permissum.

Vnde Maiestatis reus est, qui absque licentia Principis bellum gerit, vel exercitum comparat.

86 *D. D. Ioannis de Solorçano honorificam, & illi debitam commemorationem facit Author.*

87 *Bella, quæ iustè, & legitimè inferuntur, omnino probari debent, & ius acquisitionis victoribus præbent.*

Et contrarium dicentes, confutantur.

Bella autem iniusta, & per solam violentiam illata, nullo iure probari, neque legitimum dominium præstare.

88 *Bellum, vt iustum sit, ex quibus causis, & qua intentione inferri debeat.*

Et quod semper, eo proposito fieri debet, vt malum vitetur, & bonum promoueatur.

89 *Et debet semper esse defensiuum, vindicatiuum, aut punitiuum.*

90 *Bellum quando dicatur iustum, vel non, latissimè explicasse Authores omnes hic relatos.*

91 *Bello ab hostibus capta, communi omnium gentium iure, capientium fiunt.*

Et etiam inspecta iure diuino.

92 *In belli conflictu, quæ capiantur, qualiter diuidantur*

93 *Ad ius Regale supremæque Maioriæ refertur, quintam habere partem mouentium, & se mouentium, in bello captorum.*

94 *Ius faciendi oppignorationes (quæ represaliæ vulgò vocantur) ad maiora pertinet Regalia.*

95 *Prout etiam potestas prohibendi, & impediendi subditos, ne extruant castra fortia, turres, & propugnacula, aut vallo, fossáue, suas ædes circumdent, & fulciant.*

96 *Nundinas, & mercata concedere, effectus Maioriæ supremæ & Regaliæ est.*

Atque ita solus Princeps concedit licentiam faciendi eas.

Et hoc ius Regale dicitur.

Et de materia nonnulla breuiter traduntur.

97 *Legitimandi filios illegitimos, naturales scilicet, spurios etiam, & cuiuscumque generis illi sint, facultas, & potestas, Maioriæ supremæ est, & ius Regale dicitur.*

Solisque Regibus, & Principibus supremis competit.

Et quoad successiones, tam ex testamento, quam ab intestato, & contra testamentum, & alios effectus, quemadmodum operatur.

De quo, & de materia legitimatorum per rescriptum Principis, latissimè actum ab aliis; & per eundem Authorem proponitur.

98 *Nobilitates, à Regibus, Supremisque Principibus procedere, & dari posse.*

Et ipsos nobilitare quem volunt.

Ita quod dicantur verè Nobiles.

Et gaudeant iisdem priuilegiis.

Et ad officia Nobilium admittantur.

Dummodo exerceant actus nobiles, non autem populares.

Idque ad ius Regale & supremum referri.

99 *Ætatis veniam minoribus concedere, ad ius Regale, & supremam potestatem pertinent.*

100 *Et ibidem, de minore, qui veniam ætatis impetrauit; & an ipse amittat beneficium restitutionis in integrum.*

Morato

101 *Moratorias, aut temporales dilationes ad soluendum, debitoribus concedere, ad ius Regale, & supremam Principum potestatem pertinet.*

Et de materia egisse Authorem plena manu, in commentariis, *seu* tractatu de Alimentis, capite duodecimo per totum.

Vbi ex proposito articulus hic explicatur.

Interim tamen dum in lucem tractatus ipse non prodierit, ad summam quandam tota materia reducitur.

Et Gabrielis Aluarez de Velasco, locus copiosius expenditur.

102 *Cudendi monetam facultas, ad Regalia refertur.*

Et priuatiuè pertinet ad Reges, & Principes Supremos, non ad alios, nisi de eorum gratia, & concessione.

Vnde quilibet Rex potest in Regno suo, nouam monetam facere.

Et ius eam faciendi, alteri concedere.

Quamuis id ius, in concessione generali non veniat.

Et iustum monetarum valorem constituit.

Illúmque auget, & minuit.

Et monetam mutat, si Reipublica expediat, & eaidens vtilitas speretur.

Sed non de facili mutanda, maximè in damnum populi.

Et si magna vrgeat necessitas, potest moneta noua aliqua liga imponi.

Et curandum est, ne quid fraudis in materia, in forma, siue signo, aut pondere fiat, & de aliis in materia, remissiuè.

103 *Monetam falsam fabricans, qua pœna puniatur.*

Quid si totonderit, vel raserit, vel diminuerit.

Quid si eam expendat, sed non fabricauerit.

104 *Thesauri inuenti ius ad Regalia, & Supremam Regum potestatem refertur.*

105 *Thesauri inuenti tractatum, & materiam, tam attento iure communi, quàm ex consuetudine aliquarum prouinciarum, seu regionum, quam etiam ex legibus huius Regni.*

Et maximè ex l.45. titul.28. part.3. & l.1.tit.13. lib.6. nouæ collectionis Regiæ.

Et de quæstionibus omnibus ad rem hanc attinentibus, suscepisse, atque perfecisse Authores quamplures, qui hic cumulātur, atque commemorantur.

Et numeris sequentibus, materia metipsa ad breuem summam, & quasdam conclusiones reducitur.

Quibus ostenditur, thesauri, quocunque loco inuenti fuerint, cui adquirantur.

106 *Thesaurus arte magica inuentus, etiam in proprio fundo, est Cæsaris, & fisci.*

107 *Thesaurus inuentus in loco, aut fundo proprio, siue fortuitò, siue data opera, in totum inuenienti adquiritur.*

108 *Thesaurus inuentus in alieno fundo, absque arte magica, data tamen opera, totus fundi domino adquiritur.*

Si autem fortuitò inueniatur, pro parte dimidia domino agri, pro alia dimidia inuentori cedit.

109 *Thesauri inuentio sola, vtrum sufficiat, ad adquirendum eius dominium, vel an requiratur etiam apprehensio ipsius.*

Et de opinionibus contrariis.

Et vera Authoris consideratio proponitur.

110 *Thesaurus inuentus in loco Principis, Fiscali, vel etiam publico, cui adquiratur.*

Quid si in loco ciuitatis inueniatur.

111 *Thesaurus inuentus in loco religioso, vel sacro, cui adquiratur; & quomodo hodie apud nos diuidatur.*

Et de intellectu l.3.§. si in locis, ff. de iure fisci, & §. Thesaurus, Institut. de rerum diuisione.

112 *Thesaurus, inuentus in fundo alieno, de facultate & consensu domini, cui adquiratur.*

Et de consideratione quadam Authoris in proposito.

113 *Thesaurus quecunque in loco inuentus, siue in proprio, siue in alieno, publico, sacro vel religioso, iure Regio Hispano attento, cui adquiratur.*

Et an decisio l. primæ, *tit.* 13. lib.6. nouæ collect. Regiæ, *de Thesauris inuentis agens, corrigat ius commune, &* legem 45. tit. 28. part.3.

Et de iudicio, atque resolutione Authoris in proposito.

114 *De consuetudine etiam totius ferè orbis, ex qua inductum atque receptum est, quod Thesauri omnes ad Reges, & Fiscum pertineant, quam in foro etiam conscientiæ rectè iustificant Didac. Couar. & alij.*

115 *Mineralia, & vena auri, argenti, & cuiuscunque metalli, ad quem pertineant, iure communi attento.*

Ad quem etiam, iure Regio Hispano.

Et an inter Regalia enumerari debeant.

116 *Salinæ quæ in locis publicis sunt, & ex aquis salsis perficiuntur, ad Regalia referuntur, & ad Reges, Principésque Supremos pertinent.*

117 *Flumina publica nauigabilia, inter Regalia referuntur, & in patrimonio Principis esse dicuntur. Portus etiam, & ius ripaticum, & mare, & portalia. Et ius plaustorum, & nauium. Et piscandi ius.*

De quibus latiùs remissiuè.

118 *Venationem prohibere est de Regalibus.*

Et ideo Reges, Principésque Supremi venationes, & aucupationes prohibere, iure possunt.

Principes inferiores non possunt.

119 *Via publica inter Regalia referuntur*

Et ita soli Reges, Principésque Supremi in via publica, iurisdictionem habent.

Ipsique tantùm possunt in ea ædificare, vel aliquid facere.

Priuati non possunt. Nec illam claudere, & obturare, vel quicquam aliud facere.

120 *Vniuersitatem, & publicum studium erigere, ad Regalia refertur. Et ideo soli Reges, Principésque Supremi licentiam & facultatem concedunt. Sed requiritur etiam Romani Pontificis licentia. Competit etiam eisdem Regibus ius visitandi Vniuersitates, & petendi rationes distributionis pecuniæ publicæ.*

121 *Auocandi ad se omnes causas, tam incipiendas, quàm captas, & pendentes coram ordinariis, in quacunque parte iudicij, & in quocunque statu, & Tribunali. Aliisque committere & delegare, competit Regibus ratione maioriæ seu Regalia. Estque ius Regale Supremum.*

122 *Auocatio causarum quid sit.*

123 *Auocare causas, apud inferiora Tribunalia pendentes, vt iustè Reges, Principesque Supremi possint, iusta, & magna causa interuenire debet.*

Nec de facili auocare licet: sed magna consideratione: afferret enim Reipublica maximam detrimentum: & partem grauaret.

Et non debet fieri absque partis citatione.

124 *Auocatio est odiosa, & ideo restringenda.*

Et tollit præuentionem, & prohibet Iudicem pronunciare de eo quod cognouit. Aut cognoscere de eo, de quo cognoscere posset.

Et cedit in contumeliam eius.

125 Et Princeps inscius, aut non informatus non censetur praeiudicare voluisse processus inter partes agitato, Aut iurisdictioni ordinaria impedimentum, & obstaculum apposuisse.

126. Author temperat, atque iuris ratione explicat ea, quae indistincte nimis tradiderunt nonnulli Authores Neoterici: dum contendunt, quod Reges & Principes Supremi possunt reuocare sententias, in rem iudicatam transactas, cassare eas, etiam ritè, & rectè latas.

Et restituere ad appellandum aduersus rem iudicatam. Aut tollere impedimentum rei iudicatae, ut iterum litigetur. Et sententia lata reuideatur, & si in rem iudicatam transierit. Et consequenter auferre ius parti quaesitum per sententiam. Et sine causa admittere probationes post sententiam. Et sine magna causa aut iniustitia, & iniuria, de qua manifestè constet; aut ex aliis circunstantiis id fieri non posse constanter tuetur.

127 Et in comprobationem primo loco, expenditur Menochius in consil. 818. ex n. 114. cum seqq. lib. 9. Vbi superiora non concedit Principi, nisi aduersus sententiam iniquam, & eius iniquitate detecta. Aut si per dolum, culpam, gratiam, vel sordes sententia lata fuerit.

128 Secundo loco expenditur idem Menochius in consilio 1028. num. 5, lib. 11. Vbi recursum ad Principem denegat ei, qui sua culpa non appellauit, cum posset.

129 Tertio loco expenditur ipsemet Menochius, in consil. 1044. per totum, eod lib. 11.

Vbi etiam denegat reuisionem nisi ex causa.

Et causas nonnullas congerit.

130 Caesaris etiam Manentij decisio 27 adducitur, vbi explicat dubium praedictum, Princeps scilicet, an, & quando reuisionem sententiae, in iudicatum transactae, concedere possit. Et non aliàs, eam Principes concessuros concludit, quam si ex actis appareat eius iniquitas, & iniustitia.

131 Episcopus auocare potest causam, coram eius vicario pendentem in qualibet parte iudicij.

132 Praetores possunt ad se auocare causas, quae coram suis locum tenentibus pendent.

133 Metropolitanus non potest auocare causas, ab Episcopis eius suffraganeis. Sed per appellationem tantum de eis causis cognoscit.

134 Auditores Regij, qui in Pintiana, & Granatensi Curiis, iura litigantibus reddunt, non possunt causas, coram Iudicibus inferioribus pendentes auocare Vide infra num. 138 & 139. Et an Supremus Castellae Senatus possit, & infra dicto num. 138

135 Duces, Comites, & Marchiones, à Iudicibus ordinariis, quos Alcaldes ordinarios vocamus, vtrum causas pendentes auocare possint.

136 Causa semel ad Curiam delata, nunquam exit Curiam, nisi à Principe rursus ad Iudicem ordinarium remittatur.

137 Recursus ad Regem, siue relatione ad supremum Consilium pendente, vtrum impediatur executio sententiae, & censetur attentatum.

Ita vt gesta per inferiorem, sint nulla, necne. Vel saltem Iudices mulctari debeant propter inobedientiam. Et D. Francisci Salgado honorifica mentio, ibidem facta.

138 Auocatio causae coeptae coram ordinario, an ab alio fieri possit, quam à Principe.

Et supra, num. 134.

139 Auditores Regij Senatuum inferiorum à Supremo Castellae consilio, vtrum ex causa auocare, & retinere possint causas, coram inferioribus captas & pendentes: & num. sequenti. Vbi concluditur, quod ob denegatam, vel retardatam iustitiam, aut iniuriam, vel iniustitiam, aut negligentiam possunt.

140 Iudex denegans iustitiae administrationem, aut in procedendo negligens, illius causae iurisdictionem amittit.

Et superior, etiam lite pendente, adiri potest.

141 Auocandi ab inferioribus causa expressa, vtrum solo iuramento probari possit.

Et quid si litigatores, aut vnus eorum iurauerit se non posse, aut non sperare consequi iustitiam.

Quid etiam si Iudicem ordinarium appellatione interposita ab aliquo articulo, recusauerit.

142 Et de opinione Didaci Couar. quod retineri potest causa principalis cognitio in Curia Principis, quandoque ex appellatione quacunque. Vbi & de iudicio, & placito Authoris in proposita.

143 De his etiam, quae Sigismundus Scaccia, in proposito scripta, atque adnotata reliquit.

144 Auocatio causarum, non nisi ex iustis causis est concedenda.

Et exemptio ab ordinarij iurisdictione, maxima in consideratione haberi debet.

Et calumniosè petita, denegatur.

145 Delictorum indulgentia, & remissio, ad Regalia, & Maioriam, siue Supremam Regum potestatem refertur.

146 Idcirco, Reges soli, Principesque supremi, Superiorem non recognoscentes, concedere possunt gratiam, & remissionem delictorum.

Et sic remittere, tam poenas pecuniarias, quam corporales.

Inferiores autem Principes, Duces, Comites, Marchiones, & alij Domini non possunt.

Remittere enim crimina, est supra legem, vel contra legem.

Quod inferioribus prohibetur.

147 Reges, & Principes Supremi possunt concedere gratiam, & remissionem delictorum, dummodo iusta & rationabilis causa interueniat.

Et etiam ex iusta, & rationabili causa, quàm rarissimè gratias delictorum facere debent.

Imo ab eis se abstinere, nisi ex iustissimis causis, & Republica vtilibus.

Et sine causa iusta remittentes, mortaliter peccant.

Et pax aut remissio partis offensae praecedere debet.

Et adhuc pace facta ab offenso, mortaliter peccarent, si absque causa remissionem delictorum concederent.

148 Et non possunt remittere condemnationem parti applicatam.

149 Quod si gratiae & remissiones venderentur, siue aliquo accepto fierent, grauior & durior res redderetur,

150 Bona vacantia, ad iura Regalia referri: & ad Reges Supremosque Principes, ratione maioriae & supremae potestatis pertinere.

151 Fiscus post agnatos & cognatos ac vxorem succedit.

Et in eum transeunt omnes actiones actiua & passiua.

Et an teneatur vltra vires haereditarias, si inuentarium non conficiat.

152 Occupandi bona vacantia, optima practica traditur. & infra num. 154. ad finem.

153 Fiscus hodie ad bona vacantia, an vltra decimum gradum admittatur.

An

An vltra quartum gradum bona intestati fisco quarantur.

154 *An etiam hodie, vxor & vir, Fiscum excludant.*

155 *Fiscus à petitione bonorum vacantium quę tempore excludatur.*

156 *Confiscationes bonorum ad ius Regale, & ad Reges, Supremósque Principes pertinent:*

Et ab eis dumtaxat, vel de ipsorum ordine & mandato confiscationis bonorum pœna irrogatur.

Et est de primo gradu meri Imperij.

Et non nisi in grauissimis causis, & atrocissimis delictis imponitur.

157 *Et hodie apud nos; dumtaxat in crimine lesa Maiestatis diuinæ, & humanæ, & in crimine sodomię.*

158 *Ab indignis bona auferre, ad ius Regale refertur.*

Sic regulariter applicatur fisco omne id, quod ab aliquo, tanquam ab indigno aufertur.

Et quibus ex causis indignum quem effici, contingere possit.

Et materia taciti fideicommissi, sine eius, qui tacitam fidem accommodauit, de restituenda hereditate, aut relicto incapaci, allegatione multorum Authorum exornatur.

Quando etiam heres, vel fideicommissarius, ob inultam necem defuncti, indignus efficiatur, necne.

Et vide numero sequenti.

159 *Et Achil. Pedrocha* consilium 18. & consilium 40. *in hac materia commendantur.*

160. *Vassalli inuiti, quod alienentur à Regibus, & Principibus Supremis, ad ius Regale refertur.*

Et de consuetudine generali alienantur in his Regnis, & maximè tempore necessitatis, iurisdictiones, etiam villa, & ciuitates.

Oblato tamen pretio, reclamare possunt vassalli venditi.

Si nouum Dominum, sine contradictione recipiant, reclamare non possunt.

Et de materia latius suprà, hoc eodem tractatu, capite 17. numero 21.

161 *Regale ius esse, siue ad supremam potestatem, & Maioriam referri, quod Reges, & Principes Supremi tempore penuria, & necessitatis, possint iustum pretium frumento constituere, & illius dominos cogere ad vendendum.*

Et vt vendant in ciuitate, & non extra territorium.

Vicinis etiam, & non exteris.

Cogere quoque diuites ad mutuandum gratis, vt frumentum ematur.

Etiam quocunque priuilegio munitos.

Quod dominis inferioribus non licet, cum iura Regalia non habeant.

162 *Princeps in casu necessitatis compellere potest vassallos diuites, vt pecuniam sibi mutuent, pro se, & illis defendendis.*

Et recipit pecuniam absque interesse à mercatoribus exteris.

163 *Potestas cognoscendi per viam violentia, & Regia protectio vi oppressorum, appellantium à causis, & Iudicibus Ecclesiasticis, est de Regalibus, & de reseruatis Regibus Supremis, in signum Maioria, & Suprema potestatis. Et de materia egerunt permulti, & nonnulli longa serie, atque ex professo, prout hic adnotatur. Et nonnulla obseruamus* numeris seq. *Et Neoterici cuiusdam contra Regiam ipsam protectionem, resolutioni satisfacit, responsumque prabet Author concludent.*

164 *Obseruatio prima, quod* l. 36. tit. 5. lib. 2. nouæ collect. Regiæ, *est iuris naturalis declaratoria, & ex principiis iuris naturalis inducta.*

Iure diuino, Canonico, & positiuo approbata.

Frequenti, & vniuersali vsu recepta.

Immemoriali consuetudine corroborata.

Scientia etiam, & patientia, atque tolerantia, Romanorum Pontificum munita, & confirmata.

Atque ideo seruanda omnino, dum enuntiat facultatem, & potestatem tributam, & competentem Regibus Supremis propulsandi violentias, & tollendi oppressiones à Iudicibus Ecclesiasticis factas.

Quæ, & alia rectè, & singulariter D. Francisc. Salgadus annotauit in proposito, vbi videndus est originaliter.

165 *Iustificationem dicta facultatis, & potestatis, multis iuribus, rationibus, & concludentibus mediis; authoritate etiam, quamplurimorum Authorum comprobatam.*

Vnde & consequenter, Reges, & Principes supremos, ex omnibus dictis suprà, num. 164. *Item ex publica, & communi omnium vtilitate. Ex vi directiua rationis in bonum commune.*

Imò ob expressam Romanorum Pontificum approbationem. Et plures Rota Romana decisiones, teneri subditos & vassallos liberare à violentiis illatis à Iudicibus Ecclesiasticis, dum appellationibus non deferunt.

166 *Obseruatio secunda, ex placitis & resolutionibus eiusdem Salgadi deducitur, dictam scilicet potestatem propulsandi violentias, & tollendi oppressiones à Iudicibus Ecclesiasticis factas, Regibus, & eorum Regiis Pratoriis, non iurisdictionaliter, siue in modum alicuius iurisdictionis competere.*

Sed per modum extraordinaria cognitionis, vt vim dumtaxat & violentiam repellant.

Et dumtaxat discutiant, an vis illata sit, necne.

Nec de meritis appellationis, nec eius iustitia, vllo modo cognoscere possunt.

*Et ita cognoscentes, & sine iurisdictione Senatus procedentes, nullam incurrere censuram, nec excommunicationem: & nume*ro 168.

Imò quod recursus per viam violentia, virtualiter est approbatus in Bulla Cœnæ Domini.

Et vtilis & fauorabilis Ecclesia, & statui Ecclesiastico.

167 *Referuntur summariè permulti tam vtriusque iuris, quàm Theologi Interpretes per Francisc. Salgadum cumulati, qui constanter recursum per viam violentia ad Tribunalia sacularia defendunt.*

168 *Pat. Azor. à communi Scribentium placito & sententia recedentem, & contra recursum ad Senatus Regios scribentem, deceptum errore manifesto.*

Et falso quidem supposito (prout Salgadus metipse, optimè annotauit) excitatum, atque adductum fuisse.

Non aduertens, Regios ipsos Senatus non procedere per modum alicuius iurisdictionis, sed per viam extraiudicialis, & Christiana defensionis.

Atque ita cognitio violentia, nihil continet iurisdictionale.

Sed est nuda potestas naturalis defensio, tutus accessus, charitatiua protectio, & vis protectiua, & propulsiua, qua vis iniusta iustè repellitur.

169 *Obseruatio tertia, quod recursus ad Reges, & eorum Regia Tribunalia, in hac violentia, & vi oppressorum materia, non admittitur per viam appellationis; sed per modum tantum extraiudicialis defensionis.*

170 *Obseruatio quarta: vim, & violentiam facit Iudex Ecclesiasticus, non deferens appellationi legitimæ, & ea non obstante ad executionem procedens.*

In quo vnanimiter omnes hucusque Scribentes conueniunt.

171 *Obseruatio quinta: Regum proprium officium esse, vi oppressos liberare, & facere iudicium atque iustitiam, & violentiis succurrere.*

172 *Reges, & Principes Supremi tenentur protegere, ac defendere subditos à violentiis, & ad conseruationem pacis & tranquillitatis Reipublicæ Christianæ.*

Et tollere violentias, & oppressiones. Quod aliis

173 *Et exornauit Salgadus, prout hic refertur. prorectò intellexit respectu Clericorum, vi op-*

174 *Vnd. pressorum, sicut laicorum.*

tos Ecclesiastici possunt ad Regia Tribunalia Ecurrere, & se defendere à violentiis iudicis

Nec ecclesiastici, dum appellationi non defert.

175 *Obra Canonica contradicunt.*

seruatio sexta, quod Reges, eorumque Regia Tribunalia, in tollenda vi, non debent excedere limites naturalis defensionis, subditis, & vas-

Et idfallis præstanda.

dumtaxat factum sunt, sine quo vis propulsari Aliànon potest.

s incurrent Bullæ in Cœna Domini *censuras, si modum legitimæ defensionis, non denegan-*

176 *da excedant.*

Obseruatio septima transcribendi vitium, ab instituto & conditione Authoris multum abhorrere ad præsens tamen non potuisse prætermittere relationem eorum, quæ ex annotationibus Salgadi recensuit; cum ex ipsis concludentissimè satisfaciat, responsumque prebeat Augustinus Barbosa, contra receptam omnium sententiam opinioni.

177 *Vbi etiam octo præcipua proponuntur fundamenta, quæ Salgadus considerauit contra dictam Regiam protectionem, & potestatem tollendi violentias, ab Ecclesiasticis Iudicibus commissas.*

Quibus ipso postmodum concludenter satisfacit, atque respondet.

178 *Augustini etiam Barbosa placita & resolutiones, contra communem ponderantur.*

Quibus contendit, recursum non dari ad Regia Tribunalia, pro vi, & violentia iudicum Ecclesiasticorum, qui appellationi legitimæ non deferunt.

179 *Omniáque eius fundamenta, & motiua ita eliduntur, atque euanescunt, ex responsis, & solutionibus Salgadi, vt nullam vim obtineant, eáque opinio confutari, atque reiici debeat in futurum.*

Et opinio communis, quæ vi oppressis fauet, semper seruari.

Nec de eius ratione, iure, & iustificatione, dubitari vllo modo valeat.

Cum & Ecclesia ipsi, & Ecclesiasticis sit fauorabilis, & vtilis.

Quod latiùs demonstratur, & Salgadi solutiones ad fundamenta partis contrariæ concludere, & ea omnino elidere, obseruatur.

Et eiusdem Aug. Barbos. honorifica mentio facta.

180 *Adnectitur denique Pat. Antonini Diana noua, contra communem, & eadem Augustini Barbosa resolutio, quæ nouè etiam & verè confutatur.*

Et eiusdem Authoris noua distinctio, seu concordia, nouè etiam improbatur.

181 *Et Hieronymi Cenallos obseruationes nonnulla in proposito commemorantur.*

182 *Regia Hispaniæ prætoria, & Senatus Regij, vtrum ad instantiam Fiscalis, aut partis grauatæ, possint retinere Bullas, & litteras Apostolicas ante ipsarum executionem, vt ex ipsis & partiū allegatione deduci, & cōstare valeat quomodo fuerint expeditæ, & an aliquid sacris Canonibus, legibus Regiis, & voluntati ipsi Romanorum Pontificum (si rectè informati fuissent) contrarium contineant:*

Vt tunc Sedi Apostolicæ rescribendum sit, & voluntas certa Romani Pontificis expectanda.

De qua dumtaxat, non de potestate, iustè, & iuridicè dubitari potest.

Et de praxi communi consilii Regii Supremi Castellæ, & aliorum Senatuum.

Et opinione quamplurimorum, qui eam iuridicam, vtilem, & necessariam agnoscunt: & non sine magno Reipublicæ Christianæ damno amitti posse.

183 *Opinioneque nouissima Antonini Dianæ, quam Author impugnat & improbat.*

184 *Et Sacrarum Canonum velut expressa decisiones in contrarium ponderantur.*

Iura etiam alia, & leges Regiæ nonnulla expenduntur.

185 *Mandatis Principum, aliquando non esse obtemperandum, si aliquid insolitum, durum, aut legibus, siue rationi contrarium contineant; sed secundam iussionem expectandam esse.*

Et numero præcedenti.

Et exornatur decisio textus, in cap. si quando, de rescriptis.

186 *Episcopi, & Ecclesiastici iudices, si inobedientes sint mandatis Regum, & Supremi Consilij, aliorúmque Senatuum, in cognitionibus per viam violentiæ, aut in aliis causis, vtrum à Regno expelli possint; & temporalitatibus priuari.*

Et de iustificatione praxis huius Regni, iuxta quam aliquando Ecclesiastici propter inobedientiam expelluntur, & temporalitatibus priuantur.

187 *Vbi Bobadilla placita, & resolutiones primo loco referuntur.*

Ad quas in effectu reducuntur quæcumque ad illa vsque tempora ab aliis scripta fuerant.

188 *Hieronymi etiam Cenalles, duobus in locis obseruationes, in medium proferuntur.*

189 *Et vno eorum locorum, explicatur per Authorē.*

Et ibidem redditur ratio vera, quæ praxis huius Regni (cum qualitas negotij requirat) abstinere & seruari possit.

190 *Ac denique Antonini Dianæ nouissima resolutio commemoratur, & improbatur, atque confutatur.*

Et opinio communis Didaci Couar. & Authorum huius Regni defenditur:

Dummodo cautè & magna cum deliberatione procedatur, nec de facili practicetur.

Et tunc demum, cum qualitas & grauitas causæ, magnáque

magnâque Ecclesiastici iudicis contumacia, & inobedientia reiterata, publicaque honestatis, & authoritatis Regij Senatus causa id requirat.

191 *Dignitatem Ducatus, Marchionatus, & Comitatus concedere, ad ius Regale refertur, & solis Regibus, Supremisque Principibus competit.*

192 *Priuilegia Regis, aut Supremi Principis, quæ tangunt; quod non possint per alium, quam per ipsum dirimi, an ad ius Regale referantur, néc ne.*

Et de distinctione Baldi, communiter recepta.

193 *Facultates Regias, ad alienandum bona maioratus, vel hypotheca ea subiciendum, aut annuos redditus super bonis maioratus constituendum, ad ius Regale refertur.*

Atque ex sententia quorundam concedi non possunt licitè, nec de iure facultates huiusmodi.

Ex veriori, & communiori Scribentium placito; iustè & de iure concedi valent; dummodò causa publica, vel ipsius maioratus euidens vtilitas, aut necessitas interueniat.

Dummodò id seruetur quod hic notatur.

Et Velazq. Auendañi considerationes nonnulla in proposito probantur, & laudantur.

194 *Facultas Regia ad alienandum bona maioratus, vel ad constituendum censum super bonis eius, an possit concedi à Principe, ex iusta causa, quando vltra expressam prohibitionem alienationis, adest alia simul prohibitio, ne petatur ad id Regia facultas.*

195 *Quid si vltra duas prohibitiones pœna priuationis imposita sit successori, facultatem petenti.*

196 *Quid si vltra duas prohibitiones & pœnam, adsint clausulæ derogatoriæ speciales, vel generales facultates prædicta.*

197 *Quid si excludatur quoque simul omnis causa, quæcumque sit, & contingere, & excogitari possit.*

198 *Et etiam specificè excludatur causa publica, & vtilissima quoque maioratui, ab institutore.*

199 *Vel in facultate ipsa, cuius virtute conditus fuit maioratus, ita expressum fuerit.*

200 *Mentio dictarum prohibitionum, pœnarum, & clausularum, vtrum facienda sit Principi, ad facultatis concessionem.*

Et de opinione Velazq. Auendañi contra Molinam, quæ nouè ad examen reducitur.

201 *Facultas Regia ad alienandum, vel obligandum bona maioratus, intelligitur, deficientibus bonis liberis, etiamsi in ea non dicatur.*

Et requiritur, quod bona maioratus non sufficiant ad debita soluenda.

202 *Regalia,* ò derecho Regal es, que los Reyes puedan llamar, Palacio a sus casas y Consejos a sus audiencias, y los Señores no lo pueden hazer, ni vsar de las Regalias, ni traer coches de seis cauallos, ni estar en las Iglesias con cortina, que es gran Regalia.

EGALIA dici ea omnia, quæ ex Sedis Apostolicæ, Romanorúmque Pontificum gratiis, & concessionibus, ad Reges, Principésque supremos pertinent, *suprà hoc eodem libro, cap 5. num.* 30. adnotatum, atque scriptum reliqui; quæ etiam Regalia esse dicantur; ex aliorum scriptis, atque commentariis definiendum, & resoluendum, eodem loco, *numer. finali,* scripsi, & ad Sixtinium Regulum, Pet. Anton. de Petra; D. Garciam Mastrillum, & alios, me retuli eo prætextu, quod *alio capite huiusce tractatus,* & hoc quidem, rem ipsam, breuiori, quàm possem compendio, & resolutione explanarem; eáque Regalia præcipuè cumularem, illustrarem, atque exornarem, quæ in vsu forensi, & apud Pragmaticos frequentiora sunt, & ita assiduè occurrunt, vt per manus circumferantur quotidie: alia verò, sciens, consultóque prætermitteram, quoniam non ita assidua, nec necessaria sunt, & penes alios videri possunt.

Vt igitur breuitate, distinctione, & resolutione, res hæc absoluatur; ante alia obseruandum erit: Tertiarum concessionem, vulgò *los dos nouenos de todo lo que se diezma,* Regibus nostris inuictissimis Hispaniæ, à Sede Apostolica, iustis, & velut præcisis, non modò necessariis causis factam, inter Regalia numerari; vtpote cùm Tertiæ ipsæ, immediatè à Romanis Pontificibus fuerint concessæ, & in Reges Hispaniæ translatæ, atque in eorum patrimonio incorporatæ, ex quo ius Regale dici debent, siue ad Regalia referri, prout *dicto cap. 3. num.* 30. adnotaui, & *ibidem* relati Authores obseruarunt.

Regalia autem, siue specialia, specialique iure, & ratione, & in signum supremæ potestatis, Regibus, & Principibus supremis, superiorem non recognoscentibus, reseruata, & competentia, esse permulta, eaque cumulasse, atque tradidisse quàm plurimos iuris Interpretes, inter quos (vt antiquiores, & alios simul ab eis relatos omittam) sequentes erunt ordine sequenti videndi, & à me nunc referendi.

Afflict. *libro secundo feudorum, tit. 56. rubrica, quæ sint Regalia,* vbi 126. iura Regalia cumulat.

Bossius, *in praxi, titulo de reseruatis soli Principi.*

Ioannes Ferrandus, *de priuilegiis Regum Franciæ, cap. 1. & sequent.*

Regnerius Sixtinius, *de Regalibus, lib. 1. cap. 1. & pluribus sequentibus, & per totum tractatum.*

Iacob. de Sanct. Georg. *in inuestitura feudorum.*

Ludou. Romanus, *in l. Imperium, ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi congerit 50 Regalia.

Petr. Anton. de Petra, *de potestate Principis, ex cap. 4. cum sequentibus, vsque ad caput vigesimum primum, ex folio mihi 61. vsque ad folium* 266. vbi 413. iura Regalia cumulat.

Castaldus, *de Imperatore, quæstione* 510. vbi 330. effectus supremæ potestatis Regiæ commemorat.

D. Francisc. Alfarus, *de officio Fiscalis, gloss. 2. & glossa 20, per totam.*

Chassaneus, *in Catalogo gloriæ mundi, quinta parte, consideratione* 24.

Conradus, *in templo Iudicum, lib. 2. cap. 5. §. 4.* vbi iura Regia 89. adducit.

Aluar. Valascus, *de iure emphyteutico, quæst. 8. num. 33.*

Paramo, *de origine officij sanctæ Inquisitionis, lib. 5. de Summi Pontificis potestate, quæst. 1. ex numero 37.*

Georgius Cabedus, *decisione 42. & 66. parte 2.*

Iacobus Calicius, *de iuribus Regalibus,* vbi

ex professo adducit ſpecialia multa.

Belluga, *in ſpeculo Principum, rubrica* 13. §. *dicamus, ex numero primo, cum pluribus ſequentibus.*

Bardaxi, *de officio Gubernatoris, quaſt.* 5. *num.* 11. *& ſequentibus.*

Rodolphus, *de ſuprema Principis poteſtate, c.* 1. *& ſequentibus.*

Bobadilla, *in politica, lib.* 2. *cap.* 16. *per totum*, vbi congerit permulta, quæ ſolis Regibus competunt: & vide omnino, *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 7. vbi *quales ſon los derechos, y poderio de los Reyes.*

Ioann. Azor. *Inſtitut. moralium, ſecunda parte, lib.* 10. *c.* 8. *pag.* 1082. *&* 1083.

D. Garcia Maſtrillus, *de magiſtratibus, lib.* 3. *cap.* 10. *per totum*, vbi commemorat iura Regalia quamplurima.

Idem Maſtrillus, *ipſemet lib.* 3. *c.* 4. *per totum*: vbi congerit permulta, quæ ſolis Regibus, Principibuſque ſupremis conceſſa ſunt.

Molin. *in repertor. fororum, verbo, Rex, & ibi* Porroles.

Riccius, *collectanea* 140 *per totam*, vbi refert iura nonnulla.

Sebaſtianus Neuius, *ad titulum, qua ſint Regalia*, vbi plura iura Regalia pr nponit.

Glabrus Rodulphus, *libro tertio Hiſtoria, capite nono.*

And. Rnichen. *in commentariis ad ius Saxonicum, verbo, Ducum, c.* 5.

Roſentalis, *de feudis, cap.* 5. *conclnſ.* 1. *& ſequent. & in gloſſa, E.*

Zobelus ab Landrecht, *lib.* 3. *art.* 29. *littera A. & art.* 33. *&* 34 *&* 78.

Thomas Valaſſi, *in libello de fidelitate ſubditorum, cap.* 7. *& ſequ.*

Thuanus, *lib.* 56. *hiſtoria.*

Antonius Heringius, *in tractatu de fideiuſſoribus, c.* 7. *num.* 5 2. *& ſequ.*

Ioannes Hugo, *in tractatu de officiis quatuor Prelator. c. de muneris excuſat.*

Botcholten, *in cap. vnico, qua ſint Regalia, ex n.* 2. *cum multis ſequentibus.*

Vuarcanundus, *in veriſimile Theolog. capite octauo.*

Adaſſel, *in conſilio* 2. *lib.* 1.

Calixtus Ramirez, *de lege Regia*, §. 25. 26. *&* 27. vbi ex propoſito, de hac materia egit.

Peregrinus, *de iure fiſci, lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 14. *& ſeqq.*

Bertrandus Argentræus, *ad conſuet. Britan tit.* 2. *art.* 56

Vulteius, *de feudis, cap.* 5.

Cardinalis Tuſchus, *tom.* 6. *littera R. concluſione* 82. *&* 83.

Carpſouius, *diſſertatione de Regalibus, part.* 1. *tom.* 10.

Ioannes Heringius, *in tractatu de Molendinis, eorúmque iure, quaſt.* 9. *an molendina ad Regalia pertineant, ex folio* 133. *&* 134. *videndus ex n.* 6. *vſque ad numerum* 63.

Arnoldus Clapmarius, *de arcan. rerum publi c.* 4. *& ſequent. & c.* 10.

Vegetius, *lib.* 2. *de re militari, c.* 5.

D. Arum, *de iure publico, diſcurſu* 3.

Rodericus Zamorenſis, *in ſpeculo omnium ſtatuum, lib.* 1. *cap.* 2.

Treutler, *in conſilio* 106.

Dan. Otton, *de iure publico, cap. decimo, & vndecimo.*

Baptiſta Cæſar, *in conſil. illuſt. conſilio* 7. 8. *&* 9. *&* 10. *parte tertia, & in conſilio* 28. *& ſeqq. eadem parte.*

Matth. Vveſembe. *in conſil.* 45.

Robertus, *rerum iudicatarum libro tertio, capite primo.*

Henricus Bocerius *de Regalibus, lib.* 3. *c.* 1. *& ſequentibus, & de inueſtitura, cap. tertio*, vbi latè de Regalibus.

Beſoldus, *in conſultation. varior. Iureconſultor. conſil.* 3.

Hortenſius Caualcanus, *fragmento* 121. *fol.* 205. *poſt tractatum, de Brachio Regio.*

Et ij omnes concluduot, atque conueniont, iura Imperatori, aut Regi, aut alij, ſuperiorem non recognoſcenti, in ſignum Supremæ poteſtatis, maioriæ, eminentiæ, ac dignitatis, nec non in ſeruitium, atque recognitionem immenſi laboris, quem pro regimine, & defenſione Regni ſuſtinent, ad Rempublicam tuendam, competentia, iura Regalia dici, & nulli alij competere.

Hæc, vt ad ſummam quandam breuem Caualcanus, *dicto fragmento* 121. reduceret, inquit; quod Regalium appellatione veniont viæ publicæ, flumina nauigabilia, Portus, Ripatica, Vectigalia, Monetæ, Mulctæ, Pœnæ, bona vacantia, bona eorum, qui inceſtas nuptias contraxeruot, Angariæ, perangariæ, præſtationes, obſequia perſonarum, & animalium ſeruitia, ac plauſtrorum, poteſtas conſtituendi, & ordinandi magiſtratus, Palatia Principis, piſcationes, ſalinæ, & alia, de quibus *in ſecundo libro feudorum, tit.* 56. *Rubrica, qua ſint Regalia.* Item iuriſdictiones, Cacumina montium, ius legitimandi, molendina, mænia, portæ ciuitatis, valla, foueæ circundantes muros ciuitatis, vel loco murorum deſeruientes, furnum, hoſtiariæ, & alia multa.

Cæteri verò relati ſuprà, quamplurima alia iura Regalia adiiciunt, ſicuti ex eorum relatione apparet, ego ſanè, ex ipſis reaſſumam illa, quæ (vt ſuprà dicebam) in vſu forenſi, & apud Pragmaticos magis neceſſaria ſunt, & frequentius occurrunt; alia vero plura non ita neceſſaria, aut practicabilia, ſciens, conſultòque prætermittam, cum apud eoſdem à me cumulatos ſuprà videri poſſint.

Initium autem ſummæ reduxi, conſtituendo, quod maioria, & ſuprema Regum, Principúmque ſupremorum poteſtas reſpicit, & producit effectus illos omnes, qui *in dicto capite vnico, qua ſint Regalia.* Et à noſtris, Regalia nuncupantur, ſiue ex ſuprema poteſtate, & voluntate, originem trahunt, fundamentúmque ſumunt.

Poteſtas autem in Regibus, & Principibus ſupremis, ſuperiorem non recognoſcentibus, duplex conſiderari ſolet, ordinaria ſcilicet, & abſoluta. Quod attinet ad ordinariam, dicunt nonnulli, Principem eſſe ſub lege, quantum ad obſeruantiam, licet non quantum ad vinculum, de quo latè egimus *ſuprà*, rémque hanc ſingulariter explicauimus, *cap.* 18. *huiuſce tractatus.* Secundùm abſolutam, non eſſe ſub lege, nec quoad obſeruantiam, nec quoad vinculum; atque ita admittunt diſtinctionem prædictam ordinariæ, & abſolutæ poteſtatis: & iidem, quaſi in conſequentiam, non dubitant aſſerere, quod Princeps, de plenitudine poteſtatis, abſque cauſa poſſit alteri rerum ſuarum dominium auferre, eúmque iure iam quæſito, vel in ſpe quærendo, priuare; ſiue ius ipſum, ex alterius priuati diſpoſitione proueniat, ſiue ex eiuſdem Principis contractu, promiſſione,

missione, conuentione quacunque, aut priuilegio, & generaliter in omni actu, materia, & dispositione. Alij verò, atque è contrario, & verius, & communiter magis affirmant, nullam esse in Principe supremo, maximè Christiano, & Religioso, absolutam potestatem, nec iure considerari posse; vnde distinctionem hanc ordinariæ, & absolutæ potestatis, falsissimam esse, meritò asserunt, & absurdam dicunt; si enim (prout notarunt) Princeps, aliquid facere non potest de iure, id effugit omnem eius potestatem: si autem potest de iure, id ordinarium est, cum de iure sit permissum, sicuti Præses Didac. Couarr. & alij, singulariter obseruarunt, quorum statim specificam faciam mentionem.

Inde, & consequenter iidem Authores, optimè, & iuridicè inferunt, quod Princeps, absque causa necessaria publica, publicæve vtilitatis, cui aliter prospici & succurri non valeat, non possit alicui rerum suarum dominium auferre, nec iure quæsito, nec etiam in spe quærendo priuare; idque neque in foro interiori, neque exteriori; ex causa tamen publica, publicæque vtilitatis, cui aliter consuli, & prouideri non valeat, posse quidem; tunc tamen, integram satisfactionem, bonúmque cambium illi esse præstandum: Et addunt, quod absoluta potestas, potius tyrannis, quàm absoluta potestas nominari debet, nec inter Regalia connumerari. Vtriusque autem sententiæ, & opinionis Authores, ego metipse recensui *in commentariis tom. 3. cap. 6. per totum.* Et *ibidem* præfatam distinctionem ordinariæ, & absolutæ potestatis damnaui, & confutaui, & consequenter effectum prædictum, quod Princeps possit aliquem rei suæ dominio priuare, aut ius etiam quæsitum, aut in spe quærendum, auferre, reieci; cùm admittendum id non sit, nisi in casu publicæ vtilitatis, & cum aliter succurri non valet; & tunc (vt dixi) data integra satisfactione, quod in iure quæsito, aut quærendo, ex alterius Tertij dispositione quacunque, siue contractus, siue testamenti; aut maioratus, longa serie, infinitáque Authorum allegatione comprobaui, *tomo 2. cap. 28. & tomo 3. cap.* 28. vbi videndum est. In iure autem quæsito ex contractu, aut dispositione quacunque, aut etiam donatione, aut priuilegio Principis, longa serie, & vtilissimè obseruaui, atque exornaui *suprà hoc eodem tractatu, cap.* 18. vbi melius forsan, quàm alibi, res hæc discutitur atque explanatur.

Addo nunc, præfatam distinctionem ordinariæ, & absolutæ potestatis, & consequenter effectum productum dominij, aut iuris quouis modo acquisiti auferendi, confutasse Didac. Couar. *lib. 3. cap. 6. num.* 8. alios etiam quamplurimos, prout *ibi* notaui, & ex non relatis, Sarmientum *selectarum lib. 1. cap. 8 num.* 10. Fortunium Garciam, *in l. Gallus, §. & quid si tantum, num.* 290. *vers. ego vero, & num.* 301. *&* 311. Aleiatum, *in l. censere, ff. de verbor. significat.* D. Fernand. de Mendoça, *disputation. lib. 1. cap. 5. quæst. 2. num.* 35. D. Carolum de Tapia, *in rubrica de constitut. Principum, cap. 1. num. 77. & 78. prima parte, glossa rubricæ, num.* 25. Rolan. Cabagnolum, *obseruation. & declaration. ad antiqua decreta Montis Ferrati ad decretum* 20 *§. 1. quæst. 10. num.* 6. Angel. Matheacc. *de via, & ratione iuris, lib. 1. cap. 14. n.* 28. Camillum Gallinium, *de verborum significatione, lib. 10. cap. 33. num.* 44. *&* 45. Iacob. Cancerium, *variar. res. 3. part. cap. 3. numero* 114. Georg. Cabed. *decisione* 12. *numero nono, parte secunda.*

Addo etiam nouissimè, Calixtum Ramirez (quem nunquam retuli) & is quidem, *in commentariis de lege Regia. 6, 13. ex num. 1. cum pluribus sequentibus, fol.* 184. *&* 185. *&* 186. cum retulisset distinctionem prædictam ordinariæ, & absolutæ potestatis, & dixisset, quod communiter Scribentes non solum renuunt eam admittere, sed expresse reiiciunt; nouè contendit, & inquit, quod iusta ratione fateri cogitur, quod in supremis Principibus datur; & considerari debet absoluta potestas, vltra ordinariam; non eam, quam Doctores, tempestatem, aut peccandi potestatem appellant, sed arbitrium supremum non recognoscentis iudicem superiorem, nullo iure certo, tempore, aut ordine restrictum; aut quod est plenitudo potestatis, seu arbitrij, nulli necessitati subiecta, nullísque iuris publici regulis limitata, vt Baldus scripsit, idest, legum solemnibus. Ex quo euenit, vt possit donare Augustæ, constante matrimonio, nec non filio eius in potestate constituto, nec non spurio, eiúsque matri. Et quod eius donatio non egeat insinuatione, nec eius sententia, iuris ordine; nec solemnium defectus, eius actus vitiet; sed multa in eius persona, singulariter sint recepta, quæ priuatis non licent, prout latiùs *ibi* ostendit.

Verè tamen, communis, & vera Scribentium sententia retinenda, & defendenda constantissimè est; in Principe inquam Christiano, & Religioso, & timente Deum, iustitiámque, & rationem præ oculis habente; absolutam potestatem non dari, nec considerari debere; sed ordinariam dumtaxat, vt repetitum est: ea autem, quæ in persona Principis singulariter sunt recepta, & priuatis non licent, non ad absolutam potestatem, sed ad ordinariam referri præcisè debent; si enim ea, & alia, de iure potest supremus Princeps, id ordinarium quidem est, siue ad potestatem ordinariam referri debet, cùm de iure sint permissa, non ad absolutam potestatem; in eo namque, quod à iure expressum est, iuréque singulari, rectè, & iustè Principibus supremis concessum, absoluta potestas, siue tempestas considerari non valet, & minùs tyrannis, cùm iure ordinario, non absoluto aliquo vtantur, dum eo iure vtuntur, & fruuntur; quod iure ipso, ipsis tributum esse apparet.

Alio autem loco, hoc est, *in eisdem commentariis de lege Regia, §. 30. num. 53. & 54. fol.* 327. idem Callixtus Ramirez, rectè, & doctè improbat opinionem asserentium, sine causa, & pro libito voluntatis posse Principem auferre alicui, rei suæ dominium, aut ius acquisitum, etiam ex facto, aut contractu Principis; & contrarium constanter tuetur, vt neque directè, nec indirectè, dominium, aut ius Princeps auferre valeat, prout *ibi* videri poterit.

Addo etiam, de prædictis videndum omnino, atque originaliter, Ludou. Molinam *de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 8. ex num.* 28 *vsque ad numerum* 34 *& lib 2. cap. 7. ex num.* 28. *vsque ad numerum* 36. *& lib. 3. cap. 3. ex num.* 11. *vsque ad numerum* 19. *& lib. 4. cap. 3. ex num.* 1. quibus in locis summa distinctione, atque resolutione improbauit distinctionem prædictam ordinariæ, & absolutæ potestatis, & probauit, in Principe Religioso, & Christiano, absolutam potestatem considerari, nec dari posse; prout latius *ibi*. Item ex absoluta ipsa potestate, non valere auferre alicui rei suæ dominium, nec ius aliquod, non modò iam in esse productum, sed nec adquirendum,

aut

aut de futuro, & in ipſe tantum competens, & poſſe dumtaxat ob cauſam publicæ vtilitatis, & tunc teneri ſatisfacere plenè his, quibus res ſua, aut ius competens auferatur:& in effectu, Principis poteſtatem,ad ordinatiam ſemper referri, & ad id,quod honeſtè, & de iure, & rationabiliter, abſque iniutia, & damno tertij facere poſſit.

4 Addendum etiam eſt, in eodem propoſito ptæ oculis ſemper habendum Didaci Couarru. locum,non ita à me,*dicto cap. 6.tom. 3.* ponderatum.Is enim *variar.reſolution.lib.3.cap.6.n. 8.* notabiliter,ſuperiora aſſequutus, ſingulatiter ſcripſit,atque adnotauit,poteſtatis abſolutæ, quam Doctores conſiderant,vim, nequaquam conuenire his,quæ iure naturali, vel gentium ſunt inſtituta, quæ procuIdubio Princeps tollere non poteſt,nec ordinariâ,nec poteſtate abſoluta.Inta ſiquidem naturalia immutabilia ſunt: & ideo, nunquam decet, his Principem poſſe derogare, etiam abſoluta poteſtate;cùm hæc poteſtas non eſſet, ſed tyrannis, quæ longè abeſſe debet à Principibus,& ab his,qui de eorum Imperio, & poteſtate tractate conantur. Ius etenim naturale dictat,quemlibet propriæ rei dominium habere, poſſéque de ea liberè diſponere,niſi ea diſpoſitio ex cauſa tei publicæ,vel propter publicam vtilitatem,ei interdicta ſit:& addit,quod ſi Princeps, abſque publicæ vtilitatis cauſa, dominium ab aliquo auferat, ſive interdicat tei proptiæ liberam diſpoſitionem, tyrannidem potius, quàm Principis leges,& iura exercet. Et quod hæc ipſa poteſtatis ordinariæ, & abſolutæ diſtinctio, in humanis Principibus falſiſſima eſt, & adeo abſurda,vt miretur,viros, vtriuſque iuris peritiſſimos,& *ibi* relatos, ea vſos fuiſſe. Et ipſum non agere de his, quæ per iniuriam, & violentiam, Princeps facere poteſt, cùm id non pertineat ad Iuris-conſultos;ſed de his, quæ iure, abſque iniuria Princeps agere poteſt.Et concludit, quod abhorrere proſus, & fugere tenemur abſolutæ poteſtatis mentionem; idque manifeſta argumentatione oſtendit:nam quod Princeps, etiam derogando legibus humanis, iure naturali diuino, & humano facere valet, id ad ordinariam Principis poteſtatem pertinet:iure ſiquidem conceſſa poteſtas, ordinaria dicitur, non abſoluta;cû nihil abſolutû cuiquã,etiam Principi,iure ſit permiſsû. Quod autẽ Princeps agere non poteſt iure humano, diuino,nec naturali, id non ad poteſtatem Principis, quæ ex iute deducatur, ſed ad tyrannidem,quæ ex iniutia oritur, pertinet. Vndè non licet,nec licebit vnquam, in Principe conſtituere poteſtatem, quæ eius libidine, & libera voluntate, abſque rectis rationis limitibus ducatur;prout ſenſit Fortunius Garcia, *ibi* relatus. Et hactenus Didac.& eleganter quidem, atque eruditè,vt adſolet: ex quo mirè etiam confutatur,atque conuincitur concordia illa; ſiue noua Callixti Ramirez conſideratio; prout eam arguebam *ſup.n 2.ad finem.*

5 Ad eadem etiam, ab ipſo Didaco ſcripta, ſi maturè,& perpenſa iuris vttiuſque ratione, Pet. Anton.de Petra attendiſſet, non quidem eorum ſententiam probaſſet,qui arbitrati ſuere, dupliceꝫ eſſe in Principe poteſtatem, ordinariam ſcilicet, & abſolutam; & minùs Didaci ipſius Couatt.opinionem confutaſſet, quam petinulti alij ſequuntur:Petra igitur,*in commentariis de poteſtate Principum c. 1.* quo excellentiam poteſtatis Principis extollit,*num.8. pag.mihi 4.* Didaci placitum refert, & ab eo diſcedit, & latius proſequitur*c.2. & ſequ. ex fol. 5.* vbi ſemper inſiſtit in ea cogitatione, vt exiſtimet, duplicem eſſe in Principe poteſtatem,ordinariam, & abſolutam. Idque latiſſimè declarat; verè tamen, quæcunque adducit, vt in probanda poteſtate Principis abſoluta inſiſtat, faciłè ſubuertuntur ex annotationibus Præſidis,*dicto n.8.c.6.*cùm ea, quæ iure ſpeciali,Regibus, & Principibus ſupremis conceſſa ſunt, nec aliis competunt; ad ius ordinarium,non ad abſolutam poteſtatem ſint referenda,vt *ſuprà* dicebam.

Id quod eruditiſſimus, & ingenioſiſſimus Arias Pinellus,mirabiliter aſſequutus, cum iudicio, & doctè,Didaci Couarr. opinionem probauit, & contrariam conſtantiſſimè reiecit, nec abſolutam poteſtatem dari, aut conſiderari poſſe, vllo modo admiſit, ſicuti conſtat ex adnotationibus eiuſdem,*prima parte rubricæ, C. de reſcind. vend.c.1. ex num. 24.fol.14.& 15.* vbi ante alia præmittit,omnino reiiciendam, & exterminandam eſſe inhumanam illam multorum traditionem, cùm Principi tribuunt pleniſſimam,vel abſolutam poteſtatem,eam ab ordinaria diſtinguentes, vt ex illa omnia poſſit, vtque facta mentione talis poteſtatis, nulla exceptio obiici valeat:& refert, inter alios, id acerbius ſcripſiſſe Angelum,Panotmitanum,Bald.Alexan. Decium,Coraſ.Hippolyt.Aſſlict.Capycium,Gozadinum,& Caſtaldum. 6

Deinde aduertit, Scribentes metipſos mirè variare, aliqui namque proſus improbant; alij verò intelligunt eam abſolutam poteſtatem, dummodò Princeps læſionem reſarciat. Alij diſtinguunt inter magnum,& modicum damnum. Vndè dedocit,quod hæc Doctorum varietas, ſatis indicat,non veram,nec ratam eſſe hanc ſuam traditionem de abſoluta poteſtate.

Statim verò,*eodem n.24.in fine*, inquit, quod antequam tota ea traditio damnetur, aduertit contra Alexandri,& aliorum ſententiam, iniuſtitiam non ceſſate etiam in modicis, vt *in l.& in maioribus, C. de appellat.* Similitet aduertit contra Decium,Cagnolum,& Bellonam, non ceſſare eãdem iniuſtitiam,ſi abſque iuſta cauſa,Princeps auferat alicui inuito rem, licet eius valorem ſoluat;iam enim, ex violentia, libertatem tollit,iniuriámque infert, contra text. *in l.extat, ff.quod metus cauſa*, non leue enim intereſſe voluntatis conſentur. Idque ſatis probati videri ex ſacra Pagina,*lib 3. Regum*, vbi nec data pecunia Regi licuit, ſubditi vineam occupare, niſi eo conſentiente.& vis illata acertimè à Deo punita fuit.Ex quibus,idem Pinellus infert contra Angelum,& cæteros dicentes,poſſe Principem, ſine cauſa,de plenitudine poteſtatis, auferre dominium, feudum,aut ius quæſitum;infert etiam,*num. 25. fol. 15.* generaliter abſolutæ poteſtatis nomen,iuri contrarium, & omnino abnegandum; & refert quamplurimos ita tenentes, & abſolutam poteſtatem, potius appellari plenam peccandi poteſtatem,& contra ius, & æquum, abſolutam tempeſtatem;& pluribus locis, ſatis curioſè,atque eleganter, id comprobat;& concludit *num.26.*ex antea à ſe adnotatis, atque ſcriptis,ſatis liquere videri,cum alicui Ius ſuum, vel dominium aufertur, non tantum ius Ciuile, vel humanum ſcriptum offendi,ſed etiam naturale, & gentium, imò, & Diuinum, quibus repugnat iniutia, vel iniuſtitia: quod autem repugnet omni iuri, *per totum numerum* comprobat ſingulariter.

latiter. Addit etiam idem Pinellus, *numero* 27. quod pars, quæ læditur ex rescripto, rem suam auferente, audiri debebit ab eodem Principe, melius informando. Similiter, eodem Principe iustitiam negante, poterit pars læsa, apud Summum Pontificem conqueri: sic etiam Successor talis Principis emendabit eius iniquitatem, & rescindet acta, quæ emanarunt ex rescripto, vel iussu auferente parti rem suam. Addit etiam facilius remedium, *numero* 28. vt pars, quæ læditur ex tali rescripto, obiiciat iniustitiam rescripti, & læsionem iuris sui; ita enim impediet executionem iniqui iussûs; quod latiùs comprobat.

Et hactenus Pinellus, cuius nullus Recentiorum omnium, ita specificam mentionem, aut relationem hactenus fecit; hoc autem loco fieri conuenit, vt viri adeo docti, & ingeniosi resolutiones, euidentius constarent, & absolutæ potestatis distinctio, tanti viri iudicio, & authoritate damnetur: dum autem dictis remediis, læsis succurrit, doctè etiam, & memorabiliter se habet; vno tantum excepto, quod in Hispania, nunquam visum, nec auditum est; vt Principe iustitiam negante, pars læsa apud Summum Pontificem conqueratur: Reges etenim Hispaniæ, adeo Christianissimi, & Religiosissimi, iustitiæque protectores, & defensores semper fuerunt, vt huiusmodi querelis, nec comparendi apud Sedem Apostolicam, occasionem vllam præstiterint, nec vnquam præstabunt; cum potestate aliqua, circa auferendum rei suę dominium alicui, aut eum iure quęsito; vel quærendo priuandum, nunquam vtantur, nec in futurum vtentur, nisi magna, publicæque vtilitatis causa, cui aliter succurri non valeat, ita requirat, vt velut necessitate cogente, excusari non valeat.

His addendum est, Hieronymum Ceuallos, tam *quæst.* 578. *per totam*, quo loco retuli eum, *dicto cap.* 6. *tom.* 3. quàm alio loco, *ibidem* non relato; *quarta* scilicet *parte commun. contra communes, quæst.* 906. *ex num.* 1. *vsque ad numerum* 57. *& num.* 72. *&* 73. *& num.* 355. *& sequentibus*, ex professo suscepisse explanationem prædictorum, tam potestatis absolutæ, quàm dubij alterius, vtrùm Princeps, cum causa, vel sine causa possit tollere alicui, rei suæ dominiũ, vel eum iure quæsito, aut quærendo priuare; idque, tam attento iure communi, quàm Regio; & duas opiniones contrarias communes congessisse; tandem cum aliis multis Authoribus, communiorem, & veriorem sententiam probasse, latéque eam comprobasse, vt scilicet ex causa publicæ vtilitatis id facere possit, & tunc integram satisfactionem præstare debeat: absque causa verò non possit, nec minus vti potestate absoluta, qua verè non vtitur (prout ego semper obseruo, sed ordinaria tantum, quando publicæ vtilitatis causa ita exposcit, atque suadet; & tunc, etiam in modico satisfactio parti læsæ præstatur, sicuti doctè Pinellus animaduertit.

Peregrinus etiam, *de iure fisci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 67. *folio* 22. Moneta quoque, *de commutationibus vltimarum voluntatum, capi.* 6. *& tribus sequentibus*, vbi latissimè, atque ex proposito, eisdem placitis communibus accedunt, & absolutæ potestatis obseruationem reiiciunt: singulariter etiam Azeuedus, *in l. prima, titulo primo, libro quarto, noua collect. Regia, ex numero* 23. *vsque ad numerum* 31. vbi est videndus in comprobationem prædictorum, notanter Matiençus, *in l.* 6. *titul.* 10. *libro quinto, glossa prima, numero* 14. Sese, *de inhibition.*

Regn. Aragon. capit. quarto, §. 3. *numero* 13. Ægidius Lusitanus, *ad l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure, capit. tertio, verbo, Regna condita*, *numero* 10 *folio* 73. vbi hi duo expressè agnoscunt, potestatem absolutam non dari in Principibus humanis, prout etiam Molina, *Emporij prima parte, titulo, de legibus, quæstione primo, numero septimo*, ingeniosè etiam D. Fernand. de Mendoça, quem *supra* retuli, *disputationum iuris ciuilis, libro primo, cap. quinto*, *numero* 35. vbi eandem distinctionem ordinariæ, & absolutæ potestatis confutauit acerrimè.

Superioribus quoque resolutionibus conuenit omnino, & eandem distinctionem reiicit eruditè, & ingeniosè Antonius Faber, *iurisp. Papinia. scient. ad titul. de iure natur. gent. & ciuil. principio* 8. *illatione* 2. *ad finem, folio* 67. vbi in hunc modum reliquit scriptum: *Hoc ipsum tamen quod diximus, Principem esse supra leges, sic intelligi volumus, vt sit supra leges ciuiles, non etiam supra eas, quæ sunt iuris naturalis, aut gentium. Ex quo infero, nullam esse in Principe, quamuis supremo, si non etiam tyranno, absolutam potestatem, per quam possit, eam rem, quæ tua sit iure gentium, tibi inuito auferre pro arbitrio, nec si pro pretio tibi offeras duplum, aut triplum iustæ æstimationis, quoniam id, & naturali, & gentium iuri repugnat, l. ex hoc iure, ff. de instit. & iure, l. id quod nostrum est, 11. de regul. iur. l. nec quasi 70. ff. de rei vendic. l. non enim 9. ff. rerum amotarum; nisi fortasse ex causa publicæ vtilitatis, cui aliter prospici non possit. Perpetua enim est, & sine exceptione, illa lex duodecim Tabularum, Salus populi suprema lex esto. Itaque nunquam probaui distinctionem istam Interpretum, qui duplicem in Principe volunt esse potestatem, absolutam vnam, ordinariam alteram. De quo iam aliquid scripsimus ad principium* 2. *in fine supr. titulo proximo, & alibi fusiùs scribemus.* Dicto autem *principio secundo*, *folio* 15. id ipsum securè scripsit, absolutam potestatem in bono Principe nullam esse; eámque duplicis potestatis distinctionem, tyranno magis, quàm bono Principi conuenire; ideóque non insulsè, eiusmodi potestatem, absolutam plenitudinem tempestatis appellari, &c.

Conuenit etiam superioribus, licèt expressè 8
dictam distinctionem non reprobet, Doctor Garcia Mastrillos, *de Magistratibus, libro tertio, capite quarto, ex numero* 314. *folio* 295 *vsque ad numerum* 364. & inferiùs, *ex numer* 418. *vsque ad numerum* 427. vbi quod Princeps supremus potest cum causa, de plenitudine potestatis, Tertio præiudicare; secus autem, cessante iusta causa; & citat textum *in l. penultim. & final. ff. de natalibus restituend.* & quod ratio oritur ex regula illa vulgari; quod id, quod nostrum est, non potest sine facto nostro à nobis auferri, *l. id quod nostrum, ff. de regul. iur. l. ex hoc iure, in verbo, dominia, ff. de iustitia, & iure.* Ita etiam, quod solus Princeps potest ex iusta causa ius alteri quæsitum auferre: & quod iusta causa erit, quando ageretur de publica vtilitate, siue necessitate; secus, si priuatam vtilitatem respiceret: & dummodo principaliter sit causa publicæ vtilitatis, non autem, si secundariò publica sit vtilitas, vel necessitas. Et quod tunc, etiam pretium ei, à quo res aufertur, restituendum est, vel ei satisfaciendum, etiamsi causa, ob quam res aufertur, sit iustissima; quia aliàs (vt inquit Baldus *ibi* relatus, *numero* 354.) diabolica potestas esset, auferre rem alienam, sine solutione pretij. Et quod id generale est in dominio, vel iure quæsito per contractum, vel quasi, vel aliud medium

iuris gentium, vt semper Princeps debeat læsum restaurare de pretio, vel alio præmio. Et addit *numero* 358. *& duobus sequentibus*, quod pretium solui debet, antequam res auferatur, vel saltem in ipsa ablatione; & quod opinio dicentium contrarium, procedit in casu euidentis necessitatis, & sic ob impossibilitatem Principis, non aliàs; quæ omnia multorum Authorum allegatione comprobat, sed præcitatos *suprà* non commemorat.

9 Contra eandem etiam, ordinariæ, & absolutæ potestatis distinctionem, congerit quamplurima, illamque specificè confutat D. Carolus de Tapia, *decisione* 5. *Senatus Italiæ*, *ex numero* 64. *in fine, vsque ad numerum* 72. *ex folio* 208. & *num.* 69. refert Baldum dicentem, illam esse veram potestatem, quæ legitima est, & rationabilis, quam Princeps regulare debet secundum summam honestatem, & æquitatem. Rectè etiam obseruat *numero* 75. per clausulas apponi solitas in contractibus, rescriptis, & priuilegiis Principum, *de plenitudine potestatis, motus proprij, & ex certa scientia*, nullum præiudicium inferri Tertio, nec potestatem Principis augeri in his, quæ iusta, legitima, & rationabilia non sint; quod est verissimum, & comprobatur *ibidem*.

His etiam addendus est Callixtus Ramirez, alio in loco, non in relato *suprà, numero secundo, ad finem, de lege Regia*, §. 30. *numero* 49. *&* 50. *folio* 323. supra namque retuli eum, *numero* 53. *folio* 327. nunc autem, *dicto numero* 49. *&* 50. notanter, atque in hunc modum scripsit: *Quartò dominia rerum, hoc iure naturali fuerunt distincta. Vnde inquit Iureconsultus, iure naturæ æquum esse, neminem, cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem: l. iure naturæ, 207. de regul. iur. l. nam hoc naturæ, de condict. indeb. supremus ergo Princeps, non poterit sine causa, cum non sit dominus particularis bonorum subditorum, etiam de plenitudine potestatis, dominium eis semel quæsitum auferre. Quāuis enim Imperator, se mundi Dominum iactet, & alibi omnia Principis esse asserat: debet tamen intelligi, quoad protectionem, & respectu vniuersi; non verò, quoad singularium rerum dominium particulare. Cum legitima tamen causa, ex plenitudine potestatis, poterit dominio rei suæ priuari subditus, à Principe Supremo, propter publicam vtilitatem, vel necessitatem. Hoc tamen, ita temperandum est, dummodo cum iactura alterius non fiat, sed pretium rei ablatæ domino reddat, & ei de interesse satisfiat. Satis enim legitima causa publicaque vtilitas, & necessitas operatur, dum contra subditi voluntatem, distrahere compellitur.* Hactenus is Author, qui *numeris sequentibus*, idipsum prosequitur, & fundat, dominium quocunque modo acquisitum, non posse auferri à domino, nisi vt antea dixit: in quo rectè, & iuridicè is Author se habuit; prout etiam in altero, de quo *eodem* §. 30. *numero* 53. *&* 54. prout retuli *suprà, numero*, 2. *ad finem*, admittendam inquam non esse opinionem asserentium, sine causa etiam, & pro libito voluntatis posse Principem auferre dominium ab eo, qui illud adquisiuit, eiusdem Principis facto, & contractu cum eo celebrato, vel ab alio quocunque; sicuti latius *ibi*, *& numeris sequentibus*. In eo tamen defecit, quod absolutæ, & ordinariæ potestatis distinctionem defendere conabatur, vt *dicto numero secundo*, ostendi *suprà*.

Item in alio, quod cùm adest publica vtilitas, vel necessitas, non est dicendum, quod de plenitudine potestatis, Princeps ad auferendum dominium, vel ius procedit; cùm iure ordinario, & iuxta ordinariam potestatem, non ex plenitudine potestatis id fiat, nec ad absolutam potestatem referri possit id, quod ordinarium est, vt antea dicebam. Vide etiam Bobadillam omnino *in Politica, libro quinto, capite quinto, numero* 11. *folio* 908. *in fine, &* 909. vbi resolutioni nostræ conuenit omnino, & concludit, falsam esse distinctionem absolutæ, & ordinariæ potestatis. Explicat etiam, *si los Reyes pueden tomar los bienes de los subditos sin causa, y sin dar buena recompensacion, y cambio por ellos*, & id ipsum concludit, quod probamus.

10 Remanet ergo, singulariter, atque vtiliter explicatum, quemadmodum ad ius Regale, & Maioriam supremam referri valeat ius, Regibus, & Principibus supremis competens, circa auferendum dominium rei alienæ, aut ius alteri, quocunque modo quæsitum. Et vere, quod attinet ad absolutam potestatem, nullum ius Regale considerari debere, cum Principes, ea dumtaxat efficere debeant, quæ iuri, rationi, æquitati, & iustitiæ consona, & conuenientia esse dicantur, iustitia enim est finis Principatus, & administrationis politicæ, quod ipse Callixtus Ramirez, annotauit, & comprobauit, §. 23. *n.* 44. *fol.* 199. Pet. etiam Antonius de Petra, *de potestate Principis, cap.* 2 *& sequ.*

Ius etiam Regale supremum, & maioria quoque consideratur in Regibus, & Principibus supremis, respectu iurisdictionis supremæ, & vniuersalis dominij; ex ea namque, & ad eam, omnes aliæ Regni iurisdictiones effluunt, & refluunt, sicuti radij Solis à Sole, & aqua à mari; quod scripsit Baldus, *in cap.* 1. *quis dicatur Dux, & in cap.* 1. *de allodiis*, Vantius, *de nullitate ex defectu iurisdict. numero* 50. Celsus Hugo, *in consilio* 60. *numero* 8. Iason, *in* §. *item Seruiana*, *numero* 112. *Institut. de action.* Auiles, *capite primo, Prætorum, glossa prima*, Burgos de Paz, *in proœmio legum Tauri, numero* 294. *& sequentibus*, Didac. Perez, *in l.* 4. *titulo primo, glossa prima, libr. secundo ordinamenti*, Couarruu. *practicarum capite primo, numero secundo, & nono*, Menochius, *libro primo, præsumptione* 14 Borrellus, *de præstantia Regis Catholici, capite* 25. *numero* 57. Petra, *de fideicommissis, quæstione* 13. *ex numero* 555. Aluar. Valascus, *de iure emphyteutico, quæstione octaua, numero* 21. *&* 29 Ioann. Garcia, *de Expensis, capite* 12. *num.* 56. Peguera, *quæst. criminal.* 36. *ex numero primo*, Auendañus, *de exequend. mandat. Reg. capite primo, ex numero sexto, cum sequentibus*, D. Franciscus Alfarus, *glossa prima, & secunda, de officio Fiscalis*, Teninus, *cautela* 129. *numer.* 18. Azeuedus etiam, *in l. prima, titulo* 1 *lib.* 4. vbi latè comprobat: Callixtus Ramirez, *de lege Regia*, §. 24. *ex fol.* 207. Bobadilla, *lib.* 2. *cap.* 15. *&* 16.

11 In Regibus ergo, & supremis Principibus, iurisdictio omnis plenaria radicata est originaliter, & ab eis, ad omnes Magistratus, & Iudices, pro iustitiæ administratione communicatur; quod D. Garcia Mastrillus, *libro quinto, de magistratibus, capite quinto, numero primo*, cum aliis moltis scripsit. Et antea tradiderat *libro tertio, cap.* 2. per discursum totius: Vbi *numero primo, & nono*, notauit, quod Princeps, tanquam primus Magistratus, omnem, & supremam, ac veram habet iurisdictionem; cùm à principio, iurisdictio, & potestas omnis fuerit Regia, iuréque Regio gentes viuerent, *in l. secundo, ff. de origine iuris.* Exinde verò per vsurpationem fuit populi, sed

expulsis

expulsis Regibus,& eorum Dominis,vt *in §. exactis:legis illius*, populus omnem iurisdictionem in Imperatorem transtulit, *l. prima, ff. de constit. Princip. §. sed & quod Princips, Institut. de iure natur.gent.& ciuil.l.2.§.cum enim, C. de veteri iure enucleando*,& ab eo, tanquam à fonte deriuantur iurisdictiones omnes in alios, vt *suprà* dicebam; & Mastrillus ipse latiùs comprobat, & citat Authores plures feudistas,Bossium quoque, Menochium,Peregrinum, Auiles,Auendañum, Morlam,Iacob.de san.Georg.Rolandum,Couarr.Valascum,Nattam,Borrellum,Pegueram, Ponte, & Ludou.Casanate,sic adnotantes.Ita quoque notauit Azeuedus, *in l. prima, titul. primo,lib. 4.numero* 10. vbi quod iurisdictio omnis in Principe consistit, & ab eo deriuatur ad alios: & antè, *numero secundo*, dixerat, quod iurisdictio plena, quæ Maioria appellatur, in solo Principe residet,& ab eo,in alios transfertur. Carolus, etiam de Tapia,*ad rubricam, ff. de constitut. Principum, capite quarto,numero* 10.*folio mihi* 59. scripsit,iurisdictiones omnes,ab ipso Principe, veluti à fonte manasse;& ita tradidisse And Iserniam, Præposit. Bald. Abbat. Ancharan. Grammaticum, Bellugam,Roderic. Xuarez, Afflict. Couarruu. Curt. senior. Robert. Marant. & Ludou. Moli-
13 nam,quos *ibi* refert: Et addit *num.*11. id in tantum verum esse, quod iurisdictionem aliquam,se habere qui asserit, tenetur id euidentissimè probare, alioquin succumberet ex sola præsumptione,quæ pro Principe vrget,vt per Bald.Afflict.& alios,*ibi* relatos,Didac.Con.*pract.c.*1.*n* 9.& *in regula possessor,*2.*p.§.*3 *n.*4.quod etiam notauit Mastrillus,*lib.*3.*c.*2.*n.*6.& 11. vbi citat Cabed. *decisione nona,part.secunda*,Rosentalem, & Bobadil-
14 lam. Addit etiam Carolus de Tapia, *num.* 12. apertissimum esse, iurisdictionem quamcunque ad alium pertinere non posse, absque Principis concessione, mediata, vel immediata; vt notarunt Alexand.Gregor.Lopez, & alij,*ibi* relati;& tradidit quoque Mastrillus,*libro quinto, dicto ca-*
15 *pite quinto,numero* 2. & 3. & 4. vbi cum aliis obseruat,quod Magistratus omnes,nullam de per se, iurisdictionem habent, nisi quatenus à Principe, lege, vel statuto, sibi concessa reperitur; & hoc tam in ordinariis,quàm in delegatis: & his omnibus,cum aliis pluribus,quos cumulat *in glossis*, conuenit Ramirez,*de lege Regia,dicto §.*24.*per totum*.& maximè *num.*24. Addit etiam Carolus de Tapia,*eodem cap.*4.*numero* 13.quod Princeps potest supprimere iurisdictionem singularium personarum, etiam Ecclesiasticarum: & *num.* 14. quod quamuis iurisdictio concedatur à Principe,semper tamen inhæret eius ossibus:& *num.*15.
16 quod in concessione iurisdictionis, semper authoritas Superioris censetur excepta:& *num.* 16. quod Princeps non potest à se abdicare supremam iurisdictionem;& *num.* 17. quod simplex iurisdictio,merum,& mixtum imperium possunt à Principe concedi:& *num.*18. quod iurisdictiones non possunt vendi de iure, licèt contrarium sit vsurpatum consuetudine; propriùs, & decentiùs, is Author diceret;de consuetudine obtentum esse; & consuetudo ea, existente necessitate, posset validissime comprobari, & verè de iure subsistit;quod Baldus, Lucas de Penna, & Belluga, *ibi* relati, non negatunt: & superioribus Caroli de Tapia obseruationibus conuenit Mastrillus, *de Magistratibus, libro tertio, capite secundo, ex numero* 28. *vsque ad numerum* 36. Bobadilla,*libro secundo,capite* 16.*numer.*88. & 188. Et de

hac materia,& aliis, quæ ad iuridictiones pertinent;videetiam omnino, à me tradita suprà *hoc eodem tractatu,cap.*18. *ex numero* 155. *cum sequentibus.*

Est etiam memorabilis,& notanda,Bobadillæ resolutio,*libro secundo, cap.* 16. *num.* 92. *folio* 708. vbi in hunc modum scribit: *Aunque el Rey tiene fundada su intencion, para la juridicion en todos sus Reynos y señorios,y aun en las tierras de Señores, y de Prelados,y podrà pedirles,y compelerles,que muestren sus titulos:por lo qual podrà el juez del Rey exercer la juridicion en sus pueblos,sin que los vassallos puedan quexarse dello,sino solo el Señor segun vna doctrina de Iuan Fabro,y otros, que lo siguen. Pero los Señores de vassallos y Prelados que tienen juridicion temporal no fundan su intencion en esto, y estan obligados à mostrar los titulos de sus juridiciones,como todos aquellos que pretenden ser essentos,segun Bartulo,y otros, saluo,que contra otras personas,excepto el Rey,tienen los dichos Señores fundada su intencion en la jurisdicion de sus distritos y territorios.* Et hæc omnia, iure, & authoritate comprobat *in glossis*, vbi videri poterit.Est etiam videndus *per totum illud c.*16. vbi in materia iurisdictionis, & in aliis materiis, congerit quamplurima, quæ solis Regibus, & non aliis Dominis inferioribus competunt,atque ita
ad iura Regalia referri debent. Magistratuum et- 17
iam,Senatorum,& Officialium creatio est de Regalibus,& de his, quæ ad supremam potestatem, & Maioriam pertinent: vnde Reges soli,& Principes Supremi habent potestatem creandi Officiales,& Magistratus,ad iustitiam expediendam; non alij Domini inferiores,cùm non habeant Regalia: possunt etiam eorum numerum augere,aut minuere,& iurisdictionem prorogare, & restringere possunt,imò ex necessitate tenentur, respectu exercitij officiorum,habere Magistratus, Senatores,& Officiales; aliàs mortaliter peccarent, & ad restitutionem damnorum tenerentur;cum sine Iudicibus,& Magistratibus, Respublica gubernari non possit,nec ius partibus, & subditis reddi,iustitiáque ministrari: & hæc, multorum Authorum allegatione, & authoritate comprobauit D.Garcia Mastrillus, *de magistratib. lib.*1.*c.*1.*ex n.*1.*vsque ad numer.*13.*fol.*10.& 11. & repetit *cap.*4.*eiusdem lib.*1. *Reges creant Magistratus, per totum* & maximè *n.*26. & 31.& 32. *ex fol.* 18. & 19.& *libro secundo,capit.primo,ex folio* 165. vbi etiam, quod Princeps solus habet potestatem creandi Magistratus, & Officiales, ad iustitiam expediendam; & quod Princeps curare debet, vt
Magistratus,& Officiales optimi, & præstantio- 18
res eligantur; quandoquidem pars magna communis salutis, in Consiliariis optimis, & integerrimis eligendis posita est, *cap. de nobis, & cap. si quis hominem,*11.*quæst.*3.& solent Principes boni,merita virorum, quos virtutibus egregiis excellere,fama est,solerter exquirere,ac perspicaciter intueri,& quos probatissimos,eruditos,ac expertos norunt, nihil eiusdem fortassis cogitantes accire,populísque præficere, quod inter Principum encomia ponendum est. Et addit Carolum de Tap. dicentem, quod Principes nimiùm inuigilare debent in Magistratuum electione,cùm ad Rempublicam in pace gerendam, quæ Principi felicem hic vitam ducere facit, nihil aptius inueniri possit, quàm Magistratus optimus:& quòd sunt exterminandi,non eligendi,ministri ignari, aut mali,alióque defectus habentes;& quod Officiales optimi magna bona Reipublicæ afferūt, & quod Reges debent habere probos, hone-

stos, & expertos Consiliarios; cùm Respublica absque bonis Consiliariis gubernari non possit, & mali Consiliarij magna detrimenta causare soleant; & eos esse optimos Consiliarios, quos ambitio nulla, nullúsque priuati boni detorquet intuitus, quippè nota probitate, ac Reipublicæ studio, perspicacique iudicio, communem salutem æstimare, & mala obstantia cognoscere possint; & hæc, & alia plura cumulat Mastrillus, lib. 2. dicto capit. primo, per totum, quæ Reges, & Principes Christiani, dum creant Magistratus, & Ministros, præ oculis habere debent; vbi longa serie videri poterit. Et vltra Mastrillum ipsum addendum est, conclusionem prædictam, quod Magistratuum creandorum iurisdictio, authoritas, & potestas, ad Regalia referatur, & ad solos Reges, Principésque supremos pertineat; exornasse etiam, atque comprobasse Cagnolum, in l. 2. numero 102. & 103. ff. de origine iuris, Menochium, in consilio 302. num. 29. Sixtinium, de Regalibus, lib. 2. cap. 15. per totum, Petrum Gregorium, de Republica, libro nono, capite primo, numero 33. Quintana Dueñas, de iurisdictione, & imperio, libro primo, titulo primo, numero 9. Pat. Ioann. Azor, instit. moral. secunda parte, lib. 11. capite quarto, versiculo, potestas creandorum, pagina 1217. Camillum Bortellum, de Regis Catholici prestantia, cap. 21. ex numero 14. cum sequentibus, Martam, de iurisdictione, prima parte, casu 42. Marantam, in speculo 4. distin. prima parte, capit. 41. Bardam, in commentarius, titulo, de offic. iust. Arag. pag. 47. colum. 4. in principio, Molinam de Medrano, pro D. Rege Hispania, prima parte, numero nono, & sequentibus, Castaldum, in tractatu de Imperatore, quæstione 110. versiculo 17. Chassan. in Catalogo Glorie Mundi, quinta parte, consideratione 24. casu 15. Didacum Perez, in l. prima, titulo 15. columna 580. libro secundo, ordinam. & in l. 4. titulo primo, libro secundo, columna 330. & in l prima, titulo primo, libro tertio, columna 755. versiculo secundo, & cum Montaluo, Grammatico, Auendaño, Gregorio Lopez, Couarruuias, Matienço, & Azeuedo, Bobadilla, in Politica, libr. 1. cap. 1. ex numero 14. & 15. vsque ad numerum 22. folio 23. vbi explicat, vndè deriuatur lex Regia, ex qua, plena iurisdictio existebat penes populum, & ab eo in Imperatores translata fuit, ita vt omnem iurisdictionem plenariè resumerent, & consequenter creandi Magistratus libera potestas, & maioria, ad eos pertinebat, & hodie ad Reges omnes pertinet, que son Vicarios de Dios en la tierra, y tomaron su nombre de Reyes, para mantener, y guardar en justicia y verdad los de su Señorio; prout is Author scripsit ibi, num. 17. & 18. & concludit numero vigesimo primo: Desuerte, que el Rey es Iuez de los Iuezes, y todos los Magistrados, y Dignidades proceden del, como de fuente de justicia.

Et conclusio prædicta probatur. in cap. vnico, que sint Regalia. circa med. & ibi Bald. in fine l. prima, § optamus, C. de offic. pref. cum sequent l. penultima, ff. ad leg. Iul. de ambitu authent. de defensor. ciuitat. § nos igitur, authent vt iudices, sine quoquo suffrag. § illud videlicet: l. secunda, quinta, sexta, & septima, & octaua, titulo primo, partita secunda, l. 22. tit. 9. eadem parte, l. secunda, titulo quarto, partita tertia, l. 17. & 18. titulo quarta, l. 18. 19. & 20. titulo 23. eadem parte 3. l. prima, & secunda, titulo primo, libro quarto, noue collect. Regia l. prima, titulo nono, libro tertio, & repetit notanter prædicta, idem Bobadilla, libro tertio, capite octauo, numero 103. meliùs, numero 152. & 153. folio 231. & notauit etiam Callixtus Ramirez, de lege Regia, § 25. num. 27. & 28. fol. 212. qui antea, § 10. num. 3. & 4. & 7. folio 89. tradiderat, quod Consiliarij Principum debent habere sal sapientiæ, & conscientiæ; & esse sapientes, & timentes Deum, & non nimis acuti sed medioeris ingenij, prout ibi, num. 18. & num. 21. enumerat aliquas qualitates boni Consiliarij, vbi videri poterit, fol. 91.

Et an digniores, ad officia, & magistratus 19
eligi debeant; an etiam ad beneficia, & præbendas Ecclesiasticas, & ad alia, quæ electione dantur; an sufficiat, quod digni eligantur; & indignos officiis præponentes, & eligentes eos, an mortaliter peccent, & ad damnorum restitutionem teneantur; & de cæteris, quæ ad propositum, & hanc materiam pertinent, post antiquiores multos, & alios, quos ipsi commemorant; sunt videndi, vt eorum resolutiones, & mens, radicitus percipiantur, sequentes Authores, quos ego aliquando, vt in casu quodam consultus, & interrogatus responderem, originaliter euolui.

Sanctus Thomas, 2. 2. quæst. 63. art. 1. & 2. ad tertium, & quæst. 185. art. 3. & quodlib. 8. art. 6. & quodlib 6. art. 9.

Adrianus, in 4. sententiarum, tractatu de restitutione, in capite, quia iam determinatum est.

Caietanus, ad Sanct. Thom. in locis relatis supra, & quæst. 62. art. 2.

Idem in summa, in verbo, acceptio, & in ientaculo, 12. quæst. 4.

Ioann. Maior. in 4. sententiarum, distinct. 24. quæst. 8. & 9.

Syluester, verb. electio, el primero, quæst. 16. & seqq. & quæst. 19.

Dominicus Soto, lib. 4. de iustitia, & iure, quæstione 6. articulo 3. ad sextum, & lib. 3. quæst. 6. art. 2. 3. & 4.

Pat. Salon, referens recentiores alios Theologos, in 2. 2. Diui Thome, quæst. 63. art. 2. controuersia 3. & seq. & controuersia 9. vbi vide omnino, & fol. 345. & 351.

Didac. Couar. qui eleganter, & eruditè, summáque distinctione & resolotione explicat, in regula, peccatum 2. p. § 7. per totum ex fol. 1031.

Dueñas, regula 236.

Cæsar Lambertinus, de iure patronatus, 2. p. q. 10. art. 5. vbi latissimè.

Greg. Lop. in l. 5. titulo 15. partita prima.

Palac. Rub. in cap. per vestras, notabili 3. § 26. ex num. 10.

Menchaca, controu. illustr. lib. 1. c. 27. & c. 28. ex n. 1. & cap. 43. ex n. 14.

Nauarrus, in cap. si quando, de rescriptis, 11. exceptione: & in manual. cap. 17. num. 72. & seqq. & de oratione, Miscellanea 38. & sequentibus.

Didac. Perez, in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinamenti, columna 255. & 256.

D. Anton. de Padi. in l. cum quidam, num. 18. ff. de legat. 2.

Ari. Pinellus 2. part. l. 2. C. de rescind. vend. cap. primo, num. 39.

Burgos de Paz, in proœmio ad leges Tauri, numero 175.

Marc. Anton. Cucchus, institut. Canonicar. lib. 4. tit. 1. ex num. 425.

Roch. de Curt. de iure patronatus, in verbo, honorificum, ex n. 40. cum seqq.

Parisius, de resignatione beneficiorum, lib. 4. quæstione 11.

Hojeda,

Hojeda, *de beneficior. incompatibilitate, prima parte, cap. 23. ex num.* 130.

Flaminus, *de confident. beneficior. quest.* 8. *& questione finali, n.* 15. *cum seqq.*

Selua, *de benefic, tertia parte, quest.* 5.

Peguera, *in practica, cap.* 7.

Auiles, *in capit. Pretor. capit. 4. verbo,* que les diere, *numero* 8. *& glossa,* le eumple, *numero primo, & sequentibus.*

Par. Bañez, *de iustitia, & iure, folio* 192.

Ludou. Molina, *de Hispanor. primogen. lib. 2. capite quinto, ex num. 46. vsque ad numerum* 59. vbi vide omnino.

Ioannes Gutierrez, *Canonicarum lib. 2. cap.* 11. videndus omnino *ex num. 37. vsque ad num.* 7.

Pat. Ludou. Molina, *de iust. & iure, tomo 2. disputatione* 195.

Franciscus Viuius, *decisione* 455.

D. de Ponte, *in tractatu, de potestate Proregis, titulo de electione officij, §.* 5.

Hieronym. Ceuallos, *commun. contra commun. quest. 659. fol.* 157.

Nauarra, *de restitutione, libro 2. capit. 2. ex numero* 186.

Bobadilla, *in Politica, libro primo, capit. 3. num. 76. fol.* 69.

D. Carolus de Tapia, *in constitut. iudic. in verbo, discretio, fol.* 108.

Alexand, Raudensis, *decisione 35. & 36. parte prima.*

Pet. de Ledesma, *in summa, parte secunda, tract. 7. cap. 1. conclus.* 7.

Ludou. Miranda, *in Manuali Pralatorum, tom. 2. quest.* 23.

D. Spino, *in speculo, gloss. 4. principali, num. 84. & glossa 18. n. 9. &* 10.

Cardinal. Paleoth. *de sacri consistorij co sult. part. 4 quest.* 1.

Stephan. Gratianus, *decision.* 97.

Vgolinus, *de potestate Episcopi, c. 50. §.* 13.

Sayt, *in floribus decision. sub titulo de pœnitent. decision.* 22.

Fray Emmanuel Rodriguez, *in summa, tom, 1. c.* 106. *&* 108.

Pat. Rebellus, *de obligat. iustitia, part. 1 libro 3. quest. 1. & 5 sequentibus, ex folio* 13.

Pat. Lessios, *de iustitia & iure, libro 2. capit. 34. dubio* 15.

Azor, *institut. Moralium, part. 2. libro 6. cap. 15. quest. 1. 8. & 9. cap. 21. quest. 5. cap. 26. quest.* 12.

Iacob. de Graffiis, *in aureis decision. part. 1. lib. 2. cap.* 99.

D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, lib. 2. c. 1. n. 63. & 64. & seq.* vbi remissiuè tangit quæstionem, & eam non explicat.

Cenedus, *ad Decretales, collectanea* 56.

Valentia, *tomo 3. disputation. 5. question. 7. punct. 2. quest.* 2.

Zechius, *de benefic. & pension. cap. 4. & de munere Episcopali, cap.* 4.

D. Francis. Garcia, *de beneficiis, part. 7. cap.* 16.

Alexand. Ludouisius, *decision.* 11.

Fontan *de pact. nuptialib. clausula 4 glos. 10. part. 7. ex n. 41. cum seqq.*

Perez de Lara, *de Capellan. & anniuersariis, lib. 2. cap. 2. ex num.* 33.

Pat. Villalobos, *in summa, tom. 2. tractatu 7. ex fol.* 81. *vsque ad fol.* 90 & vide *fol.* 127.

Rebus, *in concordatis, tit. de electionie derogatione, verbo, idoneiorem.*

Augustinus Barbosa, *in cap. cum nobis de election. ex numer. 3. folio* 104.

Ex his quidem, & communi Theologorum, & vtriusque iuris Interpretum sententia, sequentes deduci valent conclusiones, quibus comprehenduntur ea de quibus frequentiùs dubitari, & quæ apud Pragmaticos occurrere solent.

Prima conclusio sit, quod iustitia distributiua à commutatiua differt, & maximum discrimen inter vnam, & alteram datur. Etenim iustitia distributiua tractat de distribuendis bonis communibus, alicuius nempe Communitatis, inter eos, qui eiusdem sint Communitatis: commutiua autem agit de bonis priuatis, vnicuique, cuius ea propria sunt, dandis; atque ita in hoc tendit, vt vnusquisque habeat à priuatis, & particularibus, quod suum est: vnde prior iustitia constituitur respectu Communitatis ad priuatos; posterior verò, respectu priuati ad priuatos: quod cum aliis rectè notauit Didac. Conar. *in d. regula, peccatum, secunda parte, §. 7. num. 1. folio* 1042. notarunt etiam Par. Rebellus, *de obligat. iustitia, prima parte, libro primo, de preludiis iustitia, quest. 3. sect. 3. pagin.* 10. Callixtus Ramirez, *de lege Regia, §. 8. num. 23. fol.* 84.

Secunda conclusio sit, officia publica sæcularia Magistratuum, & gubernationis; item beneficia Ecclesiastica, & Ecclesiæ, dignioribus conferri debent: in quo omnes conueniunt, & cum aliis comprobat latiùs Ioannes Gutierrez *Canonicarum libro secundo, dicto capite vndecimo, n. 43. folio* 647. Perez de Lara, *dicto cap. 2. ex numero* 33. Alexand. Ludouisius, *dicta decisione 11. in fine.*

Tertia conclusio sit, quod Ecclesias, beneficia Ecclesiastica, muneráque publica, indignis conferentes, præter peccatum graue, quod per acceptionem personarum, aduersus iustitiam distributiuam, committunt in eos, qui digni sunt; maximum damnum Reipublicæ, & eisdem dignis inferunt. & ex ea causa tenentur ad restitutionem damni dati: quod Didac. ipse Couarr. *dicto §. 7. num. 2. folio* 1031. optimè comprobauit; Ioannes etiam Gutierrez, *Canonicarum, dicto cap. 11. n. 45. &* 46. vbi addit, quod de iure electio est nulla. Et cæteri relati *suprà*, id ipsum probarunt: dicitur autem indignus ille, qui non habet qualitates requisitas ad ministerium, cui præficitur; sicuti notarunt S. Thom. Sotus, Rebuffus, & Lambertinus, cum quibus Ceuallos, *dicta quæstione 659. num.* 4.

Quarta conclusio sit, digniorem eligendum esse ad beneficia Ecclesiastica, & munera publica, vt dictum est: attamen electionem factam de digno, omisso digniori, de iure subsistere, validámque esse, aliàs litibus, & controuersiis, totus mundus turbaretur; mortaliter tamen eligentem peccare; dignum autem, & idoneum, cui munus publicum collatum fuerit, prætermisso digniori, non tantum in foro iudiciali, sed & conscientiæ iudicio tutum esse, ac posse iustissimè, & sine peccato, munus id possidere: in quo etiam omnes conueniunt; & notabiliter tradidit Couarr. *dicto §. 7. num. 3. &* 4. Ludou. Molina, *in loco relato suprà*, Ioannes Gutierrez, *d. c. 11. num.* 43. Alexand. Ludou. *dict. decis. 11. in fine, versic. 1. conclusio,* & cum multis Barbosa, *in cap. cum nobis, de elect. ex num. 3. folio* 104.

Quinta conclusio sit, eligentem dignum, & idoneum, ad beneficium Ecclesiasticum, munúsque publicum, prætermisso digniori, ex sententia quorundam, ad restitutionem teneri damni illati Ecclesiæ, vel Reipublicæ, digno autem

prætermisso, nullam restitutionem facere debere; ex sententia verò aliorum, mortaliter, grauitérque peccare, vt dictum fuit *suprà*, sed ad restitutionem nullam teneri, quod cum aliis, & relatis opinionibus contrariis; constanter, & concludentibus rationibus defendit Couarr. *eodem* §. 7. *num.* 6. *per totum*, vbi omnino videndus est, & disputat Ioannes Gutierrez, *dicto cap.* 11. *ex n.* 42. & cum aliis defendit Ludou. Molina, *libr.* 2. *dicto cap.* 5. *num.* 57. vbi ex mente Theologorum, veram, & communem rationem assignat, & in hunc modum scribit: *Illud autem prætermittendum non erit, quod quamuis, qui dignum elegit, prætermisso digniori, peccatum committat, non tamen ad vllam restitutionem faciendam tenebitur: Ecclesia namque seu Reipublica, ad quam dignum elegit, nihil restituere tenetur, cum eidem dignum præfuerit, nec damnum aliquod ex ea electione sibi contigerit, nec etiam digniori, qui eligi debuerat; cum is, nullum ius ad eam electionem prætendere posset.* Et refert Adrianum, Sotum, Padillam, & alios ita tenentes, & contrariam opinionem improbantes; tenuerunt etiam permulti cumulati à Barbosa, *in dicto capite, cum nobis, num.* 34 *&* 5. *folio* 104. & tenuit etiam apertè, & Ceuallos; cum aliis, *dicta quæstione* 659. *num.* 1. *&* 2. Bobadilla autem contrarias opiniones refert *lib.* 1. *dicto cap* 3. *num.* 6 *folio* 69. vbi vide, & admonet, *que segun el intento de los Doctores, es cosa mas segura para la conciencia, eligir à los mas idoneos en virtud, letras, y las otras buenas partes:* quod idem admonet Ioannes Gutierr. *dict. cap.* 11. *num.* 53.

Sexta conclusio sit, digniorem, & magis idoneum in electionibus beneficiorum, officiorum, & munerum publicorum, dici eum, qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, aptior eius ministerio appatet; non qui doctior sit, vel qui sanctior: quod cum aliis, doctè etiam notauit Couatr. *d.* §. 7. *num.* 41. *in versicul. dignior verò, folio* 1033. & cum aliis notarunt Ioannes Gutierrez, *dicto cap.* 11. *num.* 63. vbi *numero* 61. dignus in proposito, quis dicatur; Ceuallos, *dicta quæstione* 659 *num.* 3. Perez de Lara, *libro* 2. *dicto cap.* 2. *num.* 36. D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, lib.* 1. *cap* 1. *num.* 65. *&* 66. vbi inquit, quod dignior circa officia, non dicitur simpliciter ille, qui est Doctor, vel in maiori dignitate, nobilitate, vel prærogatiua positus; sed is, qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, aptior eius ministerio appareat, &c.

20 Septima conclusio sit; quod supremi Magistratus, & Consiliarij, qui Regibus, & Principibus, indignos proponunt, mortaliter peccant, ac de eorum excessibus tenentur, & ad restitutionem damnorum illatorum, obligantur; quod cum aliis notauit Mastrillus, *libr.* 2. *de magistratibus, cap.* 1. *num.* 72. & deducitur manifestè ex conclusionibus Didaci Couarr. & aliorum, in locis relatis *suprà*, atque ex tertia conclusione, quam proposui *suprà*. Et hactenus de Magistratibus, & Officialibus creandis, & de qualitatibus eorum: de quibus etiam vide Ceruantes, *in l.* 2 *Tauri*.

An autem Magistratus metipsi, Consiliarij, & alij Iudices quicunque, iustitiæ administrationem habentes, gratis creati, & eligi debeant.

21 An verò munera publica, atque officia vendere, iure permissum, & decens sit, idque ad ius quoque Regale referatur, nunc inquirendum est.

Hoc sanè in dubio, videndi sunt originaliter, post multos alios; quos citant Chassaneus, *in Catalogo Gloria Mundi, parte prima, consideratione* 60.

Castaldus, *in tractatu de Imperatore, quæst.* 110. *casu* 282.

D. Fern. Vasq. de Menchac. *controu. illust. libr.* 1. *cap.* 42. *&* 43.

Simaneas, *de Republica, libro* 6. *capite decimosexto, pagina* 332.

Lopez, *lib.* 1. *de contractib. c.* 6. *per totum.*

Borgnin. Caualcanus, *decision.* 25. *part.* 2.

D. de Ponte, *in tractat. de potestate Proregis, titul. de elect. official. in rubrica, n.* 8. *cum seqq. & decis.* 16. *ex num.* 26.

Nauarrus, *in Manual. c.* 25. *num.* 7. *& in extrauag. Gregorij XIII. de datis, & promissis, num.* 43.

Soto, *de iustitia, & iure, lib.* 3. *q.* 6. *art.* 4.

Caietanus, *in summa, verbo, Officialium secularium venalitas.*

Bañez, *de iustit. & iure, tit. de acception. personar. art.* 11. *littera C. folio* 190.

Aragon, *de iustitia, & iure, q.* 63. *art.* 2.

Pat. Salon, *de iustitia, & iure, lib.* 1. *ead. q.* 63. *a.* 2. *controu.* 7. *per totam.*

Pat. Azor, *institut. moral. tertia parte, libro octauo, capite septimo.*

Gregor. Valentia, *in* 2. 2. *D. Thom. q.* 7. *disputat.* 5. *princip.* 2.

Pat. Villalobos, *in summa, tom.* 2. *tract.* 8. *diffic.* 7. *folio* 90. *quæst.* 5.

Pet. Gregorius, *de Republica, lib.* 2. *c.* 6.

Conrad. *in templo Iudicum, libro primo, capite primo,* §. 3.

Azeued. *in consil.* 8. *& in l.* 8. *tit.* 2. *lib.* 7. *numer.* 6. *folio* 122. *& in l.* 7. *titul.* 3. *lib.* 3.

Georg. de Cabedo, *decis.* 24. *part.* 2.

Bobadilla, *in Politica, lib.* 2. *c.* 14. *ex n.* 16. *vsque ad numer.* 21. *& lib.* 2. *c.* 15. *num.* 209. *folio* 743.

Carol. de Tapia, *super constitut.* Regni, *tit. de official. in Regno constituen. prag.* 2.

D. Garcia Mastrillus, qui per discursum *lib.* 1. *cap.* 10 *per totum*, cumulat quamplurimos, & distinctè, & optimè explicat, facitque specificam mentionem *opusculi* 21. *ad Ducissam Brabantiæ, D. Thom.* ad quem omnes se referunt.

Sunt etiam in eodem proposito, vltra relatos à Mastrillo, videndi Syluester, *in summa, verbo, Dominium, q.* 4 & *verbo, Restitutio* 3. *q.* 5. *part.* 4. & *verbo, Dignitas, q.* 2.

Medina, *de restitutione, q.* 26. *&* 27.

Guilliet. Rubil. *lib.* 3. *de iust. & iustit.*

Matienços, *in Dialogo Relatoris,* 4. *p. c.* 10.

Francisc. Marcus, *decis.* 749.

Tellus Fern. *in l.* 29. *Tauri, n.* 9. *& seqq.*

Callixtus Ramirez, *de lege Regia,* §. 25. *num.* 33. *folio* 233.

Hieron. Ceuallos, *en el arte Real, documento* 33. *ex folio* 176.

Reginald. *in summ. tom.* 2. *lib.* 25. *n.* 257.

Pat. Ludou. Molina, *de iust. & iure, tractatu* 2. *disp.* 91.

Latherus, *lib.* 3. *de cens. c.* 16. *& seqq.*

Elias Reusnerus, *libro quarto, Artis Stratagematica, cap.* 20.

Bornitus, *libro secundo, cap.* 7.

Dauid Doringius, *in Bibliotheca Iureconsultorum, verbo, ærarium, num.* 62. *&* 63. Michaluleor, *de regimine mundi,* 4. *part. quæst.* 1. Ex his omnibus liquidò constat, in distribuendis officiis, magistratibus, & dignitatibus, adscribendísque honoribus, cuiusque dispicienda esse merita; Deúmque, & iustitiam, præ oculis haberi debere principaliter,

cipaliter, & virtutum, literarum, & morum meritis, locum relinquendum esse omnino, non pecuniæ: inde & consequenter, ab antiquissimis retrò temporibus, officiorum, & munerum prohibitam fuisse venditionem, idque bono Reipublicæ statui, & gubernationi, vsque adeo conuenire, vt semper debuisset inuiolabiliter obseruari, nec pro tempore vsurpari: sic Alexander Seuerus Imperator nunquam passus fuit, honores, munera, & dignitates vendi; quasi diceret, necesse est, vt qui emit, vendat; ergo non patiar mercatores potestatum: quos si patiar, dominari non possum; erubesco enim punire hominem, qui emit, vendit: cuius rei testimonia, & exempla plura referunt Bobadilla, Ceuallos, & Dauid, vbi videri poterit.

Inde etiam Reges, & Principes Christianos, quantum possibile sit; ab huiusmodi venditionibus se abstinere debere; idque maximè, quando necessitatis, & Regni status ratio nō vrget, atque instat; ex eis namque magna damna, & inconuenientia resultasse, & resultare quotidie, experientia ipsa ostendit; & iidem Authores tradiderunt, vbi etiam videndum est: & Bobadillæ locus memorabilis, relatus suprà, præ oculis semper habendus: Attamen, speculatiuè loquendo, licitum esse, officia, & munera temporalia vendere, ex ipsorum natura, cùm temporalia sint, & non spiritualia, & eorum domini sint Reges, neque de iure diuino prohibita sit huiusmodi venditio: & dumtaxat vendatur, siue concedatur potestas temporalis; cùm autem omne temporale vendi possit; ita & officia hæc vendi poterunt. Cæterum moraliter loquendo, & venditiones horum officiorum, ad iustitiam, & vsum practicum reducendo; non expedire, nec conuenire, quod officia ipsa vendantur, vt post D. Thomam, omnes hactenus Scribentes notarunt, & singulariter Bobadilla, *vbi supra*, Ceuallos etiam, *d.c.33.per totum*, Mastrillus, *lib.1. dict. cap.20. ex n.27.fol.82.vsque ad numerum* 43. vbi latè, & optimè comprobat.

Cum autem officia huiusmodi venduntur, quę annexam habent iurisdictionem, & administrationem iustitiæ; nam in non habentibus, sed nudum tantum ministerium, non ita fortes rationes adstringunt; tria concurrere debent requisita, videlicet, quod honestæ, & dignæ personæ vendantur, quod pretium sit moderatum, & alij dicunt, moderatissimum, & fiat ex magna necessitate, cui alia commodiori via subueniri non possit; prout refert, & iustificat Mastrillus, *d.cap.20.ex num.15.tum seqq.* & ita de consuetudine receptum est, nam passim in curiis Regum & Principum venduntur officia, vt ex aliis refert ipse Mastrillus *ibi, num.* 43. *&* 44. & cum Reges, & Principes, aliter Regni necessitatibus, & belli continuis, summisque sumptibus succurrere non possunt, nedum vendere valeret, sed expediret, & liceret; sicuti ex Menchaca, & Costa, obseruauit idem Mastrillus, *num.42.fol.*84. & vltra eum, id comprobari posset ex multis, quæ tempore necessitatis permittuntur. & licita sunt, & aliàs non permitterentur; cùm necessitas secum afferat dispensationem annexam; quæ ego metipse cumulaui, & expendi suprà *hoc eodem tractatu, cap.*8. & D. Valençuela Velasquez compro-
22 banit *in consilio* 99. singulariter. Magistratus autem, & Officiales quicunque à Regibus, & Principibus supremis, gratis, & voluntariè constituti, siue perpetui sint, siue temporales, possunt ex sententia quorumdam Authorum, ad nutum reuocari; quia precariò videntur creati; vnde natura contractus precarij suadet, vt exercitium iurisdictionis, & imperij, tamdiu concessum censeatur, quamdiu concedens patitur; vt *in l.1.cum seqq ff.de precario*, & horum sententiam, & opinionem retulit D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus.lib.1.cap.27.ex num.1.fol.135. vsque ad numerum* 16. & *num.*11. dixit, ampliare nonnullos, vt id procedat, & reuocatio ad nutum concedatur, etiamsi concessio, in vim contractus, mediante pecunia, transierit. Ita quoque opinatos fuisse nonnullos refert Bobadilla, *in Politica, lib. 2. cap. 16. num.155.fol.* 728. prout statim referam D. Franc. Alfar. *de officio Fiscalis glos.12.ex num.5.fol.37.*

Cæterum contrariam sententiam veriorem esse, imò quod reuocari non possint, nisi ex vrgenti, & iusta causa, tenuerunt magis communiter Interpretes nostri, & quamplurimos cumulauit, & optimis rationibus comprobauit Mastrillus, *dicto capite 27. ex numero 16. vsque ad numerum* 26. vbi videri poterit; Pinellus etiam eam partem, eruditè, & constanter sustinuit, prout eum refert Mastrillus metipse, *numero* 23. Bobadilla *vbi supra*, vbi sic scribit: *Fallencia 50. es, que aunque el Rey puede quitar los iuezes, que elige, y aprueua, y remouerlos de los officios, por sola su voluntad, sin causa, ò con ella, segun vnos authores; aunque Arias Pinelo, por authoridad de otros muchos, resoluio lo contrario: pero los Señores de vassallos no pueden quitar, &c.* Et antea, libro primo, capite 16. numero 28. folio 299. idem Bobadilla sic scripserat: *Lo quarto, porque ninguno puede ser priuado del beneficio, ò oficio que tiene, ò en que fue elegido, sino es por causa bastante, ò en los casos expressados, y à este proposito pondera la ley 23. titulo 7. partida prima, que es singular.* Et prosequitur *numeris sequentibus*, & *n.* 32. inquit, ex causa iusta, & probabili reuocari posse, non aliàs: *litera B. dicto folio* 299. & *literis sequentibus*, congerit plures Authores, ita tenentes. Idque verius est, & crebriori Scribentium placito receptum, ac inter alios, optimè comprobatum per Cabedum, *decisione* 10. *parte secunda*; Cald. Pereiram, *in consilio octauo*, vbi vide omnino: Fontanellam etiam, D. de Ponte, Carolū de Tapia, Franc. Marc. Ioannem Gutierrez, & alios plures, per Mastrillum relatos, *ex dicto numero 16. vsque ad numerum* 26. vide etiam & alios nonnullos, *ibi* non commemoratos, Burgos Inquain, de Paz, *in consilio vigesimo, primo*, Nauarrum, *in consilio secundo, numero* 15. *de regularibus, libro tertio*, Menochium, *in consilio* 1033. *ex numero* 24. *cum sequentibus, libro* 11. Perez de Lara, *de Capellaniis, & anniuersariis, libro secundo, capite septimo*, Garciam, *de beneficiis, prima parte, capite secundo, ex num.* 85. *cum sequentibus.* Stephan. Gratianum, *tomo primo, capite* 167. *& tomo tertio, cap.* 590. Ceuallos, *comm. contra commun. quæstione* 426. *ex numero* 21. *vsque in finem quæstionis, & quæstione* 767. *ex numero* 21. *tum sequentibus, & tomo quinto, quæst.*62. *ex num.*34. *vsque ad numerum* 59. *ex folio* 282. *in tractatu de cognitione per viam violentiæ*, Callixtum Ramirez, *de lege Regia*, §.30. *num.*41.

Et hi omnes ampliant prædictam conclusionē, etiamsi officij cōcessio facta fuerit ad beneplacitum, & cum clausula (*quoad placuerit*) nam absque iusta causa, minimè poterit reuocari, cum ex prædicta clausula dicantur perpetui, vt per eundem Mastrillum, *dicto cap.27.num.26. & tribus sequentibus*, Callixtum, *dicto num.*41.

Ampliant secundò in concessione officij facta ob

ob benemerita, & seruitia præstita, quæ transiuit in vim contractus; & ob id non potest absque causa reuocari: & comprobat Mastrillus, *num.* 30. & 31.

Ampliat tertiò Mastrillus, *numero* 32. vt non solum reuocari non possit absque iusta causa officij concessio, sed etiam nec minui.

Ampliat etiam, *ex num.* 35. *vsque ad numer.* 41. in officiis à Rege venditis, vel in iurisdictionibus pretio concessis, quæ sine iusta causa auferri non possunt, cum concessio huiusmodi, in contractum transierit; quod si ex causa publicæ vtilitatis, auferri huiusmodi officia contingeret; debetet acceptum restitui, nisi culpa Officialis causam dedisset.

23 Ampliat etiam idem Mastrillus, *ipsomet capite* 27. *numero* 41. vt procedat quoque in inferioribus à Principe supremo, vel Rege; hi namque Officialem suum reuocare non possunt: & addit, quod si reuocarent, tenerentur ad omnia damna, tam in foro conscientiæ, quàm in foro contentioso, sicut non possunt spoliare, vt per Annam, & Bobadillam, *ibi* relatos.

24 Et confirmat Mastrillus, *numero* 44. quia electores inferiores, facta electione, non possunt mutare propositum, eam reuocando, & aliam de nouo faciendo; vt *ibi* comprobat, & reddit rationem; quia per electionem ius acquiritur

25 electo, licet non acquiratur exercitium; atque ita variare non licet; quod etiam comprobauit *ibidem*: & vltra eum Augustinus Barbosa, *in cap. publicato* 58. *de electione, num.* 2. & 4. *fol.* 142.

26 Omnes etiam à me relati suprà, *numero* 21. *ex versiculo, ac inter alios, optimè comprobatum*, vnanimiter ex his deducunt, quod Officialis quicumque, aut Tabellio, vel alius deputatus, aut nominatus ad beneplacitum, non potest remoueri sine causa, sed debet esse perpetuus: & Locumtenens, & Vicarius Episcopi remoueri non potest sine causa, & Capellanus ad nutum patroni, vel Episcopi, non potest remoueri sine causa: & quod beneficium, ad nutum amouibile, non potest sine causa auferri; & his alia similia notarunt.

Et hactenus de iure Regali, quod circa reuocationem Magistratuum, & Officialium, Regibus, & Principibus supremis, ex vrgenti, & iusta causa, non aliàs competit.

Sed & præcedentiæ quoque Magistratuum, & Officialium metipsorum, inter Regalia etiam enumerari, & referri solent; & cùm ipsi simul concurrunt, de præcedentiis sæpissimè agitari, & controuerti solet, & controuersiæ, atque contentiones excitantur; vtpotè, cùm Magistrati-

27 bus, & Officialibus suas magnificare, & defendere prærogatiuas, & præeminentias, absque ambitione, & superbia, licitum esse communiter receptum fuerit; & cum aliis Authoribus per Mastrillum obseruatum, *de magistratibus, libro quinto, capite quarto, numero primo, folio* 129. Idque in vtroque foro, & absque labe peccati, prout *ibidem* notauit; & vltra relatos ab eo, id ipsum scripserunt Chassaneus, *in Catalogo Gloriæ Mundi, prima parte, consideratione secunda, & nona*, Tiraquellus etiam, *alio in loco*, vltra relatum à Mastrillo, *de nobilitate* inquam, *capite* 20. *numero quinto*, Tiberius Decianus, *responso septimo, numero secundo, & 71. libro tertio*, Bursatus, *in consilio* 345. *numero primo*, Guerta, *in consilio primo, numero primo*, Iacob. Menochius, *in consilio* 51. *numero tertio, libro primo, & in consilio* 126. *numero primo, libro secundo*, quo loco dumtaxat, retulit eum Mastrillus, *dicto numero primo*, idem Menochius, *in consilio* 902. *numero primo, libro decimo*, vbi pro iustificatione defensionis, & contentionis præcedentiarum, & quod iustitia distributiua, & conseruatio ordinum diuinorum, & naturalium, in eis consistit, singularia admodum verba profert, *ex versiculo: nam ij nihil aliud mihi agere videntur:* notarunt quoque Didac. de Valdes, *de dignitat. Reg. Hispan. in præfatione, numero duodecimo*, Beloldus *in dissert. iurid. Polit. de præcedentia, & sessionis prærogatiua, capite tertio, numero octauo*, Redin *de Maiestate Princip. folio* 32. *num.* 134. & facit textus, *in capite finali*, 89. *distinct.* quem ponderauit, & aureum dixit Tiberius Decianus *vbi suprà*: quatenus inquit, quod, dum quilibet seruat suum gradum, societas humana in pace conseruatur, facit etiam textus, *in l. si quando, C. de statuis, & imaginibus, & in l. finali, C. de primiceriis, & tot. titul. vt dignitatum ordo seruetur, libro* 12.

Præcedentiarum etiam, & honorum causæ, 28 tam respectu sedendi, & standi in locis publicis, quàm aliis respectibus, existimarunt quidem singulares, & magnæ importantiæ, & considerationis; grauis etiam, & maximi præiudicij; quod relatis aliis Authoribus, tradiderunt Puteus, *decisione* 440. *libro secundo, & decisione sexta, libro tertio*, Marta *voto* 88. Seraphinus, *decisione* 22. *numero secundo, & decisione* 81. *numero primo*, Gonçalez, *ad Regulam Cancellariæ, in proœmio*, §. 4. *numero* 30. & 31. *folio* 26. Stephanus Gratianus, *tomo secundo, capite* 298. *numero* 9. & *in addit. ad decisionem* 230. *numero secundo, & tomo quinto, capite* 845. *numero primo*, Decianus *in consilio secundo, numero* 167. *libro secundo*, Corduba de Lara, *in l. si quis à liberis, in principio, ex numero* 24. Anellus Amatus, *in consilio* 30. *numero* 12. & 13. & induci potest textus, *in capite, cum olim, de consuetudine*, & *in l. quoties*, vbi Bald. *numero* 2. *C. vbi Senatores, vel clarissimi.*

Idcircò, cum materia hæc, adeò assiduè, & frequenter occurrere soleat, & necessaria admodùm, atque vtilis sit ad sedandas varias inter Magistratus contentiones, quæ inde oriri consueuerunt, vt inquit Mastrillus, *libro quinto, dicto capite quarto, numero primo*, nonnullis conclusionibus, & regulis generalibus, eam illustrare, atque declarare, vtilissimum futuris negotiis occurrentibus existimaui, prout eandem conclusionibus nonnullis declarauit Mastrillus metipse, *de magistratibus, libro quarto, cap.* 14. aliquando etiam, cum euenisset casus contentionis, & competentiæ, super præcedentia in modo sedendi, & in ordine votandi, inter me, & D. D. Antonium Chumacero de Sotomayor, nunc Supremi Regij Consilij Castellæ, meritissimum, atque præstantissimum Consiliarium, & semper doctum admodùm, atque ingeniosum virum, ingenti studio, & diligentia egometipse adnotaui, atque cumulaui quamplurima; nunc & alia addam, quæ tunc omisi, quia casui illi non conueniebant.

Primo igitur loco obseruandum est, quod in 29 præcedentiis, ordo dupliciter considerari potest, temporis scilicet, & qualitatis; & ordo qualitatis potior est ordine temporis, sic non curatur de ordine temporis, vbi locum habet ordo qualitatis, quia dumtaxat obtinet inter existentes in æquali dignitate; secùs autem, vbi essent inæquales, quo casu non temporis ordo

ordo, sed ille prior est aliis, qui maiorem dignitatem obtinuit. Vnde in sedendo, subscribendo, incedendo, & loquendo, hi maiorem prærogatiuam habent, qui digniores sunt, vel ratione dignitatis, vel temporis promotionis ad officium? quod etiam in spatio vnius horæ, imò & in vno momento consideratur. Et si Magistratus, aut Officiales plures, eodem tempore, ad idem officium, aut dignitatem assumpti sint, ille præferri debet, qui aliis qualitatibus, & prærogatiuis decoratus reperitur. Cæterum Consiliarius, vel Senator, primò receptus, & qui primò dignitatem acquisiuit, aliis postea receptis præfertur: & qui primò nominatus fuit ad officium, vel dignitatem, præcedit alium postea nominatum: & qui priùs possessionem officij accepit, præcedit eum, qui postea possessionem acquisiuit: & qui priùs suas litteras præsentauit, præcedit eum, cuius litteræ exinde sunt præsentatæ; & hæc in effectu, tam in prima, quàm in secunda conclusione tradit Mastrillus, *libro quinto, dicto capit. 4. ex numero 4. folio* 130. *vsque ad numerum* 30. vbi iure, authoritate, & ratione comprobat ea; nec repeto, cum *ibi* videri possint; & antea, *libro quarto, cap. 14. ex numero 1. vsque ad numerum 64. folio* 57. in eadem materia præceden-
30 tiæ, & sessionis locorum, multa quoque tradiderat: & vno, & altero loco, semper concludit, quod inter Magistratus, & Senatores, Regiósque Officiales, in officiis, & dignitatibus, quibus administratio est annexa, ille præcedit, qui prius possessionem adeptus est, quamuis alter, priùs
31 electus, aut nominatus fuisset. Et hæc, & alia, quæ dictis duobus locis Mastrillus cumulauit, atque adnotauit, *numeris sequentibus* sunt exornanda, & aliquibus illustranda.

32 Exornantur etiam per Vincent. de Franchis, *decisione* 138. *&* 144. *&* 199. *&* 365. *&* 388. Stephan. Gratianum, *tomo primo, cap.* 111. *per totum, & tomo secundo, capit.* 298. *per totum, & tomo tertio, cap.* 593 *& decisione* 232. Riccium, *collectanea* 147. *&* 146. *& in praxi, titulo de præcedentiis*; Christ. Besoldum, *dissert. iurid. politic. de præcedentiis, capite primo, & sequentibus*, Raigerium, *in thesauro iuris, verbo, præcedentia*: Azeuedum, *in curia Pisana, libro secundo, cap.* 2. Cabedum, *decisione* 3. *&* 4. *&* 5. *&* 6. Peregrinum, *in consilio* 3. *numero* 39. Fel. Contelorium, *de præcedentiis, per totum*, Ponte, *in consilio* 14. *ex numero* 38. *& numero* 38. *& sequentibus*; vbi Menochium, nonnullis in locis citat: Viuium, *decisione* 290. Caputaquen. *decisione* 308. Mastrillum ipsum, *decisione* 130. *parte* 2. Fabium de Anna, *in consilio* 40. *&* 42. *libro primo, & in consilio* 122. *&* 136. *libro secundo*, D. Valenzuelam Velasquez, *in consilio* 34. *per totum*, Carolo de Tapia, *in consilio Italiæ* 21. *per totum*: & ego metipse, in casu occurrenti competentiæ, nonnulla scripsi *anno* 1629. prout retuli *suprà, numero* 28. *in fine*.

Deinde obseruandum est, Mastrilli Placito, &
33 resolutioni, *libro quinto, dicto capite* 4. *numero* 4. *&* 5. *&* 6. omnes Recentiores, prout Antiquiores etiam, ab eis relatos, conuenire, & verissima esse tradita *suprà, num.* 29. quod in præcedentiis, ordo dupliciter considerari debet, temporis scilicet, & qualitatis; & quod ordo qualitatis potior est ordine temporis. Et cætera relata *eodem numero* 29. quæ ideò non repeto; probantur autem ab eisdem, cumulatis *numero præcedenti*. Et per Valenzuelam Velasquez, *dicto consilio* 34. *numer.* 89. vbi quod ordini temporis, præfertur ordo qualitatis, per text. *in capit. laicis*, 16. *quæstione* 7. *& numero* 90. quod maior dicitur, qui dignitate præcedit, *cap. dudum, el* 1. *de electione, l. prima, ff. de albo scribendo*, & antea, *numero* 98. vnde ordo temporis præualet inter existentes in æquali dignitate, aut officio, ordo qualitatis præfertur inter inæquales: & dignioribus debetur maior locus; & digniora, & digniores sunt præferendi, prout *ibi, numero* 205. *&* 206. *& in discursu præcedentia, numero* 69. *& sequentibus*, Tiraquellus, *de primogenitura, in præfatione, numero* 79. Cephalus, *in consilio* 615 *numero* 19. *&* 133. Marzarius, *in consilio* 26. *numero* 58. Menochius, *in consilio* 126. *numero* 31. *& in consilio* 902. *numero* 50. Tiberius Decianus, *in responso* 219. *numero* 16. *volumin.* 3. Ponte, *decisione* 8. *numero* 32. *& in consilio* 14. *numero* 39. *& numero* 46. *& sequentibus, & numero* 63. vbi etiam, quod ordo qualitatis, & dignitatis præfertur ordini temporis, quando qualitates, & dignitates non sunt æquales, Bobadilla, *in Politica, libro secundo, capite* 16. *numero* 15. Amatis, *in consilio* 30. *numero sexto*, Cabedus, *decisione tertia, & quarta*, Carol. de Tapia, *in consilio* 21. *numero septimo, & sequentibus, & numero* 23. *& sequentibus*, Vincent. de Franchis, *decisione* 199. *&* 365. Peregrinus, *in consilio tertio, numero* 39. Besoldus, *in dissert. de præcedentia, & sessionis prærogatiua, capite tertio, numero tertio, & quarto*, Riccius, *collect.* 1446. *part.* 4.

Sic sanè, ex digniori, & præstantiori, maiori- 34
que qualitate, & præeminentia officij, aut dignitatis, præcedentiæ causa gubernatur, atque definitur, *l.* 1. *& toto titulo, C. vt dignit. ordo seruetur, l. honor, § gerendorum, & l. vt gradatim, ff. de muner. & honoribus, capit. statuimus, de maiorit. & obedient.* Baldus, *in l. decernimus, in secundo notabili, C. de Sacrosanctis Eccles.* Menochius, *in consilio* 52. *numero* 27. Seraphinus, *decisione* 1445. *numero tertio*, Fabius de Anna, *in consilio* 40 *num.* 47. Marta *voto* 101. *numero septimo, & octauo*, Ioann. Andr.
Georgius, *allegatione* 35. *numero primo*; Alexand. 35
Ludouisius, *decisione* 310. *numero tertio, & nono*, ex antiquiori dignitate, aut Senatu, vel Senatore antiquiori, cæteris paribus, præcedentia, & prælatio conceditur, *dicta l. prima, vt dignitat. ordo seruetur, libro* 12. *l. vnicuique, C. de prox. sac. scrin. l. prima, C. de consulibus, eod. libro*, & aliis iuribus, pluribusque Authoribus relatis, exornant Chassaneus, *in consuetud. Burg. quarta parte, consideratione* 76. *& parte* 11. *consideratione* 27. *& parte* 12. *consideratione* 99. Ruinus, *in consilio* 19. *numero primo, libro primo*, Romanus, *in consilio* 438. *numero* 14. Parisius, *in consilio* 12. *ex numero* 81. *libro quarto*, Marçarius, *in consilio* 26. *numero tertio*, Tiraquell. *de primogenitura, in præfatione, numero* 35. *& sequentibus*, Bursatus, *in consilio* 343. *numero quinto, libro quarto*, Rolandus, *in consilio* 47. *numero* 70. *libro primo*, Vincent. de Franchis, *decisione* 144. *numero secundo*, Portius, *in consilio* 70. *numero* 18. *& in consilio* 167. *numero* 51. Decianus, *in consilio* 21. *numero* 60. *libro primo*, Menochius, *in consilio* 51. *numero* 39. Stephanus Gratianus, *tomo tertio, capite* 593. *numero* 29. Schrader. *de feudis, parte decima, sectione nona, numero* 54. Rosental. *in eodem tractatu*, 4. *parte, capite sexto, conclusione* 39. *numero nono*, Felix Contelorius, *de præcedentiis, numero secundo*, Cephalus, *in consilio* 615. *numero* 22. Christ. Besoldus, *dissertation. iurid. de præcedent. & sessionis prærogatiua, capite tertio, ex*

numero secundo, cum seqq. folio 147. Boëtius, *de authoritate magni consilij, numero* 86. *& sequentibus*, Marinus Freccia, *de subfeudis, libro primo, capite de officio magistri iudicarij, numero* 28.

36 Ex qualitate quoque magistratus, aut officij, cui consiliarij, aut Senatoris nomen, vel aliud honorificum iniunctum, & appositum fuerit, si cum alio concurrat, cui ea qualisas deficiat; præcedentia inducitur; iuxta doctrinas, & resolutiones Baldi, *in consilio* 387. *libro primo*, Abbat. *in consilio* 11. *libro primo*, Mazarij, *in consilio* 26. *num.* 64. Signoroli, *in consilio* 13. Chassan. *in Catalogo Gloria Mundi, quarta parte, consideratione* 51. *& quinta parte, consideratione* 37. Tiraquelli *de primogenitura, quæstione sexta*. & per Gamam, *decisione prima*, & ibi eius Additionatorem, *ad finem*: Menochium, *in consilio* 51. *numero* 6. *& in consilio* 52. *numero* 27. *libro primo, & in consilio* 126. *num.* 15. *libro secundo, & in consilio* 901. *numero* 16. *libro* 10. Gratianus etiam, *disceptation. cap.* 115. *ex numero* 71. *cum sequentibus*, Carolus de Tapia, *dicto consilio* 21. *ex numero* 11. *& sequentibus*.

37 Vel si officium, aut magistratus habeat ampliorem, & maiorem iurisdictionem; quia maioritas iurisdictionis arguit maioritatem dignitatis, & præeminentiæ, quod notabiliter scripsit Baldus, *in l. quilibet, C. de Decurionibus, libro decimo*, Abbas, *dicto consilio* 21. *l.* 1. Chassaneus *d. parte* 12. *consideratione* 56. *& sequentibus*, Menchaca, *controuers. illust. in præfatione, numero* 127. Stephanus Gratianus, *dicto cap.* 111. *numero* 76. *& duobus sequentibus*, Peregrinus, *in consilio tertio, numero* 39. *&* 53. Hostiensis, Decius, Afflict. & Gundisalu. de Villadiego, quos Gratianus, *vbi suprà*, recenset: Boërius *decisione* 286. *numero octauo*, Riccius, *collectanea* 1446. Seraphinus, *decisione* 964. Rota, *decisione* 4. *de electione, in nouiss.* Mastrillus, *decisione* 130. *numero decimonono*. Bobadilla, *libro secundo, cap.* 10. *ex numero* 48. & notauit etiam idem Baldus, *in cap. cum olim, de consuetudine*.

38 Communis etiam æstimatio, & communis omnium opinio, in præcedentiis, & dignitatibus, multum operatur, vt is præcedere debeat, quem vulgus, & communis hominum opinio, præstantiorem, & meliorem esse existimat; argumento textus, *in l. athletas §. primo, ff. de his qui notant. infam. & in l. prima, ff. de fluminibus*, & eorum, quæ notatunt Antonius Corserus, *in singularibus, in verbo, opinio*: Euerardus, *in loco, ab opinione vulgi*.

39 Personarum etiam, in quas iurisdictio exercetur, qualitas, in materia præcedentiæ, maxima in consideratione habetur; si sunt illustres, & nobiles, & aliis præstantiores, consideratione quacunque: quia quo quis melioribus præest, eo maior, & sublimior est; prout ego metipse specificè annotaui *in notatis ad præcedentiarum tractatum, folio* 15. *& littera P.* retuli *text. in §. nos igitur, in authent. de defensor. ciuitat. & in l. quilibet, C. de Decurion. libro decimo*, vbi notauit Baldus, Portius etiam Imolensis, *in consilio* 167. *numero* 29. Boërius, *in tractatu, de ordine graduum vtriusque fori, numero* 45. Menochius, *in consilio* 51. *numero* 11. *libro primo, & in consilio* 126. *numero* 13. *libro secundo, & in consilio* 902. *numero* 16. *libro decimo*, Chassaneus, *in Catol. glor. mund.* 4. *parte, consideratione* 5. *versiculo octauo, & parte* 12. *consideratione* 56. *& sequentibus*, Baldus etiam scripsit *in consilio* 333. *colum.* 2. *…rtio*, Romanus, *in consilio* 460. *Illa verba, in fine*: vbi quod Prætor Florentiæ, dignior est Prætore Prati, quia præest maioribus. Signorolus, *in consilio* 23. *Quæstio disputata in principio*, vbi quod ille dicitur melior, & noblior, qui præest melioribus, & nobilioribus: Refert Cardinalis Tuschus, *tomo* 2. *littera D. conclusione* 430. *numero* 13. *&* 14. *folio* 675.

Etsi sint ditiores, Tiraquellus, *de nobilitate, capit.* 3. *&* 20. Chassaneus, *prima parte, consideratione* 12. *&* 18. Otalora, *de nobilitate, libro quinto, capite finali, numero decimoquinto*, Ioannes Garcia, *in eodem tractatu, glossa decimooctauo, ex numero* 44. *cum sequentibus*, vbi agunt de nobilitate, & præstantia, atque præcedentia, quæ ob diuitias adquiritur. 40

Ex magnitudine etiam causarum, & occupatione, & exercitio officij, seu magistratus, præcedentia causatur: Baldus, *in rubrica, ff. de officio Proconsulis*, Felinus, *in rubrica, de maiorit. & obedient. numero quarto*, Glossa, *in cap. statuimus verbo, consuetudinem, de maiorit. & obedient.* & ibi omnes Doctores communiter: *in consilio* 561. *final.* Rota, *decisione quarto, de electione, in nouis.* Tuschus, *tomo secundo, conclusione* 430. *numero sexto, &* 18. 41

Habens etiam dignitates plures, præfertur ei, qui vnam tantum æqualem habet, sicuti obseruarunt Ponte, *in consilio decimoquarto, numero* 43. Mastrillus, *de magistratibus, libro quinto, cap.* 4. *num.* 41. vbi hoc, pro sexta conclusione, in materia præcedentiæ adduxit. 42

Et in eadem materia, quod maior, & dignior altero, eo etiam minor, & minus dignus, vnus & idem haberi possit, diuersis respectibus; & modò præferri alteri, modò eidem postponi; atque ita duplicis, & diuersi iuris, ob diuersos respectus considerari, & censeri; post Glossam, Decium, Chassaneum, Tiraquel. & alios, singulariter annotauit Menochius, *in consilio* 902. *numero* 71. *vsque ad numerum* 76. *libro decimo*, Stephanus Gratianus, *tomo primo, dicto capit.* 111. *num.* 13. latiùs *capite* 198. *numero* 2. *&* 26. *&* 46. vbi videri poterit: Camillus Borellus, *de præstantia Reg. Catholi. capit.* 46. *numero* 46. Gizatel, *decisione Neapolitana* 43. *numero* 23. Cardinalis Tuschus, *tomo* 6. *littera P. conclusione* 317. D. Valenzuela Velasquez, *in discursu præcedentia, ex numero* 28. *cum sequentibus*: *& in consilio* 94. *numero* 78. & extat singularis decisio, *l. tutorem, ff. de his; quibus vt indignis*: in illis; *Discreta sunt enim iura, quamuis plura in eandem personam deuenerint, aliud tutoris, aliud legatarij*: & exornauit nonnullis D.D. Ioann. de Solorzano, *in commentariis, de Indiarum iure, libro* 2. *cap.* 20. *ex numero* 7. *cum pluribus sequentibus*. 43

Maior denique, & dignior præsumitur ille, qui primò nominatus est, quia ordo verborum designas ordinem intellectus; & in materia præcedentiæ multùm attenditur, vt primò nominatus præferri debeat; sicuti scripsit Baldus, *in l. cum quidem, numero* 3. *C. de verborum signification.* Glossa, *verbo, Regum, in Clementina prima, de Baptismo*, & ita notarunt quoque cum aliis pluribus Authoribus, Ponte, *in consilio* 14. *numero* 58. Fabius de Anna, *in consilio* 36. *numero tertio, & quarto, & in consilio* 40. *numero* 52. Vincent. de Franchis, *decisione* 538. *in principio*, D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libro quinto, capite quarto, numero* 24. *&* 25. D. Carolus de Tapia, *in consilio* 21. *numero primo, & secundo*, vbi quod primò nominatus, præcedit alios, eodem tempore 44

poro

pore electos; & quod ordo scripturæ attenditur in electione plurium simul facta;& vltra relatos ab his,Menochius, *in consilio 902. numero* 18. & 26.*volum.*10. Felix Contelotius, *de præcedentia, ex numero sexto,cum sequentibus*, Ludou. Rodulphus,*de Ducibus Italiæ*, *ex numero* 158. Valdes, *de dignitat. Regis Hispaniæ, capite secundo in fine*, Chassaneus, *in Catalogo Gloriæ Mundi, prima parte, consideratione* 17. & *parte septima, consideratione octaua*, Tuschus, *tomo secundo, littera D. conclusione* 430. *numero* 19. Ab ordine quoque literæ,& priori nominatione, validissimum argumentum,& coniecturam deduci, variis in casibus,obseruarunt,atque exornarunt permulti illi iuris Interpretes, quos ego metipse, in vnum congessi;*in commentariis de vsufructu,capit.* 40.*numero* 17. & 18. *folio* 191. & explicaui inferius, *num.* 36.& *tribus sequ.* & expendi textum vulgatum,*in l.quoties,ff.de vsufructu, & in l. cum pater, §à te peto, ff. de legatis* 2. & eadem de re, iterum egi, &alios multos eumulaui Authores, *in commentariis tom. quarti, cap.*51. ferè *per totum, ex fol.*491.

Ex his quidem,satis exornatæ remanent conclusiones illæ duæ D.Garciæ Mastrilli,*libro quinto,dicto capite quarto, ex num.* 2. *vsque ad numerum* 30.quod ordo scilicet temporis locum habet inter existentes in æquali dignitate, magistratu, aut officio; secus autem, vbi inæquales essent, quia tunc is præfertur,qui maiorem dignitatem obtinet:ex quo hactenus ostendimus, ex quibus, altero maior,& dignior aliquis reputari debeat, vt qualitatis magis,quàm temporis ordo seruetur.

45 His autem addendum etiam est, quod honor, & prælatio,seu præcedentia,aliquando non prouenit ex iurisdictione,neque ex qualitate,aut antiquitate temporis,sed ex repræsentatione;quod cum aliis Authoribus, singulariter ostendit Stephan.Gratianus,*tomo primo, dicto capite* 131. *numero* 70. dicens; quod delegatus Papæ, in causa sibi commissa,ideo est maior, & superior Ordinario,quia vices Papæ gerit, & per eius repræsentationem:& sic maioritas,& superioritas rota tribuitur repræsentationi metipsi;alioquin, si ad iurisdictionem esset referenda, sequeretur Ordinarium,qui ampliorem, firmiorem,& digniorem habet iurisdictionem; vnde delegatus Papæ,dicitur maior,& dignior Ordinario, quoad causam sibi delegatam,& commissam,non autem extra illam;prout latiùs,ipse Grat. comprobat,*n.*65 & *seqq.*

Addendum quoque est & aliud,summè necessarium, quod huic loco reseruaui, quatenus ex ipso Mastrillo, *libro quinto, dicto capite quarto, numero nono,& decimo,&* 27.& 29.& antea, *libro*
46 *quarto, capit.* 14. *ex numero* 34. *vsque ad numerum* 47.retuli *suprà,numero* 19. & 30. quod inter eosdem Senatores,& Consiliarios, qui primò receptus fuit,alteri præfertur,& ille præcedere debet,qui priùs possessionem officij acceperit, aut qui priùs litteras suas præsentauit. Et quod quis, dignior,& maior reputatur, vel ratione dignitatis,vel temporis promotionis ad officium, vel quia priùs possessionem officij accepit. Item, quod inter Magistratus, & Senatores, Regiósque Officiales,in officiis,& dignitatibus, quibus administratio est annexa,ille præcedit,atque præfertur, qui priùs possessionem adeptus est,licet alius primò nominatus aut electus fuerit; cum verò dignitas sine administratione est, ex electione & concessione dicitur acquisita, nullo alio actu necessario, neque facto ministerio interueniente,prout *dicto cap.*14.*lib.*4.*ex num.*34.*vsque ad numerum* 47. Mastrillus metipse resoluit, & comprobat.

Ego sane, pro maiori, & distincta magis explanatione, atque enucleatione huiusce materiæ, nonnullos casus distinguendos & conclusiones nonnullas deducendas duxi, atque consideraui, quibus articulus ipse accuratè, & dilucide magis quàm hactenus sit per aliquem ex Recentioribus omnibus, explicatus manebit.

Sit igitur primus casus, quando plures Magistratus,aut Senatores, vel Officiales simul & eodem tempore,aut vna & eadem electione(vt sæpè contingit)fuerunt nominati,& electi,aut etiam vnus post alium, vel alia electione diuersa; ante adeptam tamen a priori nominato possessionem,aut à prioribus nominatis, Rex ipse Supremus,aut Cameræ præstantissimus Regius Senatus, præcedentiam, & ordinem declarauerit, aut eisdem,antiquitatis,seu prioritatis formam, & modum præscripserit, atque designauerit: & tunc quidem, res erit indubitata, & hi præcedent,quibus præcedentia ipsa, aut prælatio concessa fuerit; est namque in eadem præcedentiæ materia,certissima illa conclusio, quam pro 17. conclusione proposuit Mastrillus,*libro quinto, dicto cap.quarto, num.*73. quod Princeps potest ex causa, & de potestate ordinaria concedere alicui officium cum prælatione aliorum Magistratuum,maiorem,vel æqualem, aut minorem dignitatem habentium; sicuti adnotarunt Ioan.de Platea,Francisc.Marcus,& Ponte, *ibi relati*. Et id ipsum,vltra relatos à Mastrillo, tenent Baldus, Ruinus,Nauarrus, Menochius, & Decisio Rotæ; quos commemorauit Stephanus Gratianus, *tomo quinto,capite* 940.*numero sexto*, & scripsit, præeminentias,& præcedentias, à voluntate, & dispositione Regum, & Principum supremorum pendere.Camillus de Larata, *in consilio* 2. *numero* 72. & 77. & 78. vbi quod in præcedentiis, sit pro ratione, legis, aut Principis voluntas, D. Franciscus Alfarus, *de officio Fiscalis, glossa septima, numero secundo, folio* 20. Elbertus Leoninus,*in consilio primo,ex numero secundo*, Besoldus, *de præcedentia, capite secundo, in fine*. His addendum est, in dubio iustam causam esse præsumendam,& debere præsumi in Principe,nec licere inquirere, cur ita fecerit; siue præferendi vnum,aut alterum,aut præcedentiæ concedendæ an interuenerit causa iusta, necne; quod multis quidem comprobari posset; & maximè ex his, quæ Interpretes nostri obseruarunt, dum inquirunt, an in Principe iusta causa præsumatur, de quo ego metipse nonnulla scripsi *suprà hoc eodem tractatu, capite* 18 & *in commentariis tomi* 3. *capite* 28.*numero* 15.& *tribus sequentibus*; & illis omnibus consultò omissis, ita in indiuiduo notauit D. Franciscus Alfarus *de officio Fiscalis, dicta glossa septima,numero secundo*, vbi sic scripsit: *Nam licet huiusmodi præmia benemeritis debeantur, vt vidimus suprà,glossa tertia;tamen cui vult,Princeps dat, Chassan.in Catal. Gloriæ Mundi, quinta parte, consideratione* 24. *casu* 168. & *parte nona, consideratione* 15.*conclusione* 22.*nec ab aliquo potest quæri, cur ita facit? vt refert sæpe Chassan. vbi supra*, & repetit *glossa* 12.*num.*7.*fol.*38.

In dubio autem non censetur Rex præcedentiam concessisse,aut alicui tertio præmium ali-

quo modo voluisse, vbi id specificè non exprimeret, iuxta text. vulgatum, *in l. 2. §. merito*, *& §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico*, & per Menochium, *libro secundo, presumptione nona, & decima*, Anton. Fabrum, *diffinitione vltima, ad titul. C. si contra ius, vel vtiluat. publi.* & duobus exemplis singularibus, Senatúsque Regij Lusitani
48 decisionibus comprobauit Cabedus, *decisione quinta, parte prima*, vbi primò proponit, quod officium Senatoris Palatij, per Regem nostrum Philippum, duobus Senatoribus datum fuit, D. prius, deinde verò R. qui tamen R. licèt posterior esset in data, priùs actualem possessionem accepit, & officium exercuit per actus illos, quibus exerceri solet: cui D. mouit quæstionem, dicebátque, quod prior fuerat in data, & priùs litteras gratiæ, & concessionis, per Cancellariam expediuerat, in quibus continebatur, quod Princeps statim eum ipsum in possessionem mittebat, vnde contendebat se præferendum R. eo quod & prior in data, & prior in possessione esset, quandoquidem à Principe, prius in eam missus fuerat verè, & efficaciter, licèt actus prædicti officij non exercuisset. Ex aduerso R. dicebat, se debere præferri, quia prius actualé possessionem accepisset, quæ præferenda erat illi ciuili, & verbali possessioni, a Principe datæ. Item, quia constabat, quod illa clausula adiecta fuit, & posita in literis D. post acceptam possessionem actualem per R. & realem, quo casu non intelligitur Princeps præiudicare voluisse iuri quæsito ipsi R. argumento *dicti §. si quis à Principe*, & quod probat ferè in terminis textus, *in capite, quamuis, de rescript. lib 6.*

Tandem inquit Cabedus, *numero quarto, & quinto*, quod in hac materia, illa distinctio est facienda, attento iure communi; quòd si de data constat, prior in data, litteris expeditis, præferri debet, nisi ante præsentationem, secundus possessionem acceperit, quia, hoc casu, secundus præfertur; dummodò non interueniat dolus, seu negligentia primi, causata per secundum, *capite, tibi qui, de rescript. libro sexto*, & Glossa prima, *in capite, capitulum sanctæ Crucis, de rescriptis, versiculo, alij dicunt*, ibi: *Dum tamen non recipiatur secundus ante præsentationem prioris.* Quando enim interuenit dolus, aut negligentia primi, causata per secundum, per quam præsentare prætermisit literas suas; tunc illi non est secundus præferendus, quantumuis possessionem priùs acceperit, per text. *in dicto capite, tibi qui, in fine*: si non apparet de data, præfertur qui prius possessionem accepit, *capite, si à Sede Apostolica, de prabend. libro sexto*: si non apparet de possessione, tunc qui prius præsentauit, *capite, duobus, § si verò, de rescript. libro sexto*, si non constat de præsentatione, tunc is, qui à Superiore digniore impetrauit, *dicto capite, si à Sede, & dicto capite, duobus, in principio*: quòd si omnia sint paria, tunc est locus gratificationi, prout *ibi* comprobat Cabedus; & concludit, quod in casu illo, primus Senator negligens extitit, ita vt mora sua, ei nociua esse deberet, & ita fuit pro R. iudicatum, ex *regula, mora*, vbi Dinus, *de regul. iur. lib. 6.*

Et addit ipse Cabedus, *eadem decisione quinta, numero sexto*, quod alter casus fuit inter B. & I. in quo dubio allegabat B. pro sua parte, Regiam prouisioncio, per quam factus erat, & creatus Senator Palatij, tali die datam: postmodùm verò electus fuit ad idem officium Senatoris Palatij, I. qui tamen priùs actualem possessionem accepit, cúmque quæstio inter illos penderet, dati sunt Iudices, qui pro I. sententiam tulerunt, quamuis enim pro parte B. adduci posset textus, *in l. penul. C. de Consulibus, libro. 12.* tamen responderi potest; prout *ibi* notauit: & prouisio illa Regia secunda, data B. vt illi curreret antiquitas, à tempore prioris prouisionis, non poterat præiudicare I. in iure quod ei iam quæsitum erat per actualem possessionis apprehensionem, cum expressè per Regem, in posterioribus literis B. derogatum ei non fuerit, vt est textus optimus, *in dicto capite, quamuis, de rescript lib. 6.*

Et hactenus de vna, & altera Senatus Lusitani decisione, qua iuridicè, & rectè, ita definitum, atque pronuntiatum fuit: quamuis enim sic Princeps rescripsisset, aut iussisset, prout *ibi* refertur; ita tamen intelligi debuit, vt in præiudicium iuris Tertio acquisiti nihil statuere voluerit, iuxta resoluta per Menochium, & Anto. Fabrum, *suprà* relatos.

Est etiam singularis ipsamet decisio in comprobationem eorum, quæ ex Mastrillo retuli *suprà numero 29. & 30.* & inferius dicenda sunt in fauorem eius, qui priùs actualem possessionem adeptus est, quamuis alter priùs electus aut nominatus fuisset. Et *dictam decision. 5.* retulit, & in omnibus sequutus est D. Carolus de Tapia, *in consilio 21. numero 18. & quatuor sequentibus, folio* 338. & hactenus de primo casu.

Secundus casus principalis fit: quando eisdem 49
terminis retentis, nullus possessionem adeptus fuit, siue in possessione Senatus, aut Magistratus adipiscenda, nullus præuenit; & vnus, vel plures, vna & eadem electione, vel etiam diuersis electionibus, & temporibus nominati, simul cum literis Regiis ad petendam possessionem concurrunt, easque notas faciunt, atque Officiali ad id deputato exhibent, prout simul, aliquando duos, aliquando tres concurrisse, in Hispalensi Senatu, & in Regio Granatensi Prætorio, vbi Senatoris munus gerebamus, vidimus; & tunc quidem, si in ordine temporis, vniusque, & eiusdem electionis fuerint; Regij Senatores, qui præcedentiæ concedendæ, reique definiendæ adfuerint, iuridicè, & summa cum ratione, atque æqualitate se habere debebunt, vt si nec Rex noster super antiquitate, aut præcedentia ipsa declarauerit, neque Regiæ Cameræ Senatus Supremus aliquid rescripserit, iudicium, & arbitrium, ex his regulare debeant, ex quibus, quem digniorem, & præstantiorem, & alij præferendum, Interpretes nostri statuerunt; ac inter alios, specificè Menochius *in consilio 51. & in consilio 126. & in consilio 902. libro 10.* D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, libro quinto, capite quarto, ex numero 14 cum sequentibus*, vbi congerit qualitates nonnullas, ex quibus vnus alteri præponi, atque præferri debet: Vincent. de Franchis, *decisione 365.* Fabius de Anna, *in consilio 40. ex numero 24. cum sequentibus, libro primo*, Stephanus Gratianus, *tomo primo, capite 111. & tomo secundo capite 198. & tomo tertio, capit. 593.* D. Carolus de Tapia, longa serie, *in decisione 21. per totam*, Farinacius, *decisione 62. in posthum. prima parte.*

Ex qualitate itaque personarum, & quo quisque dignior, & præstantior videri debeat, atque ita, vt nemini iniuria fiat, sed iustitia omnino seruetur, præcedentia ipsa, & arbitrium iustificari debebit; quod *libro quinto, dicto capite quarto, numero 14.* D. Garcia Mastrillus, dilucidè obseruauit,

uit, & *vsque ad numerum* 30. scripsit, quod inter plures Senatores, seu Magistratus, ad eandem dignitatem eodem tempore creatos, ille præferri debet, qui aliis qualitatibus, seu prærogatiuis decoratus reperiatur. Et sic si sunt duo Doctores, eodem tempore facti, ætate prærogatus, & aliis conditionibus suffultus, præceder, & Officialis, filius Doctoris, præfertur alteri Officiali, non filio Doctoris; & duo vincula vbi concurrunt, faciunt aliquem magis honorandum; sic Officialis Baro, præcedet non Baroorm, & qui iuris vtriusque Doctor est, præfertur illi, qui vnius tantum gradum assumpsit, licèt prius Doctoratus gradum assumpserit. Et qui duplici dignitate honestatus est, præferri debet ei, qui alteram tantum habet; & qui libros ediderit, alterum huiusmodi qualitate deficientem antecedere debet; & qui ad alium Magistratum, prius assumptus fuit, & qui priùs possessionem accepit, & qui priùs literas suas præsentauit, *vt in capite, duobus, versiculo, si verò, de rescript. lib.* 6. & aliqua ex bis reperit ipse Mastrillus, *ex num.* 37. *vsque ad numerum* 44. vbi etiam tradit, quod inter plures Magistratus eodem tempore electos, nobiles præferuntur, & seniores iunioribus: noonulla etiam ex his repetit Fabius de Anna, *in consilio* 40. *ex num.* 29. *cum sequentibus*, vbi fundat, quod cùm vna die, & eodem momento temporis essent creati, is præferri debebat, qui dignior erat, aut qui maiorem dignitatem habebat. Ee idem statuit in duobus Episcopis vna die creatis; & in duobus Ducibus, vt præcedat, qui iam erat Comes; & inter duos Officiales vno die creatos, dicit, prælatum fuisse eum, qui aliud officium exercebat: plures etiam casus distinxit, atque considerauit D. Carolos de Tapia, *dicta decisione* 21 *Italia*, ex quibus quis dignior altero diiudicari, & præcedere debet, si simul creati, & electi fuerint. Quod si ij, qui simul concurrunt, in ordine temporis electionis, non æquales fuerint, quia diuersis electionibus, diuersisque temporibus creati, atque electi fuerint; tonc quidem ordo temporis seruandus videtur regulatiter; ab eo tamen ordine recedi debere aliquando euenict, si personarum qualitas adeo diuersa sit, merita etiam, & partes ita distent, vt nototiè alterius qualitates, partes, & merita exceedant; tone namque ex antea dictis, & à præfatis Authoribus adnotatis, curandum non est de ordine temporis; qui dumtaxat habet locum inter existentes in æquali qualitate, aut æqualibus meritis, vt *suprà* repetitum est; secus autem, vbi essent inæquales, qoo casu, non temporis ordo, sed qualitatis potius attendi deberet, qui potior est ordine temporis; & imputet sibi, qui ordine temporis, & electionis prior, in acipienda possessione non præuenit, siue negligens fuit, sed tem ad eum casum reduxit, vt cum alio, vel aliis simul concurrendo, eorundem qualitates, & merita attendi, & considerari debeant.

Quod si duo, vel plures Senatores, simul de vno Senatu, ad alium electi, & nominati sint, illi quidem præferendi videntur, qui in illo Senatu, aut Magistratu, antiquiores erant; quod decreto Regis Sebastiani ita expressè cautum, & non semel factum se vidisse, testatur Cabedus, *decisione* 3. *numer.* 11 *part.* 1. habet sanè decretum illud, summam iuris rationem, & rectam, laudabilémque considerationem; atque ex his concludenter comprobatur, quæ ex Mastrillo, & aliis Authoribus retuli *suprà*. Ex eo etiam, quod quemadmodum in antiquo, seu priori Senatu, quis præcedebat, in alio præcedere debeat, si simul concurrat, nec in possessione capienda alter præuenerit: quod si negligens fuisset, possessionémque priùs alter accepisset; tunc quidem ex regulis, seu eonclusionibus statim referendis, & doctè adductis per D. Ioann. Valençuelam Velazquez, *in consilio* 34. *ex numero* 31. *vsque ad numerum* 37. antiquitatis, & præcedentiæ commodum amitteret, & qui primò possessionem assequutus fuit, præferendus esset, prout casu sequenti dicetur.

Semper tamen admoneo, quod in casibus prædictis, & vbicunque ex voto, & arbitrio Senatorum, & Senatus, præcedentia concedenda, & definienda sit; qualitas, & dignitas personarum præ oculis habeatur præcipuè, & ita res expediatur, vt nunquam iniuria, aut iniustitia fiat, nec ex libero arbitrio, aut sola gratificandi consideratione, sed ex maiori qualitate, & præstantia, præcedentia diiudicetur; vtpotè, cùm iura nostra gratificationem non permittant, vbi adest inæqualitas, & rationis diuersitas, imò ipsam prohibent, nam gratificationi non est locus, quando iura sunt dispatia; sicuti cum aliis Authoribus obseruauit D. Valençuela Velazquez, *in consilio* 34 *num.* 44. *fol.* 274. & addit *num.* 45. quod generaliter, gratificatio non conceditur, nisi vbi est in iure expressum. 50

In comprobationem autem eorum omnium, quæ hoc secundo casu adnotaoimus, mirè, & multùm ad propositum vrgent ea, quæ post Vincent. de Franchis, & alios, considerauit D. Carol. de Tapia, *decisione Italia* 21 *in tertio, quarto, quinto, & sexto, casu*, quos distinxit *ex num.* 4. *vsque ad numerum* 9. nam *dicto num.* 4 loquitur, quando vno eodemque tempore, duo fuerunt promoti ad idem Tribunal, & tunc inqoit, quod præfertur antiquior, & repetit *num* 6 & *num.* 7. loquitur specificè in duobus promotis ad idem officium, qui antea fuerunt Magistratu functi; & concludit, illum præcedere debere, qui est antiqoior in rempote, *ex l. nemo, C. de offic. Magist. officior.* ibi, *vo in gradu, cateros antecedat, quem stipendiia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire.* Et hæc quidem fortius adstringunt, vt si ex vno Senatu inferiori vnus, alter verò ex maiori, & superiori, ad alium Senatum fuissent simul, vnóque & eodem tempore, aut vna ipsa electione nominati, & creati, si simul ad capiendam possessionem concurrerent, is præferri debere, qui ex maiori, & meliori Senatu fuit promotus, idque per textum *in d. l. nemo*, & notata per Vincent. de Franchis, *decisione* 144. quod si ex inferiori Senatu electus, antea possessionem fuisset assequutus, præcederet; ex his, quæ inferiùs dicenda sunt, & traditis per eundem Carol. de Tap. *d. dec.* 21 *ex n.* 15. *cum seqq.* & hactenus de secundo casu.

51 Tertius casus principalis sit, eisdem terminis primi casus propositi *suprà* retentis, quando scilicet vno, & eodem tempore, siue vna & eadem electione, vel etiam alia diuersa, & posteriori, Senator, aut Magistratus electus, præuenerit, & possessionem adeptus fuerit; & tunc qoidem præferendus erit cæteris aliis, qui postmodùm literas Regias electionis suæ præsentauerint, & possessionem acceperint, nec attendendus est ordo temporis, aut electionis, sed possessionis adeptæ: siue igitur eodem tempore, siue posteriori electus fuerit, si primò receptus sit, alteri præfertur, etiam in ordine temporis, aut electionis

anteriori;& ita resoluit Mastrillus,*lib.5.dicto cap.4.num.9* citans textum,*in capit.statuimus, de maior.& obedient.& in cap.si quis suslo:*ibi , *qui primo, de electione , lib.6.* Bald. Molfes. Anton. Pagg. & Azeuedum ; & addens *num.* 12. quod in materia præcedentiæ,etiam vnius horæ spatium, imò & vnius momenti attenditur : & *num.* 26. 27.& 29. quod inter Magistratus , & Senatores , ille præcedere debet , qui priùs possessionem officij acceperit:*& lib.4.dicto cap.14.ex num. 34. vsque ad numerum* 47.eandem tradidit resolutionem, prout *suprà* retuli,*num.*29.& 30. quod in officiis , & dignitatibus , quibus administratio annexa est, vsúmque,& exercitium habentibus,præcedit,atque præfertur , qui prius possessionem adeptus est , licèt alius primò nominatus , aut electus fuerit : & his omnibus conuenit Georgius Cabedus,*decisione 3.num.5.*vbi scribit, quod stylus, praxis , & longa consuetudo Senatus ita obtinuerat , vt qui prior possessionem accepisset , is præferendus esset ; & quod hic stylus , & longa consuetudo Senatus , prò lege debet obseruari, *ex l.1.C. qua sit longa consuetudo* , & per Gamam, eiúsque Additionatorem,*decision.16.num.7.*& repetit idem Cabedus,*num.7.&* 8 dicens , quod in casu illius decisionis , vtraque gratia fuerat eadem die expedita, & non apparebat , quæ prior, & quæ posterior fuerat ; ergo in dubio præferri debebat ille , qui priùs possessionem apprehendit:vt in simili , cum dubitatur de prioritate datæ,disponit text.notabilis,*in capite,si à sede Apo-*
52 *stolica,de prabend.lib.6* & concludit , quod de iure præfertur,qui priùs possessionem acceperit:quod si possessio nulli adhuc data sit , præfertur qui priùs literas suas præsentasset , ex textu , *in dicto capite,duobus,versic.si vero,de rescript. lib. 6.* & adducit *num.9.* in comprobationem , quod si duobus confertur gratia,circa assequutionem Canonicatus,& prabendæ vacantis , vel primo vacaturæ;si secundus priùs recipitur in Canonicum, & ei confertur præbenda,ante receptionem primi,præfertur primo;per textum,*in cap. tibi qui,de rescript.lib.6* & sic scribit in fine eius numeri:*Sic igitur in præsenti casu,Senator secundò impetrans,cùm locum vacantem in Senatu prius occupauerit,& illius possessionem acceperit,sedendo,& loquendo, & munus exercendo , idque ante præsentationem & receptionem primi,vtique primo præferendus est:*& num. 10. Cabedus metipse,vbi sic concludit , *& ideo si secundus impetrans,ante primi receptionem,locum , & possessionem obtinet in Senatu,præfertur,& antiquior reputatur* , & Cabedi specificam facit mentionem, eumque in terminis prædictis sequutus est D. Carolus de Tapia,*dicta decis.* 21.*n.*15. *& sequ. folio* 337.

53 Conuenit etiam eiusdem Cabedi placitis, Fabius de Anna, *in consil.* 135. incip. *In hac causa propria num.*10 *&* 11.*lib 2 fol.*129. vbi dubitauit, vter ex duobus Regiis Consiliariis vna die creatis,præcedere debeat ? & adducit nonnulla , ex quibus quis præcedere debet;tandem *num.*10 & 11.quod primus occupator , & qui priùs possessionem accepit,in materia præcedentiæ est præferendus, atque tuendus : latiùs Author metipse, *in consilio 42.per totum,lib.1.folio* 126. & 127. vbi eandem excitat controuersiam , an scilicet præcedere debeat Consiliarius , aut Regens , primò creatus;an verò postea electus , si prius possessionem officij habuerit:& licèt in eo casu, in fauorem Regentis D.de Ponte,primò creati , consilium illud confecerit , eiúsque partes tueatur, cùm tamen D.Reg. Lan. priùs possessionem adeptus esset;agnoscit expressè , meliores esse partes.potióraque iura eius, qui in accipienda possessione præuenit , ad quod nonnulla expendit fundamenta,nisi circunstantia illa,aut motiuum illud(quo præcipuè excitatur)concurreret , quod scilicet , ob Reipublicæ intimas , & necessarias causas,atque ex Regis mandato,Regens de Ponte absens,& impeditus fuit,vt possessionem priùs capere posset;atque ita apertissimè voluit , quod causa necessaria absentiæ , & impedimenti cessante,is præferendus esset,qui priùs possessionem officij accepit.Ob eandem etiam rationem, non admisit Fabius metipse in illo casu distinctionem communem, quod si Dignitati , vel Magistratui sit annexa administratio,& exercitium, is præferatur,qui primò administrare cæpit , & admissus est;si autem administratio non sit annexa, qui prior fuit in ordine temporis : cessante autem absentiæ adeò necessariæ causa , nunquam negauit,præferendum eum , qui primò possessionem accepit,prout *ibidem* constat,*num.* 12. *& sequentibus.*Sic sane , fundamenta illa omnia , quæ *ex num.1.vsque ad numerum* 17. adducit , fortissimè vrgent pro resolutione communi , eum scilicet præcedere,& præferri debere , qui primò receptus fuit,&possessionem officij accepit ; licèt alter priùs creatus fuerit : pro quo etiam expendit locum singularem Chassanei , qui pluribus comprobat,eum præferendum, qui prius possessionem accepit;& multùm vrget textus *in l. prima,C.de Consulibus lib.12.& in l.cuicunque , C.de proxim sacror.scrinior.lib.12.& in l.prima,C.de præposit.sacri cubiculi , eodem lib & in l.1.& 2. C. de Præfecto Prætorij,eodem lib.& in cap.1.de maioritate,& obedient.*prout ea iura ponderat,& alia fundamenta adducit Fabius, *dicto cons.* 42. & ita tenuit Riccius,*collect.*1147.

Superiori quoque resolutioni conuenit , & doctè,atque singulariter , vt in cæteris consiliis se habet,D.Valençuela Velazquez, *in consilio 34. ex num.31.fol.273.vsque ad numerum* 37. vbi specificè notauit , quod licet in casu illius consilij, vterque litigantium præsentauit eadem die Bullas suarum gratiarum ; vnus tamen priùs accepit possessionem , & post ipsum incontinenti alius; vnde vulgare iuris axioma obtinere debet , quod qui prior est tempore,sit potior in iure, *l.1.l.potior, ff. qui potior. in pign. habe.* & comprobat *ibi, num.*31 & addit *num.* 32. quod qui primò dignitatem,vel officium assequutus est , reputatur dignior,licèt iunior sit ætate : quod etiam *ibi* comprobat:*& num.* 33. quod qui primò accepit Doctoratum,aliis Doctoribus præfertur:& *num.* 34. ex Grato refert,firmam esse regulam iuris , quod dignitatem priùs adeptus,aliis postea possessionem accipientibus præferatur : & *num.* 35. quod Canonici priùs recepti,præcedunt , & præferuntur postea receptis ; & *num.* 36. in hunc modum scribit: *Et in Consiliariis,aut officiariis Regiis , quod ille,qui primò fuit adeptus possessionem officij , præferatur ei,qui primò habuit priuilegium , &c.* Et citat Marin.Frecci.Marc.Anton.Siorg. Francisc. Beccium,Bald.Ruinum,Chassan. Boërium , Rebuffum,Rotam,Paul.Æmilium,Hieron. Gonçalez, Vincent.de Franchis , Plateam , Ioannem And. Georg. & ponderat nonnulla iura , ex quibus hæc conclusio fundamentum , & robur sumit. 54
Item comprobari potest ipsamet resolutio ex textu,*in l.quoties,C.de rei vendicat.*ex qua probatur, 55 quod re aliqua vendita duobus , ille præfertur,

cui

cui priùs tradita fuerit; & idem disponit *l. 50. tit. 5. part. 5.* & post ordinarios, & alios multos, mulris io locis, exornatunr lariffimè materiam istam Anton. Gabriel, *commun. conclusion. tit. de emption. & vendit. conlus. 2.*

Borgnin. Caual. *de inter. & curat. n. 257. & 258. & dec. 42. n. 31. & 32. part. 1. & decision. 25. num. 19. part. 2.*

Socinus, *regula* 155.

Ferra S. *cantela* 48.

Alphanus, *collectanea* 189.

Gerardus, *singulari* 98.

Romanus, *singulari* 382.

Roderic. Xuarez, *allegatione* 37.

Iulius Clarus, *§. donatio, qu.* 13.

Capycius, *decis. 69. n. 27.*

Tiraquel. *de priuil pia causa, priuilegio* 107. *& de iure primogenit. quaest.* 17. *& de iure Constituti, 1 p. ex n. 21. & seqq.*

Brooorius à Sole, *in compendio communi, verbo, dominium* 4. *&* 8. *& verbo, empt.* 11.

Didae. Couar. *variar. resolution. lib. 2. c. 19. & de sponsalibus, prima parte, cap. 5. in principio, numero* 9. *& in cap. quamuis pactum, parte prima, §. 4. num.* 2.

Anton. Gomezius, *tom. 2. variar. cap. 2. de empt. & vendit. num. 20. per totum*, vbi septem modis extendit *dicta legis* decisionem, & quatuor modis limitat: vbi videri potest, *& in l. 45. Tauri, num.* 92. *&* 93.

. Ioann. Gutierrez, *de iuramento confirmatorio, libro primo, capite* 30. *& in l. nemo potest, numer.* 40. *& seqq.*

Menochius, *in consilio* 122. *numero* 77. *& sequentibus.*

Benedictus Pioellus, *libro primo selectarum, cap.* 18.

Petrus Surdus, *in con.* 15. *num.* 16. *lib.* 1. vbi loquitur, quando secundus emptor sciebat, rem alij fuisse venditam.

Bursatus, *in cons.* 101. *lib.* 1.

Roland. *in consilio* 9. *num.* 27. *volum.* 1. *& in consil.* 57. *n.* 13. *volum.* 3.

Ioann. Gratianus, *regula* 47.

Hondedeus, *in consilio* 52. *per totum*, vbi vide omnino, *lib.* 1.

Palac. Rub. *in repet. rubricæ, §. 80. n. 11. versic. ad cuius confirmationem:*

Florez diaz de Mena, *in addit. ad decisionem Gama* 130.

Salas, *de contractibus, tractatu de emption. & vendit. dub.* 46.

Stephan. Gratian. *tom. 3. cap.* 523.

Barbosa, *secunda parte rubricæ, ff. soluto matrim. num.* 85.

Cardinal. Mantica, *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit.* 3.

Aluar. Valascus, *de iure emphyteutico, quaestion.* 14. *numer.* 7. *& consultatione* 172. *ex num.* 5. *cum seqq.*

Aloysius Riccius, *collectanea* 439.

Pater. Ludou. Molina, *de iust. & iure, tractatu* 2. *disp.* 369.

Pater Azor, *institut. moral. part. 3. libr. 8. capite* 18.

Pater Rebellus, *de obligation. iustitiæ, part. 2. lib. 9. quaest. 17. sect. 1. & seqq.*

Pater Lessius, *de iustitia & iure, lib. 2. cap. 21. dub.* 20.

Marta, *voto* 25. *&* 228. *num.* 8.

Anton. Faber, *ad titul. C. de probat. diffinition.* 11. *& de erroribus pragmatic. tom. 4. decad. 86. error. 1. & seqq. ex fol.* 757.

Getardus Mainardus, *decision. Tolos.* 61. 62. *&* 64.

And. Fachineus, *controu. lib. 2. cap.* 32. *& lib. 7. cap.* 35.

Ioann. Matieuçus, *in l. 7. titul. 11. gloss. 6. num. 6. & num.* 42.

Azeuedus, *in l. 1. tit. 17. ex num. 138. cum seqq. lib. 9. Recopil.*

Cald. Pereira, *de emphyteus. extinctione 4. part. cap. 10. num. 31. & 34. & Ferensium lib. 1. quaestion. 23. num. 14. & in consilio 28. num. 23. & de emption. & vendit. cap.* 18.

And. Gail, *obsernat. lib. 2. obseruatione* 55.

Bernard. Græuæus, *ibidem, in addit. ad Gail.*

Burgos de Paz, *in consilio 14. n.* 24.

Vincent. Caroeios, *casu 3. & cas* 99.

Fabius de Anna, *in consil.* 122. *& consil.* 135. *lib.* 2.

Marta, *de iurisdictione, 4. parte, centuria 2. casu* 172.

Hippolyt. Riminaldus, *in consilio* 242 *ex num.* 137. *lib.* 2.

Cardinalis Tuschus, *tomo 2. littera D. conclusione* 699. *fol.* 913. *& tomo 8. littera V. conclusion.* 63. *&* 64. *& tomo* 33. *littera E. conclusion.* 144.

Burgos de Paz, iunior, *Ciuilium, quaestione* 10. *num* 47.

Fontanella, *de pact. nuptial. clausula 4. glossa* 11. *ex n.* 135. *cum sequ. fol.* 192.

Hieronymus Ceuallos, *quaest* 756.

Morquechus, *de diuisione bonorum, lib. 3. cap. 7. num.* 21.

Atisininus Tepatus, *variarum lib. 2. tit. de contrahenda emption. in principio, fol.* 100. *&* 101. *& lib. 2. de clausula constitut. fol. 4. column. 3. vers. venditor. versic. & hoc casu quia per secundum constitutum non tollitur primum* : & *de donat. inter viuos, libro secundo, folio* 222. *versiculo, donatio prima praualet secunda.*

. Marius Giurba, *decisione Siciliæ* 59.

Pelaez à Mierez, *de maioratu, prima parte, quaestione* 68. *num.* 37. vbi priuilegia eiusdem rei, si duobus concedantur, an præferatur quod primo expeditum fuit.

. Petr. August. Morla, *empory part. 2. tit. 9. in præludiis, num. 48. & seqq.*

Emmanuel Barbosa, *in remissionibus Doctorum, ad titulum 7. ordinationis Regiæ, fol.* 12. 13. 14. *&* 15. vbi ampliat, & limitat pluribus modis, *dicta l. quoties*, decisionem; & excitat quoque quæstiones nonnullas, & quamplurimos etiam cumulat Authores.

Extenditur nunc casus iste tertius principalis, de quo actum est *suprà, ex num.* 51. vt procedat etiam in fortioribus terminis; & in illis considerratis à Georgio Cabedo, *decision. 4. per totam, p.* 1. quod Officialis scilicet, cui primùm concessa est dignitas sine administratione, si postea habeat eiusdem officij administrationem, non præferatur ei, qui post dignitatem, & ante ipsam administrationem sibi concessam, adeptus est simile officium cum administratione: & reddit rationem, quod prior data concessionis non fecit primum, actualem expeditorem, sed tantum titularem, idest, priorem titulo, & sic præferri poterat, & debebat titulatibus posterioribus, sed non actualibus, idest, ante eum actu officium exercentibus, idque per textum, *in l. 2. C. vt dignitat. ordo* 56

ordo ſeruet. & repetit *num.* 13. atque *ex num.* 13. explicat *l. penult. C. de conſuet. lib.* 12. quam in contrarium ponderauerat antea, *num.* 2. vbi latiùs videri poterit, & Cabedi ſpecificam mentionem fecit, cúmque ſequutus eſt D. Garcia Maſtrillus, *de Magiſtratibus, lib. 5. c. 4. num. 60. & 61. & 62. fol.* 114. D. Carolus de Tapia, *deciſione* 21. *num.* 17. & 18. *fol.* 338. vbi approbat rectè iudicatum atque deciſum in Senatu Luſitano, in fauorem illius ſecundo loco electi, qui priùs obtinnerat exercitium officij prædicti; quia ſuperueniens exercitium non facit illum priorem in præiudicium alterius, qui ceperat poſſeſſionem.

57 Quartus caſus principalis ſit, quando eiſdem caſus præcedentis terminis retentis, proponamr quæſtio illa, ſpecificè excitata per Fabium de Anna, *in conſil.* 42. *lib.* 1. an ſcilicet, in hac ipſa præcedentiæ materia, præferatur, atque præcedat Senator, aut Officialis priùs electus, qui poſt alium poſtmodùm electum, qui priùs poſſeſſionem habuit, officium poſſidere cæpit, ſi ob Regis ſeruitium fuit impeditus; nam ſi impeditus non fuiſſet, vt poſſeſſionem capere poſſet, præferendum eum, qui priùs receptus fuit, & poſſeſſionem habuit; expeditum & compertum eſt, & caſu præcedenti plenè comprobatum.

Caſus hic, cum ita in indiuiduo eueniſſet, & priùs creatus fuiſſet Regens D. de Ponte, & D. Regens Lan. poſt ipſum electus, priùs poſſeſſionem habuiſſet, *conſilium illud* 42. dictus Author confecit, & conſtanter defendit, regulas illas omnes prioritatis temporis, & quod poſteriori tempore admiſſus, poſteriori loco ſedere debet: Et quod prior in tempore, potior eſt in iure: Et vbi officium habet annexam adminiſtrationem, quod non dicatur quis Officialis, aut Senator, niſi ſit admiſſus, & cæperit adminiſtrare, atque ita poſſidere; ceſſare debere in caſu illo, ob impedimentum ibi propoſitum: nam etſi Regens de Ponte, adminiſtrationem non habuerit, & priùs adminiſtrare cæperit alter Regens, poſt ipſum creatus; tamen ob Reipublicæ intimas, & neceſſarias cauſas (vt compoſitis omnibus ſuæ domus ſupellectilibus, & negotiis, deliberauerat) eidem non licuit, & ex Proregis mandato, iter retraxit, vt annonæ præeſſet; quod munus adeo expleuit ſincerè, ac bona fide, & ſummis eum vigiliis, & laburibus, vt illa, quæ rigidiſſimo pretio vendebantur, & difficillima inuentu erant, tunc viliſſimo, & magna cum facilitate comparari poterant, prout latiùs *ibi*: quo in facto præmiſſo, & præſuppoſito, securè infert, quod is, qui Reipublicæ cauſa, ex Regis mandato abeſt, præſens eſſe dicitur, & proinde habetur, ac ſi Rex ipſe poſſeſſionem officij, tempore quo diſcedere de-

58 bebat, cepiſſet: idque ex iure notiſſimo, & certo, ex quo, abſens ex cauſa Reipublicæ, præſens eſſe videtur; & ob id, omnia ei debentur, quæ præſentibus competunt, ex textu ſingulari, *in l. ſi quis ſtipulatus, ff. ex quibus cauſis maiores:* vbi Gloſſa, *in verbo, eadem*, quæ eleganter inquit, quod ſi ego promiſi alicui decem, ſi eſſem Romæ in Paſcha, & ibi fuerim cauſa Reipublicæ, non videor eſſe, cum hic intelligatur eſſe; & ſic abſens cauſa Reipublicæ, pro præſente in loco habetur. Et hoc etiam notat *ibi* Albericus, & *in tractatu ſtatutorum, lib.* 1 *quæſt.* 184. *num.* 2 vbi expreſsè dicit, quod abſens Reipublicæ cauſa, habetur pro præſente, ac ſi eſſet in loco: ponderat etiam textum, *in l. ſi quis Titio, & in l. Iulianus, §. finali, ff. eod. tit.* vbi Alberic. & Fulgoſ. Bartol. etiam, qui ſummando textum, inquit, quod abſens Reipublicæ cauſa reſtituitur, vt percipiat commodum, ac ſi præſens eſſet; & infert ad Doctores, quibus fuit conſtitutum ſalarium annuum, vt legerent; quia ſi ſunt abſentes Reipublicæ cauſa, illud habent, ac ſi præſentes eſſent: & de hoc textu meminit Oldrad. *in conſilio* 117. *num.* 2. ad idem expendit text. *in l. Seia, §. Pamphilo, ff. de fundo inſtructo:* & *in l. qui mittuntur, §. finali, ff. ex quibus cauſ. maior.* per quem Bald. ſcripſit, quod tempus abſentiæ, pro ſeruitio computatur. Adducit etiam, quod abſenti cum licentia, debetur ſalarium pro tempore abſentiæ, quia videtur adeſſe, prout *ibi* comprobat *num.* 25. Et abſens, pro ſeruitio Superioris, pro præſente habetur, *cap. ex parte, el ſegundo, & cap. cum dilectus, de cleric. non reſident.* Et iuramentum de reſidendo non obſtat illi, qui non reſidet ex licentia, vel facto Superioris, imò gaudet omnibus priuilegiis, & prærogatiuis competentibus his, qui præſentes ſunt, etiamſi de iure ſpeciali competerent; prout *ibi num.* 28. Ad idem ponderat text. *num.* 29. *in cap. ad Audientiam, de cleric. non reſident.* vbi ſtante conſtitutione iurata, & à Sede Apoſtolica confirmata, quod Canonici non reſidentes priuentur fructibus beneficiorum, excepto caſu infirmitatis, vel ſeruitio Sedis Apoſtolicæ; ſi Canonicus eſt abſens pro ſeruitio Epiſcopi, vel Eccleſiæ, percipiet fructus, tanquam præſens: & ita declarant Gloſſa, & communiter Doctores *ibi*; dicentes, quod qui eſt in ſeruitio Epiſcopi, ſeruire Eccleſiæ intelligitur; & præſens dicitur, qui pro ſeruitio Superioris abeſt, nec contrauenit iuramento de reſidendo.

Addit etiam Fabius ipſe de Anna, quod qui in Principis ſeruitio exiſtunt, præſentes cenſentur: prout *ibi* comprobat *num.* 31. & cùm abſenti ex cauſa Reipublicæ detur reſtitutio; hæc operatur etiam in præiudicium tertij, & ſic illius, qui medio tempore acquiſiuit poſſeſſionem officij. Vndè capta poſſeſſione officij per D. Regentem de Ponte, reſtituitur in ſtatum prioritatis temporis, quia eſt reſtitutio, quæ competit de iuſtitia, & non ex gratia: prout videmus in appellatione, quia abſens ex cauſa Reipublicæ, reſtituitur ad appellandum; & tamen, talis reſtitutio præiudicat tertio; & ſic illi, qui ex non appellatione, ſententiam, & rem iudicatam acquiſierat: & hæc Fabius de Anna, *dict. conſil.* 42. *ex num.* 32. *& quatuor ſeqq.* concludens, quod cum D. Regens de Ponte, ad Curiam non acceſſerit, impeditus ex cauſa neceſſaria, facto, & mandato, & cum licentia Proregis, ſuóque ſeruitio vacauerit; habetur, ac ſi acceſſiſſet tempore, quo accedere volebat, & ante alium poſſeſſionem habuiſſet: nec attendi debet, quod priùs fuerit alius poſſeſſionem adeptus, ex quo ipſe erat, pro ſeruitio Regis impeditus. Firmat denique, quod cum hic caſus, aliàs inter alios duos Conſiliarios accidiſſet, pro hac, quam tuetur, opinione fuit deciſus.

Et hactenus Fabius de Anna, cuius reſolutiones exornari poſſunt, ex his quæ adnotarunt Didac. Couar. *variarum lib.* 3. *c.* 13. *n.* 8. Seraph. *deciſion.* 1198. Muneta *de diſtribut. quotidian. q.* 21. Nicol. Garcia, *de beneficiis, p.* 3. *c.* 2. *ex n.* 362. Azor. *inſtitut. Moralium, p.* 2. *lib.* 7. *c.* 7. *quæſt.* 14. & cum aliis Auguſt. Barboſ. *in c. ex parte* 13. *de cleric. non reſident. num.* 2. & 3. *fol.* 730. dum agunt de abſentibus, vt iura Eccleſiæ tueantur, aut propter euidentem eius vtilitatem non reſidentibus, vt diſtributiones quotidianas lucrentur, ac ſi præſentes

sentes essent; & vltra relatos à Barbosa, exornant etiam Cardin. Tusch. *tom. 1. littera A. concl. 32. folio 20. &* maximè, *numer. 3.* vbi quod absentia necessaria, causa Reipublicæ, non debet nocere absenti; sed imò absens ex necessaria causa, pro præsente habetur in fauorabilibus, ex *l. absentia, ff. de regul. iur.* vbi Dec. & alij notarunt, & cum multis Osualdus, *in Donellum, lib. 21. c. 5. littera G.* Sfortia Odd. *de restit. in integ. p. 1. q. 5. art. 4.* Decianus, *tract. criminal. lib. 3. c. 38. ex num. 29.* Ant. Fab. *in ration. ad titul. ff. ex quib. caus. maior. 25. annis in integ. restituan. ex fol. 670. & 671.* ex quo plura deduci possunt: quæ motiua, & fundamenta Fabij de Anna, relata *suprà*, confirmant.

Adhuc tamen negari non potest, quin res habeat magnam difficultatem, quoad intentum principale *dicti consilij* 42. & partem illam, quam Fabius tuetur: nam etsi de iure procedant regulæ illæ omnes, ab eo Authore propositæ; & quod absens de mandato Regis, atque ex causa publica, & necessaria, præsens esse videtur, & ob id, ei omnia debentur, quæ præsentibus competunt; & hæc forsan aliquando dubitandi, & rescribendi Principi, aut Regio Cameræ Senatui, ansam, & occasionem iustam præstabunt, vt rescribentes Senatus, ordinem, & rescriptum Regium expectent, si rerum, & personarum qualitas, ita suadeat; quod non de facili fiet, cùm posset Rex ipse, aut Regius Senatus, si voluisset, super casu præcedentiæ, & antiquitatis rescribere; adhuc tamen, fortissimè vrgent iura omnia, & resolutiones communes Doctorum, *ex n. 51. & casu tertio principali, suprà*, ponderatæ, quæ velut concludenter euincunt, primò admissum, & receptum, præferendum esse alteri postea recepto, & illum præcedere debere, qui priùs possessionem officij accepit, vt *in capite, si à Sede Apostolica, de rescript. libro sexto*, & tot iuribus ab eodem Fabro ponderatis, *eodem consilio 42. ex numero primo, cum sequentibus.* Item, quod imputet sibi Magistratus, aut Senator, priùs aut postmodùm creatus, qui sibi de præcedentia non cauit, atque consuluit, & omisit antiquitatem, & prælationem petere, vt ita præcederet, ac si prius possessionem accepisset, quod curare, & consequi forsan facilè posset eo tempore, quo mandato Regio impeditus, ad possessionem actualem accipiendam accedere non poterat. Vndè velut tacitè videtur iuri suo, & præcedentiæ renunciare, qui diligentiam nullam adhibuit, vt præcederet, aut absentiæ ipsi non contradixit, precesvè non obtulit, vt ea sibi nociua non esset.

Vrget etiam; possessionis commodum, & effectum, magnum esse; cúmque videri debere in possessione tuendum, quem priùs possidere, & priùs possessionem accepisse constat: sic sanè, quoad præcedentiam, prior iudicatur is, qui in possessione inuenitur, & in illa conseruari debet: quod cum aliis scripsit Ponte, *in consilio 14. numero 67. & 68.* Iacob. Philip. Portius, *in consilio 164. nume-*
59 *ro 84.* vbi inquit, quod prælatio ex quasi possessione iudicanda est: Baldus etiam, *in consilio 387. libro primo*, Tiraquellus, *de nobilitate, capite 20. numero 55.* Menochius, *in consilio 116. numero sexto*, Peregrinus, *in consilio tertio, numero primo, & sequentibus*, Fuluius Pacianus, *de probat. libro secundo, capite 26. numero 136.* Perez de Lara, *de Capellan. & anniuersar. libro primo, capite 24. numero 25. & 26.* Fabius de Anna, *in consilio 136. num. 10. & 11. lib. 2. & in consilio 40. num. 11. lib. 1.* vbi post Zabarel. Corneum, Portium, Menochium, Bursatum, & Auendañum, quod in materia præcedentiæ, melior est conditio possidentis, & in ea, secundum quasi possessionem est iudicandum. Et adeo verum esse (addit) quod in præcedentiis attenditur quasi possessio, quod vbi non est datus ordo in sedendo, melior est conditio possidentis: & refert alios sic dicentes; & quod primus occupator loci, vel sessionis, est tuendus in quasi possessione.

Sic quidem, in materia præcedentiæ, interdicta possessoria adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ, concessa sunt ei, qui de iure, aut honore suo conseruando, aut retinendo, siue recuperando, agit, si in eo turbatur, aut inquietatur, aut de facto spoliatur; actio quoque iniuriarum, & officium Iudicis illi datur; quod relatis multis aliis Authoribus, obseruarunt D. Garcia Mastrillus, *de Magistrat. lib. 5. dicto capite quinto, num. 71.* notanter Stephanus Gratianus, *lib. 2. cap. 98. numero 11. per totum*, vbi vide: Ioann. Garcia, *de expens. & meliorat. cap. 8. numero 51.* Cenedus, *collectanea 96. ad Decretal. & collectanea 17. ad Decretum*, Besoldus, *dissert. iurid. polit. de præcedentia, & sessionis prærogatiua, capite tertio, numero quinto, & sequentibus.* 60

Et ex vnico actu quasi possessionis, ius acquiritur in præcedentiis, & iuribus incorporalibus, vt quis conseruari, & manuteneri debeat in quasi possessione præcedentiæ, in qua inuenitur: quod cum aliis adnotarunt Bursatus, *in consilio 343. numero 74. lib. 4.* Mastrillus, *lib. 5. dict. c. 4. num. 34. & 35.* Fab. de Anna, *in cons. 40. num. 8. lib. 1.* Aloysius Riccius, *in praxi, titul. de præcedentiis, quæstione 272. numero sexto, & septimo*, Menochius, *in consilio 126. numero 6. lib. 2.* Perez de Lara, *de anniu. libro primo, capite 24. numero 26. & libro secundo, capite primo, numero 55. & 56.* Gonçalez, *ad regul. Cancellar. glossa 45. § 2. ex numero 29.* Stephan. Gratianus, *tomo primo, capite 111. num. 16. & 17.* Camillus de Latata, *in consilio secundo, numero 29. & 30.* & fuit originalis doctrina Bartoli, *in l. prima. § hoc interdictum. ff. de itinere, actúque priuato*, dummodò intelligatur, id procedere inter easdem personas, inter quas vnicus actus quasi possessionis causatus fuit; secus autem, inter diuersas, quibus ex illo actu nullum præiudicium causatur; Felinus, *in capite, auditis, numero 15. de præscript.* Vincent. de Franchis, *decisione 17. numero 12. & decisione 253. numero 10.* Hippolyt. Riminald. *in consilio 513. numero 54. libro tertio, & in consilio 72. numero 71. libro primo*, Ponte, *in consilio octauo, numero 15.* Molfes. *ad consuetud. Senat. Neapol. prima parte, capite sexto, numero quarto*; D. Garcia Mastrillus, *lib. 5. dicto capite quarto, numero 36. folio 132.* & vltimus actus possessionis inspicitur, *capite, cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propr. l. Mella, §. sed si alimenta, ff. de aliment. & cibar. legat.* & cum aliis notauit Fabius de Anna, *in consilio 40. num. 9. lib. 1. fol. mihi 120.* 61

Quintus, & vltimus casus principalis sit, quod in rescriptis gratiosis, attenditur tempus datæ, *capite, eam te, de rescript.* vbi late Felin. *capite, si eo tempore, capite, tibi qui, eod. titulo libro sexto, capite, cum cui, de præbend. libro sexto.* & cum ordinariis, & aliis notarunt Rebuffus, *responso 24 versiculo, contrarium*, Gambara, *de officio, & potestate legati, libro 11. numero 496.* Fabius de Anna, *in consilio 42. numero 10. libro primo*, Vincent. de Franchis, *decisione 62.* Nauarrus, *consil. 10. de maiorit. & obedient.* D. Valençuela Velasquez, *in con-* 62

folio 34 ex numero 37. vsque ad numerum 43. fol. 174. vbi id ipsum notauit, & addidit, quod ipsis rescriptis gratiosis, temporis prioritas facit gratiam meliorem, & non peiorem, & aliis iuribus comprobat. Et quod promotionis tempus attenditur in salutatione Principis, & aliis honoribus; & quod gratia confert titulum in beneficialibus: & inde, qui est prior titulatus, est præferendus in possessione beneficij, vt per Decium, Fetrer. & Menochium, *ibi* relatos, *num.* 41. Et adeo verum esse, quod prior in data, posteriori præfertur in beneficialibus, vt procedat, etiamsi posterior in data, priùs suas præsentauerit literas, nihilominus, prior in data præfertur, ex *eisdem iuribus, antea relatis*, & aliis *ibidem, numer.* 40.

Eandem quoque commemorauit resolutionem Georg. Cabedus (quem Valençuela non citat) *decisione* 3. *num.* 2. & 6. vbi ponderat text. *in dict. cap. cum cui, de prebend. lib.* 6. & inquit, quod in impetratione beneficiorum inspicitur data, non præsentatio, aut receptio: & ideo ei, cui canonicatus collatus fuit per priorem datam, debetur præbenda vacans, vel quæ primum vacauerit; non autem illi, cui similiter canonicatus in eadem Ecclesia fuit etiam concessus per posteriorem datam, licet priùs literas præsentauerit, & priùs fuerit receptus: & quod idem probat textus, *in capite, capitulum Sancta Crucis, de rescript.* Et *numero sexto*, scribit, quod si aliqua ratione, in dictis iuribus habetur ratio datæ, ideo est, quia gratia facta per solam signaturam valet, nec requiritur de substantia gratiæ, quod sint literæ de ea confectæ, aut expeditæ, & requiritur tantum scriptura ad probationem, non ad essentiam, & validitatem, prout *ibi* comprobat. Eandem denique resolutionem communem tenent Glossæ, Ancharan. Innocentius, Abbas, Decius, Felinus, Ludou. Molina, Marc. Anton. Cucchus, Flamin. Parisius, & alij, cum quibus Augustin. Barbosa, *in collect. ad dict. caput, cum cui 7. de prebend. libro sexto, numero tertio, folio* 267. vbi ex eo textu deducit, quod datæ tempus, non verò præsentationis inspicitur in literis Apostolicis, dummodo gratia sit perfecta, non verò, quando gratia proponitur imperfecta, prout *ibidem, numero quarto, & numero quinto, sexto, & septimo*, explicat aliqua intra. Et antea, *numero secundo*, deduxerat, quod prioritas iuris in beneficiis consideratur, ex tempore tituli, non verò ex tempore traditionis: quod latiùs *ibi* videri poterit; & *in capite, capitulum Sanctu Crucis*, 30. *de rescript. folio* 61. vbi *numero tertio, & tribus sequentibus*, ipse Augustin. Barbosa, in hunc modum scripsit: *Notatur etiam ad hoc, quod priuilegium, vel rescriptum prius in data, preualet secundo, & posteriori, vt per Girondam, de priuileg. seu exemption. explicat. num.* 870. *vnde quando duo beneficiarij concurrunt super vno beneficio, ad cognoscendum, cui priùs ius quasitum est, attenditur tempus data, non tempus signata supplicationis, vt per Vincent. de Franchis, decisione* 62. *numero primo, & ad hoc, vt quis possit facere fructus suos, attenditur tempus data, non tempus, quo litera per Cancellariam expediuntur; ex Cabedo, decisione* 39. *numero quarto. parte secunda, & quia multoties dubitatur, in rescriptis, priuilegiis, & gratiis*
63 *eiusdem temporis, & qualitatis, quod eorum praferuntur, & vtrum praferatur illud de quo acquisita sit possessio, licet sit posterius, & quando tempus data attendatur; vide Menochium, de arbitrar. casu* 48. *Girondam, dicto tractatu, numero* 777. *& resolutiuè tenendum, prius prouisum esse praferendum posteriori, Ripa, de causa possession. & proprietat. respons. tertio, num.* 1. *etiamsi sit in hora, vel puncto, Cassador. de prabendis, decisione* 20. *num.* 1. *Rota Romana decisione* 19. *num.* 2. *cum sequentibus, parte secunda, & decisione* 88. *numer. quinto, libro secundo, parte tertia diuersorum, Menochius, dicto casu* 48. *numer.* 2. *cum sequentibus, & etiamsi posterior esset in possessione, capite, cum cui, de prabend. lib.* 6. *Romanus, in consilio* 398. *num.* 2.

Hactenus Augustin. Barbosa, qui (vt vides) specificè, & expresse asserit cum aliis Authoribus; vsque adeo, datæ tempus attendi in rescriptis gratiosis, & prioritatem temporis facere meliorem gratiam, vt id procedat, etiamsi posterior esset in possessione, idque per textum, quem citat, *in dicto cap. cum cui*: & idem scripsit *in ipso cap. cum cui, num.* 1. vbi ita summauit: *Beneficiorum in impetratione, inspicitur data, non præsentatio, vel receptio.*

Aduerte tamen, quia videtur præcisum, in hoc insistere, & dilucidè magis explanare; nam si bene aduertas, extra casum, & terminos *eiusdem capitis, cum cui*, contrarium videtur dicendum, & datæ tempus non attendi, quando posterior in data præuenisset, & in possessione inueniretur; sic sanè Georgius Cabedus, *decisione tertia, parte prima*, in indiuiduo, & expresse annotasse, atque voluisse videtur: Primò namque expendit textum *in dicto capite, cum cui*, vbi in impetratione beneficiorum inspicitur data, non præsentatio, aut receptio; & ideo, ei, cui canonicatus collatus fuit per priorem datam, debetur præbenda vacans, vel quæ primùm vacauerit; non autem illi, cui similiter canonicatus in eadem Ecclesia fuit etiam concessus per posteriorem datam, licèt priùs literas præsentauerit, & priùs fuerit receptus; & addit, quod idem probat textus, *in capit. capitulum Sanctu Crucis*, vbi latè Felinus, *de rescript. & in capite, si postquam, de prabend. lib.* 6. & notarunt Glossæ *ibi* relatæ; statim autem Cabedus ipse, *num.* 9. sic scribit: *Secundò facit pro hac parte, quod si duobus confertur similis gratia circa assequutionem Canonicatus, & prabenda vacantis, vel proximè vacatura, si secundus priùs recipitur in Canonicum, & ei confertur prabenda ante receptionem primi, vtique in assequutione prebenda prefertur, vt probat textus in dicto cap. ibi qui; in illis verbis, ex quo alteri ante receptionem collata non extitit: & ibi Glossa, & Perusinus, columna prima, Archidiacon. columna secunda in principio, de rescript. lib.* 6. *vbi inquit, quod priùs impetrans esset potior, cum fuit receptus ante collationem factam secundo; quia ipsi primo impetranti fuit primum ius quasitum ad prabendam, propter intentionem mandantis, quando non inuenitur factum completum in persona secundi impetrantis; & facit ratio cap. quamuis, in fine, eodem tit. de resc. lib.* 6.

Cum autem considerasset, atque præ oculis habuisset Cabedus, textum, *in dicto capite, cum cui*, contrarium videri probare, contrarium etiam alios Authores indistinctè tradidisse, prout eos refert; & Cabedum non legit Augustinus Barbosa, *in locis relatis suprà*; eidem in hunc modum respondet, *dicta decisione tertia*, numero decimo: *Nec obstat textus, in dicto capite, cum cui; & in cap. si postquam, de prabend. libro sexto, vbi, si duo à Papa recipiuntur in Canonicos, & secundo confertur prabenda, etiam ante receptionem primi, non valet collatio, sed reuocatur, & prabenda primo impetranti confertur; quia illud est speciale in his, quibus à Papa canonicatus*

nicatus confertur, quia eo ipso, impetranti debetur prabenda, ac si etiam à Papa eidem collata fuisset; vnde etiam ante ipsius impetrantis receptionem, alteri secundo nequit conferri: secus verò in aliis impetrantibus ab aliis inferioribus, vel etiam impetrantibus à Papa alias prabendas, vt in dicto cap. tibi qui; & ita illud speciale format regulam in contrarium.

Hactenus Georgius Cabedus, cui *alio in loco* conuenire videtur Augustinus Barbosa, hoc est, *in cap. si postquam, decimotertio, de prabend. libro sexto*, sic enim scripsit *numero primo, folio* 270. *Papa, quando confert canonicatum alicui, & mandat prouideri de prabenda primò vacatura, & nulli alij de iure debita, si Canonici ignorantes mandatum, conferunt prabendam primò vacantem alteri, ignoranti etiam mandatum, collatio non tenet, quia Canonicus, auctoritate Apostolica factus, habet ius ad primam prabendam, quam iustè potest petere; & non potest alteri conferri, licet ignoranti mandatum.*

Et hactenus de prima, & secunda conclusione Mastrilli, in materia præcedentiæ, & de his, quæ ad singularem, & dilucidam eius explicationem annotauimus.

64 Progreditor autem vlterius Mastrillus metipse, & *libro quinto, de Magistratibus, dicto capite quarto*, tertiam principalem facit conclusionem, In ipsamet præcedentiæ materia, multum attendi consuetudinem, idque *ex numero trigesimo, vsque ad numerum 17. folio 131.* vbi citat Baldum dicentem, quod consuetudo assignat loca sedendi, & non potest præposterari; citat etiam plures alios Authores ita dicentes, & quod huiusmodi consuetudo, siue sit præter ius, siue contra ius; de iure Ciuili, decennio inducitur; & etiam de iure Canonico, in materia præcedentiæ, & quod sufficit consuetudo facti, qualis est obseruantiæ, quæ longum non requirit tempus, sed tantum sic fuisse aliquando seruatum in certis actibus, quod Iudicis arbitrio committitur. Idque in petitorio: nam in possessorio, vnicus & vltimus actus possessionis attenditur, & quod est iudicandum, secundum hanc quasi possessionem in materia præcedentiæ; prout hæc omnia, multorum aliorum Authorum allegatione comprobat: & concludit *num.* 36. quod hæc consuetudo, si contra ius commune disponat; non potest extendi de persona ad personam, nec de casu ad casum; vt dixerunt quoque Molfes. & Ponte *ibi* relati.

His addendum est, vltra Authores relatos à Mastrillo, in eadem sententia, & opinione, quod scilicet, in honoribus, & in materia præcedentiæ, sit multùm efficax, & potens consuetudo; post Glossas, & ordinarios, & alios multos fuisse Tiraquellum, *de nobilitate, capite 20. numero* 55. Boëtium, *decisione* 55. *& de auctoritate magni Consilij, numero* 68. Cordubam de Lara, *in l. si quis à liberis, in principio, numero 21. & sequentibus*, Ioann. de Garcia, *de nobilitate, glossa 18. ex numero* 44. Menochium, *in consilio 51. num. 49. & sequentibus, libro primo, & in consilio 126. numero tertio, libro secundo, & in consilio 257. numer.* 36. vbi quod is iudicandus est maior, & dignior, atque cæteris anteponendus, qui pro veteri more, & consuetudine, ita habitus est; & *in consilio 302. numero 43. volumin. quarto*, vbi etiam, quod ex consoetudine regulari debent tituli, dignitates, & præcedentiæ, Ludou. Rodulphinus, *in tractatu de origine, dignitate, & potestate Du-*

cum Italia, numero 234. & 252. & sequentibus. Fuluius Pacianus, *de probat. libro secundo, capite 26. numero* 136. Gigas, *de residentia Episcopi, capite 18. numero decimo*, Felix Contelorius, *in quastione de pracedentia, numero sexto, &* 58. Fabius de Anna, *in consilio 40. libro primo, ex numero primo, vsque ad numerum decimum*, ex quo deduxit Mastrillus conclusiones omnes, quas retuli *suprà*. Item, quod in præcedentiis attenditur consuetudo, secundum quam, minores etiam præcedunt maioribus; & si consuetudo non adest, assignantur loca secundum qualitatem personarum; & quod consuetudo, quæ assignat loca sedendi, & standi, non debet præposterari; ac denique adducit Bald. dicentem, quod Barones, penes Regem debent sedere ordine consueto. Elbert. Leonin. German. *in consilio 10. numero primo*, Perez de Lara, *de anniuersar. libro primo, capite 24. numero* 18 Bobadilla, *libro tertio, capite secundo, numero 23. & littera F* Camillus de Larata, *in consilio secundo. ex numero* 28. Gonçalez, *ad regulam Cancellaria, glossa 45. §. secundo. ex numero 29. cum sequentibus*, Stephanus Gratianus, *tomo tertio, capite 492. numero nono, & tomo quarto, capite 867. numero 27. & tomo secundo, capite 198. numero octano, & nono, & numero* 99. vbi vide, explicat enim, qualis debeat esse consuetudo, vt attendatur, & seruetur, & hos omnes, Parisium etiam, Aretinum, Marçarium, Oroscium, Nauarrum, Seraphinum, Ioannem Aloysium, Vincent. de Franchis, & alios, ego metipse in vnum congessi, & retuli eos, *in tractatu pracedentia*, ex citata competentiæ quæstione, quam retuli *suprà, littera H. fol.* 3.

Addo nunc singularem, & copiosum locum D. Valençuelæ Velasquez, *in consilio 34. ex numero 132. vsque ad numerum 183. ex folio* 281. vbi vtiliter admodum, atque ex professo magis, quàm alij fecissent, declarat, vtrùm consuetudo debeat seruari in honoribus, & præcedentiis, & eius virtus, vis, & potentia: & qualis ipsa esse debeat, & an attendatur, si sit contra ius, aut ambitiosa, aut tollens priuilegia dignitatis, aut si Ecclesiæ, vel iuri publico præiudicet, aut contra rationem & æquitatem naturalem, aut non sit vniformis, aut contra honestatem sit, aut si non probetur in specie, & an inducatur ex longa tolerantia contra ius, & an debeat esse legitimè præscripta, & an requirat frequentiam actuum, scientiam Superioris, & bis pro ea iudicatum fuisse; de quibus, & aliis, longa serie, *ibi* agitur.

De vi etiam, & efficacia obseruantiæ, & quod 65
ita in aliis casibus obseruatum fuerit, ego quoque metipse congessi nonnulla, *in commentariis tomi quinti, capite 93. & §. septimo, ex numero quinto, cum sequentibus, folio* 372. vbi cumulaui Authores quamplurimos, qui rem hanc exornarunt; sunt etiam videndi Petrus Cenedus, *in collectan. 62. ad Decretales, numero tertio*, Doctor Valençuela Velasquez, *in consilio 52. numero 45. & sequentibus, & in consilio 53. ex numer. octano*, Doctor Ioannes de Solorzano, *de Indiarum iure, lib. secundo, capite 24 ex numero 84. & libro tertio, capite primo, ex numero* 25. Sic sanè, ab obseruantia ipsa, & exemplo, aliis in casibus, præcedentiam ipsam regi, & gubernari posse, & debere, ex eisdem antea relatis Authoribus deducitur manifestè, prout *ibi* notaui.

Deducitur etiam, quod cùm Magistratuum, & Senatorum, publicorúmque Officialium honores, & præeminentiæ sint iuris publici,

ob benemerita,& seruitia præstita, quæ transiuit in vim contractus; & ob id non potest absque causa reuocari:& comprobat Mastrillus,*num.* 30. & 31.

Ampliat tertiò Mastrillus, *numero* 32. vt non solum reuocari non possit absque iusta causa officij concessio, sed etiam nec minui.

Ampliat etiam, *ex num.* 35. *vsque ad numer.* 41. in officiis à Rege venditis,vel in iurisdictionibus pretio concessis, quæ sine iusta causa auferri non possunt, cum concessio huiusmodi, in contractum transierit; quod si ex causa publicæ vtilitatis, auferri huiusmodi officia contingeret; deberet acceptum restitui, nisi culpa Officialis causam dedisset.

23 Ampliat etiam idem Mastrillus, *ipsomet capite* 27.*numero* 41. vt procedat quoque in inferioribus à Principe supremo, vel Rege; hi namque Officialem suum reuocare non possunt: & addit, quod si reuocarent, tenerentur ad omnia damna, tam in foro conscientiæ, quàm in foro contentioso, sicut non possunt spoliare, vt per Annam, & Bobadillam,*ibi* relatos.

24 Et confirmat Mastrillus, *numero* 44. quia electores inferiores, facta electione, non possunt mutare propositum, eam reuocando, & aliam de nono faciendo; vt *ibi* comprobat, & reddit rationem; quia per electionem ius acquiritur
25 electo, licet non acquiratur exercitium;atque ita variare non licet; quod etiam comprobauit *ibidem:* & vltra eum Augustinus Barbosa, *in cap. publicato* 58. *de electione,num.*2.& 4.*fol.*141.

26 Omnes etiam à me relati suprà, *numero* 22. *ex versiculo, ac inter alios, optimè comprobatum,* vnanimiter ex his deducunt, quod Officialis quicunque, aut Tabellio, vel alius deputatus, aut nominatus ad beneplacitum, non potest remoueri sine causa, sed debet esse perpetuus: & Locumtenens, & Vicarius Episcopi remoueri non potest sine causa, & Capellanus ad nutum patroni, vel Episcopi, non potest remoueri sine causa;& quod beneficium, ad nutum amouibile, non potest sine causa auferri; & his alia similia notarunt.

Et hactenus de iure Regali, quod circa reuocationem Magistratuum, & Officialium, Regibus, & Principibus supremis,ex vrgenti, & iusta causa,non aliàs competit.

Sed & præcedentiæ quoque Magistratuum,& Officialium metipsorum, inter Regalia etiam enumerari, & referri solent; & cùm ipsi simul concurrunt,de præcedentiis sæpissimè agitari, & controuerti solet, & controuersiæ, atque contentiones excitantur; vtpotè, cùm Magistrati-
27 bus, & Officialibus suas magnificare, & defendere prærogatiuas, & præeminentias, absque ambitione, & superbia, licitum esse communiter receptum fuerit;& cum aliis Authoribus per Mastrillum obseruatum, *de magistratibus, libro quinto,capite quarto, numero primo,folio* 129. Idque in vtroque foro, & absque labe peccati, prout *ibidem* notauit; & vltra relatos ab eo, id ipsum scripserunt Chassaneus, *in Catalogo Gloria Mundi, prima parte, consideratione secunda, & nona*, Tiraquellus etiam,*alio in loco*,vltra relatum à Mastrillo, *de nobilitate* inquam, *capite* 20. *numero quinto*, Tiberius Decianus, *responso septimo, numero secundo,& 71. libro tertio*, Bursatus, *in consilio* 343. *numero primo*, Guerta, *in consilio primo, numero primo*, Iacob. Menochius, *in consilio* 51.*numero tertio, libro primo, & in consilio* 126. *numero primo, libro secundo*,quo loco dumtaxat, retulit eum Mastrillus, *dicto numero primo*, idem Menochius, *in consilio* 902.*numero primo,libro decimo*, vbi pro iustificatione defensionis, & contentionis præcedentiarum,& quod iustitia distributiua,& conseruatio ordinum diuinorum, & naturalium, in eis consistit, singularia admodum verba profert, *ex versiculo: nam ij nihil aliud mihi agere videntur:* notarunt quoque Didac. de Valdes, *de dignitat. Reg. Hispan. in præfatione, numero duodecimo*, Besoldus:*in dissert.iurisd. Polit. de præcedentia, & sessionis prærogatiua, capite tertio, numero octauo*, Redin *de Maiestate Princip. folio* 32 *num.* 134. & facit textus, *in capite finali*, 89.*distinct.*quem ponderauit, & aureum dixit Tiberius Decianus *vbi suprà:*quatenus inquit, quod,dum quilibet seruat suum gradum, societas humana in pace conseruatur, facit etiam textus, *in l. si quando, C.de statuis, & imaginibus, & in l.finali,C.de primiceriis, & tot.titul. vt dignitatum ordo seruetur,libro* 12.

Præcedentiarum etiam, & honorum causæ, 28
tam respectu sedendi, & standi in locis publicis, quàm aliis respectibus, existimantur quidem singulares, & magnæ importantiæ, & considerationis; grauis etiam,& maximi præiudicij;quod relatis aliis Authoribus, tradiderunt Puteus, *decisione* 440. *libro secundo, & decisione sexta, libro tertio*,Marta *voto* 88.Seraphinus, *decisione* 22. *numero secundo, & decisione* 81. *numero primo*, Gonçalez,*ad Regulam Cancellaria, in proœmio,*§.4. *numero* 30. & 31. *folio* 26. Stephanus Gratianus, *tomo secundo, capite* 298. *numero* 9.& *in addit. ad decisionem* 230.*numero secundo, & tomo quinto, capite* 845. *numero primo*, Decianus *in consilio secundo, numero* 167.*libro secundo*, Corduba de Lara, *in l. si quis à liberis, in principio, ex numero* 24. Anellus Amatus, *in consilio* 30. *numero* 12. & 13. & induci potest textus,*in capite, cum olim,de consuetudine, & in l. quoties*, vbi Bald. *numero* 2.*C. vbi Senatores, vel clarissimi.*

Ideircò, cum materia hæc, adeò assiduè, & frequenter occurrere soleat, & necessaria admodùm, atque vtilis sit ad sedandas varias inter Magistratus contentiones, quæ inde oriri consueuerunt, vt inquit Mastrillus, *libro quinto, dicto capite quarto, numero primo*, nonnullis conclusionibus, & regulis generalibus, eam illustrare, atque declarare, vtilissimum futuris negotiis occurrentibus existimaui, prout eandem conclusionibus nonnullis declarauit Mastrillus metipse, *de magistratibus, libro quarto, cap.*14. aliquando etiam, cum euenisset casus contentionis, & competentiæ, super præcedentia in modo sedendi, & in ordine votandi, inter me, & D. D. Antonium Chumacero de Sotomayor,nunc Supremi Regij Consilij Castellæ, meritissimum, atque præstantissimum Consiliarium,& semper doctum admodùm, atque ingeniosum virum, ingenti studio, & diligentia egometipse adnotaui, atque cumulaui quamplurima; nunc & alia addam, quæ tunc omisi, quia casui illi non conueniebant.

• Primo igitur loco obseruandum est, quod in 29
præcedentiis, ordo dupliciter considerari potest, temporis scilicet, & qualitatis; & ordo qualitatis potior est ordine temporis, sic non curatur de ordine temporis, vbi locum habet ordo qualitatis, quia dumtaxat obtinet inter existentes in æquali dignitate; secùs autem, vbi essent inæquales, quo casu non temporis ordo

ordo, sed ille prior est aliis, qui maiorem dignitatem obtinuit. Vnde in sedendo, subscribendo, incedendo, & loquendo, hi maiorem prærogatiuam habent, qui digniores sunt, vel ratione dignitatis, vel temporis promotionis ad officium; quod etiam in spatio vnius horæ, imò & in vno momento consideratur. Et si Magistratus, aut Officiales plures, eodem tempore, ad idem officium, aut dignitatem assumpti sint, ille præferri debet, qui aliis qualitatibus, & prærogatiuis decoratus reperitur. Cæterum Consiliarius, vel Senator, primò receptus, & qui primò dignitatem acquisiuit, aliis postea receptis præfertur: & qui primò nominatus fuit ad officium, vel dignitatem, præcedit alium postea nominatum: & qui priùs possessionem officij accepit, præcedit eum, qui postea possessionem acquisiuit: & qui priùs suas litteras præsentauit, præcedit eum, cuius litteræ exinde sunt præsentatæ; & hæc in effectu, tam in prima, quàm in secunda conclusione tradit Mastrillus, *libro quinto, dicto capite 4. ex numero 4. folio 130. vsque ad numerum 30.* vbi iure, authoritate, & ratione comprobat ea; nec repeto, cum *ibi* videri possint; & antea, *libro quarto, cap. 14. ex numero 1. vsque ad numerum 64. folio 57.* in eadem materia præceden-
30 tiæ, & sessionis locorum, multa quoque tradiderat: & vno, & altero loco, semper concludit; quod inter Magistratus, & Senatores, Regiósque Officiales, in officiis, & dignitatibus, quibus administratio est annexa, ille præcedit, qui prius possessionem adeptus est, quamuis alter, priùs
31 electus, aut nominatus fuisset. Et hæc, & alia, quæ dictis duobus locis Mastrillus cumulauit, atque adnotauit, *numeris sequentibus* sunt exornanda, & aliquibus illustranda.

32 Exornantur etiam per Vincent. de Franchis, *decisione 138. & 144. & 199. & 365. & 388.* Stephan. Gratianum, *tomo primo, cap. 111. per totum, & tomo secundo, capit. 298. per totum, & tomo tertio, cap. 593 & decisione 232.* Riccium, *collectanea 147. & 146. & in praxi, titulo de præcedentiis*; Christ. Besoldum, *dissert. iurid. politic. de præcedentiis, capite primo, & sequentibus*, Raigerium, *in thesauro iuris, verbo, præcedentia*: Azeuedum, *in curia Pisana, libro secundo, cap. 2.* Cabedum, *decisione 3. & 4. & 5. & 6.* Peregrinum, *in consilio 3. numero 39.* Fel: Contelorium, *de præcedentiis, per totum*, Ponte, *in consilio 14. ex numero 38. & numero 38. & sequentibus*; vbi Menochium, nonnullis in locis citat: Viuium, *decisione 290.* Caputaquen. *decisione 308.* Mastrillum ipsum, *decisione 130. parte 2.* Fabium de Anna, *in consilio 40. & 42. libro primo, & in consilio 112. & 136. libro secundo*, D. Valenzuelam Velasquez, *in consilio 34. per totum*, Carolo de Tapia, *in consilio Italiæ 21. per totum*: & ego metipse, in casu occurrenti competentiæ, nonnulla scripsi *anno 1629.* provt retuli *suprà, numero 28. in fine.*

Deinde obseruandum est, Mastrilli Placito, &
33 resolutioni, *libro quinto, dicto capite 4. numero 4. & 5. & 6.* omnes Recentiores, provt Antiquiores etiam, ab eis relatos, conuenire, & verissima esse tradita *suprà, num. 29.* quod in præcedentiis, ordo dupliciter considerari debet, temporis scilicet, & qualitatis; & quod ordo qualitatis potior est ordine temporis. Et cætera relata *eodem numero 29.* quæ ideò non repeto; probantur autem ab eisdem, cumulatis *numero præcedenti.* Et per Valenzuelam Velasquez, *dicto consilio 34. numer. 89.* vbi quod ordini temporis, præfertur ordo qualitatis, per text. *in capit. laicis, 16. quæstione 7. & numero 90.* quod maior dicitur, qui dignitate præcedit, *cap. dudum, el 1. de electione, l. prima, ff. de albo scribendo*, & antea, *numero 98.* vnde ordo temporis præualet inter existentes in æquali dignitate, aut officio, ordo qualitatis præfertur inter inæquales: & dignioribus debetur maior locus; & digniora, & digniores sunt præferendi, provt *ibi, numero 205. & 206.* & *in discursu præcedentia, numero 69. & sequentibus*, Tiraquellus, *de primogenitura, in præfatione, numero 79.* Cephalus, *in consilio 615 numero 19. & 133.* Marzarius, *in consilio 26. numero 58.* Menochius, *in consilio 116. numero 31. & in consilia 902. numero 50.* Tiberius Decianus, *in responso 219. numero 26. volumin. 3.* Ponte, *decisione 8. numero 31. & in consilio 14. numero 39. & numero 46. & sequentibus, & numero 63.* vbi etiam, quod ordo qualitatis, & dignitatis præfertur ordini temporis, quando qualitates, & dignitates non sunt æquales, Bobadilla, *in Politica, libro secundo, capite 16. numero 25.* Amatis, *in consilio 30. numero sexto*, Cabedus, *decisione tertia, & quarta*, Carol. de Tapia, *in consilio 21. numero septimo, & sequentibus, & numero 23. & sequentibus*, Vincent. de Franchis, *decisione 199. & 365.* Peregrinus, *in consilio tertio, numero 39.* Besoldus, *in dissert. de præcedentia, & sessionis prærogatiua, capite tertio, numero tertio, & quarto*, Riccius, *collect. 1446. part. 4.*

Sic sanè, ex digniori, & præstantiori, maiorí- 34
que qualitate, & præeminentia officij, aut dignitatis, præcedentiæ causa gubernatur, atque definitur, *l. 1. & toto titulo, C. vt dignit. ordo seruetur, l. honor, §. gerendorum, & l. vt gradatim, ff. de muner. & honoribus, capit. statuimus, de maiorit. & obedient.* Baldus, *in l. decernimus, in secundo notabili, C. de Sacrosanctis Eccles.* Menochius, *in consilio 52. numero 27.* Seraphinus, *decisione 1445. numero tertio*, Fabius de Anna, *in consilio 40 num. 47.* Marta *voto 101. numero septimo, & octauo*, Ioann. Andr. Georgius, *allegatione 35. numero primo*, Alexand. 35
Ludouisius, *decisione 310. numero tertio, & nono*, ex antiquiori dignitate, aut Senatu, vel Senatore antiquiori, cæteris paribus, præcedentia, & prælatio conceditur, *dicta l. prima, vt dignitat. ordo seruetur, libro 12. l. vnicuique, C. de prox. sac. scrin. l. prima, C. de consulibus, eod. libro*, & aliis iuribus, pluribusque Authoribus relatis, exornant Chassaneus, *in consuetud. Burg. quarta parte, consideratione 76. & parte 11. consideratione 17. & parte 12. consideratione 99.* Ruinus, *in consilio 19. numero primo, libro primo*, Romanus, *in consilio 438. numero 14.* Parisius, *in consilio 12. ex numero 81. libro quarto*, Marçarius, *in consilio 26. numero tertio*, Tiraquell. *de primogenitura, in præfatione, numero 35. & sequentibus*, Bursatus, *in consilio 343. numero quinto, libro quarto*, Rolandus, *in consilio 47. numero 70. libro primo*, Vincent. de Franchis, *decisione 144. numero secundo*, Portius, *in consilio 70. numero 18. & in consilio 167. numero 51.* Decianus, *in consilio 21. numero 60. libro primo*, Menochius, *in consilio 51. numero 39.* Stephanus Gratianus, *tomo tertio, capite 593. numero 29.* Schrader. *de feudis, parte decima, sectione nona, numero 54.* Rosental. *in eodem tractatu, 4. parte, capite sexto, conclusione 39. numero nono*, Felix Contelorius, *de præcedentiis, numero secundo*, Cephalus, *in consilio 615. numero 21.* Christ. Besoldus, *dissertation. iurid. de præcedent. & sessionis prærogatiua, capite tertio, ex*

numero secundo, cum seqq. folio 147. Boërius, *de authoritate magni consilij, numero* 86. *& sequentibus.* Marinus Freccia, *de subfeudis, libro primo, capite de officio magistri iudicarij, numero* 28.

36 Ex qualitate quoque magistratus, aut officij, cui consiliarij, aut Senatoris nomen, vel aliud honorificum iniunctum, & appositum fuerit, si cum alio concurrat, cui ea qualitas deficiat; præcedentia inducitur; iuxta doctrinas, & resolutiones Baldi, *in consilio* 387. *libro primo*, Abbat. *in consilio* 21. *libro primo*, Mazarij, *in consilio* 26. *num.* 64. Signoroli, *in consilio* 13. Chassan. *in Catalogo Gloriæ Mundi, quarta parte, consideratione* 51. *& quinta parte, consideratione* 37. Tiraquell. *de primogenitura, quæstione sexta.* & per Gamam, *decisione prima*, & ibi eius Additionatorem, *ad finem:* Menochium, *in consilio* 51. *numero* 6. *& in consilio* 52. *numero* 27. *libro primo, & in consilio* 126. *num.* 15. *libro secundo, & in consilio* 902. *numero* 16. *libro* 10. Gratianus etiam, *disceptation. cap.* 111. *ex numero* 71. *cum sequentibus*, Carolus de Tapia, *dicto consilio* 21. *ex numero* 21. *& sequentibus.*

37 Vel si officium, aut magistratus habeat ampliorem, & maiorem iurisdictionem; quia maioritas iurisdictionis arguit maioritatem dignitatis, & præeminentiæ, quod notabiliter scripsit Baldus, *in l. quilibet, C. de Decurionibus, libro decimo.* Abbas, *dicto consilio* 21. *l.* 1. Chassaneus *d. parte* 12. *consideratione* 56. *& sequentibus*, Menchaca, *controuers. illust. in præfatione, numero* 117. Stephanus Gratianus, *dicto cap.* 111. *numero* 76. *& duobus sequentibus*, Peregrinus, *in consilio tertio, numero* 39. *&* 53. Hostiensis, Decius, Afflict. & Gundisalu. de Villadiego, quos Gratianus, *vbi suprà*, recenset: Boërius *decisione* 186. *numero octauo*, Riccius, *collectanea* 1446. Seraphinus, *decisione* 964. Rota, *decisione* 4. *de electione, in nouiss.* Mastrillus, *decisione* 130. *numero decimonono.* Bobadilla, *libro secundo, cap.* 10. *ex numero* 48. & notauit etiam idem Baldus, *in cap. cum olim, de consuetudine.*

38 Communis etiam æstimatio, & communis omnium opinio, in præcedentiis, & dignitatibus, multum operatur, vt is præcedere debeat, quem vulgus, & communis hominum opinio, præstantiorem, & meliorem esse existimat; argumento textus, *in l. athletas §. primo, ff. de his qui notant. infam. & in l. prima, ff. de fluminibus.* & eorum, quæ notarunt Antonius Corsetus, *in singularibus, in verbo, opinio:* Euerardus, *in loco, ab opinione vulgi.*

39 Personarum etiam, in quas iurisdictio exercetur, qualitas, in materia præcedentiæ, maxima in consideratione habetur; si sunt illustres, & nobiles, & aliis præstantiores, consideratione quacumque: quia quo quis melioribus præest, eo maior, & sublimior est; prout ego metipse specificè annotaui *in notatis ad præcedentiarum tractatum, folio* 15. *& littera P.* retuli *text. in §. nos igitur, in authent. de defensor. ciuitat. & in l. quilibet, C. de Decurion. libro decimo*, vbi notauit Baldus, Portius etiam Imolensis, *in consilio* 167. *numero* 29. Boërius, *in tractatu, de ordine graduum vtriusque fori, numero* 45. Menochius, *in consilio* 51. *numero* 11. *libro primo, & in consilio* 126. *numero* 15. *libro secundo, & in consilio* 902. *numero* 16. *libro decimo.* Chassaneus, *in Catal. glor. mund.* 4. *parte, consideratione* 5. *versiculo octauo, & parte* 12. *consideratione* 56. *& sequentibus*, Baldus etiam scripsit *in consilio* 333. *colum.* 2. *libro tertio*, Romanus, *in consilio* 460. *Illa verba, in fine:* vbi quod Prætor Florentiæ, dignior est Prætore Prati, quia præest maioribus. Signorolus, *in consilio* 23. *Quæstio disputata in principio*, vbi quod ille dicitur melior, & nobilior, qui præest melioribus, & nobilioribus: Refert Cardinalis Tuschus, *tomo* 2. *littera D. conclusione* 430. *numero* 13. *&* 14. *folio* 675.

Etsi sint ditiores, Tiraquellus, *de nobilitate, capit.* 3. *&* 20. Chassaneus, *prima parte, consideratione* 12. *&* 18. Otalora, *de nobilitate, libro quinto, capite finali, numero decimoquinto*, Ioannes Garcia, *in eodem tractatu, glossa decimooctauo, ex numero* 44. *cum sequentibus*, vbi agunt de nobilitate, & præstantia, atque præcedentia, quæ ob diuitias adquiritur. 40

Ex magnitudine etiam causarum, & occupatione, & exercitio officij, seu magistratus, præcedentia causatur: Baldus, *in rubrica, ff. de officio Proconsulis*, Felinus, *in rubrica, de maiorit. & obedient. numero quarto*, Glossa, *in cap. statuimus verbo, consuetudinem, de maiorit. & obedient.* & ibi omnes Doctores communiter: *in consilio* 161. *final.* Rota, *decisione quarto, de electione, in nouiss.* Tuschus, *tomo secundo, conclusione* 430. *numero sexto, &* 18. 41

Habens etiam dignitates plures, præfertur ei, qui vnam tantum æqualem habet, sicuti obseruarunt Ponte, *in consilio decimoquarto, numero* 43. Mastrillus, *de magistratibus, libro quinto, cap.* 4. *num.* 41. vbi hoc, pro sexta conclusione, in materia præcedentiæ adduxit. 42

Et in eadem materia, quod maior, & dignior altero, eo etiam minor, & minus dignus, vnus & idem haberi possit, diuersis respectibus; & modò præferri alteri, modò eidem postponi; atque ita duplicis, & diuersi iuris, ob diuersos respectus considerari, & censeri; post Glossam, Decium, Chassaneum, Tiraquel. & alios, singulariter annotauit Menochius, *in consilio* 902. *numero* 71. *vsque ad numerum* 76. *libro decimo*, Stephanus Gratianus, *tomo primo, dicto capit.* 111. *num.* 13. latiùs *capite* 298. *numero* 2. *&* 26. *&* 46. vbi videri poterit: Camillus Borellus, *de præstantia Reg. Cathol. capit.* 46. *numero* 46. Gizarel, *decisione Neapolitana* 43. *numero* 23. Cardinalis Tuschus, *tomo* 6. *littera P. conclusione* 317. D. Valenzuela Velasquez, *in discursu præcedentia, ex numero* 28. *cum sequentibus: & in consilio* 94. *numero* 78. & extat singularis decisio, *l. tuterem, ff. de his; quibus vt indignis:* in illis; *Discreta sunt enim iura, quamuis plura in eandem personam deuenerint, aliud tutoris, aliud legatarij:* & exornauit nonnullis D. D. Ioann. de Solorzano, *in commentariis, de Indiarum iure, libro* 2. *cap.* 20. *ex numero* 7. *cum pluribus sequentibus.* 43

Maior denique, & dignior præsumitur ille, qui primò nominatus est, quia ordo verborum designat ordinem intellectus; & in materia præcedentiæ multùm attenditur, vt primò nominatus præferri debeat; sicuti scripsit Baldus, *in l. cum quidem, numero* 3. *C. de verborum significat.* Glossa, *verbo, Regum, in Clementina prima, de Baptismo*, & ita notarunt quoque cum aliis pluribus Authoribus, Ponte, *in consilio* 14. *numero* 58. Fabius de Anna, *in consilio* 36. *numero tertio, & quarto, & in consilio* 40. *numero* 12. Vincent. de Franchis, *decisione* 138. *in principio*, D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libro quinto, capite quarto, numero* 24. *&* 25. D. Carolus de Tapia, *in consilio* 21. *numero primo, & secundo*, vbi quod primò nominatus, præcedit alios, eodem tempore 44

pore electos; & quod ordo scripturæ attenditur in electione plurium simul facta; & vltra relatos ab his, Menochius, *in consilio 901. numero 18. & 26. volum. 10.* Felix Contelorius, *de præcedentia, ex numero sexto, cum sequentibus*, Ludou. Rodulphus, *de Ducibus Italiæ, ex numero 158.* Valdes, *de dignitat. Regis Hispaniæ, capite secundo in fine*, Chassaneus, *in Catalogo Gloriæ Mundi, prima parte, consideratione 17. & parte septima, consideratione octaua*, Tuschus, *tomo secundo, littera D. conclusione 430. numero 19.* Ab ordine quoque litteræ, & priori nominatione, validissimum argumentum, & coniecturam deduci, variis in casibus, obseruatunt, atque exornarunt permulti illi iuris Interpretes, quos ego metipse, in vnum congessi, *in commentariis de vsufructu, capit. 40. numero 17. & 18. folio 191.* & explicaui inferius, *num. 30. & tribus sequ.* & expendi textum vulgatum, *in l. quoties, ff. de vsufructu, & in l. cum pater, §. à te peto, ff. de legatis 2.* & eadem de re, iterum egi, & alios multos cumulaui Authores, *in commentariis tom. quarti, cap. 51. ferè per totum, ex fol. 491.*

Ex his quidem, satis exornatæ remanent conclusiones illæ duæ D. Garciæ Mastrilli, *libro quinto, dicto capite quarto, ex num. 2. vsque ad numerum 30.* quod ordo scilicet temporis locum haber inter existentes in æquali dignitate, magistratu, aut officio; secus autem, vbi inæquales essent, quia tunc is præfertur, qui maiorem dignitatem obtinet: ex quo hactenus ostendimus, ex quibus, altero maior, & dignior aliquis reputari debeat, vt qualitatis magis, quàm temporis ordo setuetur.

45 His autem addendum etiam est, quod honor, & prælatio, seu præcedentia, aliquando non prouenit ex iurisdictione, neque ex qualitate, aut antiquitate temporis, sed ex repræsentatione; quod cum aliis Authoribus, singulariter ostendit Stephan. Gratianus, *tomo primo, dicto capite 11. numero 70.* dicens; quod delegatus Papæ, in causa sibi commissa, ideo est maior, & superior Ordinario, quia vices Papæ gerit, & per eius repræsentationem: & sic maioritas, & superioritas tota tribuitur repræsentationi metipsi, alioquin, si ad iurisdictionem esset referenda, sequeretur Ordinarium, qui ampliorem, firmiorem, & digniorem habet iurisdictionem; vnde delegatus Papæ, dicitur maior, & dignior Ordinario, quoad causam sibi delegatam, & commissam, non autem extra illam; prout latiùs, ipse Grat. comprobat, *n. 65 & seqq.*

Addendum quoque est & aliud, summè necessarium, quod huic loco reseruaui, quatenus ex ipso Mastrillo, *libro quinto, dicto capite quarto, numero nono, & decimo, & 27. & 29.* & antea, *libro*
46 *quarto, capit. 14. ex numero 34. vsque ad numerum 47.* retuli *suprà, numero 19. & 30.* quod inter eosdem Senatores, & Consiliarios, qui primò receptus fuit, alteri præfertur, & ille præcedere debet, qui priùs possessionem officij acceperit, aut qui priùs litteras suas præsentauit. Et quod quis, dignior, & maior reputatur, vel ratione dignitatis, vel temporis promotionis ad officium, vel quia priùs possessionem officij accepit. Item, quod inter Magistratus, & Senatores, Regiósque Officiales, in officiis, & dignitatibus, quibus administratio est annexa, ille præcedit, atque præfertur, qui priùs possessionem adeptus est, licet alius primò nominatus aut electus fuerit; cum verò dignitas sine administratione est, ex electione & concessione dicitur acquisita, nullo alio actu necessario, neque facto ministerio interueniente, prout *dicto cap. 14. lib. 4. ex num. 34. vsque ad numerum 47.* Mastrillus metipse resoluit, & comprobat.

Ego sane, pro maiori, & distincta magis explanatione, atque enucleatione huiusce materiæ, nonnullos casus distinguendos & conclusiones nonnullas deducendas duxi, atque considerani, quibus articulus ipse accuratè, & dilucide magis quàm hactenus sit per aliquem ex Recentioribus omnibus, explicatus manebit.

Sit igitur primus casus, quando plures Magistratus, aut Senatores, vel Officiales simul & eodem tempore, aut vna & eadem electione (vt sæpè contingit) fuerunt nominati, & electi, aut etiam vnus post alium, vel alia electione diuersa, ante adeptam tamen à priori nominato possessionem, aut à prioribus nominatis, Rex ipse Supremus, aut Cameræ præstantissimus Regius Senatus, præcedentiam, & ordinem declarauerit, aut eisdem, antiquitatis, seu prioritatis formam, & modum præscripserit, atque designauerit: & tunc quidem, res erit indubitata, & hi præcedent, quibus præcedentia ipsa, aut prælatio concessa fuerit; est namque in eadem præcedentiæ materia, certissima illa conclusio, quam pro 17. conclusione proposuit Mastrillus, *libro quinto, dicto cap. quarto, num. 73.* quod Princeps potest ex causa, & de potestate ordinaria concedere alicui officium cum prælatione aliorum Magistratuum, maiorem, vel æqualem, aut minorem dignitatem habentium; sicuti adnotarunt Ioan. de Platea, Francisc. Marcus, & Ponte, *ibi relati.* Et id ipsum, vltra relatos à Mastrillo, tenent Baldus, Ruinus, Nauarrus, Menochius, & Decisiu Rotæ, quos commemorauit Stephanus Gratianus, *tomo quinto, capite 940. numero sexto*, & scripsit, præeminentias, & præcedentias, à voluntate, & dispositione Regum, & Principum supremorum pendere. Camillus de Larara, *in consilio 2. numero 72. & 77. & 78.* vbi quod in præcedentiis, sit pro ratione, legis, aut Principis voluntas, D. Franciscus Alfarus, *de officio Fiscalis, glossa septima, numero secundo, folio 20.* Elbertus Leoninus, *in consilio primo, ex numero secundo*, Besoldus, *de præcedentia, capite secundo, in fine.* His addendum est, in dubio iustam causam esse præsumendam, & debere præsumi in Principe, nec licere inquirere, cur ita fecerit; siue præferendi vnum, aut alterum, aut præcedentiæ concedendæ an interuenerit causa iusta, necne; quod multis, quidem comprobari posset; & maximè ex his, quæ Interpretes nostri obseruarunt, dum inquirunt, an in Principe iusta causa præsumatur, de quo ego metipse nonnulla scripsi *suprà hoc eodem tractatu, capite 18* & *in commentariis tomi 3. capite 28. numero 15. & tribus sequentibus*; & illis omnibus consultò omissis, ita in indiuiduo notauit D. Franciscus Alfarus *de officio Fiscalis, dicta glossa septima, numero secundo*, vbi sic scripsit: *Nam licet huiusmodi præmia benemeritis debeantur, vt vidimus suprà, glossa tertia, tamen cui vult, Princeps dat, Chassan. in Catal. Gloriæ Mundi, quinta parte, consideratione 24. casu 168. & parte nona, consideratione 15. conclusione 12. nec ab aliquo potest quæri, cur ita facis? vt refert sæpe Chassan. vbi suprà*, & repetit *glossa 12. num. 7. fol. 38.* 47

In dubio autem non censetur Rex præcedentiam concessisse, aut alicui tertio præiudicare ali-

quo modo voluisse, vbi id specificè non exprimeret, iuxta text. vulgatum, *in l. 2. §. merito*, *& §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico*, & per Menochium, *libro secundo, præsumptione nona, & decima*, Anton. Fabrum, *diffinitione vltima, ad titul. C. si contra ius, vel vtilitat. publi.* & duobus exemplis singularibus, Senatúsque Regij Lusitani
48 decisionibus comprobauit Cabedus, *decisione quinta, parte prima*, vbi primò proponit, quod officium Senatoris Palatij, per Regem nostrum Philippum, duobus Senatoribus datum fuit, D. prius, deinde verò R. qui tamen R. licèt posterior esset in data, priùs actualem possessionem accepit, & officium exercuit per actus illos, quibus exerceri solet: cui D. mouit quæstionem, dicebátque, quod prior fuerat in data, & priùs litteras gratiæ, & concessionis, per Cancellariam expediuerat, in quibus continebatur, quod Princeps statim eum ipsum in possessionem mittebat, vnde contendebat se præferendum R. eo quod & prior in data, & prior in possessione esset, quandoquidem à Principe, prius in eam missus fuerat verè, & efficaciter, licèt actus prædicti officij non exercuisset. Ex aduerso R. dicebat, se debere præferri, quia prius actualē possessionem accepisset, quæ præferenda erat illi ciuili, & verbali possessioni, a Principe datæ. Item, quia constabat, quod illa clausula adiecta fuit, & posita in literis D. post acceptam possessionem actualem per R. & realem, quo casu non intelligitur Princeps præiudicare voluisse iuri quæsito ipsi R. argumento *dicti §. si quis à Principe*, & quod probat ferè in terminis textus, *in capite, quamuis, de rescript. lib. 6.*

Tandem inquit Cabedus, *numero quarto, & quinto*, quod in hac materia, illa distinctio est facienda, attento iure communi; quòd si de data constat, prior in data, litteris expeditis, præferri debet, nisi ante præsentationem, secundus possessionem acceperit, quia hoc casu, secundus præfertur; dummodò non interueniat dolus, seu negligentia primi, causata per secundum, *capite, tibi qui, de rescript. libro sexto*, & Glossa prima, *in capite, capitulum sanctæ Crucis, de rescriptis, versiculo, alij dicunt*, ibi: *Dum tamen non recipiatur secundus ante præsentationem prioris.* Quando enim interuenit dolus, aut negligentia primi, causata per secundum, per quam præsentare prætermisit literas suas; tunc illi non est secundus præferendus, quantumuis possessionem priùs acceperit, per text. *in dicto capite, tibi qui, in fine*: si non apparet de data, præfertur qui prius possessionem accepit, *capite, si à Sede Apostolica, de præbend. libro sexto*: si non apparet de possessione, tunc qui prius præsentauit, *capite, duobus, § si verò, de rescript. libro sexto*, si non constat de præsentatione, tunc is, qui à Superiore digniore impetrauit, *dicto capite, si à Sede, & dicto capite, duobus, in principio*: quòd si omnia sint paria, tunc est locus gratificationi, prout *ibi* comprobat Cabedus; & concludit, quod in casu illo, primus Senator negligens extitit, ita vt mora sua, ei nociua esse deberet, & ita fuit pro R. iudicatum, ex *regula, mora*, vbi Dinus, *de regul. iur. lib. 6.*

Et addit ipse Cabedus, *eadem decisione quinta, numero sexto*, quod alter casus fuit inter B. & I. in quo dubio allegabat B. pro sua parte, Regiam prouisionem, per quam factus erat, & creatus Senator Palatij, tali die datam: postmodùm verò electus fuit ad idem officium Senatoris Palatij, I. qui tamen priùs actualem possessionem accepit, cúmque quæstio inter illos penderet, dati sunt Iudices, qui pro I. sententiam tulerunt, quamuis enim pro parte B. adduci posset textus, *in l. penul. C. de Consulibus, libro. 12.* tamen responderi potest; prout *ibi* notauit: & prouisio illa Regia secunda, data B. vt illi curreret antiquitas, à tempore prioris prouisionis, non poterat præiudicare I. in iure quod ei iam quæsitum erat per actualem possessionis apprehensionem, cum expresse per Regem, in posterioribus literis B. derogatum ei non fuerit, vt est textus optimus, *in dicto capite, quamuis, de rescript. lib. 6.*

Et hactenus de vna, & altera Senatus Lusitani decisione, qua iuridicè, & rectè, ita definitum, atque pronuntiatum fuit: quamuis enim sic Princeps rescripsisset, aut iussisset, prout *ibi* refertur; ita tamen intelligi debuit, vt in præiudicium iuris Tertio acquisiti nihil statuere voluerit, iuxta resoluta per Menochium, & Anto. Fabrum, *suprà* relatos.

Est etiam singularis ipsamet decisio in comprobationem eorum, quæ ex Mastrillo retuli *suprà numero 29. & 30.* & inferius dicenda sunt in fauorem eius, qui priùs actualem possessionem adeptus est, quamuis alter priùs electus aut nominatus fuisset. Et *dictam decision. 5.* retulit, & in omnibus sequutus est D. Carolus de Tapia, *in consilio 21. numero 18. & quatuor sequentibus, folio* 338. & hactenus de primo casu.

Secundus casus principalis fit: quando eisdem terminis retentis, nullus possessionem adeptus fuit, siue in possessione Senatus, aut Magistratus adipiscenda, nullus præuenit; & vnus, vel plures, vna & eadem electione, vel etiam diuersis electionibus, & temporibus nominati, simul cum literis Regiis ad petendam possessionem concurrunt, easque notas faciunt, atque Officiali ad id deputato exhibent, prout simul, aliquando duos, aliquando tres concurrisse, in Hispalensi Senatu, & in Regio Granatensi Prætorio, vbi Senatoris munus gerebamus, vidimus; & tunc quidem, si in ordine temporis, vniusque, & eiusdem electionis fuerint, Regij Senatores, qui præcedentiæ concedendæ, reique definiendæ adfuerint, iuridicè, & summa cum ratione, atque æqualitate se habere debebunt, vt si nec Rex noster super antiquitate, aut præcedentia ipsa declarauerit, neque Regiæ Cameræ Senatus Supremus aliquid rescripserit, iudicium, & arbitrium, ex his regulare debeant, ex quibus, quem digniorem, & præstantiorem, & alij præferendum, Interpretes nostri statuerunt; ac inter alios, specificè Menochius *in consilio 51. & in consilio 126. & in consilio 902. libro 10.* D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, libro quinto, capite quarto, ex numero 14 cum sequentibus*, vbi congerit qualitates nonnullas, ex quibus vnus alteri præponi, atque præferri debet: Vincent. de Franchis, *decisione 365.* Fabius de Anna, *in consilio 40. ex numero 14. cum sequentibus, libro primo*, Stephanus Gratianus, *tomo primo, capite 111. & tomo secundo capite 298. & tomo tertio, capit. 593.* D. Carolus de Tapia, longa serie, *in decisione 21. per totam*, Farinacius, *decisione 61. in posthum. prima parte.*

Ex qualitate itaque personarum, & quo quisque dignior, & præstantior videri debeat, atque ita, vt nemini iniuria fiat, sed iustitia omnino seruetur, præcedentia ipsa, & arbitrium iustificari debebit; quod *libro quinto, dicto capite quarto, numero 14.* D. Garcia Mastrillus, dilucidè obseruauit,

uit, & *vsque ad numerum* 30. scripsit, quod inter plures Senatores, seu Magistratus, ad eandem dignitatem eodem tempore creatos, ille præferri debet, qui aliis qualitatibus, seu prærogatiuis decoratus reperietur. Et sic si sunt duo Doctores, eodem tempore facti, ætate prærogatus, & aliis conditionibus suffultus, præcedet, & Officialis, filius Doctoris, præfertur alteri Officiali, non filio Doctoris; & duo vincula vbi concurrunt, faciunt aliquem magis honorandum; sic Officialis Baro, præcedet non Baronem, & qui iuris vtriusque Doctor est, præfertur illi, qui vnius tantum gradum assumpsit, licèt prius Doctoratus gradum assumpserit. Et qui duplici dignitate honestatus est, præferri debet ei, qui alteram tantum habet; & qui libros ediderit, alterum huiusmodi qualitate deficientem antecedere debet; & qui ad alium Magistratum, priùs assumptus fuit, & qui priùs possessionem accepit, & qui priùs literas suas præsentauit, vt *in capite, duobus, versiculo, si verò, de rescript. lib.* 6. & aliqua ex his reperit ipse Mastrillus, *ex num.* 37. *vsque ad numerum* 44. vbi etiam tradit, quod inter plures Magistratus eodem tempore electos, nobiles præferuntur, & seniores iunioribus: nonnulla etiam ex his repetit Fabius de Anna, *in consilio* 40. *ex num.* 29. *cum sequentibus*, vbi fundat, quod cùm quinque vna die, & eodem momento temporis essent creati, is præferri debebat, qui dignior erat, aut qui maiorem dignitatem habebat. Et idem statuit in duobus Episcopis vna die creatis; & in duobus Ducibus, vt præcedat, qui iam erat Comes; & inter duos Officiales vno die creatos, dicit, prælatum fuisse eum, qui aliud officium exercebat: plures etiam casus distinxit, atque considerauit D. Carolus de Tapia, *dicta decisione* 21 *Italiæ*, ex quibus quis dignior altero diiudicari, & præcedere debet, si simul creati, & electi fuerint. Quod si ij, qui simul concurrunt, in ordine temporis electionis, non æquales fuerint, quia diuersis electionibus, diuersisque temporibus creati, atque electi fuerint; tunc quidem ordo temporis seruandus videtur regulariter; ab eo tamen ordine recedi debere aliquando eueniet, si personarum qualitas adeo diuersa sit, merita etiam, & partes ita distent, vt notoriè alterius qualitates, partes, & merita excedant; tunc namque ex antea dictis, & à præfatis Authoribus adnotatis, curandum non est de ordine temporis; qui dumtaxat habet locum inter existentes in æquali qualitate, aut æqualibus meritis, vt *suprà* repetitum est; secus autem, vbi essent inæquales, quo casu, non temporis ordo, sed qualitatis potius attendi deberet, qui potior est ordine temporis; & imputet sibi, qui ordine temporis, & electionis prior, in accipienda possessione non præuenit, siue negligens fuit, sed rem ad eum casum reduxit, vt cum alio, vel aliis simul concurrendo, eorundem qualitates, & merita attendi, & considerari debeant.

Quod si duo, vel plures Senatores, simul de vno Senatu, ad alium electi, & nominati sint, illi quidem præferendi videntur, qui in illo Senatu, aut Magistratu, antiquiores erant; quod decreto Regis Sebastiani ita expressè cautum, & non semel factum se vidisse, testatur Cabedus, *decisione* 3. *numer.* 11 *part.* 1. habet sanè decretum illud, summam iuris rationem, & rectam, laudabilémque considerationem; atque ex his concludenter comprobatur, quæ ex Mastrillo, & aliis Authoribus retuli *suprà*. Ex eo etiam, quod quemadmodum in antiquo, seu priori Senatu, quis præcedebat, in alio præcedere debeat, si simul concurrat, nec in possessione capienda alter præuenerit: quod si negligens fuisset, possessionémque priùs alter accepisset; tunc quidem ex regulis, seu conclusionibus statim referendis, & doctè adductis per D. Ioann. Valençuelam Velazquez, *in consilio* 34. *ex numero* 31. *vsque ad numerum* 37. antiquitatis, & præcedentiæ commodum amitteret, & qui primò possessionem assequutus fuit, præferendus esset, prout casu sequenti dicetur.

Semper tamen admoneo, quod in casibus prædictis, & vbicunque ex voto, & arbitrio Senatorum, & Senatus, præcedentia concedenda, & definienda sit; qualitas, & dignitas personarum præ oculis habeatur præcipuè, & ita res expediatur, vt nunquam iniuria, aut iniustitia fiat, nec ex libero arbitrio, aut sola gratificandi consideratione, sed ex maiori qualitate, & præstantia, præcedentia diiudicetur; vtpotè, cùm iura nostra 50
gratificationem non permittant, vbi adest inæqualitas, & rationis diuersitas, imò ipsam prohibent, nam gratificationi non est locus, quando iura sunt disparia; sicuti cum aliis Authoribus obseruauit D. Valençuela Velazquez, *in consilio* 34. *num.* 44. *fol.* 274. & addit *num.* 45. quod generaliter, gratificatio non conceditur, nisi vbi est in iure expressum.

In comprobationem autem eorum omnium, quæ hoc secundo casu adnotauimus, mirè, & multùm ad propositum vrgent ea, quæ post Vincent. de Franchis, & alios, considerauit D. Carol. de Tapia, *decisione Italiæ* 21 *in tertio, quarto, quinto, & sexto, casu*, quos distinxit *ex num.* 4. *vsque ad numerum* 9. nam *dicto num.* 4 loquitur, quando vno eódemque tempore, duo fuerunt promoti ad idem Tribunal, & tunc inquit, quod præfertur antiquior, & repetit *num* 6 & *num.* 7. loquitur specificè in duobus promotis ad idem officium, qui antea fuerunt Magistratu functi; & concludit, illum præcedere debere, qui est antiquior in tempore, *ex l. nemo, C. de offic. Magist. officior.* ibi, *vt is gradu, cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire.* Et hæc quidem fortius adstringunt, vt si ex vno Senatu inferiori vnus, alter verò ex maiori, & superiori, ad alium Senatum fuissent simul, vnóque & eodem tempore, aut vna ipsa electione nominati, & creati, si simul ad capiendam possessionem concurrerent, is præferri deberet, qui ex maiori, & meliori Senatu fuit promotus, idque per textum *in d. l. nemo*, & notata per Vincent. de Franchis, *decisione* 144. quod si ex inferiori Senatu electus, antea possessionem fuisset assequutus, præcederet; ex his, quæ inferiùs dicenda sunt, & traditis per eundem Carol. de Tap. *d. dec.* 21. *ex n.* 15. *cum seqq.* & hactenus de secundo casu.

Tertius casus principalis sit, eisdem terminis 51
primi casus propositi *suprà* retentis, quando scilicet vno, & eodem tempore, siue vna & eadem electione, vel etiam alia diuersa, & posteriori, Senator, aut Magistratus electus, præuenerit, & possessionem adeptus fuerit; & tunc quidem præferendus erit cæteris aliis, qui postmodùm literas Regias electionis suæ præsentauerint, & possessionem acceperint, nec attendendus est ordo temporis, aut electionis, sed possessionis adeptæ: siue igitur eodem tempore, siue posteriori electus fuerit, si primò receptus sit, alteri præfertur, etiam in ordine temporis, aut electionis

anteriori; & ita resoluit Mastrillus, *lib. 5. dicto cap. 4. num. 9* citans textum, *in capit. statuimus, de maior. & obedient. & in cap. si quis iusto:* ibi, *qui primo, de electione, lib. 6.* Bald. Mulfes. Anton. Pagg. & Azeuedum; & addens *num. 12.* quod in materia praecedentiæ, etiam vnius horæ spatium, imò & vnius momenti attenditur: & *num. 26. 27. & 29.* quod inter Magistratus, & Senatores, ille præcedere debet, qui priùs possessionem officij acceperit: *& lib. 4. dicto cap. 14. ex num. 34. vsque ad numerum 47.* eandem tradidit resolutionem, prout *suprà* retuli, *num. 29. & 30.* quod in officiis, & dignitatibus, quibus administratio annexa est, vsúmque, & exercitium habentibus, præcedit, atque præfertur, qui prius possessionem adeptus est, licèt alius primò nominatus, aut electus fuerit: & his omnibus conuenit Georgius Cabedus, *decisione 3. num. 5.* vbi scribit, quod stylus, praxis, & longa consuetudo Senatus ita obtinuerat, vt qui prior possessionem accepisset, is præferendus esset; & quod hic stylus, & longa cònsuetudo Senatus, prò lege debet obseruari, *ex l. 1. C. quæ sit longa consuetudo*, & per Gamam, eiusque Additionatorem, *decision. 16. num. 7.* & repetit idem Cabedus, *num. 7. & 8.* dicens, quod in casu illius decisionis, vtraque gratia fuerat eadem die expedita, & non apparebat, quæ prior, & quæ posterior fuerat; ergo in dubio præferri debebat ille, qui priùs possessionem apprehendit: vt in simili, cum dubitatur de prioritate datæ, disponit text. notabilis, *in capite, si à sede Apo-*
52 *stolica, de prabend. lib. 6* & concludit, quod de iure præfertur, qui priùs possessionem acceperit: quod si possessio nulli adhuc data sit, præfertur qui priùs literas suas præsentasset, ex textu, *in dicto capite, duobus, versic. si vero, de rescript. lib. 6.* & adducit *num. 9.* in comprobationem, quod si duobus confertur gratia, circa assequutionem Canonicatus, & præbendæ vacantis, vel primo vacaturæ: si secundus priùs recipitur in Canonicum, & ei conferetur præbenda, ante receptionem primi, præfertur primo; per textum, *in cap. tibi qui, de rescript. lib. 6* & sic scribit in fine eius numeri: *Sic igitur in præsenti casu, Senator secundò impetrans, cùm locum vacantem in Senatu priùs occupauerit, & illius possessionem acceperit, sedendo, & loquendo, & munus exercendo, idque ante præsentationem & receptionem primi, vtique primo præferendus est* & num. 10. Cabedus metipse, vbi sic concludit, *& ideo si secundus impetrans, ante primi receptionem, locum, & possessionem obtinet in Senatu, præfertur, & antiquior reputatur*, & Cabedi specificam facit mentionem, eumque in terminis prædictis sequutus est D. Carolus de Tapia, *dicta decis. 21. n. 15. & sequ. folio 337.*

53 Conuenit etiam eiusdem Cabedi placitis, Fabius de Anna, *in consil. 135.* incip. *In hac causa propria. num. 10 & 11. lib 2 fol. 129.* vbi dubitauit, vter ex duobus Regiis Consiliariis vna die creatis, præcedere debeat? & adducit nonnulla, ex quibus quis præcedere debet; tandem *num. 10 & 11.* quod primus occupator, & qui priùs possessionem accepit, in materia præcedentiæ est præferendus, atque tuendus: latiùs Author metipse, *in consilio 42. per totum, lib. 1. folio 126. & 127.* vbi eandem excitat controuersiam, an scilicet præcedere debeat Consiliarius, aut Regens, primò creatus; an verò postea electus, si prius possessionem officij habuerit: & licèt in eo casu, in fauorem Regentis D. de Ponte, primò creati, consilium illud confecerit, eiusque partes tueatur, cùm tamen D. Reg. Lan. priùs possessionem adeptus esset; agnoscit expressè, meliores esse partes, potióraque iura eius, qui in accipienda possessione præuenit, ad quod nonnulla expendit fundamenta, nisi circunstantia illa, aut motiuum illud (quo præcipuè excitatur) concurreret, quod scilicet, ob Reipublicæ intimas, & necessarias causas, atque ex Regis mandato, Regens de Ponte absens, & impeditus fuit, vt possessionem priùs capere posset; atque ita apertissimè voluit, quod causa necessaria absentiæ, & impedimenti cessante, is præferendus esset, qui priùs possessionem officij accepit. Ob eandem etiam rationem, non admisit Fabius metipse in illo casu distinctionem communem, quod si Dignitati, vel Magistratui sit annexa administratio, & exercitium, is præferatur, qui primò administrare cœpit, & admissus est, si autem administratio non sit annexa, qui prior fuit in ordine temporis: cessante autem absentiæ adeò necessariæ causa, nunquam negauit, præferendum eum, qui primò possessionem accepit, prout *ibidem* constat, *num. 12. & sequentibus.* Sic sane, fundamenta illa omnia, quæ *ex num. 1. vsque ad numerum 17.* adducit, fortissimè vrgent pro resolutione communi, eum scilicet præcedere, & præferri debere, qui primò receptus fuit, & possessionem officij accepit; licèt alter priùs creatus fuerit: pro quo etiam expendit locum singularem Chassanei, qui pluribus comprobat, eum præferendum, qui prius possessionem accepit; & multùm vrget textus *in l. prima, C. de Consulibus lib. 12. & in l. cuiuscunque, C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. & in l. prima, C. de præposit. sacri cubicali, eodem lib & in l. 1. & 2. C. de Præfecto Prætorij, eodem lib. & in cap. 1. de maioritate, & obedient.* prout ea iura ponderat, & alia fundamenta adducit Fabius, *dicto cons. 42.* & ita tenuit Riccius, *collect. 1147.*

Superiori quoque resolutioni conuenit, & 54
doctè, atque singulariter, vt in cæteris consiliis se habet, D. Valençuela Velazquez, *in consilio 34. ex num. 31. fol. 273. vsque ad numerum 37.* vbi specificè notauit, quod licet in casu illius consilij, vterque litigantium præsentauit eadem die Bullas suarum gratiarum; vnus tamen priùs accepit possessionem, & post ipsum incontinenti alius; vnde vulgare iuris axioma obtinere debet, quod qui prior est tempore, sit potior in iure, *l. 1. l. potior, ff. qui potior. in pign. habe.* & comprobat *ibi, num. 31* & addit *num. 32.* quod qui primò dignitatem, vel officium assequutus est, reputatur dignior, licèt iunior sit ætate: quod etiam *ibi* comprobat: *& num. 33.* quod qui primò accepit Doctoratum, aliis Doctoribus præfertur: & *num. 34.* ex Grato referr, firmam esse regulam iuris, quod dignitatem priùs adeptus, aliis postea possessionem accipientibus præferatur: & *num. 35.* quod Canonici priùs recepti, præcedunt, & præferuntur postea receptis; & *num. 36.* in hunc modum scribit: *Et in Consiliariis, aut officiariis Regiis, quod ille, qui primò fuit adeptus possessionem officij, præferatur ei, qui primò habuit priuilegium, &c.* Et citat Marin. Frecci. Marc. Anton. Siorg. Francisc. Beccium, Bald. Ruinum, Chassan. Boërium, Rebuffum, Rotam, Paul. Æmilium, Hieron. Gonçalez, Vincent. de Franchis, Plateam, Ioannem And. Georg. & ponderat nonnulla iura, ex quibus
hæc conclusio fundamentum, & robur sumit. 55
Item comprobari potest ipsamet resolutio ex textu, *in l. quoties, C. de rei vendicat.* ex qua probatur, quod re aliqua vendita duobus, ille præfertur,

cui

cui priùs tradita fuerit;& idem disponit *l.* 50.*tit.* 5.*part.*5.& post ordinarios,& alios multos, multis in locis,exornarunt latissimè materiam istam Anton.Gabriel,*commun. conclusion. tit. de emption. & vendit.conlus.*2.

Borgnin.Caual.*de tutor.& curat.n.*257.& 258. *& dec.*42.*n.*31.*&* 32.*part.*1.*& decision.*25 *num.*19. *part.*2.

Socinus,*regula* 155.

Ferra S.*cautela* 48.

Alphanus,*collectanea* 189.

Gerardus,*singulari* 98.

Romanus,*singulari* 382.

Rodetic.Xuarez,*allegatione* 37.

Iulius Clarus,*§.donatio,qu.*13.

Capycius,*decis.*69.*n.*27.

Tiraquel.*de priuil pia causa,priuilegio* 107.*& de iure primogenit.quæst.*17.*& de iure Constituti*,1 *p.ex n.*21.*& seqq.*

Brunorius à Sole,*in compendio communi, verbo, dominium* 4.*&* 8.*& verbo,empt.*11.

Didac.Couar.*variar.resolution.lib.*2.*c.*59. *& de sponsalibus , prima parte,cap.* 5.*in principio , numero* 9.*& in cap.quamuis pactum , parte prima , §.* 4. *num.*2.

Anton.Gomezius,*tom.* 2. *variar.cap.*2.*de empt. & vendit.num.*20.*per totum*,vbi septem modis extendit *dicta legis* decisionem , & quatuor modis limitat:vbi videri potest, *& in l.*45. *Tauri , num.* 92.*&* 93.

Ioann. Gutierrez , *de iuramento confirmatorio, libro primo,capite* 30.*& in l.nemo potest,numer.* 40. *& seqq.*

Menochius , *in consilio* 522. *numero* 77. *& sequentibus.*

Benedictus Pinellus , *libro primo selectarum, cap.*18.

Petrus Surdus,*in con.*15.*num.* 56.*lib.*1. vbi loquitur , quando secundus emptor sciebat , rem alij fuisse venditam.

Bursatus,*in cons.*101.*lib.*1.

Roland.*in consilio* 9.*num.*27.*volum.*1. *& in consil.*57.*n.*13.*volum.*3.

Ioann.Grarianus,*regula* 47.

Hondedeus, *in consilio* 52.*per totum* , vbi vide omnino,*lib.*1.

Palac.Rub.*in repet.rubrica,§.*80.*n.* 11. *versic.ad cuius confirmationem:*

Florez diaz de Mena , *in addit. ad decisionem Gama* 130.

Salas,*de contractibus,tractatu de emption.& vendit.dub.*46.

Stephan.Gratian.*tom.*3.*cap.*523.

Barbosa,*secunda parte rubrica , ff.soluto matrim. num.*85.

Cardinal. Mantica , *de tacit. & ambig.conuent. lib.*4.*tit.*3.

Aluar.Valascus, *de iure emphyteutico , quæstion.* 54.*numer.* 7., *& consultatione* 172. *ex num.* 5. *cum seqq.*

Aloysius Riccius,*collectanea* 439.

Pater.Ludou.Molina,*de iust.& iure, tractatu* 2. *disp.*369.

Pater Azor , *institut. moral. part.* 3.*libr.* 8. *capite* 18.

Pater Rebellus,*de obligation.iustitiæ,part.* 2.*lib.* 9.*quæst.*17.*sect.*1.*& sequ.*

Pater Lessius,*de iustitia & iure, lib.* 2. *cap.* 21. *dub.*10.

Marta,*voto* 25.*&* 228.*num.*8.

Anton.Faber,*ad titul.C.de probat.diffinition.*11. *& de erroribus pragmatic.tom.*4.*decad.*86.*error.*1.*& seqq.ex fol.*757.

Gerardus Mainardus , *decision. Tolos.* 61.62. *&* 64.

And.Fachineus,*controu. lib.*2.*cap.* 32. *& lib.* 7. *cap.*35.

Ioann.Matienços,*in l.*7.*titul.*11.*gloss.*6. *num.*6. *& num.*42.

Azeuedus,*in l.*1. *tit.* 17. *ex num.* 138.*cum seqq. lib.*9.*Recopil.*

Cald.Pereira , *de emphyteus. extinctione* 4.*part. cap.*10.*num.*33.*&* 34 *& Forensium lib.* 1. *quæstion.* 23.*num.*14.*& in consilio* 28.*num.* 23.*& de emption. & vendit.cap.*18.

And.Gail,*obseruat.lib.*2.*obseruatione* 55.

Bernard.Græuæus, *ibidem,in addit.ad Gaill.*

Burgos de Paz,*in consilio* 14.*n.*24.

Vincent.Carocius,*casu* 3.*& ca.* 99.

Fabius de Anna , *in consil.* 122. *& consil.* 135. *lib.*2.

Marta,*de iurisdictione* , 4. *parte , centuria* 2. *casu*.572.

Hippolyt.Riminaldus , *in consilio* 242 *ex num.* 537.*lib.*2.

Cardinalis Tuschus , *tomo* 2.*littera D. conclusione* 699. *fol.* 913. *& tomo* 8. *littera V. conclusion.* 63. *&* 64. *& tomo* 33. *littera E. conclusion.* 144.

Burgos de Paz,iunior, *Ciuilium , quæstione* 10. *num* 47.

Fontanella,*de pact.nuptial. clausula* 4.*glossa* 12. *ex n.*135.*cum sequ.fol.*192.

Hieronymus Ceuallos,*quæst* 756.

Morquechus,*de diuisione bonorum, lib.* 3. *cap.*7. *num.*21.

Arisminus Tepatus,*variarum lib.* 2. *tit. de contrahenda emption.in principio,fol.*100.*&* 101.*& lib.* 2.*de clausula constitut.fol.*4.*column.*3. *vers. venditor. versic. & hoc casu quia per secundum constitutum non tollitur primum* : & *de donat. inter viuos,libro secundo folio* 222.*versiculo,donatio prima prævalet secunda.*

Marius Giurba,*decisione Siciliæ* 59.

Pelaez à Mierez,*de maioratu , prima parte,quæstione* 68. *num.* 37. vbi priuilegia eiusdem rei , si duobus concedantur, an præferatur quod primo expeditum fuit.

Petr.August.Morla,*imperij part.*1.*tit.* 9.*in præludiis,num.*48.*& sequ.*

Emmanuel Barbosa, *in remissionibus Doctorum, ad titulum* 7.*ordinationis Regiæ,fol.*52.13.14.*&* 15. vbi ampliat, & limitat pluribus modis , *dicta l. quoties*,decisionem;& excitat quoque quæstiones nonnullas , & quamplurimos etiam cumulat Authores.

Extenditur nunc casus iste tertius principalis, de quo actum est *suprà,ex num.*51.vt procedat etiam in fortioribus terminis ; & in illis considerratis à Georgio Cabedo , *decision.*4.*per totam,p.*1. quod Officialis scilicet, cui primùm concessa est dignitas sine administratione , si postea habeat eiusdem officij administrationem , non præferatur ei,qui post dignitatem , & ante ipsam administrationem sibi concessam , adeptus est simile officium cum administratione : & reddit rationem,quod prior data concessionis non fecit primum,actualem expeditorem , sed tantum titularem,idest,priorem titulo, & sic præferri poterat, & debebat titularibus posterioribus , sed non actualibus , idest , ante eum actu officium exercentibus,idque per textum, *in l.* 2. *C. vt dignitat.* 56

ordo sernet. & repetit *num.* 13. atque *ex num.* 13. explicat *l. penult. C. de consuet. lib.* 12. quam in contrarium ponderauerat antea, *num.* 2. vbi latiùs videri poterit, & Cabedi specificam mentionem fecit. cúmque sequutus est D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, lib. 5. c. 4. num* 60. *&* 61. *&* 62. *fol.* 1 14. D. Carolus de Tapia, *decisione* 21. *num.* 17. *&* 18. *fol.* 338. vbi approbat rectè iudicatum atque decisum in Senatu Lusitanu, in fauorem illius secundo loco electi, qui priùs obtinuerat exercitium officij prædicti; quia superueniens exercitium non facit illum priorem in præiudicium alterius, qui ceperat possessionem.

57 Quartus casus principalis sit, quando eisdem casus præcedentis terminis retentis, proponatur quæstio illa, specificè excitata per Fabium de Anna, *in consil.* 42. *lib.* 1. an scilicet, in hac ipsa præcedentiæ materia, præferatur, atque præcedat Senator, aut Officialis priùs electus, qui post alium postmodùm electum, qui priùs possessionem habuit, officium possidere cæpit, si ob Regis seruitium fuit impeditus; nam si impeditus non fuisset, vt possessionem capere posset, præferendum eum, qui priùs receptus fuit, & possessionem habuit; expeditum & compertum est, & casu præcedenti plenè comprobatum.

Casus hic, cum ita in indiuiduo euenisset, & priùs creatus fuisset Regens D. de Ponte, & D. Regens Lan. post ipsum electus, priùs possessionem habuisset, *consilium illud* 42. dictus Author confecit, & constanter defendit, regulas illas omnes prioritatis temporis, & quod posteriori tempore admissus, posteriori loco sedere debet: Et quod prior in tempore, potior est in iure: Et vbi officium habet annexam administrationem, quod non dicatur quis Officialis, aut Senator, nisi sit admissus, & cæperit administrare, atque ita possidere; cessare debere in casu illo, ob impedimentum ibi propositum: nam etsi Regens de Ponte, administrationem non habuerit, & priùs administrare cæperit alter Regens, post ipsum creatus; tamen ob Reipublicæ intimas, & necessarias causas (vt compositis omnibus suæ domus supellectilibus, & negotiis, deliberauerat) eidem non licuit, & ex Proregis mandato, iter retraxit, vt annonæ præesset; quod munus adeo expleuit sincerè, ac bona fide, & summis cum vigiliis, & laboribus, vt illa, quæ rigidissimo pretio vendebantur, & difficillima inuentu erant, tunc vilissimo, & magna cum facilitate comparari puterant, prout latiùs *ibi*: quo in facto præmisso, & præsupposito, securè infert, quod is, qui Reipublicæ causa, ex Regis mandato abest, præsens esse dicitur, & proinde habetur, ac si Rex ipse possessionem officij, tempore quo discedere de-
58 bebat, cepisset: idque ex iure notissimo, & certo, ex quo, absens ex causa Reipublicæ, præsens esse videtur; & ob id, omnia ei debentur, quæ præsentibus competunt, ex textu singulari, *in l. si quis stipulatus, ff. ex quibus causis maiores*: vbi Glossa, *in verbo, eadem*, quæ eleganter inquit, quod si ego promisi alicui decem, si essem Romæ in Pascha, & ibi fuerim causa Reipublicæ, non videor esse, cum hic intelligatur esse; & sic absens causa Reipublicæ, pro præsente in loco habetur. Et hoc etiam notat *ibi* Albericus, & *in tractatu statutorum, lib.* 1 *quæst.* 184. *num.* 1 vbi expressè dicit, quod absens Reipublicæ causa, habetur pro præsente, ac si esset in loco: ponderat etiam textum, *in l. si quis Titio, & in l. Iulianus, §. finali, ff. eod. tit.* vbi Alberic. & Fulgos. Bartol. etiam, qui summando textum, inquit, quod absens Reipublicæ causa restituitur, vt percipiat commodum, ac si præsens esset; & infert ad Doctores, quibus fuit constitutum salarium annuum, vt legerent; quia si sunt absentes Reipublicæ causa, illud habent, ac si præsentes essent: & de hoc textu meminit Oldrad. *in consilio* 117. *num.* 2. ad idem expendit text. *in l. Seia, §. Pamphilo, ff. de fundo instructo*: & *in l. qui mittuntur, §. finali, ff. ex quibus caus. maior.* per quem Bald. scripsit, quod tempus absentiæ, pro seruitio computatur. Adducit etiam, quod absenti cum licentia, debetur salarium pro tempore absentiæ, quia videtur adesse, prout *ibi* comprobat *num.* 25. Et absens, pro seruitio Superioris, pro præsente habetur, *cap. ex parte, el segundo, & cap. cum dilectus, de cleric. non resident.* Et iuramentum de residendo non obstat illi, qui non residet ex licentia, vel facto Superioris, imò gaudet omnibus priuilegiis, & prærogatiuis competentibus his, qui præsentes sunt, etiamsi de iure speciali competerent; prout *ibi num.* 28. Ad idem ponderat text. *num.* 29. *in cap. ad Audientiam, de cleric. non resident.* vbi stante constitutione iurata, & à Sede Apostolica confirmata, quod Canonici non residentes priuentur fructibus beneficiorum, excepto casu infirmitatis, vel seruitio Sedis Apostolicæ; si Canonicus est absens pro seruitio Episcopi, vel Ecclesiæ, percipiet fructus, tanquam præsens: & ita declarant Glossa, & communiter Doctores *ibi*; dicentes, quod qui est in seruitio Episcopi, seruire Ecclesiæ intelligitur; & præsens dicitur, qui pro seruitio Superioris abest, nec contrauenit iuramento de residendo.

Addit etiam Fabius ipse de Anna, quod qui in Principis seruitio existunt, præsentes censentur: prout *ibi* comprobat *num.* 31. & cùm absenti ex causa Reipublicæ detur restitutio; hæc operatur etiam in præiudicium tertij, & sic illius, qui medio tempore acquisiuit possessionem officij. Vndè capta possessione officij per D. Regentem de Ponte, restituitur in statum prioritatis temporis, quia est restitutio, quæ competit de iustitia, & non ex gratia: prout videmus in appellatione, quia absens ex causa Reipublicæ, restituitur ad appellandum; & tamen, talis restitutio præiudicat tertio; & sic illi, qui ex non appellatione, sententiam, & rem iudicatam acquisierat: & hæc Fabius de Anna, *dict. consil.* 42. *ex num.* 32. *& quatuor seqq.* concludens, quod cum D. Regens de Ponte, ad Curiam non accesserit, impeditus ex causa necessaria, facto, & mandato, & cum licentia Proregis, suóque seruitio vacauerit; habetur, ac si accessisset tempore, quo accedere volebat, & ante alium possessionem habuisset: nec attendi debet, quod priùs fuerit alius possessionem adeptus, ex quo ipse erat, pro seruitio Regis impeditus. Firmat denique, quod cum hic casus, aliàs inter alios duos Consiliarios accidisset, pro hac, quam tuetur, opinione fuit decisus.

Et hactenus Fabius de Anna, cuius resolutiones exornari possunt, ex his quæ adnotarunt Didac. Couar. *variarum lib.* 3. *c.* 13. *n.* 8. Seraph. *decision.* 1098. Moneta *de distribut. quotidian. q.* 11. Nicol. Garcia, *de beneficiis, p.* 3. *c.* 2. *ex n.* 362. Azor. *instiut. Moralium, p* 2. *lib.* 7. *c.* 7. *quæst.* 14. & cum aliis August. Barbos. *in c. ex parte* 13. *de cleric. non resident. num.* 2. *&* 3. *fol.* 730. dum agunt de absentibus, vt iura Ecclesiæ tueantur, aut propter euidentem eius vtilitatem non residentibus, vt distributiones quotidianas lucrentur, ac si præsentes

anteriori;& ita resoluit Mastrillus,*lib.5.dicto cap.4.num.9* citans textum,*in cap.statuimus, de maiorit.& obedient. & in cap.si quis iusto*:ibi, *qui primo, de electione, lib.6.* Bald. Molsei. Anton. Pagg. & Azeuedum; & addens *num.* 11. quod in materia præcedentiæ,etiam vnius horæ spatium, imò & vnius momenti attenditur: & *num.* 26. 27.*&* 29. quod inter Magistratus, & Senatores, ille præcedere debet, qui priùs possessionem officij acceperit:*& lib.4.dicto cap.14.ex num.34. vsque ad numerum* 47.eandem tradidit resolutionem, prout *suprà* retuli,*num.*29.*&* 30. quod in officiis, & dignitatibus, quibus administratio annexa est, vsumque,& exercitium habentibus,præcedit,atque præfertur, qui prius possessionem adeptus est, licèt alius primò nominatus, aut electus fuerit: & his omnibus conuenit Georgius Cabedus,*decisione 3.num.5.*vbi scribit, quod stylus, praxis, & longa consuetudo Senatus ita obtinuerat, vt qui prior possessionem accepisset, is præferendus esset; & quod hic stylus, & longa consuetudo Senatus, pro lege debet obseruari, *ex l.1.C. quæ sit longa consuetudo*, & per Gamam, eiusque Additionatorem,*decision.*16.*num.*7.& repetit idem Cabedus,*num.*7.*&* 8 dicens, quod in casu illius decisionis, vtraque gratia fuerat eadem die expedita, & non apparebat, quæ prior, & quæ posterior fuerat; ergo in dubio præferri debebat ille, qui priùs possessionem apprehendit:vt in simili, cum dubitatur de prioritate datæ,disponit text.notabilis,*in cap.ite,si à sede apostolica,de præbend.lib.6* & concludit, quod de iure

52 præfertur,qui priùs possessionem acceperit:quod si possessio nulli adhuc data sit, præfertur qui prius literas suas præsentasset, ex textu, *in dicto capite,duobus,versic.si vero,de rescript. lib. 6.* & adducit *num.*9. in comprobationem, quod si duobus conferatur gratia,circa assequutionem Canonicatus,& præbendæ vacantis, vel primo vacaturæ:si secundus priùs recipitur in Canonicum, & ei conferatur præbenda,ante receptionem primi,præfertur primo;per textum,*in cap. tibi qui,de rescript.lib.6.* & sic scribit in fine eius numeri:*Sic igitur in præsenti casu,Senator secundò impetrans,cùm locum vacantem in Senatu prius occupauerit,& illius possessionem acceperit,sedendo,& loquendo,& munus exercendo, idque ante præsentationem & receptionem primi,vtique primo præferendus est.*& num. 10. Cabedus metipse,vbi sic concludit, *& ideo si secundus impetrans,ante primi receptionem,locum, & possessionem obtinet in Senatu,præfertur,& antiquior reputatur*, & Cabedi specificam facit mentionem, eumque in terminis prædictis sequutus est D. Carolus de Tapia,*dicta decis.* 21.*n.*15.*& sequ. folio* 337.

53 Conuenit etiam eiusdem Cabedi placitis, Fabius de Anna, *in consil.* 135. incip. *In hac causa propria:num.*10*&* 11.*lib* 2.*à fol.*129. vbi dubitauit, vter ex duobus Regiis Consiliariis vna die creatis,præcedere debeat? & adducit nonnulla, ex quibus quis præcedere debet;tandem *num.*10*&* 11.quod primus occupator, & qui priùs possessionem accepit,in materia præcedentiæ est præferendus, atque tuendus: latiùs Author metipse, *in consilio* 42.*per totum,lib.*1.*folio* 126.*&* 127. vbi eandem excitat controuersiam, an scilicet præcedere debeat Consiliarius, aut Regens, primò creatus;an verò postea electus, si prius possessionem officij habuerit:& licèt in eo casu, in fauorem Regentis D.de Ponte,primò creati, consilium illud confecerit, eiusque partes tueatur,

cùm tamen D.Reg. Lan. priùs possessionem adeptus esset;agnoscit expressè, meliores esse partes,potioraque iura eius, qui in accipienda possessione præuenit, ad quod nonnulla expendit fundamenta,nisi circunstantia illa,aut motiuum illud(quo præcipuè excitatur)concurreret, quod scilicet, ob Reipublicæ intimas, & necessarias causas,atque ex Regis mandato,Regens de Ponte absens,& impeditus fuit,vt possessionem priùs capere posset;atque ita apertissimè voluit, quod causa necessaria absentiæ, & impedimenti cessante,is præferendus esset,qui priùs possessionem officij accepit.Ob eandem etiam rationem, non admisit Fabius metipse in illo casu distinctionem communem, quod si Dignitati, vel Magistratui sit annexa administratio,& exercitium, is præferatur,qui primò administrare cæpit, & admissus est;si autem administratio non sit annexa, qui prior fuit in ordine temporis: cessante autem absentiæ adeò necessariæ causa, nunquam negauit,præferendum eum, qui primò possessionem accepit,prout *ibidem* constat,*num.*12. *& sequentibus.* Sic sane, fundamenta illa omnia, quæ *ex num.*1.*vsque ad numerum* 17. adducit, fortissimè vrgent pro resolutione communi, eum scilicet præcedere,& præferri debere, qui primò receptus fuit,& possessionem officij accepit; licèt alter prius creatus fuerit: pro quo etiam expendit locum singularem Chassanei, qui pluribus comprobat,eum præferendum, qui prius possessionem accepit;& multùm vrget textus *in l. primo,C.de Consulibus lib.*12.*& in l.cuicunque, C. de proxim.sacror.scrinior.lib.*12.*& in l.prima,C.de præposit.sacri cubiculi, eodem lib & in l.*1.*&* 2.*C. de Præfecto Pretorij,eodem lib.& in cap.*1.*de maioritate,& obedient.*prout ea iura ponderat,&alia fundamenta adducit Fabius, *dicto cons.* 45. & ita tenuit Riccius,*collect.*1147.

54 Superiori quoque resolutioni conuenit, & doctè,atque singulariter, vt in cæteris consiliis se habet,D.Valençuela Velazquez, *in consilio* 34. *ex num.*31.*fol.*273.*vsque ad numerum* 37. vbi specificè notauit, quod licet in casu illius consilij, vterque litigantium præsentauit eadem die Bollas suarum gratiarum; vnus tamen priùs accepit possessionem, & post ipsum incontinenti alius; vnde vulgare iuris axioma obtinere debet, quod qui prior est tempore,sit potior in iure, *l.* 1.*l.potior,ff. qui potior. in pign. habe.* & comprobat *ibi, num.*31.& addit *num.* 32. quod qui primò dignitatem,vel officium assequutus est, reputatur digniot,licèt iunior sit ætate: quod etiam *ibi* comprobat:*& num.* 33. quod qui primò accepit Doctoratum,aliis Doctoribus præfertur:*& num.*34. ex Grato refert,firmam esse regulam iuris, quod dignitatem priùs adeptus,aliis postea possessionem accipientibus præferatur: & *num.* 35. quod Canonici priùs recepti,præcedunt, & præferuntur postea receptis; & *num.* 36. in hunc modum scribit: *Et in Consiliariis,aut officiariis Regiis, quod ille,qui primò fuit adeptus possessionem officij, præferatur ei,qui primò habuit priuilegium, &c.* Et citat Marin.Frecci.Marc.Anton.Siorg. Francisc. Beccium,Bald,Ruinum,Chassan. Boërium, Rebuffum,Rotam,Paul.Æmilium,Hieron. Gonçalez, Vincent.de Franchis, Plateam, Ioannem And. Georg. & ponderat nonnulla iura, ex quibus hæc conclusio fundamentum, & robur sumit. 55 Item comprobari potest ipsamet resolutio ex textu,*in l.quoties,C.de rei vendicat.*ex qua probatur, quod re aliqua vendita duobus, ille præfertur,

coi

cui priùs tradita fuerit; & idem disponit l. 50. tit. 5. part. 5. & post ordinarios, & alios multos, multis in locis, exornarunt latissimè materiam istam Anton. Gabriel, commun. conclusion. tit. de emption. & vendit. conlus. 2.

Borgnin. Caual. de tutor. & curat. n. 257. & 258. & dec. 42. n. 31. & 32. part. 1. & decision. 25. num. 19. part. 2.

Socinus, regula 155.

Ferra S. cautela 48.

Alphanus, collectanea 189.

Gerardus, singulari 98.

Romanus, singulari 382.

Roderic. Xuarez, allegatione 37.

Iulius Clarus, §. donatio, qu. 13.

Capycius, decis. 69. n. 27.

Tiraquel. de priuil pia causa, priuilegio 107. & de iure primogenit. quæst. 17. & de iure Constituti, 1 p. ex n. 21. & seqq.

Brunorius à Sole, in compendio communi, verbo, dominium 4. & 8 & verbo, empt. 11.

Didac. Couar. variar. resolution. lib. 2. c. 19. & de sponsalibus, prima parte, cap. 5. in principio, numero 9. & in cap. quamuis pactum, parte prima, §. 4. num. 2.

Anton. Gomezius, tom. 2. variar. cap. 2. de empt. & vendit. num. 20. per totum, vbi septem modis extendit dicta legis decisionem, & quatuor modis limitat: vbi videri potest, & in l. 45. Tauri, num. 92. & 93.

Ioann. Gutierrez, de iuramento confirmatorio, libro primo, capite 30. & in l. nemo potest, numer. 40. & seqq.

Menochius, in consilio 122. numero 77. & sequentibus.

Benedictus Pinellus, libro primo selectarum, cap. 18.

Petrus Surdus, in con. 15. num. 16. lib. 1. vbi loquitur, quando secundus emptor sciebat, rem alij fuisse venditam.

Bursatus, in cons. 101. lib 1.

Roland. in consilio 9. num. 27. volum. 1. & in consil. 57. n. 13. volum. 3.

Ioann. Gratianus, regula 47.

Hondedeus, in consilio 52. per totum, vbi vide omnino, lib. 1.

Palae. Rub. in repet. rubrica, §. 80. n. 11. versic. ad cuius confirmationem:

Florez diaz de Mena, in addit. ad decisionem Gama 130.

Salas, de contractibus, tractatu de emption. & vendit. dub. 46.

Stephan. Gratian. tom. 3. cap. 523.

Barbosa, secunda parte rubrica, ff. soluto matrim. num. 85.

Cardinal. Mantica, de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 3.

Aluar. Valascus, de iure emphyteutico, quæstion. 14. numer. 7. & consultatione 172. ex num. 5. cum seqq.

Aloysius Riccius, collectanea 439.

Pater. Ludou. Molina, de iust. & iure, tractatu 2. disp. 369.

Pater Azor, institut. moral. part. 3. libr. 8. capite 18.

Pater Rebellus, de obligation. iustitia, part. 2. lib. 9. quæst. 17. sect. 1. & sequ.

Pater Lessius, de iustitia & iure, lib. 2. cap. 21. dub. 20.

Marta, voto 25. & 228 num. 8.

Anton. Faber, ad titul. C. de probat. diffinition. 11. & de erroribus pragmatic. tom. 4. decad. 86. error. 1. & seqq. ex fol. 757.

Gerardus Maiuardus, decision. Tolos. 61. 62. & 64.

And. Fachineus, controu. lib. 2. cap. 32. & lib. 7. cap. 35.

Ioann. Matienços, in l. 7. titul. 11. gloss. 6. num. 6. & num. 42.

Azeuedus, in l. 1. tit. 17. ex num. 138. cum seqq. lib. 9. Recopil.

Cald. Pereira, de emphyteus. extinctione 4. part. cap. 10. num. 33. & 34 & Forensium lib. 1. quæstion. 23. num 14. & in consilio 28 num. 23. & de emption. & vendit. cap. 18.

And. Gail, obseruat. lib. 2. obseruatione 55.

Bernard. Græuæus, ibidem, in addit. ad Gaill.

Burgos de Paz, in consilio 14. n. 24.

Vincent. Carocius, casu 3. & ca. 99.

Fabius de Anna, in consil. 122. & consil. 135. lib. 2.

Marta, de iurisdictione, 4. parte, centuria 2. casu 172.

Hippolyt. Riminaldus, in consilio 242 ex num. 137. lib. 1.

Cardinalis Tuschus, tomo 2. littera D. conclusione 699. fol. 913. & tomo 8. littera V. conclusion. 63. & 64. & tomo 33. littera E. conclusion. 144.

Burgos de Paz, iunior, Ciuilium, quæstione 10. num 47.

Fontanella, de pact. nuptial. clausula 4. glossa 12. ex n. 135. cum sequ. fol. 192.

Hieronymus Ceuallos, quæst 756.

Morquechus, de diuisione bonorum, lib. 3. cap. 7. num. 21.

Atisminus Tepatus, variarum lib. 2. tit. de contrahenda emption. in principio, fol. 100. & 101. & lib. 2. de clausula constitut. fol. 4. column. 3. vers. venditor. versic. & hoc casu quia per secundum constitutum non tollitur primum: & de donat. inter viuos, libro secundo. folio 222. versiculo, donatio prima præualet secunda.

Marius Giurba, decisione Siciliæ 59.

Pelaez à Mierez, de maioratu, prima parte, quæstione 68. num. 37. vbi priuilegia eiusdem rei, si duobus concedantur, an præferatur quod primo expeditum fuit.

Petr. August. Morla, emporij part. 1. tit. 9. in præludiis, num. 48. & sequ.

Emmanuel Barbosa, in remissionibus Doctorum, ad titulum 7. ordinationis Regiæ, fol. 12. 13. 14. & 15. vbi ampliat, & limitat pluribus modis, dicta l. quoties, decisionem; & excitat quoque quæstiones nonnullas, & quamplurimos etiam cumulat Authores.

Extenditur nunc casus iste tertius principalis, 56
de quo actum est suprà, ex num. 51. vt procedat etiam in fortioribus terminis; & in illis considcratis à Georgio Cabedo, decision. 4. per totam, p. 1. quod Officialis scilicet, cui primùm concessa est dignitas sine administratione, si postea habeat eiusdem officij administrationem, non præferatur ei, qui post dignitatem, & ante ipsam administrationem sibi concessam, adeptus est simile officium cum administratione: & reddit rationem, quod prior data concessionis non fecit primum, actualem expeditorem, sed tantum titularem, idest, priorem titulo, & sic præferri poterat, & debebat titularibus posterioribus, sed non actualibus, idest, ante eum actu officium exercentibus, idque per textum, in l. 2. C. vt dignitat. ordo

ordo seruet. & repetit *num.* 13. atque *ex num.* 13. explicat *l. penult. C. de consuet. lib.* 12. quam in contrarium ponderauerat antea, *num.* 2. vbi latiùs videri poterit, & Cabedi specificam mentionem fecit, cúmque sequutus est D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, lib.* 5. *c.* 4. *num* 60. *&* 61. *&* 62. *fol.* 114. D. Carolus de Tapia, *decisione* 21. *num.* 17. *&* 18. *fol.* 338. vbi approbat rectè iudicatum atque decisum in Senatu Lusitano, in fauorem illius secundo loco electi, qui priùs obtinuerat exercitium officij prædicti; quia superueniens exercitium non facit illum priorem in præiudicium alterius, qui ceperat possessionem.

57 Quartus casus principalis sit, quando eisdem casus præcedentis terminis retentis, proponatur quæstio illa, specificè excitata per Fabium de Anna, *in consil.* 42. *lib.* 1. an scilicet, in hac ipsa præcedentiæ materia, præferatur, atque præcedat Senator, aut Officialis priùs electos, qui post alium postmodùm electum, qui priùs possessionem habuit, officium possidere cæpit, si ob Regis seruitium fuit impeditus; nam si impeditus non fuisset, vt possessionem capere posset, præferendum eum, qui priùs receptus fuit, & possessionem habuit; expeditum & compertum est, & casu præcedenti plenè comprobatum.

Casus hic, cum ita in indiuiduo euenisset, & priùs creatus fuisset Regens D. de Ponte, & D. Regens Lan. post ipsum electus, priùs possessionem habuisset, *consilium illud* 42. dictus Author confecit, & constanter defendit, regulas illas omnes prioritatis temporis, & quod posteriori tempore admissus, posteriori loco sedere debet: Et quod prior in tempore, potior est in iure: Et vbi officium habet annexam administrationem, quod non dicatur quis Officialis, aut Senator, nisi sit admissus, & cæperit administrare, atque ita possidere; cessare debere in casu illo, ob impedimentum ibi propositum: nam etsi Regens de Ponte, administrationem non habuerit, & priùs administrare cæperit alter Regens, post ipsum creatus; tamen ob Reipublicæ intimas, & necessarias causas (vt compositis omnibus suæ domus supellectilibus, & negotiis, deliberauerat) eidem non licuit, & ex Proregis mandato, iter retraxit, vt annonæ præesset; quod munus adeo expleuit sincerè, ac bona fide, & summis cum vigiliis, & laboribus, vt illa, quæ rigidissimo pretio vendebantur, & difficillima inuentu erant, tunc vilissimo, & magna cum facilitate comparari poterant, prout latiùs *ibi*: quo in facto præmisso, & præsupposito, securè infert, quod is, qui Reipublicæ causa, ex Regis mandato abest, præsens esse dicitur, & proinde habetur, ac si Rex ipse possessionem officij, tempore quo discedere de-
58 bebat, cepisset: idque ex iure notissimo, & certo, ex quo, absens ex causa Reipublicæ, præsens esse videtur; & ob id, omnia ei debentur, quæ præsentibus competunt, ex textu singulari, *in l. si quis stipulatus, ff. ex quibus causis maiores*: vbi Glossa, *in verbo, eadem*, quæ eleganter inquit, quod si ego promisi alicui decem, si essem Romæ in Pascha, & ibi fuerim causa Reipublicæ, non videor esse, cum hic intelligatur esse; & sic absens causa Reipublicæ, pro præsente in loco habetur. Et hoc etiam notat *ibi* Albericus, & *in tractatu statutorum, lib.* 1 *quæst.* 184. *num.* 2 vbi expressè dicit, quod absens Reipublicæ causa, habetur pro præsente, ac si esset in loco: ponderat etiam textum, *in l. si quis Titio, & in l. Iulianus, § finali, ff. eod. tit.* vbi Alberic. & Fulgos. Bartol. etiam, qui summando textum, inquit, quod absens Reipublicæ causa restituitur, vt percipiat commodum, ac si præsens esset; & infert ad Doctores, quibus fuit constitutum salarium annuum, vt legerent; quia si sunt absentes Reipublicæ causa, illud habent, ac si præsentes essent: & de hoc textu meminit Oldrad. *in consilio* 117. *num.* 1. ad idem expendit text. *in l. Seia, §. Pamphilo, ff. de fundo instructo*: & *in l. qui mittuntur, §. finali, ff. ex quibus caus. maior.* per quem Bald. scripsit, quod tempus absentiæ, pro seruitio computatur. Adducit etiam, quod absenti cum licentia, debetur salarium pro tempore absentiæ, quia videtur adesse, prout *ibi* comprobat *num.* 25. Et absens, pro seruitio Superioris, pro præsente habetur, *cap. ex parte, el segundo, & cap. cum dilectus, de cleric. non resident.* Et iuramentum de residendo non obstat illi, qui non residet ex licentia, vel facto Superioris, imò gaudet omnibus priuilegiis, & prærogatiuis competentibus his, qui præsentes sunt, etiamsi de iure speciali competerent; prout *ibi num.* 28. Ad idem ponderat text. *num.* 29. *in cap. ad Audientiam, de cleric. non resident.* vbi stante constitutione iurata, & à Sede Apostolica confirmata, quod Canonici non residentes priuentur fructibus beneficiorum, excepto casu infirmitatis, vel seruitio Sedis Apostolicæ; si Canonicus est absens pro seruitio Episcopi, vel Ecclesiæ, percipiet fructos, tanquam præsens: & ita declarant Glossa, & communiter Doctores *ibi*; dicentes, quod qui est in seruitio Episcopi, seruire Ecclesiæ intelligitur; & præsens dicitur, qui pro seruitio Superioris abest, nec contrauenit iuramento de residendo.

Addit etiam Fabius ipse de Anna, quod qui in Principis seruitio existunt, præsentes censentur: prout *ibi* comprobat *num.* 31. & cùm absenti ex causa Reipublicæ detur restitutio; hæc operatur etiam in præiudicium tertij, & sic illius, qui medio tempore acquisiuit possessionem officij. Vndè capta possessione officij per D. Regentem de Ponte, restituitur in statum prioritatis temporis, quia est restitutio, quæ competit de iustitia, & non ex gratia: prout videmus in appellatione, quia absens ex causa Reipublicæ, restituitur ad appellandum; & tamen, talis restitutio præiudicat tertio; & sic illi, qui ex non appellatione, sententiam, & rem iudicatam acquisierat: & hæc Fabius de Anna, *dict. consil.* 42. *ex num.* 32. *& quatuor seqq.* concludens, quod cum D. Regens de Ponte, ad Curiam non accesserit, impeditus ex causa necessaria, facto, & mandato, & cum licentia Proregis, suóque seruitio vacauerit; habetur, ac si accessisset tempore, quo accedere volebat, & ante alium possessionem habuisset: nec attendi debet, quod priùs fuerit alius possessionem adeptus, ex quo ipse erat, pro seruitio Regis impeditus. Firmat denique, quod cum hic casus, aliàs inter alios duos Consiliarios accidisset, pro hac, quam tuetur, opinione fuit decisus.

Et hactenus Fabius de Anna, cuius resolutiones exornari possunt, ex his quæ adnotarunt Didac. Couar. *variarum lib.* 3. *c.* 13. *n.* 8. Seraph. *decision.* 1098. Moneta *de distribut. quotidian. q.* 11. Nicol. Garcia, *de beneficiis, p.* 3. *c.* 2. *ex n.* 361. Azor. *institut. Moralium, p.* 2. *lib.* 7. *c.* 7. *quæst.* 14. & cum aliis August. Barbos. *in c. ex parte* 13. *de cleric. non resident. num.* 2. *&* 3. *fol.* 730. dum agunt de absentibus, vt iura Ecclesiæ tueantur, aut propter euidentem eius vtilitatem non residentibus, vt distributiones quotidianas lucrentur, ac si præsentes

sentes essent; & vltra relatos à Barbosa, exortanant etiam Cardin. Tusch. *tom. 1. littera A. concl. 32. folio 20. & maximè, numer. 3.* vbi quod absentia necessaria, causa Reipublicæ, non debet nocere absenti; sed imò absens ex necessaria causa, pro præsente habetur in fauorabilibus, ex *l. absentia, ff. de regul. iur.* vbi Der. & alij notarunt, & cum multis Osualdus, *in Donellum, lib. 21. c. 5. littera G.* Sfortia Odd. *de restit in integ. p. 1. q. 5. art. 4.* Decianus, *tract. criminal. lib. 3. c. 38. ex num. 29.* Ant. Fab. *in ration. ad titul. ff. ex quib. caus. maior. 25. annis in integ. restituan. ex fol. 670. & 671.* ex quo plura deduci possunt: quæ motiua, & fundamenta Fabij de Anna, relata *suprà*, confirmant.

Adhuc tamen negari non potest, quin res habeat magnam difficultatem, quoad intentum principale *dicti consilij 42.* & partem illam, quam Fabius tuetur: nam etsi de iure procedant regulæ illæ omnes, ab eo Authore propositæ; & quod absens de mandato Regis, atque ex causa publica, & necessaria, præsens esse videtur, & ob id, et omnia debentur, quæ præsentibus competunt; & hæc forsan aliquando dubitandi, & rescribendi Principi, aut Regio Cameræ Senatui, ansam, & occasionem iustam præstabunt, vt rescribentes Senatus, ut dictum, & rescriptum Regium expectent, si rerum, & personarum qualitas, ita suadeat; quod non de facili fiet, cum possit Rex ipse, aut Regius Senatus, si voluisset, super casu præcedentiæ, & antiquitatis rescribere; adhuc tamen, fortissimè vrgent iura omnia, & resolutiones communes Doctorum, *ex n. 51. & casu tertio principali, suprà*, ponderatæ, quæ velut concludenter euincunt, primò admissum, & receptum, præferendum esse alteri postea recepto, & illum præcedere debere, qui priùs possessionem officij accepit, vt *in capite, si à Sede Apostolica, de rescript. libro sexto*, & tot iuribus ab eodem Fabro ponderatis, *eodem consilio 42. ex numero primo, cum sequentibus.* Item, quod imputet sibi Magistratus, aut Senator, priùs aut postmodùm etcatus, qui sibi de præcedentia non cauit, atque consuluit, & omisit antiquitatem, & prælationem petere, vt ita præcederet, ac si prius possessionem accepisset, quod curare, & consequi forsan facilè posset eo tempore, quo mandato Regio impeditus, ad possessionem actualem accipiendam accedere non poterat. Vndè velut tacitè videtur iuri suo, & præcedentiæ renunciare, qui diligentiam nullam adhibuit, vt præcederet, aut absentiæ ipsi non contradixit, precessvè non obtulit, vt ea sibi nociua non esset.

Vrget etiam; possessionis commodum, & effectum, magnum esse; eúmque videri debere in possessione tuendum, quem priùs possidere, & priùs possessionem accepisse constat: sic sanè, quoad præcedentiam, prior iudicatur is, qui in possessione inuenitur, & in illa conseruari debet: quod cum aliis scripsit Ponte, *in consilio 14. numero 67. & 68.* Iacob. Philip. Portius, *in consilio 164. nume-*
59 *ro 84.* vbi inquit, quod prælatio ex quasi possessione iudicanda est: Baldus etiam, *in consilio 387. libro primo*, Tiraquellus, *de nobilitate, capite 10. numero 55.* Menochius, *in consilio 116. numero sexto*, Peregrinus, *in consilio tertio, numero primo, & sequentibus*, Fuluius Pacianus, *de probat. libro secundo, capite 26. numero 136.* Perez de Lara, *de Capellan. & anniuersar. libro primo, capite 24. numero 25. & 26.* Fabius de Anna, *in consilio 136. num. 10. & 11. lib. 2. & in consilio 40. num. 1n. lib. 1.* vbi post

Zabarel. Cornecum, Portium, Menochium, Bursatum, & Auendañum, quod in materia præcedentiæ, melior est conditio possidentis, & in ea, secundum quasi possessionem est iudicandum. Et adeo verum esse (addit) quod in præcedentiis attenditur quasi possessio, quod vbi non est datus ordo in sedendo, melior est conditio possidentis: & refert alios sic dicentes; & quod primus occupator loci, vel sessionis, est tuendus in quasi possessione.

Sic quidem, in materia præcedentiæ, interdicta possessoria adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ, concessa sunt ei, qui de iure, aut honore suo conseruando, aut retinendo, siue recuperando, agit, si in eo turbatur, aut inquietatur, aut de facto spoliatur; actio quoque iniuriarum, & officium Iudicis illi datur; quod relatis multis aliis Authoribus, obseruarunt D. Garcia Mastrillus, *de Magistrat. lib. 5. dicto capite quinto, num. 71.* notanter Stephanus Gratianus, *lib. 2. cap. 98. numero 11. per totum*, vbi vide: Ioann. Garcia, *de expens. & melioras. cap. 8. numero 51.* Cenedus, *collect. ca 96. ad Decretal. & collectanea 17. ad Decretum*, Besoldus, *different. iurid. polit. de præcedentia, & sessionis prærogatiua, capite tertio, numero quinto, & sequent bus.* 60

Et ex vnico actu quasi possessionis, ius acquiritur in præcedentiis, & iuribus incorporalibus, vt quis conseruari, & manuteneri debeat in quasi possessione præcedentiæ, in qua inuenitur: quod cum aliis adnotarunt Bursatus, *in consilio 343. numero 74. lib. 4.* Mastrillus, *lib. 5. dict. c. 4. num 34. & 35.* Fab. de Anna, *in cons. 40. num. 8. lib. 1.* Aloysius Riccius, *in praxi, titul. de præcedentiis, quæstione 272. numero sexto, & septimo*, Menochius, *in consilio 126. numero 6. lib. 2.* Perez de Lara, *de anniu. libro primo, capite 24. numero 26. & libro secundo, capite primo, numero 55. & 56.* Gonçalez, *ad regul. Cancellar. glossa 45. § 2. ex numero 29.* Stephan. Gratianus, *tomo primo, capite 111. num. 16. & 17.* Camillus de Larata, *in consilio secundo, numero 29. & 30.* & fuit originalis doctrina Bartoli, *in l. prima. § hoc interdictum. ff. de itinere, actúque priuato*, dummodò intelligatur, id procedere inter easdem personas, inter quas vnicus actus quasi possessionis causatus fuit; secus autem, inter diuersas, quibus ex illo actu nullum præiudicium causatur; Felinus, *in capite, auditis, numero 15. de præscript.* Vincent. de Franchis, *decisione 17. numero 12. & decisione 253. numero 1n.* Hippolyt. Riminald. *in consilio 513. numero 54. libro tertio, & in consilio 71. numero 71. libro primo*, Ponte, *in consilio octauo, numero 11.* Molfes. *ad consuetud. Senat. Neapol. prima parte, capite sexto, numero quarto*; D. Garcia Mastrillus, *lib. 5. dicto capite quarto, numero 36. folio 152.* & vltimus actus possessionis inspicitur, *capite, cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propr. l. Mella, §. sed si alimenta, ff. de aliment. & cibar. legat.* & cum aliis notauit Fabius de Anna, *in consilio 40. num. 9 lib. 1. fol. mihi 120.* 61

Quintus, & vltimus casus principalis sit, quod in rescriptis gratiosis, attenditur tempus datæ, *capite, eam te, de rescript.* vbi late Felin. *capite, si eo tempore, capite, tibi qui, eod. titulo libro sexto, capite, cum cui, de præbend. libro sexto.* & cum ordinariis, & aliis notarunt Rebuffus, *responso 24. versiculo, contrarium*, Gambara, *de officio, & potestate legati, libro 11. numero 496.* Fabius de Anna, *in consilio 42. numero 50. libro primo*, Vincent. de Franchis, *decisione 62.* Nauarrus, *consil. 10. de maior. & obedient.* D. Valençuela Velasquez, *in consilio 34.* 62

ſilio 34 *ex numero* 37. *vſque ad numerum* 43. *fol.* 274. vbi id ipſum notauit, & addidit, quod ipſis reſcriptis gratioſis, temporis prioritas facit gratiam meliorem, & non peiorem, & aliis iuribus comprobat. Et quod promotionis tempus attenditur in ſalutatione Principis, & aliis honoribus; & quod gratia confert titulum in beneficialibus: & inde, qui eſt prior titulatus, eſt præferendus in poſſeſſione beneficij, vt per Decium, Ferret. & Menochium, *ibi* relatos, *num.* 41. Et adeo verùm eſſe, quod prior in data, poſteriori præfertur in beneficialibus, vt procedat, etiamſi poſterior in data, priùs ſuas præſentauerit literas, nihilominus, prior in data præfertur, ex *eiſdem iuribus, antea relatis*, & aliis *ibidem, numer.* 40.

Eandem quoque commemoranit reſolutionem Georg. Cabedus (quem Valençuela non citat) *deciſione* 3. *num.* 2. & 6. vbi ponderat text. *in dict. cap. cum cui, de prabend. lib.* 6. & inquit, quod in impetratione beneficiorum inſpicitur data, non præſentatio, aut receptio: & ideo ei, cui canonicatus collatus fuit per priorem datam, debetur præbenda vacans, vel quæ primum vacauerit; non autem illi, cui ſimiliter canonicatus in eadem Eccleſia fuit etiam conceſſus per poſteriorem datam, licet priùs literas præſentauerit, & priùs fuerit receptus: & quod idem probat textus, *in capite, capitulum Sancta Crucis*, *de reſcript.* Et *numero ſexto*, ſcribit, quod ſi aliqua ratione, in dictis iuribus habetur ratio datæ, ideo eſt, quia gratia facta per ſolam ſignaturam valet, nec requiritur de ſubſtantia gratiæ, quod ſint literæ de ea confectæ, aut expeditæ, & requiritur tantum ſcriptura ad probationem, non ad eſſentiam, & validitatem, prout *ibi* comprobat. Eandem denique reſolutionem communem tenent Gloſſæ, Ancharan. Innocentius, Abbas, Decius, Felinus, Ludou. Molina; Marc. Anton. Cucchus, Flamin. Pariſius, & alij, cum quibus Auguſtin. Barboſa, *in collect. ad dict. caput, cum cui* 7. *de prabend. libro ſexto, numero tertio, folio* 267. vbi ex eo textu deducit, quod datæ tempus, non verò præſentationis inſpicitur in literis Apoſtolicis, dummodo gratia ſit perfecta, non verò, quando gratia proponitur imperfecta, prout *ibidem, numero quarto, & numero quinto, ſexto, & ſeptimo*, explicat aliqua iura. Et antea, *numero ſecundo*, deduxerat, quod prioritas iuris in beneficiis conſideratur, ex tempore tituli, non verò ex tempore traditionis: quod latiùs *ibi* videri poterit; & *in capite, capitulum Sancta Crucis*, 30. *de reſcript. folio* 61. vbi *numero tertio, & tribus ſequentibus*, ipſe Auguſtin. Barboſa, in hunc modum ſcripſit: *Notatur etiam ad hoc, quod priuilegium, vel reſcriptum prius in data, pranalet ſecundo, & poſteriori, vt per Girondam, de priuileg. ſeu exemption. explicat. num.* 870. *vnde quando duo beneficiarij concurrunt ſuper vno beneficio, ad cognoſcendum, cui priùs ius quaſitum eſt, attenditur tempus data, non tempus ſignata ſupplicationis, vt per Vincent. de Franchis, deciſione* 62. *numero primo, & ad hoc, vt quis poſſit facere fructus ſuos, attenditur tempus data, non tempus, quo litera per Cancellariam expediuntur; ex Cabedo, deciſione* 39. *numero quarto, parte ſecunda, & quia multoties dubitatur, in reſcriptis, priuilegiis, & gratiis eiuſdem temporis, & qualitatis, quod eorum præfera-*
63 *tur, & vtrum praferatur illud de quo acquiſita ſit poſſeſſio, licet ſit poſterius, & quando tempus data attendatur; vide Menochium, de arbitrar. caſu* 48, *Girondam, dicto tractatu, numero* 777. *& reſolutiuè tenendum, prius prouiſum eſſe praferendum poſteriori, Ripa, de cauſa poſſeſſion. & proprietat. reſponſ. tertio, num.* 2. *etiamſi ſit in hora, vel puncto, Caſſador. de prabendis, deciſione* 20. *num.* 1. *Rota Romana deciſione* 19. *num.* 2. *cum ſequentibus, parte ſecunda, & deciſione* 88. *numer. quinto, libro ſecundo, parte tertia diuerſorum, Menochius, dicto caſu* 48. *numer.* 2. *cum ſequentibus, & etiamſi poſterior eſſet in poſſeſſione; capite, cum cui, de prabend. lib.* 6. *Romanus, in conſilio* 398. *num.* 2.

Hactenus Auguſtin. Barboſa, qui (vt vides) ſpecificè, & expreſsè aſſerit cum aliis Authoribus; vſque adeo, datæ tempus attendi in reſcriptis gratioſis, & prioritatem temporis facere meliorem gratiam, vt id procedat, etiamſi poſterior eſſet in poſſeſſione, idque per textum, quem citat, *in dicto cap. cum cui*: & idem ſcripſit *in ipſo cap. cum cui, num.* 1. vbi ita ſummauit: *Beneficiorum in impetratione, inſpicitur data, non præſentatio, vel receptio.*

Aduerte tamen, quia videtur præciſum, in hoc inſiſtere, & dilucidè magis explanare; nam ſi bene aduertas, extra caſum, & terminos *eiuſdem capitis, cum cui*, contrarium videtur dicendum, & datæ tempus non attendi, quando poſterior in data præueniſſet, & in poſſeſſione inueniretur; ſic ſanè Georgius Cabedus, *deciſione tertia, parte prima*, in indiuiduo, & expreſsè annotaſſe, atque voluiſſe videtur: Primò namque expendit textum *in dicto capite, cum cui*, vbi in impetratione beneficiorum inſpicitur data, non præſentatio, aut receptio; & ideo, ei, cui canonicatus collatus fuit per priorem datam, debetur præbenda vacans, vel quæ primùm vacauerit; non autem illi, cui ſimiliter canonicatus in eadem Eccleſia fuit etiam conceſſus per poſteriorem datam, licèt priùs literas præſentauerit, & priùs fuerit receptus; & addit, quod idem probat textus, *in capit. capitulum Sancta Crucis*, vbi latè Felinus, *de reſcript.* & *in capite, ſi poſtquam, de prabend. lib.* 6. & notarunt Gloſſæ *ibi* relatæ; ſtatim autem Cabedus ipſe, *num.* 9. ſic ſcribit: *Secundò facit pro hac parte, quod ſi duobus confertur ſimilis gratia circa aſſequutionem Canonicatus, & prabenda vacantis, vel proximè vacatura, ſi ſecundus priùs recipitur in Canonicum, & ei confertur prabenda ante receptionem primi, vtique in aſſequutione prabenda præfertur, vt probat textus in dicto cap. tibi qui; in illis verbis, ex quo alteri ante receptionem collata non extitit: & ibi Gloſſa, & Peruſinus, columna prima, Archidiacon. columna ſecunda in principio, de reſcript. lib.* 6. *vbi inquit, quod priùs impetrans eſſet potior, cum fuit receptus ante collationem factam ſecundo; quia ipſi primo impetranti fuit primum ius quaſitum ad prabendam, propter intentionem mandantis, quando non inuenitur factum completum in perſona ſecundi impetrantis; & facit ratio cap. quamuis, in fine, eodem tit. de reſc. lib.* 6.

Cum autem conſideraſſet, atque præ oculis habuiſſet Cabedus, textum, *in dicto capite, cum cui*, contrarium videri probare, contrarium etiam alios Authores indiſtinctè tradidiſſe, prout eos refert; & Cabedum non legit Auguſtinus Barboſa, *in locis relatis ſuprà*; eidem in hunc modum reſpondet, *dicta deciſione tertia*, numero decimo: *Nec obſtat textus, in dicto capite, cum cui; & in cap. ſi poſtquam, de prabend. libro ſexto, vbi, ſi duo à Papa recipiuntur in Canonicos, & ſecundo confertur prabenda, etiam ante receptionem primi, non valet collatio, ſed reuocatur, & prabenda primo impetranti confertur, quia illud eſt ſpeciale in his, quibus à Papa canonicatus*

nicatus confertur, *quia eo ipso*, *impetranti debetur prabenda*, *ac si etiam à Papa eidem collata fuisset; vnde etiam ante ipsius impetrantis receptionem, alteri secundo nequit conferri: secus verò in aliis impetrantibus ab aliis inferioribus, vel etiam impetrantibus à Papa alias prabendas*, *vt in dicto cap. ibi qui; & ita illud speciale format regulam in contrarium.*

Hactenus Georgius Cabedus, cui *alio in loco* conuenire videtur Augustinus Barbosa, hoc est, *in cap. si postquam*, *decimotertio*, *de prabend. libro sexto*, sic enim scripsit *numero primo*, *folio* 270. *Papa*, *quando confert canonicatum alicui*, *& mandat prouideri de prabenda primò vacatura*, *& nulli alij de iure debita*, *si Canonici ignorantes mandatum, conferunt prabendam primò vacantem alteri, ignoranti etiam mandatum*, *collatio non tenet*, *quia Canonicus*, *auctoritate Apostolica factus*, *habet ius ad primam prabendam*, *quam iustè potest petere; & non potest alteri conferri*, *licet ignoranti mandatum.*

Et hactenus de prima, & secunda conclusione Mastrilli, in materia præcedentiæ, & de his, quæ ad singularem, & dilucidam eius explicationem annotauimus.

64 Progreditur autem vlterius Mastrillus metipse, & *libro quinto, de Magistratibus*, *dicto capite quarto*, tertiam principalem facit conclusionem, In ipsamet præcedentiæ materia, multum attendi consuetudinem, idque *ex numero trigesimo, vsque ad numerum* 37. *folio* 131. vbi citat Baldum dicentem, quod consuetudo assignat loca sedendi, & non potest præposterari; citat etiam plures alios Authores ita dicentes, & quod huiusmodi consuetudo, siue sit præter ius, siue contra ius, de iure Ciuili, decennio inducitur; & etiam de iure Canonico, in materia præcedentiæ, & quod sufficit consuetudo facti, qualis est obseruantiæ, quæ longum non requirit tempus, sed tantum sic fuisse aliquando seruatum in certis actibus, quod Iudicis arbitrio committitur. Idque in petitorio: nam in possessorio, vnicus & vltimus actus possessionis attenditur, & quod est iudicandum, secundum hanc quasi possessionem in materia præcedentiæ; prout hæc omnia, multorum aliorum Authorum allegatione comprobat: & concludit *num.* 36. quod hæc consuetudo, si contra ius commune disponat; non potest extendi de persona ad personam, nec de casu ad casum; vt dixerunt quoque Molsef. & Ponte *ibi* relati.

His addendum est, vltra Authores relatos à Mastrillo, in eadem sententia, & opinione, quod scilicet, in honoribus, & in materia præcedentiæ, sit multùm efficax, & potens consuetudo; post Glossas, & ordinarios, & alios multos fuisse Tiraquellum, *de nobilitate*, *capite* 20. *numero* 53. Boërium, *decisione* 55. *& de auctoritate magni Consilij*, *numero* 68. Cordubam de Lara, *in l. si quis à liberis*, *in principio*, *numero* 21. *& sequentibus*, Ioann. de Garcia, *de nobilitate*, *glossa* 18. *ex numero* 44. Menochium, *in consilio* 51. *num.* 49. *& sequentibus, libro primo, & in consilio* 126. *numero tertio, libro secundo*, *& in consilio* 257. *numer.* 36. vbi quod is iudicandus est maior, & dignior, atque cæteris anteponendus, qui pro veteri more, & consuetudine, ita habitus est; & *in consilio* 301. *numero* 43. *volumin. quarto*, vbi etiam, quod ex consuetudine regulari debent tituli, dignitates, & præcedentiæ, Ludou. Rodulphinus, *in tractatu de origine, dignitate*, *& potestate Du-*

cum Italia, *numero* 234. *&* 251. *& sequentibus*, Fuluius Pacianus, *de probat. libro secundo*, *capite* 26. *numero* 136. Gigas, *de residentia Episcopi*, *capite* 18. *numero decimo*, Felix Contelorius, *in quæstione de præcedentia*, *numero sexto*, *&* 58. Fabius de Anna, *in consilio* 40. *libro primo*, *ex numero primo*, *vsque ad numerum decimum*, ex quo deduxit Mastrillus conclusiones omnes, quas retuli *suprà*. Item, quod in præcedentiis attenditur consuetudo, secundum quam, minores etiam præcedunt maioribus; & si consuetudo non adest, assignantur loca secundum qualitatem personarum, & quod consuetudo, quæ assignat loca sedendi, & standi, non debet præposterari; ac denique adducit Bald. dicentem, quod Barones, penes Regem debent sedere ordine consueto. Elbert. Leonin. German. *in consilio* 10. *numero primo*, Perez de Lara, *de anniuersar. libro primo, capite* 24. *numero* 18. Bobadilla, *libro tertio, capite secundo, numero* 23. *& littera F* Camillus de Larara, *in consilio secundo, ex numero* 28. Gonçalez, *ad regulam Cancellaria, glossa* 45. *§. secundo*. *ex numero* 29. *cum sequentibus*, Stephanus Gratianus, *tomo tertio*, *capite* 492. *numero nono*, *& tomo quinto*, *capite* 867. *numero* 27. *& tomo secundo, capite* 198. *numero octauo, & nono, & numero* 99. vbi vide, explicat enim, qualis debeat esse consuetudo, vt attendatur, & seruetur; & hos omnes, Parisium etiam, Aretinum, Marçarium, Oroscium, Nauarrum, Seraphinum, Ioannem Aloysium, Vincent. de Franchis, & alios, ego metipse in vnum congessi, & retuli eos, *in tractatu præcedentia*, ex citata competentiæ quæstione, quam retuli *suprà*, *littera H. fol.* 3.

Addo nunc singularem, & copiosum locum D. Valençuelæ Velasquez, *in consilio* 34. *ex numero* 132. *vsque ad numerum* 183. *ex folio* 281. vbi vtiliter admodum, atque ex professo magis, quàm alij fecissent, declarat, vtrùm consuetudo debeat seruari in honoribus, & præcedentiis, & eius virtus, vis, & potentia: & qualis ipsa esse debeat, & an attendatur, si sit contra ius, aut ambitiosa, aut tollens priuilegia dignitatis, aut si Ecclesiæ, vel iuri publico præiudicet, aut contra rationem & æquitatem naturalem, aut non sit vniformis, aut contra honestatem sit, aut si non probetur in specie, & an inducatur ex longa tolerantia contra ius, & an debeat esse legitimè præscripta, & an requirat frequentiam actuum, scientiam Superioris, & bis pro ea iudicatum fuisse, de quibus, & aliis, longa serie, *ibi* agitur.

De vi etiam, & efficacia obseruantiæ, & quod ita in aliis casibus obseruatum fuerit, ego quoque metipse congessi nonnulla, *in commentariis tomi quinti*, *capite* 93. *& §. septimo*, *ex numero quinto*, *cum sequentibus*, *folio* 372. vbi cumulaui Authores quamplurimos, qui tem hanc exornarunt: sunt etiam videndi Petrus Cenedus, *in collectan.* 62. *ad Decretales*, *numero tertio*, Doctor Valençuela Velasquez, *in consilio* 52. *numero* 45. *& sequentibus, & in consilio* 53. *ex numer. octauo*, Doctor Ioannes de Solorzano, *de Indiarum iure, lib. secundo, capite* 24. *ex numero* 84. *& libro tertio, capite primo, ex numero* 25. Sic sanè, ab obseruantia ipsa, & exemplo, aliis in casibus, præcedentiam ipsam regi, & gubernari posse, & debere, ex eisdem antea relatis Authoribus deducitur manifestè, prout *ibi* notaui. 65

Deducitur etiam, quod cùm Magistratuum, & Senatorum, publicorúmque Officialium honores, & præeminentiæ fiot iuris publici, priuati

priuati alicuius, aut priuatorum consensu, remissione, aut negligentia amitti non possunt, nec cæteris præiudicium generare id, quod ipsi aliquando, suo priuato consensu obseruarunt, aut induxerunt; atque ita, ius competens, illæsum remanere: quod singulariter annotauit Baldus, *in consilio* 387.*column.* 2.*in princip.volum.* 2. Purpuratus, *in consilio* 540.*num.* 19. *lib.* 2. Menochius, *in consilio* 902.*num.*78.*lib.* 10. Stephanus Gratianus, *dicto cap.*298 *num.*11. Ponte, *decis.*8.*num.*11. Molfesius, *ad consuetudin. Senatus Neapolitani, prima parte, cap.*6.*num.*4. Mastrillus, *lib.*5.*cap.* 4. *num.* 36. *fol.* 131. idque latiùs exornari potest ex traditis, *dicto* §.7.*cap.*93.*ex num.*5.

67 Denique, & alias conclusiones in materia ipsa præcedentiæ proponit Mastrillus, *lib.*5. *dicto cap.*4 *ex nu.* 37.*vsque ad numerum* 75. quas sciens, & consultò, ideóque prætermitto, quod in actu practico, & in vsu forensi minùs vtiles, & necessariæ sint; & *ibidem* videri possint. Illa tamen omittenda non est, de qua *num* 75.*ibidem*, quod quotiescunque collegialiter incederent Tribunalia, semper maius præfertur, etiam quòd Præsidens minoris Tribunalis, maiorem habuisset dignitatem, quia repræsentat collegium, quod vni particulari præfertur; & refert ita notanter dixisse Geminian.& eum Felino, & aliis tradidisse Chassan.& Ponte; quos refert: & ita determinatum fuisse in Supremo Italiæ consilio; quia aliàs essent duo capita in vno corpore.

68 His addendum est, me in casu illo occurrenti competentiæ, de qua *suprà* mentionem feci, id ipsum obseruasse, atque singulariter tradidisse *fol.* 18.*in fine*,& 19. vbi scripsi. *que la precedencia se ha de juzgar, respeto de la plaça, y officio, que cada vno tiene y no respecto del Consejo, que cada vno va acompañando; porque quando los Consejos concurren juntos, de cuerpo a cuerpo, y de Consejo a Consejo, precede el mayor, y assi el Consejo Real de Castilla a todos, y la comunidad de vn Consejo a vn particular, y el inferior del cuerpo, que precede, es anterior al principio del cuerpo preferido, y que quando llega el acto de processiones, ò actos publicos, se prefieren los Fiscales del Consejo Real a los Consejeros de otros Consejos, que en juntas, y otros actos tienen mejor, y mas preeminente lugar, y plaça, y el Oydor del Consejo Real, le lleua mejor que el Presidente de Indias, y el de Aragon, por ir con el cuerpo del Consejo: pero en separandose del Consejo, y comunidad, que causa la precedencia misma, cada vno se gouierna, y prefiere, y tiene precedencia por el orden de mejor, y mayor plaça*: & vltra locum Mastrilli nunc relatum, pro eadem obseruatione dixi, idem quoque fuisse decisum in Rota Romana, prout testatur Alexander Ludouisius, *decisione ducentesima octogesima quarta*, vbi etiam citat Geminianum, Felinum, & Boëtium; & concludit, quod in casu prædicto, membra non debent separari à capite, & quod debent præcedere eos omnes, quos eorum caput præcedit, ex regulis in materia præcedentiæ constitutis: Stephanus Gratianus, *tomo primo, capite* 111. *numero tertio*, & *octauo*, & 11. Decius, *in consilio* 160. Oldradus, *in consilio* 310.*numero decimo*, & *sequentibus*, Tuschus, *tomo sexto, litera P. conclusione* 733. *numero sexto*, Gonçalez, *ad regulam Cancellariæ octauam, glossa* 51.*num.*56.& *glossa quinta*, §. 9.*numero* 102.& 104 Aleiatus, *in responso* 199. *numero* 336.

Et hactenus de dicta Regalia, aut Regali iure, quod in concedenda præcedentia, & prælatione, siue maiori, & superiori loco, Magistratibus, & Consiliariis, atque Officialibus publicis consistit.

Nunc verò de alio iure Regali agendum est, quod ad facultatem legum pertinet; & quidem, legis condendæ potestas, est de Principi Supremo reseruatis, & de maioribus Regali-
bus; vt cum Andrea Rosentallo, Surdo, Meno- 69
chio, & Thesauro, scripsit Mastrillus, *de Magistratibus, libro tertio, capite tertio, numero* 44 *folio* 255. Callixtus Ramirez, *de lege Regia*, §. 25. *nu-
mero tertio, folio* 224. in illis verbis: *Primus om-* 70
nium maioris effectus, est legis condenda facultas, & solis Regibus, aut Principibus, Superiorem non recognoscentibus, competit; qui in suis Regnis Supremam potestatem habere dicuntur. Et cum multis Authoribus exornauit ipse Mastrillus, *dicto capite tertio, ex numero* 27. *vsque ad numerum* 44. exornarunt etiam Cardinalis Bellarminus, Didacus Perez, Iacob. Cuiacius, Surdus, Menochius, Antonius Gomezius, Iacobus Cancerius, Contradus, Auiles, Ludouicus Carbon. Pater Suarez, Pater Salas, Camillus Borrellus, Belluga, Simancas, Carolus de Grass. Carolus de Tapia, Rosentalis, Morla, Auendaño, Matta, Matiençus, & alij, quos ideo, suo ordine non recenseo, quia eos cumulauit Mastrillus, *libro tertio, dicto capi-
te tertio, per totum, ex folio* 253. Et ij omnes, ac 71
alij statim referendi, concludunt, quod leges, vt obligent, & subditos adstringant, debent esse iustæ, honestæ, subditis ipsis vtiles, possibiles, & conuenientes loco, & tempore, & in bonum commune latæ; & cum eisdem Authoribus exornat longa serie, & alias leges, qualitates, & requisita cumulat Mastrillus, *eodem capite tertio, ex numero* 78. *fol.* 258 *vsque ad numerum* 93. hæc sanè, sciens, consultóque prætermitto, quoniam *ibi* videri possint, & penes alios, qui de legibus peculiares tractatus ediderunt, quorum nonnullos retulit Mastrillus metipse: alios etiam plures refert, & materiam declarat Morla, *in emporio, titulo primo, de legibus, ex folio primo, vsque ad folium* 55. Paulus etiam Laiman, *Moralium tomo primo, tractatu quarto, de legibus, ex folio* 44. *vsque ad folium* 97. Pater Villalobos, *in Summa, tomo primo, tractatu de legibus, ex folio* 13. *cum pluribus sequentibus*, Doctor Anguianus, *de legibus, per totum*, Pater Lorea, *in Diuum Thomam, parte prima, tomo secundo, tractatu de legibus*, Pater Diana, nouissimè omnium, *moralium tractatu decimo, de legibus, ex folio* 175. qui plures alios Theologos, & Summistas commemorauit, *ex folio* 175. & *multis sequentibus*, extátque Antonij Fabri locus singularis, *Papin. Iurisp. scient. ad titulum de iure naturali, gentium, & ciuili, principio* 8. *illatione* 3. *de potestate legis condenda, fol. mihi* 76.

Et communiter allegatur textus, *in cap. erit* 72
autem lex, quarta distinctione, qui desumptus est ex Diuo Isidoro, *libro sexto Etymologiar. cap.* 11. vbi scribitur, quod lex est ordinatio, & præceptio rationis in bonum commune, ab eo, qui curam Reipublicæ gerit, promulgata: & de hac diffinitione latè agit Morla, *in præmissis, ex numero decimoquarto, cum sequentibus, folio quinto*, Doctor Anguianus, *de legibus, libro primo, controuersia prima, & tribus sequentibus*, & multas alias diffinitiones adducit Villagutta, *de extensione legum,
præludio primo, folio primo.* Et quod lex iusta Prin- 73
cipis sæcularis, obligat etiam in foro conscientiæ, resoluit Mastrillus, *libro* 3. *de Magistratibus,*

dicta

dicto capite tertio, numero 121. folio 263. dicit tamen de huius rei veritate videndos Auiles, Menochium, Morlam, Pat. Suarez, Salas, Surdum, & Burgos de Paz; est etiam videndus Anton. Gomezius, *in l. prima Tauri, numero tertio, & quarto*, Pater Diana, *dicto tractatu de legibus, ex resolutione 12. vsque ad resolut. 22 ex folio* 180. Cenedus, *collectanea secunda, ad Decretales, numero secundo*, Pater Thomas Sanchez, *in pracepta Decalogi, libro primo, capite primo, numero quarto*, Molina, *de iustitia & iure, tractatu secundo, disputatione 27.* Morla, *de legibus, quæstione prima, numero 10. & quæstione 10. per totum*, Emmanuel Barbosa, *in collectan. ad Decretal. ad caput primum, de constitutionibus, numero quarto, & quinto, folio 11.* vbi quod iore, tam diuino, quàm naturali & humano, obligatus & adstrictus vnusquisque est ad seruandas leges, & constitutiones, à suis Superioribus stabilitas & sancitas; & citat Castrum, Nauarrum, Farinacium, Fratrem Emmanuel. & Aldrete, ita tenentes; & addit, quod ipsæ leges iustæ, quantumcunque humanæ, à Superioribus iustè stabilitæ, habent vim obligandi in foro animæ, ad culpam mortalem, vel venialem, iuxta materiæ grauitatem; & firmat, ita resoluisse Diuum Thomam, Nauarrum, Couarruuiam, Castrum, Aleiatum, Victor. Surdum, Medinam, Tiraquellum, Anton. Gomez, Menchacam, Rebuffum, Ioanneus Gutierres, Bellarminum, Morlam, Patrem Molinam, & Salon, Fratrem Emmanuel. Sayr. Azot. Pat. Suarez, Thomam Sanchez, & Cenedum.

74 Sic sanè, cùm leges proferuntur, sunt benè considerandæ; cùm verò receptæ fuerint, erunt semper custodiendæ: sicuti ex Demosthene scripsit Simancas, *de Republica, libro quarto, capite decimosexto*, & refert Mastrillus, *libro tertio, dicto capit.*
75 *tertio, numero 126. & 127 folio 263.* & si non maturo consilio constituantur, & perficiantur, contemptibiles redduntur; prout annotauit Ponte, *de Proregis potestate, titulo de delegat. causar. num 22.* & refert Mastrillus, *dicto capite tertio libri tertij,*
76 *numero 68 folio 157.* Nec de facili alterari, aut mutari debent, sed non aliàs, quàm propter maximam, & euidentissimam vtilitatem; quod Iureconsultus Vlpianus, *in l. secunda, ff. de constitut. Principum*, singulariter statuit, dum scripsit, *In rebus nouis constituendis, euidens esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est*: Paulus etiam, in l. minimè, ff. de legibus, expressè canit, *Minime sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt*: & Imperatores, in l. testamenta, decima octaua, C. de testament. dixerunt: *Mos namque retinendus est fidelissima vetustatis.* Diu. etiam Thomas, *prima secundæ, quæstione nona, articulo primo, & secundo*, docuit, quod in mutandis legibus, hoc solum esse debet, sine præ oculis haberi. vt maxima, & euidentissima vtilitas ex nouo statu proueniat; & quod hæc euidentissima vtilitas, omnibus liquidò palam pateat, nec verbis adumbretur; tradidit Mari. Salomonius *in commentariis ad dictam legem secundam.*

Sic etiam, quod minimè sint mutanda, quæ antiquam obseruationem, atque interpretationem habuerunt; & quod nouitates, nociuæ admodum esse soleant; nec sint introducendæ, vbi euidens, atque euidentissima vtilitas non detegitur; exorbitarunt nonnullis, & contra nouitates, acriter scripserunt, Arius Pinellus, *dicta legis, minimè*, decisionem illustrans, *secunda parte, legis secunda, C. de rescindenda venditione, ca. 4. numero secundo*, Alciatus, *regula secunda, præsumptione 80.* Ioannes Neuizan. *in consilio 76. numer. 9.* Menchaca, *de successionu. creatione, §. 20 numer. 312.* Mantica, *in Enchiridio rerum singular. capite 5.* Pater Villalobos, *in loco referendo infrà*, Iacobus Menochius, *præsumptione 34. libro quinto, & in consilio 301. numero decimosexto, volumine quarto, & in consilio 748. num. 47. volumine octauo, & in consilio 1042. num. 11. lib. 11.* Franciscus Viuius, *decisione 255. num. 16. & sequentibus.* Rebuffus, *in rubrica, de rescriptis, numero 25. versiculo. item in rebus, & in tractatu nominationum, quæstione quinta, numero 34.* Callixtus Ramirez, *de lege Regia. § 12. numero 31. folio 202.* Gregorius Lopez, *in l. 33. titulo 12 partita quinta*, D. Valençuela Velasquez, *in consilio 24. numero primo, secundo, & tertio, folio 182 in fine, & 183. in principio*, vbi refert Ludouicum Morosium, *in responso, 99. numero primo, & sequentibus*, & Tertullianum dixisse; nouum omne, & incognitum quod est, suspectum est: & addit, quod multum est dignus reprehensione, qui nouitates introducit; *capite finali, 11. distinctione, cap. & hæc autem scripsimus, 33. distinctione*, etiam si bono animo id se facere dicat, cùm adhuc ex eo detur origo malorum; nam, vt ait Lucianus, *libro primo verarum Historiarum: Sapenumero, mutatio in melius maiorum malorum consueuit esse principium*: adducit denique Valençuela metipse, quod vt inquit Cæsar, *libro sexto, de Bello Gallico: Nemo est tam fortis, qui non rei nouitate perturbetur*: & vltra eum, Franciscus Balduinus, *in § sed naturalia, numero 24. & 25.* nobiliter obseruauit: *Quod periculosa est omnis in Republica mutatio legum, nam eam sequitur repentina quædam, & morum, & vitæ mutatio*: & vide Patrem Villalobos, *in Summa, titulo secundo, de las leyes, difficultad 37 num. 2. folio quinquagesimoseptimo, tom. 1.*

Leges autem humanæ, tam ciuiles, quam 77
Pontificiæ, si non sint vsu receptæ, an subditi, & vasalli ad earum obseruantiam teneantur, vel non; & an requiratur consensus, & acceptatio populi; & an populus ipse possit expressè, vel tacitè eas non admittere, necessarium est omnino dubium, & de quo frequentissimè controuerti, & dubitari solet; nec perfectè, aut absolutè per Mastrillum explicatum: is namque, *de Magistratibus, libro tertio, dicto capite tertio, numero 108. & tribus sequentibus, folio 261.* indistinctè multum inquit, quod si stanstum, siue lex non sit vsu recepta, ad eorum obseruantiam subditi non tenentur: & citat Felinum, Socin. Parisium, Cephalum, Rolandum, & Ioseph. Ludouicum, ita tenentes; nec latiùs de veritate inquirit: Glossa autem, *verbo, frangere, in capite primo, de treuga, & pace*, notari solet communiter ad hoc, quod lex, vel dispositio Principis non acceptata, nec maioribus vtentium comprobata, non ligat subditos, saltem quando non fuit obseruata; sciente, & tolerante Principe; & Augustinus Barbosa, *in collectan. ad dictum caput primum, de treuga, & pace, num. 9. folio 191.* inquit, ea de re videndos Felinum, Couarruuiam, Benintend. Didacum Perez, Dueñas, Guil. Rebuff. Hipolytum de Marsiliis, Iosephum Ludouic. Nauarrum, Flaminium, Vasquez, Menochium, Cochier, Sayr, Fratrem Emmanuel. Gonçalez, Carraschum, Narbonam, & Azor, *in cons. 14. num. 1. 2. & 3. folio 182. in fine, & 183. in principio*, vbi refert Ludou. Morosium, *in responso 99 numero primo, & sequentibus*, nec aliquid certum resoluit, aut aliter non explicat Nec etiam

refert Mastrillum, *in loco relato suprà*, Martam etiam omittit, *de iurisdictione, centuria prima, casu decimo nono, numero decimo septimo, & sequentibus, & casu 94 numero* 31. ex quibus communior videtur opinio prædicta, quod lex vsu non recepta, subditos non obligat ad eius obseruantiam; quamuis plures contrariam sententiam magis probauerint; ac inter alios, Burgos Salon de Paz, *in proœmio legum Tauri, ex numero ducentesimo nonagesimo septimo, folio 44. primò* retulit Guil. Benedicti sententiam (quam alij probarunt) quod lex ab initio, donec à subditis fuerit recepta, minimè ligat; & quod expressim subditi ipsi possunt respuere ipsas leges, seu tacite, cùm eis referuntur. Et eius fundamenta recenset, eaque confutat, siue illis concludens præbet responsum, & contrariam opinionem constantissimè defendit, cùm Procerum, oppidorúmque consensus, ad leges ferendas minimè exigatur, nec ad earum vim, sed solus Rex eas conficere valeat: Item, quia leges, post earum publicationem, & scientiam, subditos ad ipsarum ligant obseruantiam, ita quod ab eis nequaquam impugnari valent, nisi Principis incat consensus, vel sint legitima consuetudine abrogatæ; inde, si subditi a principio, rationabilem legem nollent recipere; eam constituens, ad eius obseruantiam illos cogere posset; quia aliàs Principis potestas supernacanea, illusoriaque esset; prout hæc latiùs, & eruditè comprobat *ibi*.

Ego sanè, in ea semper fui sententia, & opinione, vt nunquam dubitauerim asserere, quòd leges, etiam non receptæ, subditos ad earum obseruantiam præcisè ligant, & adstringunt, modò qualitates, & requisita illa interueniant, de quibus *suprà*, & leges ipsæ iustæ, & honestæ sint, & pro bono publico latæ: & hanc Didacus Couarruuias probauit, *variarum libro secundo, capite decimosexto, numero sexto, in versiculo, Quinto sunt qui in principio:* Marta, *in loco relato suprà*, Castro *libro primo, de lege pœnali, capite primo*, Suarez, *de legibus, libro quarto, capite decimosexto, numero secundo, tertio, & quarto, & libro tertio, capite decimonono*, Basilius Pontius, Bert. Puteanus, Granado, Vasquez, Malderus, & Lorca, quos pro hac ipsa opinione refert Antonin. Diana, *resolutionum Moralium, tractatu decimo, de legibus, resolutione prima, folio mihi* 175. qui dicit, quod ex ipsorum sententia, hęc opinio euidés est, nec opposita percipi potest: nam Legislatores leges imponunt, iure præfecturæ, & dominij quod in subditos habent, & obligatio legis oritur ex subiectione, qua subditi Superioribus subsunt; & obedientia, quam illis præstare tenentur: obedientiæ autem ius non oritur à subditi acceptatione; & si liberum esset populo dissentire, & leges respuere, non essent subditi: nam voluntate, & non necessitate parerent, & fieret quasi conuentio quædam, & pactum inter subditos & Superiorem, nec vllum esset obedientiæ vinculum, & in effectu, legum obligatio ab eorum voluntate penderet omnino; quod esset maximum absurdum: statim autem Diana metipse refert contrariam aliorum sententiam, quod scilicet, vt leges adstringant, requiratur acceptatio, & consensus populi, quam, dicit tenuisse Tannerum, Cochier, Valentiam, Filliucium, Becanum, Santarellum, Reginaldum, Homobonum, Nauarrum, & Mirandam, & motiuum præcipuum, siue fundamentum huius opinionis adducit.

Tandem concludit, quoad leges Pontificias, non esse recedendum à prima sententia, cùm Romani Pontifices, iurisdictionem accipiant immediatè à Deo, & non à populo; & ideo eorum leges non pendent quoad obligationem à populi acceptatione: ego autem (vt *suprà* dicebam) firmiter semper sustinui, & nunc constantissimè defendo, id ipsum obseruandum esse, quoad leges Principum sæcularium; nec esse differentiam constituendam, imò concludere rationes illas, quas ex Theologis retuli *suprà*; & inde leges à populo non receptas, ligare, & ad eorum obseruantiam subditos adstringere: cuius contrarium, nulla præhabita disputatione, & Cæpola dumtaxat relato, malè tuetur Azeuedus, *in lege prima, titulo primo, de las leyes, numero octauo, folio centesimo vigesimo octauo*, dicens, leges, vsu non receptas, non ligare contra facientes: debuisset enim animaduertere, non esse debere in eorum voluntate, aut facultate, consensuvè, aut repugnantia, Supremam Principum maioriam, & potestatem, quæ in ferendis legibus, subditisque, illis adstringendis consistit, aliquo modo impedire, vel abrogare.

Rectius sanè, ex Theologis id perpendit Pater Frater Villalobos, *in Summa, titulo de legibus, difficultate decimasexta, numero primo, folio trigesimo-septimo, numero* 125. *& libro tertio, capite decimotertio, numero* 20. *vsque ad num.* 37. vbi dicit: *Cosa cierta es, que estando en los principios de la naturaleza, para que la ley obligue, no es necessario, que el pueblo la reciba con el vso. Esta conclusion es muy cierta, porque de otra manera, fuera ser superior el pueblo al Principe, y assi auemos de conceder, que puede el Rey obligar al pueblo, a que reciba sus leyes, &c.* Dum autem, *numero secundo*, idem Author statuit, *que hablando de hecho, la ley, que al principio no se recibe, no tiene fuerça de obligar, &c.* sequutus est aliorum opinionem, quam cùm aliis multis improbamus: siue enim vno, siue altero modo res ipsa accipiatur, ratio prædicta concludit, vt populus præcisè teneatur leges recipere, eisque etiam inuitus ligetur. Idque indubitatè magis procedit, respectu Regum nostrorum Hispaniæ; cùm ipsi, non ex translatione populi, prout alij Reges, sed noua debellatione, Regnum fuerint assequuti; quod *suprà, hoc eodem libro, capite decimoseptimo*, notanter scripsi, vbi videri poterit; verè tamen, & in Regibus quibuscunque, ipsa opinio, firmissimè tenenda est: quoad omnes namque Reges, ratio Theologorum, & aliorum Authorum concludit.

Ius quoque imponendi gabellas, & vectigalia, contributiones, & tributa quæcunque, & petendi donatiua, de Regalibus est, & ad Supremam Regum, & Principum Supremorum potestatem pertinet; & hæc non nisi ex magna, & iusta causa, & magna necessitate instante, imponi possunt: ita quod nouarum impositionum & contributionum causa, omni cum veritate, & magna cum attentione iustificari debet, & ante omnia verificari, siue apparere, Respublica enim non debet grauari nouis contributionibus, donatiuis, & tributis, sine præcisa, & necessaria causa: si autem necessitas instet, nec aliunde ei succurri valeat, noua etiam tributa Rex imponit, si antiqua non sufficiunt; tenetur tamen proprium ærarium priùs expendere, & demum ad tributa, impositiones, & contributiones vassallis imponendas recurrere: & licèt causa finalis tributi, necessitas scilicet Regis, sit iusta; ita tamen imponi debet, vt vires Regni ad tributum ferendum sufficiant, aliàs tri-

butum

butum esset iniustum: & aliquando contingere poterit (vt Theologi dicunt) tributa per se esse iusta, & multitudinem esse iniustam, quia excedit moralem facultatem subditorum: tributa ergo, & contributiones, non nisi iuxta populorum, & Regni facultates, & vires imponi possunt; aliàs defendi in conscientia non valerent, imò iniqua; & tyrannica essent (vt Theologorum ipsorum verbis vtar) & Regem, tributo iniusto Regnum grauantem, restituendi obligationem contrahere, communis fuit eorumdem Theologorum sententia.

79 Sic sanè, vt contributiones, & tributa, iusta censeantur, plures conditiones iidem Theologi, & alij Interpretes requirunt. *Prima* est, vt legitima authoritate imposita sint, id est, Imperatoris, Regis, aut Principis supremi, qui tantum de iure imponere possunt. *Secunda* est, iustitia causæ, necessitas scilicet, vel magna Reipublicæ vtilitas, cui alia ratione subueniri non possit. *Tertia*, vt contributio, siue exactio, non nimia sit, sed moderata, iuxta necessitatem, vel vtilitatem, & secundùm proportionem facultatum Regni, & singulorum, vt his scilicet non grauentur, quæ ferre, & pati non valeant; interest enim Reipublicæ, & Regni, vassallos, oppida, & ciuitates conseruare, & subditos habere diuites.

Ex causa itaque necessaria, & iusta, & ita iustificata, vt dixi, tributa, & contributiones imponi possunt; sic etiam, & extraordinaria collecta, aut seruitium extraordinarium, pto occurrenti aliquo casu imponi poterit, ex iure ipso Regali maioriæ, & supremæ potestatis, prout etiam ad ius Regale pertinent angariæ, & parangariæ, quod aliud non est quàm habere subditos angarios, & parangarios, pro seruitiis tam personalibus, quàm realibus, vnde angariæ sunt munus personale, quando subditi cum persona seruiunt, Principis tamen sumptibus: parangariæ verò, quando seruiunt cum persona, & sed expensis propriis: & in effectu, ad nonnulla ex prædictis reducuntur (alia enim ex eisdem omitrit) quæ latius cumulauit D. Gateia Mastrillus, *de Magistratibus, libro 3. c. 10. ex num. 219. cum pluribus seq. folio 364.* vbi quod ius regale est, quod solus Princeps noua vectigalia, & tributa imponit, ac vetera auget, & minuit; & quod hæc non nisi ex iusta causa facere potest; & inferius, *numero 244. & sequentibus*, vbi etiam, quod ius Regale est imponere extraordinariam collectam, seu contributionem, quæ etiam non nisi ex iusta causa imponi valet, vt quando Rex pergit cum exercitu contra inimicos, vel iter facit de loco ad locum, ex necessaria causa; vel ex alia causa publica contribuere subditos cogit: & *num. 319. vsque ad n. 340. fol. 374.* vbi agit de angariis, & parangariis: & hactenus Mastrillus, *dicto in loco*.

Cui addendum est, conclusiones, & regulas generales ab eo traditas, item & alia superius annotata, & ab eo omissa, exornari quoque & comprobari à multis aliis iuris vtriusque Interpretibus, Theologis etiam & Summistis; & ipsorum resolutiones, ad summam à me antea propositam reduci, & ad necessitatem, & iustificationem causæ; ad modum etiam tributi imponendi, ne subditi nimium, & amplius quam ferre possint, grauentur; & ad cum modum restringi, & intelligi debere, quæ nimis generaliter alij tradiderunt, dum indistinctè scripserant, quod tempore necessitatis, omnia dicuntur esse Principis: cum dici non possint aliter, quam modo prædicto, & cum conditionibus relatis *suprà*, & necessariò requisitis ad iustificationem tributi: quod inter alios, singulariter annotauit Pat. Ioan. Marquez *en el Gouernador Christiano, libro primo, capite 16. folio 86. lit. D.*

Sic etiam intelligi, atque explicari debent, Valenzuelæ Velasquez, Hieronymi, Ceuallos, & aliorum Hispanorum, qui referuntur *infrà*, obseruationes generales, & veræ etiam: quod scilicet Reges, & Principes supremi, ex iusta, & necessaria causa boni publici, & implemento obligationum Regiarum, & cum imminent bella, necessitates, & causæ publicæ, quibus ex Regio patrimonio, Regisque redditibus, prouideri non potest, gabellas, exactiones, vectigalia, tributa, & alias contributiones, iure Regaliæ, & Maioriæ supremæ imponere possint. Angarias etiam, & parangarias (vt dixi) item donatiua, seruitia ordinaria, & extraordinaria, & in Hispania *los millones, sissas, y repartimientos*, aliaque similia à subditis exigere: & tempore necessitatis vrgentis, quod omnes vassalli seruire, succurrere, & contribuere debent; ita quod ad affectum prædictum, & cum necessitas adstringit, bona omnia vassallorum dicantur esse Principis: hæc namque & alia similia, vera sunt & seruanda, dummodò ad iustificationem ipsorum, conditiones, & requisita illa interueniant, quæ ex communi sententia, & resolutione proposui *suprà*.

In horum autem comprobationem, communiter expendi solet textus, *in cap. 1. quæ sint Regalia, & in cap. super quibusdam §. præterea, de verb. sign. & in l. 1. 2. cum sequentibus, C. noua vectig. impon. non posse, l. 1. C. de fund. limitroph l. vectig. C. de publican. & vectig. l. final. tit. 7. part. 5. l. 1. cum seq. titul. 14. lib 6. noua collect. Reg.*

Exornarunt etiam eadem omnia superiora, & longa serie comptobarunt permulti illi Authores, quos ingenti studio, & diligentia ego metipse originaliter euolui, & cumulaui: & ij sanè, de iustificatione donatiuorum, nouarum impositionum, aut tributorum, siue contributionum quarumcumque singulariter egerunt; sunt igitur sequenti ordine iidemmet Authores commemorandi; ac primo quidem loco,

S. Thom. *lib. 3. de Regimine Principum, c. 11. & opusc. 22. per totum*, vbi vide originaliter.

Sotus, *de iust. & iure lib. 4. quæst. 5. art. 4. & lib. 3. quæst. 6. art. 7.*

Oldradus, *in consil. 98. & in cons. 71.*

Locas de Penna, *in l. originarios, in fine, C. de Agricol. & censit. lib. 11.* vbi egregiè & notabiliter loquitur.

Idem, *in l. vnica C. de superindicto, lib. 10.*

Matth. Afflict. *in titulo, quæ sint Regalia, verbo, extraordinaria, & in rubrica eiusdem tituli, ex numero 55.*

Guido Pap. *quæstione 414. & 551. & singulari 13. & 26.*

Boërius, *decisione 126.*

Beroius, *in cons. 81. n. 7. & seq. lib. 1. & in cons. 150. volum. 3.*

Sylnester, *in summa, verbo, Gobella el 3.*

Ægid. Thomat. *in tractatu, de collectis, versiculo ne scienter, ex num. 8. cum seqq.*

Auendaños, *capit. 14. Practicorum, ex numero 3. parte 2.*

Pet. Antibo, *de muneribus, §. 4.*

Franc. Patritius. *lib. 7. de Regno, tit. 6.*

Ludo. Vall. *in discursu status, & belli, pagin. 10. & sequentibus.*

Pet.

Pet.Belliu.in tractatu de re militari,parte 2 quæstione 7.

Franeis. Luc.in tractatu de collectis, ex num.5.

Corsetus, de potestate Regia,parte 4.quæst.48.

Otalora,de nobilit.1.p.cap.3.

Alphonsus à Castro, de potestate legis pœnalis, lib.1.cap.10.vbi vide omnino:& cap.9.

Gabriel,in 4 distinctione 15. quæstione 5 à 3.conclusione.

Medina,de restitutione,quæst.13.

Alciatus, in l placet. 5.C. de Sacrosanct. Ecclesiis num.11.

Pet.de Vbaldis, de collectis, ex num.2.

Aufrerius, de sæculari potestate,regula 2.

Rolan.in conf.1.num.51. & num.62. & sequentibus.& in consil.91.num.22.cum seq.lib.2.

Osaseus;decisione 155.

Pet. Gregor. de Republica, libro nono, capite primo.

Idem in syntagmat. iur.lib.3.c.3.& c 5.& quatuor seq.& cap.17.

Mynsingerus,obseruatione 29.centuria prima.

Rosentalis,de feudis,c.5.concl.31.& sequentibus, & concl.43.& 44 & 73.

Reguer.Sixtinius,de Regalibus, lib.1.c.2. latiùs, lib 2.cap.6,ferè, per totum, & maximè, num.14. & seq.& num.43. & sequentibus, vbi explicat materiam;& quæ dicantur iustæ causæ, vt noua tributa,aut contributiones, imponi possint, aut antiqua augeri : & vide cap.14

Iacob.Causetius,variar.resolution. libro 3.cap.3. num.119.

Castaldus,de Imperatore, q.57.

Cephalus, in consil.53.lib.1.

Natta,in consil.447.& in consil.515.

Mateabrunus,in consilio 40.

Hippolytus Riminaldus,in consilio 21.lib.1.

Caiet.in summa, verbo, vectigalia iniqua.

Ledesma, in summ.,:. par. tractatu 7. in prima impressione, pagina 407.

Lopez,prima parte instructionis,c.186.

D.Antonin. in 2.p.c.3.§.1.2.& seq.

VVesemb.in cons.27.n.10.cum seq.lib.1.

Ioan.Bologn.in cons.1.ex n.86. cum seq.

Pet.Salazar, de vsu,& consuetudine,c.2.n.1.& 3.

Ioan.Gerson,de remediis contra adulatores,part.4. consid.6.& seqq. & consid.3.

Martinus Landens.in tract.de bello,quæst.3.

Celsus Mancinus,de iuribus Principatuum,lib.6. cap.13.& nonnullis seqq.

Turrianus,in 2. 2. D.Thomæ, collect.2. disput.44. dub.1.& seqq.

Bonacina,de contractibus, disp.2.quæst.9.punct 1. & seqq.

Ferr.Mont.de feudis, lib.5.cap.7.

Purpuratus,in consil.495.ex num.4.

Farinacius, parte 4. titulo de homicidio, qu.125. num.90.

Pat.Aragon,in 2.2.quæst.77.art.3.

Valentia,tomo 3.disputatione 5.quæst.6. punct.1. & seqq.

Pat.Suarez,de legibus, lib.5 cap.14.

P.Salas, in eodem tractatu, q 69. tract.4. disp.15. sect.10.

Tiber.Gambarut. in discursibus Politic. pag.299. vbi ponderat sacræ Scripturæ loca nonnulla, ex quibus, in casu vrgentis necessitatis, tributa,donatiua, & contributiones iustificantur.

Barthol.à S. Fausto, in speculo Confessorum, disput.33.quæst.1.

Aud.Gail,lib.2.obser.56.

Et ibidem Bernard. Græuæus, eius additionator.

Octauian. Cacher. in disputatione peculiari ad hanc materiam edita, post decisiones, numero primo,& seq.

Fabius de Ann.in cons.7.num.22.

Auiles,cap. Prætorum 24.n.13.

Reginaldus, in praxi tomo 1.libro 10. capite 25. num.372.

D.Valenzuela Velasquez, in consilio 99. ex folio 769. vbi agit de seruitio vulgariter dicto, donatiuo; & de potestate Principis imponendi tributa, & exigendi subuentionem à subditis,in casibus necessitatis; & qualiter se habere debeat Princeps erga subditos; & nonnulla congerit doctè & vtiliter.

Ioan. Franc. de Ponte, in cons.131. num.79.80. tomo 2.

Latiùs idem Author, in tractatu de Prorege, titulo de Regalibus impositionibus,exactionibus,donatiuis, ac seruitiis.

D.Franciscus Alfarus,de officio Fiscalis,glossa 20. §.7.de tributis,folio 141. vbi citat Oralor.& Chassaneum, & concludit tributum, siue exactionem, ob patriæ defensionem, vel aliam instantem necessitatem, à Rege pro libito imponi; & de hac necessitate,soli Regi credi, eiúsque verbo.

Idemmet Author, ipsa glossa 20.§. 3. ex numero 59.folio 128. vsque ad num.63. vbi latiùs explicat, nec ita absolutè, & indistinctè, id voluntati Principis relinquit; imò ad impositionis iustitiam tria requiri, quæ communiter requiri solent.specificè aduotauit; & in comprobationem expendit nonnullas leges Partitæ, quas alij omiserant; vbi videri poterit.

Cardinalis Toletus, in summa, cap.74.ex num.5. cum seq.

Florez Diaz de Mena, variar.lib.2.quæstione 21. num.11.

Pet.Surdus,de alimentis,tit.1.q.57.n.7.& titul.7. q.30.num.10.& seq.

Pet. Paul. Paris. in consilio 25. ex numero 65.volum.primo.

Socin.iun.in consil.98.volum.3.

P.Ludou.Molina,tomo 3.de iust.& iure,disp.667. & seq.vbi vide.

P.Ioann. Marquez, en el Gouernador Christiano, lib.1.cap.16.ex fol.86.& lit.C. D. vbi notanter, & egregiè in prædictis loquitur.

Alharus,lib.1.de planctu Ecclesiæ, cap.52.& 59.

Driedo,lib.2.de libertate Christiana, c.5.

Simancas,lib.9.de Republica, c.24.

Bertachinus,in tractatu de gabellis, prima parte. quæst.1.

Capel.Tolosana, quæst. 451.

Hurtada,in l.49. tit.6. partita 2. glossa 3. ex n.6. cum seq.

Ripa, responso 181.ex numero primo, cum sequentibus.

Conradus,in templo omn.iudic. capite primo, §.4. versiculo 11.

Vega,in summa,tomo 1.cap.15.

Pet.à Nauarra,de restitutione, lib.3. capite primo, num.137.

Georg. Cabedus, decisione 49. an vectigalia à Principe iustè imponi possint : p.2.fol.79. & antea, decis.44.an Princeps possit cogere vassallos ire ad bellum.fol.72. ead.p.2.

Bobadilla,in polit.lib. 5.cap.5.n.2.3.4.folio 898. vbi, quando el Rey puede echar tributos, y quan deuido es el socorro de los subditos a los Reyes,

&

& num.5. *con que causas, se pueden echar nueuos tributos?* vbi vide omnino: & *num.11. quan sospechosos deuen ser a los Rey es los Consejos de echar nueuos tributos.*

Belluga, *in spec. Principum rub.11. §. postquam, num.6.*

Borrol. eius Additionator *ibidem, verbo, imponere collectas.*

Et *rub 46.§. donum*, vbi etiam Borrell. *verbo, tributum*, & *de Reg. Cath. praestant. cap.11. num.34. & seq. & cap 20. per tot.*

Molfesius, *in summa, tomo 2. tract.12. cap.22.*

Syluius, *in 2 2 D. Thom. quaest.66. art.8. concl.1. & sequentib.*

Marta, *de Iurisdict.1. p. casu 45.*

Pet. Ant. de Perra, *de potestate Principis, c. 4. in principio, n.30. speciali 23.*

P. Vasquez, *moralium, in opusculo de restitutione, cap.5. §.1.2. dub.1. & seq. & cap.6. §.1. & seq. dub.1. & seq.*

P. Salon. *de iustitia, & iure, in 2.1. D. Thom. tom.2. q.77. art.3. controu.1. & seq.*

Malderus *ibidem, tractat.5. capite sexto, dub.1. & sequentib.*

Azor, *instit. moral.2 p. lib.11. cap.4. versiculo, vectigalia, pagina* 1226 *& seq.*

Bossius, *criminalium, titulo, vectigalia qui imponere possunt.*

Renat. Chopin. *de Domanio Franchia, lib.1. tit.1. & tit.10.*

Fontan. *de pact. nupt. tom.1. clau.4. glossa 16. nu.3. & seq.*

Cardinalis Tuschus, *tomo 4. litt. G. conclusione prima, numero nono, & decimo, & litera D. concl.26. numero quinto, & littera P. conclusione* 203. *num.12.* latiùs, *tomo 8. lit. V. conclusione* 32. *per totam.*

Ioan. Georg. *quaestion. seu allegation. feudal. q.57.* vbi vide omnino.

Callixtus Ramit. *de leg. Regia, §.26. n.1 fol.243.*

Azeuedus, *in l.25. titulo 6. libro tertio, numero 1.* latiùs *in l. prima, titulo 17. lib.9. numero primo, & sequentibus.*

Sebast. Naeuius, *ad titulum, quae sint Regalia, n.54. & seq. & num.195. & seq.*

P. Basilius de Leon, *in tractatu de matrimonio, tit. de impedimento matrimonij, causa 31. quaestione 2. §.10.*

Aluarez de Velasco, *in tractatu de priuilegiis pauper. & miserabilium personarum, parte prima, quaest.38. folio 112.* vbi *ex num.2. vsque ad num.21.* tractar materiam.

P. Lessius, *de iustitia, & iure, cap.33. de tribut. & vectigal. dub.1. fol.*407. vbi explicat quae conditiones requirantur vt vectigal generatim acceptum, seu tributum censeatur iustum; & *dubit.6. fol.*413. quae sit legitima causa imponendi vectigalis, & tributi; & vide *dubitat.2.* in quibus consistit potestas legitima imponendi vectigalis, aut tributi.

Hieronym. Ceuallos *com. contra commun. q.378. per totam, & q.906 ex n.1. vsque ad num.57. & n.72. & 73. & n.335. & seq.*

Idem Ceuallos, *documento 20. 21. en el Arte Real.*

Atque his locis concludit, *que en caso de necessidad, de guerras, y para defender el Reyno, y resistir a los enemigos de la Fè, y de la santa Iglesia; y para efetos semejantes precisos y necessarios, puede el Rey N.S pedir millones, seruicios, donatiuos y otras contribuciones*, etiam iure diuino attento, *y que los vassallos tienen obligacion en quanto les sea posible a seruirle, y socorrer las necessidades publicas:* vbi latiùs videri poterit.

P. Paul. Layman, *Theologia moralis, sect.5. tract.3. p.1. c.3. de tributis, & vectigabilibus, folio 77.* vbi tributorum materiam explicat quaestionibus nonnullis; & ad iustificationem tributi, aut vectigalis, tria potissimùm requirit; hoc est, legitimã imponentis auctoritatem, causam iustam, & modum impositionis, videlicet secundum cuiúsque facultates, & Regni statum; quae *ibi* prosequitur, vbi videri poterit.

Antonin. Dian. nouissimè omnium, *tract.3. de Comitiis, seu Parlamento Regni Siciliae, & Neapolis, resol.1. & quatuor seqq. ex fol.66. & 67. in nouissima impressione anni* 1633. vbi repetit conditiones, quae requiruntur ad impositiones iusti tributi, & donatiui. Prima conditio est ex parte causae finalis, nempe quod imponatur propter publicam vtilitatem, seu necessitatem Regis. Secunda est ex parte causae formalis, scilicet, vt donatiuum, aut tributum subditis imponatur proportionabiliter; quòd latiùs explicat *resol.5.* Tertia, quod a Rege, aut Principe supremo imponatur.

Pat. Villalobos, *in summa Theologia moralis, tr.8. difficult.13. que cosa son tributos, y que condiciones se requieren paraque sean iustificados, fol. 99, 100. 101.* vbi ad summam quandam reducit materiam.

Est denique P. Gabriel Vasq. in fauorem Re- 80
gum Hispaniae, & harum contributionum, seu tributorum, locus insignis, & singularis; ex quo, & Ioan. And. Georg. *in loco relato suprà*, & aliis etiam Authoribus superioribus, deducitur concludenter, tributa, & donatiua, quae huic Regno imponun-
tur, propter bella, & sumptus, quos Rex noster In- 81
uictissimus, aliis in Regnis sustinet, esse iusta, & de iure procedere: *opusculo* itaque *de restitutione, cap.6. §.3. dub.1. n.7.* notanter quidem, & in hunc modũ scripsit: *Quamuis graue onus videatur nobis, decimam soluere partem; tamen, cùm à Regis nostri Philippi potentia, totum multarum Prouinciarum pondus, imo & Christianae Religionis pendeat; quippe qui solus haereticis, & Turcis, Ecclesiam infestantibus, non solum resistat, sed etiam pauori sit; totam Italiam, Flandriam, Siciliam, & alia multa gubernet, & defendat; in quarum defensione, alieno aere grauetur in dies; iustitiae legibus congruum sit, vt tributorum aucta quota, nos, qui in pace, & tranquillitate degimus, Regi nostro subueniamus. At dicet aliquis, relinquat Flandriam, deserat Italiam, vno suo antiquo Regno contentus sit, quod & sibi, & nobis, maiori futurum erit vtilitati; sed nunquid iura Regni patiuntur, vt Rex magno cum dedecore, timore inimicorum, antiqua Regna, quae vel iure haereditario, vel bello iusto capta, ad eum pertinẽt, relinquat, maioréfque in diem inimicorum animos commoueat, vt & Regnum etiam nostrum, bello, & armis oppugnare non dubitent: nonne salubrius erit, etiamsi facultates in hoc omnes assumamus, vt inimicorum tela longè à nostris Regnis confringantur, ibique belli impetum, non tamen propè sentiamus? quod si animo quisque perponderit, nos vbique & omni tempore, impunè licere terram excolere, messes colligere, fructibus terrae, in pace, & tranquillitate vesci; vnumquemque, & vxore, & filiis, securo animo frui; è cõtra verò, vbi belli furor saeuit, incolas terram excolere labore magno, & seminare, vt hostes colligant, nunc domum flagrare incendio, nunc vxores, & filias captas, & filios occisos spectare, & propriam vitam quotidie discrimini expositam habere; quis nõ magis faciat eam, qua fruimur, pacem? quis nõ vltro Regi tributa offerat, vt pacem conseruet, & conseruatam augeat? sed contra fieri videmus, vt homines haec non perpendentes, ex alia verò parte, nonam exa-*

ctionem considerantes , & agrè ferant , & contra Regem obmurmurent, sine causa tamen . & iustificatione.

Hactenus P. Gabriel Vasquez , & notabiliter,atque memorabiliter (vt dixi)in comprobationem eorum, quæ hactenus scripsimus , in casu scilicet necessitatis vigentis , & cum imminent bella . & sumptus præcisi , teneri vassallos Regibus seruire,atque subuenire , tributáque.& contributiones omnes , ex parte causæ finalis, necessitatis scilicet imminentis, & boni publici, iustificari omnino:& P.Vasquez specificam fecit mentionem, locúmque prædictum retulit Anton.Dian.*moralium tractatu 3.de parlamento, res. 3. fol.*67.

82 Possunt etiam hæc ipsa , & superiora omnia comprobari ex his , quæ longa serie , & vtiliter admodùm cumulauit Rolandus à Valle , *in consil. 1 ex num 62.vsque ad numer.* 81. *volumin.* 2.*& in consilio 91.numer.*1.2.*& 3.atque ex numero 21. vsque ad numerum 52.eodem volum.* 2. vt ostenderet, quanta sit Principis potestas in casu necessitatis, & cum imminent bella,ac pro defensione patriæ, & Regni,quantaque vassallorum, & subditorum obligatio,vt Principi eidem , in casu imminentis necessitatis subuenire debeant.

83 Inter Regalia quoque , & Maioriam supremæ potestatis refertur ius concedendi immunitatem, atque exemptionem à vectigalibus,collectis,tributis.& aliis contributionibus quibuscunque,& solis Regibus, Principibúsque supremis competit, qui soli concedunt, *l sunt munera, ff. de vacat. mun.l.*1. *C. de his qui à Principe vacat. & tot.tit de immunit.nemini conced.l.immunitates , C. de agricol. & censit. lib.* 11. & notarunt , atque exornarunt Luc.de Pen.Capyc. Afflict. Antib.Cacbetan. Bellug.Molfetius,Carol. de Tap. Ceph. Curia Pisana,Surdus,Borrel. Pereg.& alij,cum quibus Mastril.*de magist.lib.3.cap.10.num.*127 *cum seqq. vsque ad numer.*119.*fol.*557. Rosental. *de feudis,cap.5.conclus.*85 *&* 86. Sixtinius Regulus, *de Regalibus,lib.2.cap.6.numero 33.& seq.* D. Francisc. Alfarus , *de officio Fiscalis , glossa 20.de tributis , numero* 113.*folio* 141. vbi inquit , quod cum tributorum impositio ad solum Regem spectet;sequitur etiam; & immunitatem tributorum , solum Principem concedere posse. Ioan. Garcia,*de nobilitate.glossa 2.§.1.& glossa 6.num. 38 & seq.* Bobadilla,*in politica,lib 5.cap 5.num.* 34.*& lib.2. cap.16.num. 176.folio* 733. vbi quod Domini inferiores,vllam exemptionem concedere non possunt vassallis , imò & Regum ipsorum , Principúmque supremorum priuilegia huiusmodi exemptionum dicuntur odiosa,& contra publicam vtilitatem,& damnum Principis, nec sunt de facili concedenda,nec à Magistratibus recipienda: quod cum aliis comprobauit Mastril. *lib. 3.d. c. 10.num* 135.

84 Ad Regaliam etiam, & supremam potestatem referri solet ius hospitandi,& hospitia gratis recipiendi à subditis,*l.2.C.de metat. & epidemet.lib.* 12.& relatis permultis Authoribus , exornat D. Garcia Mastr.*de magist.lib.2.cap.10.ex num.* 178. *cum seqq vsque ad num.*119 *folio* 361.& concludit, quod solis Regibus , & Principibus supremis ius hoc competit,non autem Dominis inferioribus; & quod Princeps cogere potest subditos ad locandum hospitia,pro necessitate hospitandi Curiales,& Magistratus Regios , in domibus locari solitis;maximè, si ad Regem , vel pro eius seruitio pergerent ; & latiùs explicat quæ personæ hospitari,& hospitia præstare debeant, & alia in eodem proposito:inquit etiam,*num.*210.*&* 211. *folio* 363 quod solus Princeps , eiúsque domestici,& familiares, gratis hospitandi sunt:ex textu, *in dicta l.secunda,C.de metat.& epidemet.*cæteri autem Magistratus, Officiales , & milites , soluta congrua mercede : & vltra relatos à Mastrillo, idem concludunt Roland. Alciatus , Gregorius Lopez , Molin. Burgos de Paz , Michael Ferrer. Portoles,& alij,quos refert, & ita resoluit Callixtus Ramirez,*de lege Regia,§.26.n.* 8. *fol.* 246. & breuissimè explicat Bobadilla,*in politica, lib. 2. c. 16.n.216.fol.*716.dicens, *que aunque al Rey y a sus criados, y gentes deuen todos sus vassallos , y subditos dar possadas de valde estando de assento , y con camas de ropa,passando de camino,saluo en el Reyno de Aragon;pero los Señores de vassallos no tienen esto derecho en sus tierras,sino es con la moderacion,y en la forma,que alli obserua.*

Belli quoque indicendi facultas , & licentia 85
belli gerendi,ad Regalia refertur, siue ius Regale est indicere bellum,*l.vnica,iuncta rubrica,C.vt armorum vsus,lib.*11 *l.3.ff.ad l.Iul.maiest.*sicut & pacem post bellum inire , & subditos cogere vt ad bellum pergant:quod solis Regibus, & Principibus supremis competit, nec aliis inferioribus est permissum:ita sane,relatis Andr. Afflict. Luc. de Pen.Calicio,Mart.Borr.P.Lud.Mol. Castald.Bobad.Pet.Greg.Bodin.Renato Chopino, Cabedo, & Fonta.resoluit Mastrillus,*de magistr.lib.3.d.cap. 10. ex num.* 165. *vsque ad numerum* 173. Notauit quoque Sebastianus Nænius , *ad tit.quæ sint Regalia num.*302.*pag.*417.Cabed.*decisione* 44. *ex numero 14.p.*2.Callixtus Ramirez,*de lege Regia , §. 26.numero 64.folio* 26:. vbi *littera Q.* citat And. Isern.Luc.de Pen.Prosper.Carauit. Annib. Troisium,Aialam,Gail,Franc.Marcum , Castal. Ferral.Borrellum , Læli. Zechium, & Pet.Binsfeld. ita quoque adnotantes:& §. 30. *numero 54.in fine folio* 328.Sixtinius Regulus,*de Regalibus, libro secundo , capite* 16. Meuchaca , Castro , Victoria, Bellin.Fortun.Garcia,Bañez , P. Lud. Mol. Valenc.& alij , cum quibus id ipsum tradidit DD. 86
Ioann. de Solorzano , nunc in Regio supremo Indiarum Senatu meritissimus Consiliarius , *in commentariis de Indiarum iure* , quæ doctè , & ingeniosè confecit,*lib.3.cap. 7. num. 77. & sequent. fol.*738.vnde Maiestatis reus esset , qui absque licentia Regis , bellum gereret , vel exercitum compararet,vt Callixtus Ramirez,*vbi suprà num.* 64.scripsit,& citat Socin.iuniorem,Gail , & Peregrinum,qui sic obseruatunt;text.etiam, *in l.lex duodecim tabularum , §.eadem , ff. ad leg.Iul.maiest.* notarunt quoque Pat.Ludouic.Molina , *tomo primo,de iust.& iure,tractatu secundo,disputation.* 100. 101.Aiala,*de iure belli,libro primo , capite 2. ex numero septimo,*Pat. Villalobos , *in summa , tomo secundo,tratade quinto del aguerra,difficultad primera, num. 2.& difficultad secunda , folio 45. &* 46.Pat. Layman,*tomo 2.de charitate,& oppositis vitiis, cap. 12.de bello,fol.*241.

Bella igitur,quæ iustè, & legitimè inferuntur, 87
omnino probari debent , & ius acquisitionis victoribus præbent ; & Authores , qui contrarium statuunt,decipiuntur,& confutari debent : bella autem iniusta,& per solam violentiā illata,nullo iure probantur, neque legitimū dominium præstant , sed potius magna lattocinia reputari debent, & restituendi necessitatem inducunt;quod D.ipse Ioan.de Solorzano,*lib.2.de Indiar.iure,c.6. n.49.50.& 51.folio* 287. rectè resoluit , & congerit

rit quamplurimos Authores, sic resoluentes, Diu, inquam Thom. & omnes Theologos, *in 2.2.q.10. art.18.* Luc. de Pen. Pet. Malferit, Alphon. à Castr. Cont. Medicis, Anton Rubeum, Erasmum, Greg. de Valencia, Iuli. Fe●ct. P. Suarez, Borrell. D. Valenzuelam Velasquez. P. Loream, Cenedum, Victoriam, Couarr. Pet. Nauarr. Aialam, P. Ludouic. Molinam, Gabriel. Vasquez, Simon. Maiolum, Cardinalem Tusch. Campanilum, Callixtum Ramirez, Ceuallos, & Pat. Ioann. Marquez; qui ex communi omnium sententia sic resoluunt. His addendus est P. Layman. *in loco relato suprà, numero 86. in fine,* Pat. Villalobos, *in summa tomo 2. tratado quinto de la guerra, dificultad primera, n. 3. & 4. folio 47. in fine, & 48. adonde confuta la opinion de los hereges que indistintamente condenan las guerras; y responde y satisfaze a sus argumentos, y defiende las guerras justas, y que se hazen con causa justa*; quod est verissimum, & semper probandum.

88 Bellum autem, vt iustum sit, ex quibus causis, & qua intentione fieri debeat, explicauit ipse Solorzanus, *lib. 2. dicto cap. 6. ex numero 52. vsque ad num. 61. fol. 290.* vbi Diui Augustini loca nonnulla, & Decreti iura aliqua expendit; & semper requirit, quod eo proposito fieri debeat, vt malum vitetur, & bonum promoueatur: quod docuit Sanct. Thom. *2. 2. quæstione 40. art. 1.* & repetit Solorzanus idem *libro tertio, cap. 15. n. 21 folio 434.* & citat text. *in cap. militare, 23. quæstione 5.* atque *ex num. 9. & pluribus sequentibus, folio 41 2.* latiùs explicat ex quibus bellum dici debeat iustum, & an monitio præcedere debeat: vbi vide omnino; vide etiam *lib. 2. cap. 14. folio 414.*

89 Vbi quod bellum debet semper esse defensiuum, & vindicatiuum, aut punitiuum, & quod ea bella duntaxat iusta, & legitima esse dicuntur, quæ defensiua, vindicatiua, aut punitiua sunt; hoc est, quæ iniurias, & damna, quæ nobis inferuntur, propulsant, vel illatas vindicant, & resarciunt; aut subditorum proteruiam, delicta & ex-

90 cessus compescunt, & puniunt: Bellum etiam, quando dicatur iustum, vel iniustum, latissimè explicarunt relati *suprà, numero 85.* Camillus etiam Borrellus, *in Regia Aragonum, 9. primo, glossa prima, per totam, & de Regis Catholici præstantia, capite 32. num. 81. & sequentibus,* Lælius, Zechius, *de Principe, libro secundo, capite tertio,* Rosentalis, referens multos, *de feudis, tomo primo, capite octauo, declaratione 20. pagina 456.* Didacus Couarruu. *in regula peccatum, secunda parte, §. nono, ex numero primo, cum sequentibus,* Pat. Ludouic. Molina, *de iustitia, & iure, tomo primo, tractatu secundo, disputatione 102. & 103. cum sequentibus,* Bellarminus, *in Controuers. Christianæ fidei, tomo quinto, controuers. 5. generali, libro tertio, capite quinto, per tot. pag. 1341.* Palac. Rubios, *de iusta retentione Regni Nauarra, 4. p. §. 3.* Aiala, *de iure belli, libro primo, capite secundo,* Cabedus, *decisione 44. ex numero 14. cum sequentibus, prima parte,* Callixtus Ramirez, *de lege Regia, §. 30. numero 55. in fine, folio 329.* vbi in glossis citat alios quamplures; & inquit quod iusta belli causa est, si pro defensione propria, vel rerum suarum, vel patriæ, vel pro recuperandis rebus, ab eo iniustè ablatis, vel contra subditos rebelles, vel contumaces, vel contra Turcas, infideles, hæreticos, & alios Christianæ fidei hostes; Princeps illud indixerit: explicat etiam P. Layman, *loco relato suprà, numero 86. in fine,* Pat. Villalobos, *in summa, tratado quinto, de la guerra, dificultad primera, folio 45.* Vbi, *que es justa la guerra si se guardan las deuidas condiciones en ella, y que las condiciones de la guerra justa son, autoridad, causa justa, y deuida intencion*: & *dificultad quarta, qual sea la causa de la guerra justa,* ex numero primo, vsque ad numerum 16. folio 48. vbi sequentia notauit, *que la general causa es, impedir, resarcir, vengar la injuria, que sea proporcionada, que puede acontecer, que dando guerra justa al enemigo, sea el Principe injusto para su Republica, que el Principe tiene obligacion antes de la guerra examinar la causa della, que siete causas particulares, que refiere allí* numero octauo, *son ciertas para la guerra, que se puede ayudar al que trata guerra justa, que es causa justa, el prohibir la injuria que se haze al inocente, o quando impiden que se predique el Evangelio*: & alia etiam, quæ *ibi* videri poterunt, vsque ad *difficultatem 14. ex folio 45. vsque ad folium 69.* Est etiam videndus omninò, P. Ioann. Marquez, *en el Gouernador Christiano, cap 27. ex folio 325. & cap. 37. ex folio 367. con que fundamento han de mouer los Principes Christianos las guerras, y que generalmente hablando, para que la guerra se puede hazer con buena conciencia, piden los Theologos quatro condiciones, autoridad legitima, causa bastante, buena intencion, y modo conueniente,* quæ prosequitur, & latiùs explicat *fol. 369.* ex versiculo, *y generalmente, para que la guerra.*

Vide etiam Ceuallos, *en el Arte Real, documento 27.* per totum, *en que refiere las causas para la justificacion de la guerra: ex folio 146.* latius *quarta parte, commun. contra comm. q. 906 ex num 101. & 101. vsque ad num. 334.* vbi cum aliis multis Authoribus congerit multa, in hac materia necessaria: & *num. 134.* scripsit, quod bellum iniustum dicitur quinque modis: vbi videri poterit.

Quando autem bellum est iustum, iustéque initum, in eo, ab hostibus capta, communi omnium gentium iure, capientis fiunt: & etiam inspecto iure diuino; in quo conueniunt vnanimiter, omnes Authores relati *suprà*, & probatur *in l. prima, versiculo, item capta, ff. de acquir. possession. l. naturalem, 5. §. vltimo, l. transfugam 51. ff. de acquir. rer. dom. l. hostes 24. l. si quid in bello 28 ff de captiuis, § item ea, qua ex hostibus,* vbi Anton. Pichardus, *Instit. de rer. diuision. cap. ius gentium, prima distinctione, l. prima, & per tot. titul. 16. partita 2. l. 10. titulo 28. partita 3.* & docuit Sanct. Thom. *2. 2. quæstione 46. articulo primo, & libro tertio, de Regimine Princip. cap. 11.* & cum multis resoluit Cenedus, *collectanea 59 ad decretum, pagina 84.* D. Melchior de Valencia, *illust. tractat. iuris, tractatu 2. capite quinto, numero 24. & sequentibus,* Pet. Faber, *libro secundo semestrium, cap. 3. & 4.* Osualdus, *in Donellum, lib. 4. cap. 21.* Tuschus, *tomo primo, littera B. conclusione 39. 40. & 41.* & cum aliis pluribus, D. Ioannes de Solorzano, *de Indiarum iure, lib. 2. cap. 6. ex num. 23. folio 285. 286. vsque ad numerum 30.* vbi *num. 26.* quod in bello capta capientium fiunt etiam inspecto iure diuino, ex doctrina D. Ambrosij: & quod Noui orbis plures regiones, titulo iusti belli, Hispanorum Regum effectæ sunt: & quod Reges, & Principes supremi, licet personaliter bellis non intersint quæ à suis vassallis geruntur, earum tamen terrarum, quæ ab illis conquiruntur, dominium acquirunt: & *num. 38. eiusdem cap 6. pagina 287.* 91

Quod ea, quæ in ipso belli conflictu capiuntur, sic capientium fiunt, diuidique debent, proui *ibi* cum aliis Authoribus notauit: & *l. 4. & 5. & seqq. tit. 26 part. 2.* decisum est. 92

Addit etiam, *numero 40. & 41. & 42.* quod ad Regem, 93

Regem, ſupremúmque Principem, vltra immobilia, quinta quoque pars aliarum prædarum mobilium, & ſe mouentium, pertinet; vt *in dictis legibus Partitæ* diſpoſitum eſt; & *in l.20.titulo 4.libro 6.noua collect. Regiæ*, quæ pars, adeo ad Regiam dignitatem ſpectat, vt inter Regalia computetur, & à Principe in perpetuum alienari non poſſit, vt *in dicta l.4.partita*: vbi Gregor. Lopez, *verbo, non lo podrian fazer*, & *in dicta l. recopilat.* & notarunt Palac. Rub. Rolan. & Ioann. Garcia, *ibi relati*.

94 Ex eodem quoque principio iuris Regalis, & maioriæ ſupremæ oritur ius faciendi oppignorationes, quas vulgus Repreſalias vocat, populus namque Romanus requirebat barbaros, vt damnum illatum reſarcirent, qui ſi ſolemniter moniti, non parerent, clarigatio fiebat, prout refert Callixtus Ramirez, *de lege Regia*, §. 16. *num. 64. in fine, verſiculo, ex eodem principio, folio* 161. & inter Regalia referri ius faciendi Repreſalias, notauit ſpecifice Sebaſtianus Næuius, *ad titul. quæ ſint Regalia, numero* 296. & de repreſaliis ipſis egit doctè, & curioſè (vt ſemper adſolet) Didacus Couarruuias, *in regula, peccatum, ſecunda parte*, §. 9. *ſub numero 4 verſiculo, hinc denique obſeruandum eſt, vſque ad verſiculum, cæterum non eſt hic prætermittendum: pagina* 1053. & 1054. vbi explicat, an iſtæ oppignorationes licitæ ſint; & inquit, quod ad hunc modum repreſaliæ quotidie permittuntur, vt ſi qua ex gente latrones, aut piratæ, vel quicunque alij, homicidia, rapinas, aliave ſcelera perpetrauerint, iniuriam, damnúmve intulerint; nec iniuriam, damnúmve paſſi; potuerint eius obtinere vindictam, aut iuſtitiam conſequi apud eam Rempublicam, cui ſcelerum Authores ſubiiciuntur, & quæ eos ſuſceperit; tunc liceat iniuriam paſſis, pignorationibus vti aduerſus illius Reipublicæ homines: & quod huius moris iuſtitia deducitur ab authoritate Auguſtini, *quæſtione* 10. *ſuper Ioſue*, quem Gratianus retulit *in capit. Dominus*, 23. *quæſtione ſecunda*, vbi inquit, *gens, vel ciuitas plectenda eſt, quæ vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt*. Et idem *in l.4. titulo 7. partita* 5. tandem ipſe Couarrun. exiſtimat, non aliter repreſalias licitas fore, quam eo modo, quo bellum licitum, iure naturali, & diuino, atque humano cenſetur; & quomodo licitæ ſint, ſingulariter explicat, vbi videri poterit.

Et de eadem materia videri etiam poſſunt Laudenſis, *in tractatu de Repreſaliis, numero quinto, cum ſequentibus*, Iacob. de Caniſ. *in eodem tractatu, parte prima, numero* 15. Gail, *libro primo, obſeruatione* 28. *numero nono*, Pat. Ludou. Molina, *tomo primo, tractatu ſecundo, diſputatio* 121. Sixtinius, *de Regalibus, libro ſecundo, cap primo, numero* 30. & *ſequentibus*, Ioann. Corcrens, *de iure militum. lib.* 3. *cap.* 22. Pat. Villalobos, *in ſumma, tomo ſecundo, tratado quinto de la guerra, difficultad quarta, numero* 16. *folio* 50. vbi in hunc modum ſcribit: *Algunas vezes acontece, que no ay cauſa baſtante para guerra, pero ayla para repreſalias, quando vnos ladrones de Inglaterra, han hecho daño en Eſpaña, o algun agrauio, y amoneſtado ſu Rey no quiere mandarlas reſtituir, pudiendo, entonces los que han ſido damnificados, ſino pueden recuperar lo perdido, podran con autoridad de ſu Principe, deſpojar los mercadores de Inglaterra, o labradores (que eſto ſe llama Repreſales) aunque ſean innocentes, porque ya aquella Republica en ſu Principe contrae culpa: y anſi es licito al Principe de los que padecen el agrauio, concederles, que lo cobren de los que pudieren: anſi lo dizen muchos, y ſe prueua con autoridad de San Auguſtin: mas aduiertaſe, que aunque para eſto baſta menor cauſa, que para guerra, pero con todo eſſo ha de ſer juſta, y no conuiene darſe licencia por el peligro que ay, que ſe da ocaſion de robos, como dizen Vitoria, y Molina, y es meneſter para eſto mucha prudencia.*

Manat quoque ex eodem principio Regaliæ, & Maioriæ ſupremæ, po[illegible]s prohibendi, & impediendi ſubditos, ne extr[illegible]t caſtra fortia, turres, & propugnacula, aut vallo, foſſóve, ſuas ædes circundent, & fulciant, etiam in proprio ſolo, vel terris propriis, idque maximè, quando ſint in limine alicuius Regni; de quo eſt textus notabilis *in l. ſecunda, C. de fundis limitrophis, libr.* 11. quem inducit Anton. Gomezius, *in l.46. Tauri, num.* 14. *folio* 228. vbi declarat, & concludit, quod hodie in iſto Regno, indiſtinctè prohibitum eſt, facere caſtrum, vel fortalitium, ſine Regis licentia; ex *l. ſeptima, titulo ſeptimo, libro quarto, ordinam.* vbi Didac. Perez, & *in illa l.46. Tauri*. Ex quo infert, quod Magnates, Domini, vel alij non poſſunt ædificare caſtra, vel fortalitia in ſuo territorio, imò nec domum habitationis fortem, ſine Principis licentia; & quod ita expreſsè diſponitur *in pragmatica*. quam *ibi* citat; & hæc latiùs exornant Auendaños, *de exequend. mandat. Reg lib. ſecundo, capite ſecundo*. Auiles, videndus omnino, *cap.* 21. *Prætorum, gloſſa, torres, per totam*: & propoſitam prohibendi, & impediendi, Regaliam adduxit Callixtus Ramirez, *de lege Regia*, §. 26. *ſub num.* 64. *in verſiculo 3. ex eodem fonte, folio* 263. & addit, quod quamuis regulariter ſit iure conceſſum cuilibet in ſuo ædificare, *l. altius, l. ſi in ædibus, C. de ſeruit.* vbi Padilla; Viuius *deciſione* 316. Alexand. Raudenſis, *reſponſo* 26. *volumine ſecundo*, vel reficere fortalitium, vel caſtrum; tamen ſi caſtrum fieret ad æmulationem, vel materiam ſeditionis præberet, poterit prohiberi, ne ædificet; vel ſi voluerit ædificare caſtrum, vel fortalitium in liminibus Regni; nam ſoli Regi hoc eſt permiſſum: & de materia citat Authores nonnullos videndos, ipſe Callixtus, *in gloſſis*, & maximè Renat. Chopin. Camillum Borrellum, Dueñas, Chaſſaneum, & Cancerium.

Ad Regalia quoque refertur, ſiue effectus maximus Regaliæ eſt, quod ſolus Princeps concedit licentiam faciendi nundinas, & mercata: item immunitatem omnium vectigalium, & gabellarũ, quamuis aliquando, abſque exemptione, facultatem prædictã concedat faciendi mercata, & nundinas; *l. prima*, cum ſua Gloſſa, *ff. de nundinis, l. vnica, C. eodem titul.* & exornant Narra, Franciſ. Marc. Calicius, Caſtaldus, Menochius, Petr. Gregorius, Capycius, Bodin. Raudenſis, Regnerius Sixtinius, Camillus Borrellus, Cephalus, & alij, cum quibus ſic reſoluit D. Garcia Maſtrillus, *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *ex num.* 11. *vſque ad numer.* 23. *folio* 349. vbi addit, quod tempore mercati, aut feriarum, nemo conuenitur pro cauſis ciuilibus, niſi pro contractibus ibidem factis: & inquirit, an ſi mercatus fuerit factus in vna platea, poſſit mutari in aliam. 96

95

Inter Regalia quoque, facultatem prædictam refert Sebaſtian. Næuius, *ad titul. quæ ſint Regalia, num.* 295. quem nullus commemorat: Callixtus Ramirez, *de lege Regia*, §. 26. *numero* 61. *folio* 261. Gail, *libro primo, obſeruatione* 60. *numero* 24. & 25. vbi eius Additionator Græuæus, *conſideratione primo*, Petr. Anton. de Petra, *de poteſtat. Princip. capite decimo, ſub numero* 28. *verſiculo* 219. *ſpeciali*, Iacob. Cancerius, *tertia parte variar. capite tertio,*

numero

num. 388. & an durante tempore nundinarum, quis possit conueniri, vide latiùs per Barbosam, *in l. hæres absens, §. proinde ff. de iudiciis.*

Apud nos autem, quod attinet ad ferias, & mercata, seruandæ sunt leges huius Regni, quibus statuta sunt ea, quæ videri poterunt *in l. primu, cum sequentibus, titulo* 20. de las ferias, y mercados, *lib. 9. noua collect. Regia, & in dicta l. prima,* statutum est, quòd in Regnis, & dominiis Regis nostri, feriæ franchæ, & mercata non fiant, & nullus ad ea accedat, sub pœnis legis eiusdem, nisi tales feriæ, & mercata ex priuilegio Regio procedant; & in libro *de lo saluado* sint apposita, & concessa: & *in l. quinta,* idipsum statuitur, & quod nullus ferias liberas, & stanchas faciat, sub pœnis legis èiusdem: & venditores, & emptores, ad eas euntes, incurrunt etiam pœnas *ibi* statutas: & id declaratur *in l. secunda, eiusdem tituli,* & in *l. quarta* deciditur, vtrum vendentes in feriis, & mercatis franchis, teneantur soluere gabellam in locis, vbi sunt vicini.

57 Legitimandi etiam filios illegitimos, naturales scilicet, spurios etiam, & cuiuscunque generis illi sint, facultas, & potestas, Maioriæ supremæ est, & ius Regale dicitur; solísque Regibus, & Principibus supremis competit, hoc est, Imperatori, Regibus, & Principibus aliis, superiorem non recognoscentibus, & Romano Pontifici, qui in eius territorio potest sibi subditum legitimare, & dispensare etiam quoad omnes effectus, tam spirituales, quàm temporales; iuxta text. *in cap. per venerabilem, in principio, & §. illud autem. qui filij sint legitimi,* licèt in spiritualibus, & Ecclesiasticis legitimet per totum orbem tam subditos, quàm alios sibi non subditos: cùm in his plenissimam habeat potestatem; & totus mundus, in spiritualibus sit sub sua iurisdictione; quod secus est in temporalibus, in terris Imperij, vel aliorum Principom: quod cum aliis multis Authoribus resoluit D. Garcia Mastrillus, *lib. 3. dicto cap. 10. ex num.* 32. *fol.* 350. *vsque ad numerum* 82. vbi agit de effectibus legitimationis, & an legitimatis debeatur legitima; in quo nonnullos casus distinguit: & an legitimati à Principe succedant in feudis; breuiter tamen in his insistit, atque ita quidem, vt materia hæc maiorem declarationem, atque enucleationem requirat; quam ego sciens, consultóque, nunc prætermitto; quoniam accuratè satis ipsam enucleaui, & de successione legitimatorum, tam ex testamento, quàm ad intestato, & contra testamentum; & quoad alios effectus, & an ipsis legitima debeatur, nécne, egi *in commentariis tom. 4. cap.* 21. *ex num.* 40 *cum multis sequentibus,* vbi videre oportebit: & an ipsi in fideicommissis, & maioratibus succedere valeant, explicaui *in commentariis tom. 5. cap. 106. per totum,* & vltra relatos his locis, commendo nunc Ioseph. de Rusticis, *ad l. cum auus, ff. de condit. & demonst. lib. 2. cap. 15. per totum,* Ioan. Bapt. Lup. *de illegitim. & naturalib. restitut. comment. 3. per totum, ex fol.* 161. *vsque ad folium* 235. Stephanum Gratianum, *tom. 3. cap.* 496. Philip. Paschalem, *de viribus patriæ potestatis, secunda parte, cap. 4. ex num. 101. cum sequentibus:* Vincent. Fusarium, *de substit. de fideicommissaria substitutione, quæst. 408. per totum, ex fol.* 451. Georg. Cabedum, *decisione 69. part.* 2. Pet. Gregorium, *in syntagmat. iur. lib. 6. c. 7.*

Et superiorem resolutionem, quod ius legitimandi illegitimos, inter Regalia iura connumeratur, tenuerunt Sebastianus Næuius, *ad titul. quæ sint Regalia num.* 305. Conradus, Renatus Chopinus, Surdus, Decisio Rotæ, & alij cum quibus Callixtus Ramirez, *de lege Regia, §. 25. num. 12. fol.* 227.

Inter Regalia quoque enumeratur, siue maximum ius Regale est, quod Reges, & Principes supremi nobilitant quos volunt; & possunt ignobiles, nobiles facere; & nobilitatem concedere; ita quod nobilitates dicantur procedere à Principe, & tales dicantur verè Nobiles; & hæc appellatur datiua Nobilitas, non verò natiua: & qui nobilitatem à Regibus, & Principibus supremis consequuntur, gaudent eisdem priuilegiis, quibus Nobiles sanguine fruuntur, & ad officia eorundem admittuntur; & cóprehenduntur sub statuto, lege, consuetudine, aut rescripto mentionem faciente de Nobilibus, aut in eorum fauoré aliquid disponente, dummodo exerceant actus nobiles, & non populares: item nobilitati à Regibus, vsque adeo gaudent eisdem priuilegiis, & prærogatiuis, quibus gaudent Nobiles sanguine, vt si indistinctè, & generaliter, siue quoad omnia nobiles facti sint, non modò Nobilium officia assequi, atque exercere valeant, sed etiam insignia, atque habitus ordinum militarium deferre, prout Nobiles sanguine; quia paria sunt, inesse qualitatem per naturam, vel per priuilegium, quando nobilitas (vt nunc dicebam) non est restricta ad aliquem actum, vel actus, sed generaliter concessa, & hæc quidem omnia, multorum Authorum allegatione atque authoritate, egomet ipse, nunc comprobarem, si transcribendi vitium non abhorrerem, & Alphonsi Azeuedi locum non inuenissem, in quo hæc omnia cumulauit, & authoritate multorum confirmauit, referens Gregorium Lopez, Chassaneum, Otaloram, Ioannem Garciam, Tiraquellum, Bonum de Currili, Pelaez à Mierez, & alios: hodie tamen *in noua editione* videndus est Mierez, *prima parte, quæst.* 51. *ex num.* 84. *fol.* 275. & *num.* 107. & 108. & 112. & eadem omnia, ex Tiraquello, & Azeuedo, refert etiam D. Garcia Mastrillus, *lib. 3. cap. 10. ex num* 99. *fol.* 355. *vsque ad numerum* 127. qui, & Azeuedus etiam ex Tiraquello, *de nobilitate, cap. 6. per totum,* vbi latè agit de nobilitate ex priuilegio Principis; extendunt prædictam conclusionem, quod Princeps nobilitat quem vult, & quod nobilitas à Principe procedit; & pro ea citant *cap. 6. Esther:* textum etiam, *in l. 2. & finali. ff. de natalibus restituen. & in l. Imperatores, in principio ff. de Decurion. & in cap. cum redemptor, 12. quæst. 2.* & eandem conclusionem exornarunt Rosentallus, *de feudis, conclus.* 2. D. Carolus de Tapia, *in rubricu, ff. de constitut. Princip. cap. 4. num.* 112. Regnerius Sixtinius, *de Regalibus, lib. 2. cap. 15. ex num.* 22. extátque apud nos singularis Regia *lex sexta, tit. 27. part. 2.* in illis verbis: *Puedeles dar honra de hijos dalgo a los que no lo fueren por linage.* Videamus nunc ea omnia quæ in proposito hoc considerata, atque scripta reliquit Ioann. Garcia (vir quidem ingeniosus, & doctus) Is sane *in commentariis de nobilitate, glossa prima, §. 1. num. 42. & 43. folio* 49. resolutiuè tradidit, quod æquiparantur immunitates sanguinis, & priuilegij, ex Baldo, & Gregorio Lopez, quos *ibi* citat: quia paria sunt inesse alicui qualitatem per naturam, aut per priuilegium; quia Princeps nobilitat quoad iuris effectus, respectu quorum, ex hac æquiparatione, idem in vtroque ius obseruandum est: & addit Bald. dicentem quod isti priuilegiari „ verè sunt 68

Nobiles,& debent habere officia Nobilium ; inquit etiam,non obstare dictum Baldi, *alio in loco*, quod quando ex consuetudine, officia sunt danda naturalibus ciuibus,non poterunt illa habere ciues adoptiui;quia respondet , quod ea consuetudo respicit naturam , at verò traditio Gregorij, & Baldi , *suprà*, respicit ius , supra quod est Princeps,qui vere nobilitat;& in hoc casu, cum Princeps æquarit nobilitatem generis, & priuilegij, æquatum quoque ius est , provt *ibi* comprobat:& *numero* 50.latiùs, optiméque explicat, & repetit , vt ratio prædicta æquiparationis faciat , an Nobiles ex priuilegio gaudeant eisdem prærogatiuis, quibus gaudent Nobiles vera nobilitate, scilicet ne torqueantur , ne incarcerentur pro debito ciuili,ne suspendantur resti,ne remiges fiant ; vtque cum Nobilibus sedeant , & Nobilium gerant officia , & insignia militaria, quæ nos vocamus vulgari verbo (*habitos militares*)quæ Nobilibus,nobilitate generis, ex forma, & consuetudine Ordinum militarium , Nobilibus dantur ; vtque etiam gaudeant reliquis prærogatiuis , quibus gaudent Nobiles nobilitate sanguinis ; & primo loco statuit , hac de re videndos Menchacam, Mieres , & Tiraquellum,& tradita ab eo *glossa* 35. *eiusdem tractatus* . *num.* 4. Deinde optimè,& iuridicè dubium explicat, dicens , ad priuilegij verba esse occurrendum , eáque esse cordatè expendenda, nec in his esse denegandum quicquid Principali concessione, ac lege sit indultum , *capite,porro , de priuilegiis*, cum *ibi* notatis. Et quoniam frequenter in priuilegiis,ea verba apponuntur:*Que os se han guardadas todas las honras,franquezas,y libertades, y dignidades,que se suelen guardar , y guarden a los hijos dalgo de sangre.*Et existimat, quod vtcunque hæc verba apposita sint, non erit locus dubitationi, quia in claris non est locus disputationi , & potest Rex concedere ignobili omnia iura Nobilium;quia quamuis non possit supplere defectus naturales, nec tollere iura sanguinis , & naturæ; quia licèt sit supra caput iuris ciuilis , est tamen sub pedibus iuris naturalis,vt aliàs dicebat Bald. *ibi* relatus;attamen potest effectus , qui concessi sunt à iure ciuili nobilitati, concedere,& extendere ad ignobilem;quia hoc faciendo , non extendit manus ad naturæ iura : & dicit quod est textus ad propositum , qui decidit quæstionem *in dicta l.sexta,titulo 27.partita secunda* , qui meliùs loquitur,quàm Tiraquellus , qui contendit, Regem ipsam nobilitatem concedere posse; & est prædicta lex pro eo , quod vulgò circunfertur,*Nobilem te facere non possum , exemptum te facio.*

Itaque concludit Ioann.ipse Garcia,quantum ipse intelligit,prædictum dubium non procedit, vbi in priuilegio apposita sit clausula illa , aliàs priuilegiatus solum obtinebit , quod lege , aut ipso priuilegiò sit concessum , nihilo amplius. Et hactenus is Author , atque verissimè quidem, cum nulla verior , aut securior possit tradi resolutio,aut diffinitio,quàm quæ ex verbis,& tenore eiusdem priuilegij deducatur ; tantum enim priuilegia nobilitatis importabunt, quantum ex verbis eorum deducetur , Reges concedere voluisse:& totum id concedendum erit , quod ex verbis deprehendi valebit;nec restringi poterit, aut extendi , sine ampliari : & eadem in effectu amplectitur, atque tuetur idem Ioannes Garcia, *glossa* 43.*num* 3. *fol.* 341. quamuis enim nonnullas doctrinas in contrarium ponderet , statim tamen eis satisfacit , responsúmque præbet, atque satisfactum remanet ex his , quæ *glossa prima*, §. 1.*num* 42.& 43.*num.*50. antea tradiderat , & expressè admisit,*ipso num.* 3. quod paria sunt quoad propositum nostrum , inesse qualitatem per naturam,aut per priuilegium.

Remanet ergo verissima resolutio , Nobilibus ex priuilegio totum id concedendum, quod Nobilibus ex sanguine conceditur , si priuilegium ipsum ea concesserit ; & verba principaliter attendenda , vt tantum concessum dicatur , quantum ex verbis deprehendi commodè valeat ; ita quod neque restringi,neque ampliari, aut extendi debeant vltra verborum ipsorum priuilegij potentiam,& significationem,vel vt minus contineant , quam verba ipsa demonstrent : ad quod vltra Ioann. Garciam ,& cœteros relatos *suprà*, pondero text.*in l.sancimus.C.de fideiussor.* ibi:*Nisi tenor pacti reclamauerit :* l.ad probationem, C. de probat.ibi:*Tenor scripturæ designat.*l.si quis stipulatus sit Stichum,aut Pamphilum , ff. de verbor. obligation.ibi:*Quærentibus inspiciendus erit sermo stipulationis*,l.*si ita stipulatus*,§. *Chrysogonus* , *ff.eodem tit.* cum similibus , quæ expendit Iacob. Æmilianus,*in consil.4.num.*1 . & quòd tenor priuilegij , & Regiæ concessionis attendi principaliter debeat, probatur ex textu , *in cap. porro* , *& in cap.accepimus,de priuileg.cap.accepimus , de fide instrum.*text. *in authent. de mandatis Princip.* §. *si quis autem,collat.* 3. *l.* 42.*in fine,tit.* 18. *part.* 3. & cum Castrense , Abbate , & Barbatia notauit Burgos de Paz iunior.*cunliam.quæst* 2.*num.* 16. & 17. & ita intelligi , atque explicari debent , quæ cum aliis Authoribus adduxit Ioannes Gutierrez, *practicarum lib.* 3. *quæst.* 17. & 18 *num.* 32. & 33. dum ex Tiraquello , & aliis notauit, quod cum nobilitas proueniat à Principe , illi propriè dicuntur Nobiles,qui fuerunt à Rege,vel Imperatore nobilitati , & quod ille præiudicatur esse Nobilis quem Rex ipse vult , & declarat esse talem : non solum per dispositionem expressam, sed etiam per tacitam , & quod ille est Nobilis, quem lex , aut Princeps appellat esse talem, præcipuè si sciens illius conditionem , hoc fecerit.

Ad regalia quoque refertur , siue ius Regale 99
dicitur, ætatis veniam minoribus concedere;sicuti scripserunt Afflict.*in cap.vnico,verbo,Regalia, numer.* 10. *in titulo* , *quæ sint Regalia.* Iacobin.de Sanct.Georg.*ibidem num.*6. Menochius,*in consilio* 478.*lib.*5. Ioann.Gædeus,*ad l.*22.*num.* 19. *de verborum significat.* Geor. Cabedus,*decisione* 72. *num.* 4.*part.*2.Bobadilla , *in Politica lib.*2. *cap.* 16. *num.* 95.& 172. Sebastianus Næuius , *ad titulum, quæ sint Regalia,num.*306.Ramirez,*de lege Regia*, §.26. *num.*10.*fol.* 226. Calicius,*de Fisco* , *dubitatione* 8. *speciali* 14.Hippolyt.Riminald. *in consilio* 655. *ex num.*1.*cum sequentibus* , *lib.* 6. Rosental. *de feudis*, *cap.* 5 *conclus.* 2.*numer.*4. D. Garcia Mastrillus,*de Magistratibus,lib.* 3.*cap.*4.*num.* 408. *fol.* 505. Anton.Gomezius,*tom.*2.*variar.cap.*14. *de restitutione minorum* , *num.* 12. vbi materiam veniæ ætatis,ad breuem summam reducit;& inquit, quod si masculus sit viginti annorum , & fœmina 18. & probat se habilem ad administrationem gerendam , potest impetrare à solo Principe veniam ætatis ; & effectus est , vt possit bona sua per se exercere,& gubernare,tanquam maior,& eximatur à potestate curatoris, si habebat ; & similiter amittat beneficium restitutionis in integrum, super contractibus postea per eum gestis, ne illi,

qui cum minoribus, qui veniam ætatis impetrauerunt, contrahunt, Principali auctoritate decipiantur; bona tamen immobilia non potest alienare sine decreto; & si cum decreto alienet, adhuc potest restitui, si se læsum probauerit; sicuti hæc probantur *in l. 1. 2. & 3. C. de his qui veni. atat. impetrau.* & quæ in praxi seruari debent, qualitérque venia ætatis præsentanda sit coram iudice ordinario, *ibid.* obseruat idem Ant. Gomez. vbi videri poterit.

100 Sunt etiam videndi de eadem materia; & an indistinctè restitutionis in integrum beneficium amittatur, Mauricius, *de restitutione capit.* 255. Sfortia, *prima parte, quæst.* 23. *num.* 40. Caldas Pereira, *in l. si curatorem habens, verbo, implorare, num.* 47. Anton. Faber, *ad dictum titulum, diffinitione prima, & sequentibus.* Fontanella, *de pactis nuptialibus, tom. 1. clausula 4. gloss. 3. num 60. & sequentibus*, vbi etiam, quod minor, qui veniam ætatis impetrauit, non gaudet priuilegio restitutionis in integrum, minoribus competenti, & quod id procedit, siue læsio contingat, post exhibitas in iudicio literas concessionis veniæ ætatis, siue antea; & explicat *leg. secundam, C. de his qui ven. atat. impetrau. & leg. ea quæ, C. de tempor. in integ. restitut.*

101 Item moratorias, aut temporales dilationes ad soluendum, debitoribus concedere, ad ius Regale, & supremam Principum potestatem pertinet, *l. quoties, l. vniuersa, C. de precibus Imperator. offerend. l. 33. tit. 18. part. 3. l. 4. tit. 24. eadem partita*, & materiam post alios Authores multos tractauit D. Garcia Mastrillus, *decisione 17. & de Magistratibus, lib. 3. cap. 4. num.* 434. latiùs *in commentar. ad indultum, cap.* 46. Ex proposito etiam, ego metipse tracto *in commentariis de alimentis, tomo 8 cap. 12. per totum*, vbi latiorem suscipio explicationem, & idcirco, ad ea quæ *ibi* obseruantur, me remitto; & Regaliam hanc supremæ potestatis, tradiderunt etiam Callixtus Ramirez, *de lege Regia, §. 26. num. 63. fol.* 262. Sebastianus Nænius, *ad titul. quæ sint Regalia, num.* 197. Interim tamen, dum dictus tractatus *de alimentis*, in lucem editus sit, admoneo, nouissimè omnium, post alios plures, quos refert, eandem rem longa serie explanasse Gabriel. Aluarum Velascum, *in tractatu de priuileg. pauper. & miserabil. personar. prima parte, quæst. 44. ex num. 25. fol.* 139. & hoc loco in summa, ipsius resolutiones, ad sequentes obseruationes reduci, quas & ego *d. cap.* 12. propono.

Primò, quod Reges, & Principes Supremi, frequenter moratorias literas indulgere solent, apud omnésque fere nationes conceduntur, quod tenent multi Authores, *ibi* relati, *num.* 25. & Bobadilla, *in Politica lib. 2. cap. 16. num. 125 & lib. 3. cap. 13. num.* 10. & quod decoctis etiam mercatoribus conceduntur, ne intra certum tempus molestentur, provt *ibi, n.* 26.

Secundò, non obstare, quod videantur moratoriæ hæ, in tertij præiudicium redundare, & ideo quòd concedi non debeant: Quia respondet ipse Velascus, *dicta quæstione 44. ex num. 28. vsque ad numerum* 37. vbi concludit, quod summa cum æquitate, summáque cum ratione, ac de iustitiæ honestate, pauperibus debitoribus conceduntur per Principem: & ampliat *Primò*, vt cum causæ cognitione, etiam à Senatoribus, siue Auditoribus Regiis moratoriæ literæ concedi valeant: & ita intelligi *l. decimam quintam, tit. 5. lib. 2. noua collect. Regia*, & limitat in Dominis inferioribus; superiorem recognoscentibus, qui moratorias concedere non possunt; provt *ibi num. 39. per totum*; quod certissimum est, cum ad ius Regale ipsæ pertineant, quod Dominis inferioribus non competit: ampliat etiam, vt procedat, etiámsi debitores plura bona habeant, indigeant tamen secundùm eorum conditionem, vel si solutis tunc debitis, grauis immineat egestas, vel detrimentum: provt *ibi num.* 42. & *num.* 43. inquirit; an vltra quinquennium, dicta dilatio concedi valeat; quod *dicto cap.* 12. ego latiùs declaro.

Ampliat etiam, vt lite pendente, possint huiusmodi literæ impetrari; de quo *ex num. 44. vsque ad numerum* 49. vbi explicat, vtrum etiam in debito, ex delicto descendente, moratoria dilatio prosit.

Ex *num.* etiam 50. inquirit, vtrùm conclusio prædicta locum habeat etiam in debito iurato; de quo agit *ex num. 50. vsque ad numerum 66.* quo *num. vsque ad 66.* dubitat, vtrum moratoriæ literæ concedi valeant ei, qui debitum inficiatus est.

Tertiò deinde, limitationes adducit ad dictam regulam: ac primò limitat, vt ad debitum ex causa dotis, vel alimentorum, moratoriæ literæ non trahantur, nisi expresse, & specificè ita concessæ fuerunt, de quo *ibi, ex num. 70. vsque ad numerum* 75.

Limitat etiam, vt moratoria, fideiussoribus non prosit, nisi de eis specificè loquatur, de quo agit *ex num. 75. vsque ad numer.* 85.

Limitat quoque, quod debitor dilatione concessa gaudere non possit, nisi idoneam cautionem præstiterit; & an sufficiat sola cautio, an verò satisdatio requiratur; videndus est *ex n. 85. vsque ad 95.* dubitat statim, an si creditor pauper sit, moratoria concedi valeat, de quo *ex num. 98. vsque ad n.* 101.

Limitat etiam, vt moratoria concessa debitori, eius hæredibus non prosit, nec ad debita fiscalia extendatur, nec contra debitum Ecclesiæ, de quibus *ibi, n. 101. & quatuor seq.*

Denique, *ex n. 106. cum sequ. fol.* 147. Velascus ipse declarat, an moratoria dilatione pendente, currant vsuræ; quod *in dicto tractatu, de alimentis, præcitato cap.* 12. etiam ego metipse declaro.

Ad Regalia quoque refertur, sine ius Regale est, quod Reges, & Principes supremi, cudendi monetam, facultatem & licentiam concedant: quod ius priuatiuè ad eos, non ad alios, nec etiam ad Principes, aut Dominos inferiores, nisi de eorum gratia, & concessione pertinet; nulli itaque alij Regalia hæc communicatur; sicuti per text. *ibi* adnotarunt omnes Feudistæ, *in cap. vnico, quæ sint Regalia*, & probatur *in l. vnica, C. de falsa moneta, l. secunda, §. denique cum ærarium, ff. de origine iuris, l. 9. tit. 7 part. 7. l. 2. tit. 1. part. 2. l. 1. tit. 20. lib. 5. recopilat.* Vnde quilibet Rex potest in Regno suo nouam monetam facere, & ius eam faciendi, alteri concedere; quamuis id ius in concessione generali nòn veniat, nisi expresse, & specificè concessum fuerit: iustum etiam monetarum valorem Rex constituit, illúmque auget, & minuit, & monetam mutat, si Reipublicæ expediat, & euidens vtilitas speretur, sed non de facili mutanda, maximè in damnum populi; sed salus populi ipsius, bonúmque commune semper præ oculis habendum, & si magna vrgeat necessitas, potest monetæ nouæ aliqua liga imponi; & curandum est, ne quid fraudis in materia, 102

in

in forma, ſiue in ſigno, aut pondere fiat; & ad hæc in effectu reducuntur, quæ principaliter in tractatu cudendi monetam, & de materia magis communiter enuntiare, atque adnotare ſolent Scribentes; inter quos, hæc & alia exornarunt Franc. Marc. *dec. 152. p. 1.*

Decius, *in conſil. 187. n. 3.*

Paris de Puteo, *de ſindicatu, tit. de exceſſibus Baronum, c. 1. ex n. 10. cum ſeq. fol. 85.*

Conrad. *in templo omn. iud. lib. 1. c. 1. §. 4.*

Gregorius Lopez, *in l. 2. titulo 1. part. 2. verbo, vatir.*

Mynſingerus, *obſeruatione vigeſimaquarta, centuria quarta.*

Calicius, *de fiſco, dub. 8.*

Roſentalis, *de feudis, cap. 3. concluſione 48. pagina 139.*

Marc. Ant. Peregrinus, *de iure fiſci, lib. 1. titulo primo, ex numero 25. & in conſilio 3. numero 23. volum. 4.*

Renatus Chopinus, *lib. 1. de Domanio Franciæ, tit. 2 ex n. 16. cum ſeq.*

Pet. Gregorius, *lib. 3. de Republica, cap. 6. n. 23 & ſequentibus, & part. 3. Syntagmat. iuris. lib. 36 cap. 1. ex num. 16.*

Menochius, *libro ſecundo, de arbitrariis, caſu 317.*

Peguera, *deciſion. criminal. cap. 46. numero 1. & ſeq.*

Ioan. Igneus, *in l. neceſſarios, §. non alias, n. 579. ff. ad Syllanian.*

Gaſp. Theſaur. *de augmento monetæ, part. 1. ex numero 12. & part. 2. ex numer. 13. & parte 3. numer. 7.*

Caſſiodor. *libro ſexto, variar. form. 7. cap. trigeſimoſecundo.*

Ioannes Bodinus, *libro ſexto, de Republica cap. 8.*

Ant. Vrſillus, *in §. ſi quis agens, Inſtit. de action. n. 33 & ſeq.*

Didac. Couarruu. *de veter. numiſmat. collat. cap. 8.*

Ioan. de Aquil. *de vtilit. & poteſt. monetæ, cap. 1.*

Boſſius, *de falſa moneta, ex n. 1.*

Camillus Borellus, *de præſtantia Reg. Cathol. c. 11. & in ſpec. Princip. rub. 36.*

Ioan. Bolognet. *in conſ. 11. ex num. 34. cum ſequentibus.*

Georg. Cabedus, *deciſione 45 part. 1.*

Robertus, *rerum iudicatar. libro primo, capit. vltimo.*

Afflict. *in cap. vnico, quæ ſint Regalia, verbo, moneta.*

Sebaſtianus Næuius, *ibidem, numero 103. & ſequent.*

Balbus, *de præſcript. 2. p. quintæ partis principalis, q. 4.*

Regnerius Sixtinius, *de Regalibus libro ſecundo, cap. 7.*

Muta, *ſuper cap. Reg. Iacob. 10. ex numero vndecimo.*

Brunus, *de moneta, art. 1.*

Georg. Agricol.

Guid. Pap. *deciſ. 198.*

Gironda, *de gabellis, prima parte, numero octauo.*

Bobadilla, *in politica, libro 2. capit. 26. numero 144.*

Callixtus Ramirez, *de leg. Regia, §. 26. ex n. 42. vſque ad num. 51. pag. 256.*

Pat. Layman, *tom. 1. ſect. 5. tract. 3. part. 1. cap. 5. per totum, ex fol. 83.*

P. Ponze de Leon, *variar. diſp. part. 1. relatione 1. part. 1. cum ſequ.*

D. Garcia Maſtrillus, *de magiſtr. lib. 3. cap. 10. ex num. 139. fol. 358. vſque ad numerum 165.*

Azeuedus, *in loco ſtatim referendo.*

D. Valençuela Velaſquez, *in conſilio 30. num. 10. & ſequentibus*, vbi quod Regis, vel iura Regalia habentis, eſt, monetam cudere, & illi pretium præfigere; & quod Reipublicæ, vel Principis authoritas tribuit vires monetæ; & quod proba, aut reproba pecunia eſt, cum fuerit ſignata, vel non, Principis ſigillo; & quod neceſſitatis cauſa, moneta aliquando fuit facta ex ſtanno, plumbo, & corio: & *numero 35.* quod pecunia quælibet, poteſtatem Principis continet.

Et monetam, abſque Regis authoritate, & li- 103
centia cudentes, & fabricantes, aut minuentes, qualiter puniantur; vide Anton. Gomezium, *in l. 83. Tauri, num. 1. & ſequ.* Azeuedum, *in l. 5. tit. 17. lib. 8. noua collect. Regiæ*, vbi latiſſimè: Ioann. Gutierrez, *practicarum lib. 3. quæſt. 4.* Burſatum, *in conſilio 166. lib. 2.* Vincent. de Franchis, *deciſione 351. & 401.* Tiberi. Decianum, *tract. criminal. lib. 7. cap. 23. cum ſequentibus, vſque ad cap. 29.* Farinacium, *titulo de falſis, cap. de falſa moneta*, Pat. Layman, *vbi ſuprà.*

Theſauri inuenti ius, inter Regalia quoque 104
referri ſolet; quamuis ad Reges, & Principes ſupremos non indiſtinctè pertineat, attento iure communi; imò ipſo iure communi, aliquando nulla pars ad eos pertinet, niſi ex lege, vel conſuetudine Regionis, Regibus eiſdem, in ſignum ſupremæ dignitatis, & maioriæ, aliquid applicetur; ſicuti ex dicendis *infrà* manifeſtiſſimè apparet: & Callixtus Ramirez, *de lege Regia, §. 26. num. 54. fol. 259.* ſingulariter adnotauit, inter Regalia quoque retulit D. Garcia Maſtrillus, *de Magiſtratibus, lib. 3. cap. 10. num. 316. fol. 272.* Theſauri autem inuenti tractatum, & materiam, tam attento iure communi, quam ex conſuetudine aliquarum prouinciarum, quàm etiam ex legibus huius Regni, & maximè *ex l. 45. tit. 28. p. 3. & l. 1. tit. 13. lib. 6. noua collect. Regiæ*, & de quæſtionibus omnibus ad rem hanc attinentibus, qui radicitus, & accuratè ſcire deſiderauerit, eos præcipuè Authores legere debebit, quos ingenti ſtudio, & diligentia ego metipſe aliquando vidi, & euolui, & in vnum congeſſi.

Sunt igitur, aliis omiſſis, videndi *S. Thom. 2. 2. qu. 66. art. 5. ad 2.*

Vbi etiam Dominic. Bañez, *concluſione 2. cum tribus ſequentibus.*

Aragon. quoque, *pag. 428.*

Silueſter, *in ſumma, verb. Inuentum.*

Sotus, *lib. 5. de iuſt. & iur. qu. 3. art. 3.*

Emman. Rodrig. *in ſumma, 1. tom. c. 145.*

Florentinus, *2. p. tit. 1. c. 15. §. 12.*

Par. Salon, *de iuſt. & iure, quæſt. 66. art. 5.* vbi doctè, & ſingulariter.

Nauarr. *in ſumma, c. 17. n. 172. & ſeq.*

Caietanus, *2. 2. qu. 66. art. 5. ad 2.*

Conradus, *de contractibus, part. 1. quæſt. 8. ex fol. 12.*

Chaſſaneus, *in conſuetudin. Burgund. Rubrica 1. §. 1. per totum.*

Franciſc. Connan. *lib. 3. comment. c. 4.*

Alciatus, *lib. 7. Parergon, c. 1.*

Gerardus, *ſingulari 95.*

Carondas, *lib. 1. veriſimilium, cap. 11. pag. 70.*

Ioannes

Ioannes Gallus, *quæst*. 193.

Boërius, *decisione* 51.

Forcatulus, *dialogo* 56.

Villalobos, *in arar. commun. opinion. verbo, Thesaurus, ex num.* 111.

Francisc. Bursatus, *in consilio* 209. *lib.* 2. vbi singulariter, & egregiè.

Montelonius, *in promptuario iuris, verbo, thesaurizare.*

Pat. Ludou. Molina, *tom.* 1. *de iust. & iure, tractatu* 2. *disput.* 54. 55 & 56.

Camillos Borrellus, *de Regis Cathol. præstant. c.* 27. *per totum.*

Tiraquellus, *de retractu conuentionali, ad finem, num.* 96.

Iacob. Menochius, *in conf.* 834. *n.* 9. & *sequ. vol.* 9. & *præsumptione* 9. *lib.* 5.

Tiber. Decian. *in responso* 123. *numero* 11. *volum.* 3.

Didac. Couarr. *in regula, peccatum,* 3. *p.* §. *finali,* vbi doctè, & eleganter, vt adsolet.

Regnerius Sixtinius, *de Regalibus, lib.* 1. *cap.* 21. *per totum.*

Rosentalis, *de Feudis, c.* 5. *conclus.* 92.

Pet. Gregor. *in Syntagm. iur. lib.* 3. *c.* 11.

Aluar. Valascos, *de iure emphyteutico, quæst.* 15. *per totam.*

Auendañus, *de exequend. mandat. reg. lib.* 1. *c.* 4. *ex num* 33.

Olanus, *in Antinomia iuris, litera T. n.* 1.

Anton. Nicellus, *in concordantiis glossarum, n.* 400. *in volumine* 1. *tractatuum.*

Guil. Benedict. *in cap. Rainutius, de testament. verbo, & vxorem, nomine Adelasiam, decisione* 4. *ex num.* 5.

Anton. Gomezius, *in l.* 45. *Tauri, num.* 51. & 52. *folio* 63. vbi breuiter, & resolutiuè, quatuórque conclusionibus explicat, cui thesaurus inuentus acquiratur.

Ludou. Molina, *de Hispanor. primog. lib.* 1. *cap.* 21. vbi etiam notanter, & eruditè, vt explicet quæstionem illam, an thesaurus inuentus in loco maioratus, ab eius possessore, in totum suus efficiatur.

Ioan. Garcia, *de expens. & meliorat. cap.* 25. *ex numer.* 49. *cum sequentibus*, vbi doctè & singulariter.

Ponte, *de potestate Proregis, tit. de diuers. prouision. Rubrica, de thesauris.*

Fornerius, *lib.* 2. *select. c.* 26.

Iacob. Cuiacius, *lib.* 10. *obseruat. c.* 37.

Brissonius, *lib.* 4. *select arum, cap.* 3.

Ioan. Robertus, *lib.* 1. *receptar. cap.* 5.

Pet. Barbosa, eruditè admodum, atque egregiè, plenissimè etiam, *in l. diuortio* §. *si fundum, ex n.* 15. *cum pluribus sequ. ex fol.* 1047. *vsque ad num.* 51. *ex fol.* 1063. vbi vi de omninò, quia cumulat, atque resoluit materiam.

Farinacius, *tom.* 3. *quæst.* 104. *inspectione* 1. *per totam, fol.* 506.

Georg. Cabedus, *decisione* 56. *per totam, parte* 2.

Azeuedus, *in l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 6. *noua collect. Regiæ,* vbi quod attinet ad legem ipsam 1. & ius nostrum Regium, vide omninò.

Peregrinus, *de iure fisci, libr.* 4. *titulo de thesauris.*

D. Garcia Mastrillus, *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 10. *ex n.* 316. *cum seq. ex fol.* 372.

Ceuallos, *commun. contra commun. q.* 514.

Ioannes Gutierrez, qui ingenti studio, & diligentia, tam in terminis iuris communis, quàm Regij, omnia necessaria cumulat, & explicat; *Pract. lib.* 4. *q.* 36. *per totum, ex fol.* 147.

Callixt. Ram. *de l. Regia,* §. 26 *n.* 54. *fol.* 159.

Colerius, *decisione* 100.

Antonius Pichardus, *in* §. *thesaurus* 38. *Institut. de rer. diuision. pag.* 262.

Medices, *de diffinition. t. p. diffinit.* 39.

Pat. Lessius, *de iust. & iure lib.* 2. *c.* 5. *dub.* 15. & *duabus sequentibus.*

Pat. Rebellus, *de obligat. iustitia,* 1. *part. lib.* 1. *qu.* 15. *ex n.* 12. *cum seqq. pag.* 85.

Pat. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tr.* 10 *de dominio, dificultad* 10. *a quien pertenece el dominio del tesoro, que se halla, fol.* 159.

Ex his Authoribus materiam hanc, (quod attinet ad ea, quæ frequentiùs occurrunt, & aliis consultò omissis) ad breuem summam, & conclusiones communes breuiter reducam; dum igitur inquiritur, an thesaurus inuentus, inuenientis fiat, siue ad quem, & an solùm ad Reges, & Principes supremos pertineat, sequentes conclusiones crebriori Scribentium placito confici solent. 106

Prima est, quod thesaurus magica arte inuentus, in proprio etiam fundo, sit Cæsaris, & fisci; *l. vnica, C. de thesauris, lib.* 10. *l. nemo, C. de malef. & mathem l.* 45. *tit.* 28. *partita* 3. *in principio,* in versiculo. *fueras ende,* atque ex communi sententia tradiderunt cum aliis, Ant. Gomezius, Auendañus, Silnester, Couarr. Barbosa, Chassaneus, Peregrinus, Salon, & alij; cum quibus Ioannes Gutier. *Practicarum lib.* 4. *qu.* 36. *n.* 10. & 11. vbi exornat nonnullis, *vsque ad n.* 23. Ceuallos quoque, *quæst.* 514. *colum.* 1. *in fine, versic. Thesaurus verò magica arte, fol.* 71.

107 Secunda conclusio est, quod thesaurus inueotus absque arte magica, in proprio fundo, aut loco proprio, siue fortuitò, siue data opera, in totum sibi acquiritur; *dicta leg. vnica, C. de thesauris, in fine,* & relatis Isernia, Villalobos, Couarr. Anton. Gomezio, Bursato, Siluestro, Barbosa, Chassaneo, Salon, & aliis, notauit Ioann. Gutierrez, *dicta quæstione* 36. *num.* 10. & 23. & exornat nonnullis, vsque *ad numerum* 38. vbi agit de emphyteuta, de vsufructuario, & de possessore maioratus, qui thesaurum inuenerit, post Alnar. Valasc. Ludou. Molinam, & Pet. Barbosam, quos citat; & eandem conclusionem tenent etiam, vltra relatos ab eo, Peregrinus, & alij relati *suprà.* Ceuallos, *dicta quæstione* 514. in illis verbis, *inuentus autem, absque arte magica in proprio agro, est inuentoris.* Mastrillus, *libro* 3. *capite* 10. *num.* 319. Pichardus, *in dicto* §. *thesaurus, in principio,* qui sic deduxit ex eo textu, & aliis iuribus, quæ citat. Et expressè confirmatur *in d. l.* 45. *tit.* 28. *par.* 3.

Tertia conclusio est, quod thesaurus inuentus in alieno fundo, absque arte magica, data tamen opera, totus fundi dominô acquiritur; si autem fortuitò inueniatur, pro parte dimidia, domino agri; pro aliâ dimidia, inuentori cedit; idque per text. *in dicto* §. *thesaurus,* & *in dicta l. vnica,* & tradiderunt ex communi sententia, Anton. Gomezius, *in dict. l.* 45. *Tauri, num.* 51. *in versicul. secunda conclusio,* vbi rationem assignat: Couarr. *in regula, peccatum* 3. *p.* § 2. *num.* 4. Pichardus, *in dicto* §. *thesaurus, in principio,* Ceuallos, *dict. quæstione* 514. *versiculo, in alieno verò.* Et eis non relatis, Ioann. Gutierrez, *dicta quæstione* 36. *n.* 10. & inferiùs, *num.* 38. vbi refert Gregor. Lopez, Bursatum, Villalobos, Chassaneum, Salon, & alios sic tenentes: Et *n.* 12. rectè defendit contra

contra Alciatum, quod thesaurus, arte magica inuentus, etiam in alieno fundo, sit Cæsaris, & fisci. Et hæc tertia conclusio probatur etiam, & confirmatur *in d.l. 45. partita*, in vers. *E si acaeciesse*.

109 Et est aduertendum, quod dum lex illa vtitur illo loquendi modo, quem sæpè repetit, *thesoros fallan los omes*. Et ibi, *quando fallan*. Et ibi, *el que lo fallasse*. Et ibi, *lo fallasse en casa*. Et aliis partibus eiusdem legis inferiùs, sentit apertissimè, *de los que los hallan con efecto*, ita quod inuenerint, atque apprehenderint, quia non esset, *fallar, sino se fallasse con efecto, y de manera que se pudiesse sacar, aprehender, y gozar*. Atque ita lex illa Partitæ, non modo deuiat à communiori, & veriori Doctorum sententia, quòd ad acquirendum dominium thesauri, non sufficiat sola inuentio, sed etiam apprehensio simul requiratur, quam cum aliis Authoribus, per tex. *in l. 3. §. Neratius. in fine, ff. de acquir. possess.* doctè, & magistraliter defendit Barb. *in d.l. diuortio, § si fundum, n. 35. 36. & 37.* & cum aliis quoque Ioan. Gut. *d. q. 36. n. 30. 31. & 42.* vbi refutat opinionem contrariam aliorum existimantium, quod dominium thesauri acquiratur sola inuentione; qui tamen absque dubio intelligunt de inuentione cum effectu; nec aliter sentire eos, verisimile est; quid enim sola inuentio prodesset, aut quomodo thesauri dominium acquiri posset, si cum effectu, thesaurus inuentus non apprehenderetur, & deduceretur?

110 Quarta conclusio est, thesaurus inuentus in loco Principis, Fiscali, vel publico, pro dimidia quæritur Principi, aut Fisco, quemadmodum si fuisset inuentus in fundo, aut loco priuati, dimidia ad dominum pertineret; quod intelligitur, nisi data opera, in prædictis locis thesaurus perquiratur, & inueniatur, vel arte magica; quia tunc, nihil inuentori quæritur; & ita in terminis, ex communi sententia resoluit Ant. Gom. *in d.l. 45. Taur. n. 52.* citans textũ, *in l. 3. §. fin. ff. de iure fisci, & in d. §. thesaur.* Mastr. *l. 3. d. c. 10. n. 312. & 213.* & tenuit Barb. *in d. l. diuortio, § si fundum, n. 47.* & contra alios firmauit Ioan. Gut. *d. q. 36. n. 49.* qui inde infert, *n. 50.* quod si thesaurus inueniatur in loco ciuitatis, dimidia thesauri pertinebit ad ciuitatem, ex textu, *in d. §. thesaurus, in fine*, dummodò id intelligatur in locis publicis, quæ Reipublicæ sunt iure dominij specialis, non de locis, quę publica, & communia sunt, nullius dominio speciali subdita; & ad id ponderat legem ipsam *Partitæ 45. in fine*, prout *ibi* videri poterit.

111 Quinta conclusio est, dubium maximum, hoc in tractatu, in eo consistere, quonam pacto conciliari, siue ad concordiam reduci debeant duo iuris ciuilis responsa, quæ de thesauro inuento in loco religioso, contraria respondisse videntur; textus siquidem, *in l. 3. §. si in locis, ff. de iure fisci*, expressè probat, thesaurum inuentum in loco religioso, pro parte dimidia, fisco cedere: at Iustinianus, *in d. §. thesaurus, de rerum diuis.* respondit, thesaurum inuentum in loco religioso, fortuitò tamen, totum inuentoris esse. Pro huius contrarietatis explicatione, varios cumularunt Interpretes nostri intellectus, atque interpretationes, quæ videri possunt penes Couar. *in d. regula, peccatum 3. p. §. 2. n. 3. fol.* 1086. & post Barbosam, & alios plures, per Ioann. Gutier. *d. c. 36. n. 46. per totum*, Pichardum, *in d. §. thesaurus*, Ant. August. *lib. 1. emendat. iur. c. 3 pag. 36. ad finem*, Ioan. Garciam, *de expensis, c. 22. n. 56.* Pereg. *de iure fisci, lib. 4 tit. 22. n. 56.* Sixtin. *de Regalibus, lib. 2. c. 21. n. 32. 38. & 41.* sed mihi illa verior interpretatio videtur, & magis semper placuit, quæ ex Accurs. *in d. §. thesaurus*, à superioribus, & aliis, frequentius probari solet, & post Alciatum, Ioan. Garc. Couar. & alios, probauit Pichard. *vbi sup. fol. 262.* in hæc verba: *Sed omnibus omissis illa verior est, quæ placuit Acursio hic, verbo, religioso, vt correctione potiùs, quàm alia explicatione componenda sit hæc difficultas, vt scilicet dicamus, Iustinianum hic à responso Callistrati discessisse, authoritate legis ab Adriano lata, quæ quamuis posteriorum Diuorum Fratrum rescripto esset sublata, vt in d. §. si in locis, à Iustiniano tamen renouatur, qui naturalem æquitatem sequutus, vt cit, thesaurum inuentum in loco sacro, aut religioso, inuentori acquiri; quasi hæc loca, in nullius bonis sint, & iure publico censeantur.*

Et eandem interpretationem admisit cum aliis Authoribus, Ioan. Gut. *d. q. 36. n. 46.* & addit *n. 47.* hodie apud nos, aliter dicendum, & thesaurum diuidendum: nam cum loca sacra, & religiosa, alia significatione accipiamus, thesaurus in loco religioso, aut sacro inuentus, pro ea parte, ad Ecclesiam. eiusque priuatum pertinebit, pro qua ad priuatum, qui loci illius dominus fuisset, si locus ille non religiosus, sed priuatus domini foret; quam sententiam tuetur, & contrariam Barbosæ confutat iuridicè, & explicat, *n. 41.* quod ita demum, inueniens thesaurum in loco sacro, vel religioso, facit eum suum, si fortuitò inuenerit, vt clarè probat text. *in d. § thesaurus*, secùs, si adhibita industria eum inuenerit; quia tunc in nihilo faciet suum; vt per Ant. Gom. & Barb. *ibi* relatos.

Sexta conclusio est, dum inquiritur, thesaurus inuentus in fundo alieno, de licentia tamen, aut consilio domini, cuius fiat, siue an illum sibi, aut domino acquirat: Quo in dubio, Siluest. Nau. Pat. Atag. & Pat. Lud. Mol. resolutiones adducit Ioan. Gut. *lib. 4. q. 36. n. 41.* post Barb. quem citat, & tandem tres casus principales distinguit, qui *ibi* videri possunt; rarò enim, aut nunquam eueniet, ius thesauri quærendi, inueniendi, & apprehendendi in proprio fundo, aliquem ita alij concedere, vt velit in eum, dominium thesauri transferre, aut ita acquiri, vt dominus ipse fundi, partem in eo non habeat; & si casus occurreret, conuentis inter eos, principaliter standum esset, & conuentio ipsa seruanda super thesauro diuidendo; quæ tamen iuri Regis, cui ex consuetudine thesauri acquiruntur, vt inferiùs dicam, nullum quidem præiudicium generaret, vtpote pactum tertij, quod inter ipsos duntaxat, firmitatem obtinet, non autem vt alteri præiudicare aliquo modo valeat, iuxta tex. *in l. fin. ff. de pactis*. 112

Septima conclusio sit: dum inquiritur, thesaurus quocunq; in loco inueniatur, siue in proprio 113
fũdo, siue in alieno, siue etiã in publico, aut sacro, iure Regio Hispan. cui acquiratur, siue quẽadmodũ diuidendus sit. Extat sane Regia constitutio, hac de re specificè loquens, atq; in hũc modũ disponens, quæ est *l. 1. tit. 13. l. 6. noua collect. Reg. Que qualquiera que supiere, o oyere dezir que en la Ciudad, o Villa, o lugar donde morare, o en su termino ouiere tesoro, o otros bienes algunos, que nos los vengan à hazer saber luego, y el que lo hiziere assi saber, si fuere hallado, que fue assi verdad, lo que hizo sabir, aya por galardo la quarta parte delo que assi hiziere saber, &c.*

Hanc legem, cũ ad literam recensuisset Io. Gut. *dict. qu. 36. n. 51.* dubitat statim, *n. 53.* vtrum ipsa corrigat ius commune; & resolutiones, siue conclusiones, propositas *suprà*, & maximè decisionem *d. l. 45 tit 28. part. 3.* ita quod in quibuscunque

que thesauris, vbique locorum inuentis, siue in proprio loco, siue in alieno, publico, sacro, vel Religioso, seruanda sit decisio *d. l. 1. tit. 13. lib. 6.* vel an ius commune, & *d. l. 45. Partita*, distinguens? Et primò arguit, quod cum correctio legum in dubio sit euitanda, & cum ipsa expressè non inducatur per *d. l. 1.* videtur dicendum, quod per eam non corrigatur *d. l. 45. Partita*, nec ius commune ciuile antiquius; præsertim cum ipsa lex Regia 1. dicat, *o otras cosas que pertenezcan a nos*. Sicque loqui videatur in thesauris, & aliis rebus ad Regem pertinentibus. Et quod ita in terminis tenet Gregor. Lopez, *in d. l. 45. in glossa, al Rey*, asserens, videri dicendum, quod d. lex Regia 1. non corrigat illam, sed quod habeat locum in eo, quod est Regis, iuxta tenorē *d. l. partita*; veluti, si thesaurus inueniatur per artem magicam, vel sine ea, in loco Regis, ad hoc data opera, vel in parte, quæ fieret Regis, non aliàs. Et quod idem quoque tenent Auendañus, Clarus, Anton. Gomez, Couarr. & Barbosa, *ibi* relati.

Deinde adducit ipse Ioan. Gutierrez, contrariam aliorum sententiam, imò quòd cum d. lex Regia 1. generaliter disponat, quod inuentori thesauri in ciuitate, vel villa, aut loco, vbi moratur, vel in suo termino, detur quarta pars, corrigat indistinctè ius commune, & d. l. 45. *partita*, & quod ita in indiuiduo tenuerunt Pat. Lud. Mol. Pat. Salon. & Azeued. prout *ibid.* enumerat eos.

Ipse tamen credit, veriorem esse priorem sententiam, vt d. l. 1. *noua collect. Regia*, non corrigat ius commune ciuile, nec d. l. *partita* 45. sed loquatur in thesauris ad Regem pertinentibus, vt patet ex illis verbis, *que pertenezcan a nos*. Ita quod verba generalia præcedentia eiusdem legis, ibi, *qualquiera que supiere, o oyere dezir que en la Ciudad, o Villa, o lugar donde morare, o en su termino euiere tesoro, o otros bienes algunos, o otras cosas*: declarentur, siue moderentur per verba sequentia, scilicet, *que pertenezcan a nos*, vt ordo literæ expuscit; hæc enim verba, ad omnia præcedentia referri debēt, cum sint sub eadem oratione, atq; dispositione; prout latiùs *ibi* comprobat Ioan. ipse Gutier. *d. n. 53. & 54* Et hactenus de opinionibus Authorum huius Regni. Ego sane, in ea sum sententia, & opinione, vt existimem adeò claram, & expressam esse *d. l. 1. tit. 13. lib. 6.* constitutionem nouam, & ad derogationem iuris cuiusque tam communis, quàm Partitarum, præcisam, vt post eam conditam, ambigi, aut dubitari nullo pacto, nulloq; modo potuerit, cui iure Hispano, thesaurus quocumque loco inuentus acquiratur; verè namque, id lex ipsa decidere voluit, atque intendit, vt quocunque loco inuentus fuerit thesaurus, quarta eiusdem rantùm, inuentori præstetur; & consequenter, ea parte excepta, totum residuum Regibus nostris acquiritur. Imò quinta tantum pars præstari debet, si standum est antiquis exemplaribus manuscriptis, quibus quinta dumtaxat pars inuenienti thesaurum deferebatur, sicuti ex Didac. Cou. tradiderunt Anton. Pichardus, *in dict. §. thesaurus, in fine* Ioan. Gutier. *lib. 4. d. q. 36. n. 51.* qui tamen aduertit standum esse literæ *eiusd. l. Reg. 1.* quia posita est *in noua collect. legum huius Regni*, & expressè dicit, *que aya por galardon la quarta parte*. Et lex, quæ ita expressè quartam inuenienti tribuit, & reliquum Regibus adiudicat, satis apertè iura omnia, aliud quodcunq; siue contrarium disponentia, corrigit: nec enim simul stare possunt iura ipsa communia, & *leg. 45. tit. 28. p. 3.* eōclusiones supra deductæ, quæ aliter thesauros inuentos diuidebant, & *legis ipsius prima* decisio, quartā dumtaxat assignauit: nec lex eadem restringi potest ad casus illos consideratos ab Authoribus prædictis, vt scilicet loqui videatur in thesauris, & aliis rebus, ad Regem pertinentibus, & sic in eo, quod est Regis, veluti, si thesaurus inueniatur per artem magicam, vel sine ea, in loco Regis, ad hoc data opera, vel in parte, quæ fieret Regis: generalitas enim eius legis vllam restrictionē non admittit, nec possunt retorqueri verba, *que pertenezcā a nos*, cum alio, & contrario prætextu apposita sint, vt significent scilicet, omnes thesauros, quocunq; in loco inuētos, ad Reges pertinere; non enim dicit loca, aut fundos, aut partē, in quibus inuentus sit thesaurus, Regis esse debere, nec id excogitauit; sed aliud longè diuersum, scilicet, *que qualquiera que supiere, o oyere dezir, que en la ciudad, ò villa, à lugar, donde morare, ò en su termino, euiere tesoro, ò otros bienes, que pertenezcan a nos*; supponit ergo, atque vt certum, quodammodo præmittit, quod omnes thesauri, qui in quocunque loco, aut parte inuenti fuerint, ad Regem pertinent pleno iure, & quartam partem, inuenienti præstandam esse; quod verissimum, & certissimum credo, & ad maiorem cognitionem, atque explicationem iutium communium tē hanc ad examen, & disputationem teduxi: quæ tamen, attento vsu forensi, 114 & praxi, non esset necessaria, cùm ferè totius orbis consuetudine receptum, atque inductum sit, quod thesauri ad Reges, & fiscum pertineant; sicuti firmauit Couarr. *in dicta regula, peccatum, tertia parte, §. 2. n. 4. fol. 1088. in princip.* eámque consuetudinem iure ipso subsistere, firmitatémque capere, eruditè considerauit, atque ostendit Cou. *ibid.* vbi videri potest; & de eadem consuetudine, cum aliis Authoribus testatur D. Garc. Mastr. *de Magist. l. 3. c. 10. n. 316. fol. 573.* Ioan. Gut. *d. c. 36. n. 56. fol. 163.* vbi etiam defendit atque instificat dictam consuetudinem; quod firmiter probamus, ob easdem rationes, ab ipsis consideratas. Et quādo thesaurus, quocunque in loco, in his Regnis inueniretur, nec pars quarta, aut quinta, præcisè daretur inuenienti; si magnæ æstimationis, & valoris thesaurus inuentus esset, sed pro qualitate rerum, & personarum, iustum dumtaxat assignaretur præmium, prout ex bono, & recto arbitrio videretur; atque ita expressè considerauit Bobad. *in Polit. lib. 4. c. 5. n. 61. pag. 709.* dicens, quod d. lex Regia 1. *tit. 13. lib. 6.* non procedat, *quando la quarta parte fuesse tan grande, que no cayesse en la consideracion del legislador porque entonces no se le auia de dar toda entera sino con moderacion:* quod aliis similibus, *ibi* comprobat; & refert Ioan. Gutier. *vbi sup. num. 52.*

115 Octaua conclusio sit, mineralia, & venæ auri, & argenti, & cuiuscunq; metalli, stādo in iure naturæ, sunt domini fundi, & in bonis ipsius: vnde minerale inuentū in proprio fundo, est inuenientis, poteste; inueniens, illud sibi reseruare, inuentū vero in fundo alieno, totū erit domini agri, quia sunt velut fructus, & partus terræ; fructus autem terræ sunt domini terræ, sicut & ipsa terra, cuius est dominus, quod Ioan. Gutier. *pract. l. 4. d. q. 36. n. 59. 60. & 61.* in terminis adnotauit. Et de venis, & metallis inuentis, vide Farin. ab eo non relatum, *tom. 3. q. 104. inspectione 2. de venis, & metallis*, Per. Barbos. *in l. diuortio, §. si vir, nu. 17. & 18. ff. solut. matrim.* Rebuf. Cæpol. Pereg. Pat. Ludou. Molin. Renat. Chop. Pat. Lessium, Par. Rebel. & alios, quos citat Callixtus Ramirez, *de lege Regia, §. 26. num. 29. littera Q. fol. 252.* Regner. Sixtin. *de*

de Regalibus, lib. 2. *c.* 16. *per totum*, Rosent. *de feudis, c.* 5. *concl* 88. 89. 90. & 91. Camil. Bottel. *de Regis Catholici praestantia, c.* 28, Georg. Cabed. *decision.* 35. *p.* 2. Mastrill. *de Magist lib.* 3. *c.* 10. *num.* 30. & *seqq* D. Franc. Alfarum, *de officio Fiscalis, gloss.* 10 §. 6 *de mineris, fol.* 139. De his autem mineris, & metallis, & mineralibus quibuscunque, extant apud nos leges Regiae, positae *sub titul.* 13. *lib.* 6. *noua collect. Regia*, & aliae nouiores leges, quae in hac materia sunt seruandae; & iuxta eas, huiusque Regni consuetudinem, omnia mineralia, cuiuscunque generis metalli, vbicunque inueniantur, sunt Regis, deductis expensis, & aliqua parte data inuentori, & domino agri; sic sanè *lege tertia, dicti titulo* 13. statuitur, omnia mineralia esse Regis, vbicunque existant; nec licere alieni, absque licentia, & priuilegio Regis, ea alicubi quaerere, aut fodere, reuocata lege Regia antiquiori contraria; & Reges nostri appropriarunt sibi dominium omnium minarum, & metallorum; & renocarunt omnem gratiam, cuicunque personae factam; vnde in Castella sunt Regis metalla omnia, sicuti cum Salone, & aliis concludit Ioannes Gutierrez, *vbi supra, num.* 63. Azeuedus, *in l.* 3. *dicti titul.* 13. *in versiculo, se parta, fol.* 47. D. Francisc. Alfarus, *dicto* §. 6. *n.* 104. & 105. vbi quod non modò in Indiarum Regnis, sed in caeteris etiam, mineae, mineralia, & auri, & argenti fodinae, ad Regem spectant, ita tamen vt bonum cambium detur, si in priuati solo inueniantur, & quod id iure fieri potuit, vt tenet Gregorius Lopez, *vbi relatus*, & hoc esse ius Regale, ad Reges, Principésque Supremos pertinens; scripsit Mastrillus, *dicto c.* 10. *n.* 301. singulariter Callixtus Ramirez, *d. n.* 29. vbi videri potest.

116 Salinae quoque, quae in locis publicis sunt, & ex aquis salsis perficiuntur, ad Regalia referuntur, & ad Reges pertinent; sic sanè ius Regale in eis consistere, scripserunt cum aliis Authoribus Sebastianus Naeuius, *ad titul. qua sint Regalia, numero* 258. Mastrillus, *de Magistratibus, libro tertio, cap.* 10. *num.* 305. & *sequentibus, folio* 272. Callixtus Ramirez, *de lege Regia*, § 26. *num.* 18. *fol* 252. *littera O.* vbi allegat iura nonnulla, & Authores: notauit etiam Pet. Gregorius, *de Republica, lib* 9 *capit. primo, numero* 27. D. Francisc. Alfarus, *de officio Fiscalis, glos.* 10 §. 4 *de salinariis, folio* 135. vbi etiam, *numero primo*, quod salinae sunt de Regalibus; & explicat, quae sint salinae, & an ad priuatos pertinere possint; & an sal vendi possit sine licentia Principis, & quod hodie salinae omnes Regi applicantur, dato cambio priuatis, vbi videri poterit, & penes relatos Authores.

117 Flumina etiam publica nauigabilia, inter Regalia referuntur, & in patrimonio Principis esse dicuntur. Portus etiam, & ius ripaticum, & mare, & portalia, & ius plaustrorum, & nauium, & piscandi ius; de quibus omnibus, & qualiter Regis esse dicantur, atque intelligantur; sunt omnino videndi Sebastianus Naeuius, *ad titul qua sint Regalia, ex n.* 21. *cum pluribus seqq.* Camillus Borrellus, *de praestantia Regis Catholici, c.* 8. Rosental, *de feudis, c.* 5. *concl.* 23. Pet. Gregor. *de Republica, lib.* 9. *c.* 1. D. Garcia Mastrillus, *lib.* 3. *c.* 10. *ex num.* 283. *vsque ad numerum* 290. *fol.* 369. vbi quod flumina omnia sunt de Regalibus, & Principi reseruatis, licet quoad vsum, publica sint; & quod in flumen, vel eius ripam, sine Principis licentia, aliquid immitti non potest; neque duci potest aqua in proprium praedium ex flumine publico, absque Principis licentia; & alia, de quibus *ibi*, & *n* 209 & *duobus seq.* quod ius ripaticum est de Regalibus, & priuatis competere non potest, nisi ex Principis concessione, & dicitur ius quoddam vectigalis, quod pro transitu riparum praestatur, & *n.* 193. & *seqq* quod ius Regale est plaustrorum, & nauium, idque latiùs explicat Mastril. metipse, *vsque ad numerum* 301. cui iunge Viuium, *decision.* 344. Callixtum Ramirez, *de lege Regia*, §. 26. *ex n.* 35 *cum seqq. folio* 254. D. Francisc. Alfarum, *de officio Fiscalis, glos.* 10. § *primo, Puertos, fol.* 115. & §. 2. Portazgos, *folio* 117. & §. 3. *Puertos, y portazgos, ex fol.* 119. vbi haec applicat legibus huius Regni: & §. 5. *Pesquerias, fol.* 137. vbi quod piscationis ius est de Regalibus, & redditus piscationum Regius; & quod piscari, commune est, & nemo prohiberi potest, nisi Princeps id sibi reseruauerit; & quod piscationis prohibitio, vel permissio, à consuetudine pendet; & quod maris, & fluminum vsus communis est, & de aliis, quae *dictis in locis* videri poterunt.

Sed & venationem prohibere, est de Regalibus, sine ad ius Regale pertinet; & ideo Reges, Principésque Supremi, venationes, & aucupationes prohibere iure possunt; Principes, & Domini inferiores non possunt, nisi ex concessione expressa Regum, aut ex contractu, vel consensu populorum, siue etiam ex consuetudine, ius id acquisierint; quod notanter, Hispanóque sermone, multisque commemoratis Authoribus, *lit. F.* & *lit. G.* tradidit Bobad. *in Politica, lib.* 2. *c.* 16. *n.* 138. *fol.* 723. vbi vide omnino. Vide etiam Didac. Cou. *in regula, peccatum*, 2. *part.* §. 8. Ioan. Gutier. *Canonicarum lib.* 2. *cap.* 18. Rosental. *de feudis, cap.* 5. *concl.* 94. Regnerium Sixtinum, *de Regalibus, lib.* 2. *cap.* 18. Patr. Ludou. Molinam, *tomo* 1. *de iustitia, & iure, disputatione* 43 & *sequentib.* Bossium, Castaldum, Medices, Surdum, Gasp. Antoo. Thesaurum, Canceriom, & alios, quos citat, & ita resoluit D. Garcia Mastrillus, *lib.* 3. *de Magistratibus, cap.* 10. *num.* 173. & *quatuor sequentibus, fol.* 361. 118

Viae etiam publicae, inter Regalia referuntur, vt aliis relatis tradidit Sebastianus Naeuius (quem nullus citat) *ad titulum, qua sint Regalia, num.* 8. & 11. & 19. Callixtus Ramirez, *de lege Regia*, §. 26. *num.* 31. *fol.* 253. vbi citat quamplurimos, *littera V.* & his duobus non relatis, D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, lib.* 3. *cap.* 10. *ex n.* 266. *folio* 368. *vsque ad numerum* 283. vbi inde infert, quod soli Reges, Principésque Supremi in viis publicis ius atque iurisdictionem habent, nisi alij fortè territorium cum his concesserit; & in eis nemo potest aedificare, nisi cum licentia Principis, seu Magistratus expressam ad hoc potestatem habentis, vt in *l. seruitutes*, §. *publico, ff. de seruitut. l.* 3. §. *planè, versiculo, sed si à Principe, ff. quod vi, aut clam*: in tantum, quod neque praescribi possunt; *l. finali, ff. de via publica, l. vsucapionem, ff. de vsucapionibus*, neque priuatus poterit viam publicam claudere, aut obturare, vel facere pontem de vna domo in aliam, super via publica, vel quicquam aliud; & qui hoc fecerint, puniuntur poena sacrilegij, vel saltem poena pecuniaria, *l. qui fine, C. de operibus publicis*, & haec, & alia, *ibidem* comprobantur per Mastrillum, vbi videri possunt. 119

Vniuersitates quoque, & publica studia erigendi licentiam, & facultatem concedere, ad Regalia refertur, & ideo soli Reges, Principésque supremi, 120

supremi, dictam facultatem concedere valent; & requiritur etiam Romani Pontificis licentia; maximè, vbi de studiis Theologicis ageretur; de quo est videndus, cum aliis multis Authoribus, quos citat, D. Garcia Mastrillus, *lib.3. cap.10 ex num.81. fol.354. vsque ad numerum 99.* & vltra relatos ab eo, vide etiam Callixtum Ramir. *de lege Regia.§.26 num.66, fol.164* vbi citat Renat. Chop. Camillum Borrellum, & alios; & addit *num. 67.* quod ratione supremi dominij, eiúsque iuris Regalis competit Regibus petere rationes ab Officialibus Vniuersitatis, distributionis pecuniæ publicæ; quia ad eum, vt patrem subditorum, spectat cura, an rectè pecunia Vniuersitatis expendatur, vt per Guidon. Auend. Muñoz de Escobar, & Cancerium, *ibi* relatos; & argum. *l.final. C.de debitoribus ciuitat.lib.11. & l.fin. C.de administratione rer.publicar.* & in his Regnis, ita in vsu forensi, & praxi seruatur; & cura Vniuersitatum, obseruantiæ statutorum, & iustæ, rectæque administrationis, ita ad Reges nostros pertinet, vt & visitandi eas ius priuatiuè ad ipsos pertineat, Visitatorésque & Regios Supremi Consiliarij Consiliarios mittere, atque eligere; prout notum, & compertum est. Item euocandi ad se, omnes causas tam incipiendas, quam cœptas, & pendentes coram ordinariis, in quacunque parte iudicij, & in quocumque statu, aliisque committere, & delegare, competit Regibus, ratione Maioriæ, seu Regaliæ, estque ius Regale supremum: quod ex his iuribus deducitur, atque comprobatur, quæ Didac. Couarruu. & alij referendi *infrà*, ponderarunt; & ita in terminis obseruarunt, atque exornarunt Paul. Castren. *in authent. qua in prouincia, C.vbi de criminibus agi oporteat, colum.1. & in l.iudicium, num.4 ff de iudiciis.*

Rebuffus, *in tractatu, de euocatione, quæst.5.n.4. & seq.* vbi vide.

Aufretius, *decisione* 480.

Chassaneus, *in catalogo gloriæ mundi, quinta parte, consideratione* 24.

Boërius, *in tractatu de ordine graduum, secunda parte, num.57. & seqq.*

Belluga, *in Speculo Principum, rubrica 23.§. sed pone, num.6. & seqq.*

Guid.Pap. *decisione* 440.

Iacobus Calicius, *in Margarita Curiarum, dub.8. versic.64. cum quinque seqq.*

Molin. de Medran. *in responso pro domino Rege, 2.part.ex num.142.*

Auendaños, *de exequendis mandatis Regum, lib.1. cap.19.*

Peguera, *in pract. tit. de euocatione causarum ad Regem, ex num.1. cum seqq.*

Ponte, *de potestate Proregis. tit. de abundant. ciui. §.1. num.16. & 19. & tit. de legati causa, & decis. 36. num. 12.*

Georg. Cabed. *decis.85. num.5. & seqq. p.2.*

Fontanella, *de pactis nuptialibus, tomo 1. clauf.4. glossa 10. p.1. num.155.*

Iacobus Cancerius *variarum tomo tertio, capite 10, num.*8.

D. Carolus de Tapia, *decisione Italiæ prima, ex num.9. cum pluribus seq.*

Azeuedus, *in l.45. titulo 4. lib.3. nouæ collect. Regiæ, num.3. & seq.*

Marchesanus, *de commissionibus, parte 2. capit.4. de commissione Auocationis causarum, folio 461.* vbi latissimè.

Hieronym. Gonzalez, *ad regulam 8. Cancellar. glossa 52. per totam.*

Seraphinus, *decisione 948. per totam, tom.1.*

Calicius, *de fisco, dubitatione 8. prærogatiua 64.*

Bobadilla, *in politica, lib.2 cap.16. num. 100. & quatuor sequentibus, ex folio 711.* vbi vide omninò, quia singulari resolutione, Hispanóque sermone, quæ ad materiam pertinent, & frequentiùs occurrunt, doctè summat, atque resoluit, vt explicet, an, & quando causarum euocatio de iure procedat, & Regibus concessa sit, an etiam aliquando dominis inferioribus.

Sigismundus Scaccia, *de iudiciis, cap.66. ex n.11. cum sequentibus, ex folio 191.* vbi est videndus originaliter.

Didac. Couarruu. *practicarum, cap.9. per totum,* vbi doctè, & magistraliter (vt adsolet) hisce de rebus sermonem instituit, & *num.1.* scripsit, ius euocandi causas, & lites pendentes, non cuilibet iure dari, sed tantùm Principi, vel ei, qui liberè potest quacunque in parte litis, iurisdictionem Iudicis tollere, & eam reuocare; denique illi qui iudicare iusserit; quemadmodum Iurisconsultus fatetur *in l.iudicium soluitur, ff. de iudiciis:* & probatur *in cap.ut nostrum, de appellat.* is etenim qui liberè iudicare iussit, & cui liberum fuit, causæ cognitionem, huic, vel illi committere, & iurisdictionem dare; poterit eandem euocare, & quocunque in statu causæ prohibere, quòd Iudex ab eo datus, de causa illa cognoscat.

D. Garcia Mastrillus, *de magistratibus, libro 3. cap.4. ex num. 148. vsque ad numer. 258. folio 291,* vbi quod Princeps sibi auocat causas, coram ordinariis in quacunque parte iudicij pendentes, aliísque committit, & delegat; & citat textum, *in dict. l.iudicium soluitur, & in l. vnica, §. finali, Cod. qui pro sua iurisdictione.*

Idem Mastrillus, *ipso cap 4 num.160. & quinque seq. folio 285. & decisione 127. & 128. parte 2. & decisione 286. num.9. & seqq.*

Calixtus Ramirez, *de lege Regia. §.25. num.19. & 20. cum seq. folio 229.*

Alphonsus Narbona, *ad l.59. titulo 4. lib. 2. nouæ collect. Regiæ ex num. 195. vsque ad numerum 206. folio 185.* vbi de Auocatione causarum, quæ in causis Ecclesiasticis, & beneficialibus, à Romano Pontifice fieri potest, non obstante Concilio Tridentino; ex quo, omnes causæ coram Ordinario in prima instantia tractantur, & quod causæ in prima instantia, à Romano Pontifice auocatæ, non possunt coram Ordinariis locorum tractari: & quod manus inferiorum, per auocationem ligantur, ita vt omnino ab eis postmodùm facta nulla reddantur. Et de Auocatione tacita, & expressa: prout *ibi* videri poterit. 122

Ex his omnibus Authoribus antea relatis deducitur, atque apparet, communiter receptam esse obseruationem illam Didaci Couarruu. *dicto cap.9. practicarum, num.1.* quod Auocatio est litis pendentis coram inferiore, ad Principem, vel superiorem, absque prouocatione, facta translatio: 123
quod etiam tradidit Marchesanus, statim referendus, *num. 1.* Colligitur etiam, quod auocare causas, apud inferiora tribunalia pendentes, vt iustè, & iuridicè Reges, Principésque supremi possint, iusta, necessaria, & magna causa interuenire debet, nec de facili auocare licet; afferret enim Reipublicæ magnum detrimentum, & partem grauaret: quod cum Castrense obseruauit Didac. Couarruu. *dict. cap 9. num.1. ante finem.* Et cum Auendaño, Ponte, & aliis, D. Garcia Mastrillus. *lib.3. dicto cap.4. num. 251. 252. fol.191.* vbi ta-

men Did. Couatruu,non refert, *& decisione* 186. *num.*9.*&* 10.*parte* 2. Marchesanus, *de commissionibus,part.*2.*cap.*4.*num.* 2. *& num.* 7. *&* 86.vbi quod euocatio causæ, ex iustis causis facienda est:quia est maioris importantiæ appellatione, prout *ibi, n.*3.*& n.*19.*&* 31. vbi quod causæ exemptionis à iurisdictione ordinarij,non de plano, nec de facili committuntur, neque absque causa conceduntur;& quare, & quando dentur; & *num.* 33. vbi quod exemptio ab ordinarij iurisdictione, maxima cum consideratione est concedenda; & calumniosè petita,deneganda;prout ibi, *num.*36. & inde *num.*27.vbi quod euocatio causæ non deber fieri absque partis citatione: D. Carolus de Tapia,*decisione Italiæ prima,num.*8 vbi quod Princeps iurisdictionem adimit,& concedit.Et *num.*9. quod Princeps supremus non prohibetur subditorum causas ad se euocare: & *numer.* 11. quod Princeps ex causa, litem in Regiis tribunalibus vertentem euocare potest: & *num.* 12. quod euocatio,sine magna causa facta partem lædit,& cedit in contumeliam Iudicis, qui de causa cognoscere cœpit,prout *ibi num.*16. Scaccia, *de iudiciis,lib.primo,cap.*66.*num.*11.*& sequentibus,fol.*191. *& num.* 21. *folio* 193. vbi congerit causas nonnullas,ex quibus euocatio causæ fieri potest: Narbona, *ad l.* 59. *titulo* 4. *lib.*2.*noua collection. Regiæ,ex num.* 191.

124 Colligitur quoque ex eisdem Authoribus,quod euocatio est odiosa,& ideo restringenda,& tollit præuentionem;& prohibet, iudicem pronuntiare de eo,de quo cognouit, aut de cognoscere, de quo iure ordinario cogniturus erat; & cedere in iniuriã iudicis, aut Tribunalis inferioris,vt dixi; & cum aliis authoribus adnotauit D. Carolus de Tapia,*dicta decisione prima Italia,num.* 8. *& sequentibus,*& *num.* 13. vbi quod euocatio dicitur odio-

125 sa;& *num.*15.quod Princeps inscius, non censetur præiudicare voluisse processui inter partes agitato;aut iurisdictioni ordinatiæ impedimentum, & obstaculum apposuisse.

126 Ex ipsis etiam nunc aduotatis, infertur ad explicationem quorundam,quæ D. Garcia Mastrillus,Regens Ponte,Ceuallos,& alij tradiderunt,& temperari quidem,atque declarari debebunt, nec ita absolutè, & indistinctè procedere possunt (quod miror,eosdem Authores non animaaduertere,Menochius quidem, & alij, singulariter animaduertunt vt inferius notatur) si enim causarum euocatio,non nisi ex magna causa,per Reges, & Principes supremos fieri debet, aut per Magistratus eos,qui euocandi ius habeant, vt per Narbonam,*in loco relato suprà*,& antea probaui, euocatione autem,ius tantum cognitionis,& diffinitionis Iudicis,aut Tribunalis inferioris alteratur, & tollitur, non autem ius rerum ipsarum,de quibus cōtendebatur, iam aliquo modo acquisitum, aufertur;& nihilominus,iusta,necessaria & maxima causa requiritur, nec absolutæ Principis voluntati id relinquunt Interpretes nostri, quanto ergò magis necessaria, iusta etiam, & magna, publicæque vtilitatis causa, necessaria erit,vt ius iam acquisitum per sententiam, transactam in rem iudicatam, auferre Princeps possit, vel reuisionem rei iudicatæ concedere, aut tertiam supplicationem admittere in casibus, in quibus, ea de iure,atque ex legibus huius Regni, locum non habeat:cùm iuri, alteri non modò te ipsa, sed in spe tantum quæsito, Princeps derogare non valeat; sicuti *ad initium huius capitis, ex numero primo, cum sequentibus*, latè comprobaui, & longa serie comprobat Mastrillus, *de magistratibus,lib.*3. *eodem cap.*4.*ex num.* 314. *vsque ad numer.* 364.*& num.*418 *vsque ad nume.*427. Ludou.Molina egregiè, *de Hispan.primog.lib.*1.*cap.*8. *ex numer.* 28. *& lib.*2. *cap.*7. *& lib.*3. *cap.*3. *ex num.* 13. *cum sequentibus*. Principes itaque supremi, & Reges Christiani, qui iura partium tueri, & iustitiam ministrare contendunt, nec iuri acquisito tertio detrahere possunt, ab his sanè se abstinere debebunt, quæ iidem Authores posse eos de plenitudine potestatis facere, obseruârunt; nec aliter concedere, quàm si magna, & iusta admodum causa interueniat; quæ ex qualitate rerum, & personarum, & negotij, de quo agitur, ex iniuria Iudicum, vel notoria iniustitia, aut aliis modis ita iustificetur, vt eidem iustitiæ administrationi expediens, & conueniens videatur; vt iterum causam reuideri, & iustitiam partibus fieri decernant, etsi in rem iudicatam sententia transierit, eiúsque impedimentum tollere, restituere etiam partes ad appellandum, probationésque de nouo admittere; non aliter ergo hæc heri iubebunt, quàm si ita (vt dico) iustificati valeant, nec conclusiones communes violari poterunt, nec aliter procedere ea quæ Hieronym. de Ceuallos, *commun. contra commun. tomo* 4. *quæstion.* 906.*numer.*374. *&* 378.*&* 383. annotauit in hæc verba: *Princeps potest tollere impedimentum rei iudicatæ,vt iterum litigetur, potest etiam iubere vt sententia,iam transacta in rem iudicatam, iterum reuideatur, restitutionem etiam concedere aduersus sententiam prolatam.* Mastrillus quoque,*libro tertio,capite quarto,ex numero* 388. *vsque ad numerum* 396. vbi scribit,& multorum Authorum allegatione comprobat, quod solus Princeps potest restituere ad appellandum contra sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam, & potest vno verbo,procedendo extra ordinem, cassare sententias Iudicum, rectè latas; & quod ex sententia Baldi,Princeps, licet de rigore iutis non possit, attamen de plenitudine potestatis potest restituere in integrum aduersus sententiam; potest etiam concedere,quod veritas causæ iam decisæ,iterum discutiatur, auferendo ius parti quæsitum per sententiam: dummodo id faciat cum clausula, *Non obstantibus:* quod potest etiam per viam priuilegij concedere tertiam appellationem contra dispositionem iuris communis, & pariter concedere reuisionem rei iudicatæ, & sine causa admittere probationes,etiam post sententiam: idque sine dubio procedere in criminalibus ad defensam, quia docens de innocentia, semper audiendus est, & quod ita iudicauit secundum hanc opinionem in magna Curia; & decreuit, consulto tamen Principe,quod reo daretur alius terminus, ad se defendendum; & concludit, quod sententia lata ex rescripto Principis contra rem iudicatam, valida est, vt per Doctores,& Felinum,*ibi* relatos.Hactenus Mastrillus.

Ioannes etiam Franciscus de Ponte, *in tractatu de Prorege, titulo de diuersis prouisionibus,n.*20. *& quinque sequentibus,fol.*475.vbi etiam cadem repetit;& inquit, quod inter cætera priuilegia,quæ Princeps habet, est reuocare sententias in rem iudicatam transactas; ex regula textus,*in l.diui fratres,ff.de pœnis:* & cassare sententias, ritè, & rectè latas, & res iudicatas rescindere, & tollere sententiam,& restituere ad appellandū aduersus rem iudicatam, & mandare reuisionem sententiæ in rem iudicatam transactæ,quando sibi videbitur; & reddit rationem, quia hæc sunt de iure ciuili; &

& Princeps , qui est supra ius ciuile, potest illud
tollere cum omnibus suis effectibus : ,& refert
Iserniam, inferentem ad acquisita alteri per dam-
nationem,& condemoationem delinquentis, quę
demum Princeps, indulgendo crimen,restituit ad
omnia;& quod etiam restituatur,ad alteri acqui-
sita mediante sententia; non autem ex facto, aut
contractu huminis.

Verùm hæc , & alia similia (vt supra dixi) de
iure, & absque iusta , & magna causa , vel pro
iniuria, aut iniustitia uotoria , siue ex aliis vr-
gentibus , & necessariis causis , procedere non
possunt, nec obtinere , & à Principe Christiano,
& Religioso, in præiudicium iuris alteri quæsiti,
admittenda non sunt. Et in comprobationem
127 expeodo primo loco Iacobi Menochij obserua-
tiones, *in consilio* 818. *num.* 124. *& tribus sequenti-*
bus,tomo nono, vbi duntaxat admittit,quod possit
Princeps restitutionem in integrum concedere
aduersus sententiam ioiquam , & eius iniquitate
detecta, aut si per dolum, culpam , gratiam , vel
sordes lata fuerit;& in hunc modum scribit : *Nec*
repugnat quod obiicitur,imò restitutionem in integrum
concedi aduersus rem hanc iudicatam ob detectam ve-
ritatem , & causæ falsitatem, vt post Dinum,Baldum,
Castrensem, & Alexandrum, tradit Sfortia, de in in-
tegrum restitutione, quæstione septuagesima nona, ar-
ticulo primo, numero sexto, qui numero duodecimo di-
xit, communem esse Canonistarum opinionem , resti-
tutionem in integrum concedi aduersus sententiam ini-
quam, & numero decimo, dixit,Principem posse hanc
restitutionem concedere , detecta sententiæ iniquitate:
& accedit Cumia,post Baldum,scribens,restitutionem
in integrum dari contra sententiam latam per dolum,
culpam, gratiam , vel sordes. Nam respondetur , iam
supra fuisse demonstratum, hoc nostro in casu ,nullam
iniquitatem,nullum dolum,nullam culpam , & demum
nullas sordes commissas fuisse, nihilque probatum à D.
Hieronymo, quo dici possit , ei esse succurrendum , hoc
restitutionis remedio.

128 Hactenus Menochius , qui *in consilio* 1038.*nu-*
mero 4. *in fine,& num.*5. *lib.*11. *folio* 140. refert in
casu illo contendisse partem litigantem , quod
Senatus Supremus vices Principis gerens, potuit
apponere manom in rebus iudicatis , per viam
recursus, qui vim habet, vt quidquid abstulit in-
iustitia, iustitia restitoat ; vt per Dinum, *in consilio*
98.*num.* 33.*lib.*1. Et *in consilio* 119. respondet, Se-
natum posse , & solere apponere manum rebus
iudicatis ; quando condemnatus conquestus est,
& appellauit ; secus verò, quando condemnatus
approbauit sententiam , & eam exequi curauit:
sicuti à fortiori probat *l.vltima,C.vt lite pendente,*
& claris verbis statuit,recursum non concedi con-
demnato per sententiam,si sua culpa,& facto non
appellauit ab ea, cùm appellare potuerit. Si ergo
condemnatus non appellans , qui appellare po-
tuit,recursum, & reuisionem sententiæ condem-
natoriæ impetrare non potest ; prout notant Ia-
son, Ruinus,Decius,Cortius iunior,& Rolandus,
ibi relati;multo magis excluditur ab omni auxi-
lio is,qui sententiam contra se latam approbauit,
129 & exequi petiit. Et id ipsum repetit idem Meno-
chius,*in consilio* 1044.*num.*4. *&* 5.*folio* 154. & *per*
totum consilium, superiora comprobat, ac in effe-
ctu semper tuetur, reuisionem causæ, & litis, nisi
ex magna causa non concedi. *Primò* itaque statuit,
num. 1.quod reuisio sententiæ latæ , vel à Princi-
pe, vel ab illis, qui Principis personam referunt,
& sustinent, solum conceditur, & proponitur er-
ror aliquis facti,noo autem iuris ; quod *ibi* com-
probat.*Secundò* obseruat *num.* 2. quòd reuisio re-
uisionis non admittitur , *ex l. si quis C. de precib.*
Imper.offerend.& Authoribus, *ibi* relatis, qui con-
cludunt, secundam reuisionem non concedi, nisi
ex magna causa. *Tertiò* inquit, *num* 4.quod recur-
sus , & reuisio non admittitur , quando condem-
natus,qoi poterat à sententia appellare , sua cul-
pa, & facto omisit ipsam appellandi facultatem,
ex textu,*in dicta l.vltima,C.vt lite pendente.*Et inde
cum aliis multis Authoribus deducit,quod sicut
iste non potest amplius appellare , sic nec petere
reuideri iam latam sententiam ; sicut in specie
tradiderunt Authores,*ibidem* commemorati. De-
inde statoit. quod calumniari præsumitur is, qui
facit in iudicio , quod fieri non debet, nec solet;
quod comprobat : & inde infert,quod cùm in iu-
dicio peti non debeat , nec soleat reuisio reuisio-
nis;calumnia præsumatur in eo , qui reuisionem
petit : & hoc , & alia , latiùs comprobat Meno-
chius metipse , vbi videri poterit.

His etiam conuenit Cæsar Maoentius, *decisio-* 130
ne 27.ferè *per totam*,& maximè,*ex num.* 1. *vsque ad*
*numer.*19.*fol.mihi* 132.*&* 133.vbi in initio,*num.* 1.
inquit , quod vnus ex Dominis dicebat , quod
Princeps non solet rescribere in causis ; per sen-
tentiam perpetui silentij decisis ; sed quod parum
obseruauerat stylum Cancellariæ , cum millies
ipse viderit contrarium seruari,& casus nonnullos
specificè , atque in indiuiduo enumerat ; & addit
num. 3.hoc iuris esse, & Principem teneri conce-
dere reuisionem sententiæ, quando apparet,illam
esse iniustam , vel iniquam, licèt transierit in iu-
dicatum;& notoriè talis sit, secus,si dubium ver-
setur ; & citat Peregrinum , *in consilio* 70. *in fine,*
*lib.*3.Personalem,*in consilio* 4.*per totum:* Et *in addit.*
ad consilium 40. vbi latè id comprobat , Rauden-
sem, *decisione prima,num.finali*, Gimbam , *decisione*
67.*num* 8.& Viuium,*decisione* 331.*num* 3.*&* 4 vbi
ita tenent. Et *per totam decisionem* explicat , Prin-
ceps, an,& quando reuisionem sententiæ , in iu-
dicatum transactæ, concedere possit. Et *num.*12.
statuit, quod Princeps facilem se reddere debet in
rescribendo contra sententias, in iudiciis genera-
libus latas:cùm iura partium , in iudiciis genera-
libus non discutiantur ; prout antea notauerat,
*num.*4.*&* 8.& *numer.*13.14 *&* 15.ex sententia alio-
rum p[illegible]orum scribit, quod sententia Senatus
non potest nisi per iniustitiam reuideri ; & citat
Castrensem, qui valde inuehitur contra illos,qui
se fundantes in sententia iniusta , dicunt , quod
non potest reuideri , quia transiit in rem iudica-
tam : & Marsilium,*singulari* 471. *num.* 2. dicen-
tem,quod sententia, cuius iniquitas, ex actis,vel
tenore sententiæ colligitur, facilè per Principem
debet concedi,vt reuideatur. Addit etiam Manen-
tius metipse, quod sententia iniusta, etiam à su-
premo Tribunali reuocari potest,inconsulto Prin-
cipe. Imò & retractari debet sine supplicatione,
prout *ibi,num.*17.*&* 18.& concludit *num.*35.quod
suprema Tribunalia non curant de sententiis in-
feriorum , quando contra illas constat de bono
iure partis, quæ ostendit eius iniustitiam , vt per
Guidon.Puteum,& alios,*ibi* relatos,quibus etiam
iunge Aluarum Valascum , *consultatione* 51.*per to-*
tam, parte prima , vbi longa serie agit de remedio
reuisionis ; & Princeps, ex quibus causis moueri
debeat , ad concedendum reuisionem ex gratia
speciali ; & resolutionibus suprà traditis conue-
nit Caualcanus etiam , post tractatum *de Brachio,*
fragmento 122.vbi vide Menochium etiam,*in con-*
silio 230.*num.*125.*lib.*3. *& in consilio* 406 *ex n.*23.
lib 5.

lib.5. Benintend. *decisione 78. in fine, inter canonicas;* Cabedum etiam, omnino videndum, *decisione 12. per totam, prima parte*, vbi latè de materia, & quando possit Princeps, necne, concedere, vel denegare reuisionem sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, aut tertiam prouocationem, aut restitutionem: Et *decisione 67. per totam parte 2.* vbi an, & quando supplicari possit ad Regem, vt reuisionem concedat sententiæ, à qua appellare non licet: Thesaurum, *decisione 246.* Riccium, *collectan. 255.* Arisimin. Teparum, *lib primo, de re iudicata, & eius exceptionibus, folio 315. pagina 2. versiculo primo,* Surdum, *in consilio 61. num. 50. lib. primo, & in consilio 379. numero 30. libr. 3.*

Remanet ergo, ius euocandi causas, & lites pendentes, siue etiam nondum incæptas; item & concedendi ea omnia, quæ *suprà, ex numero 126.* recensui, non cuilibet iure dati, sed tantum Regibus, & Principibus supremis, vel ei, qui liberè potest, quacunque in parte litis, iurisdictionem Iudicis tollere, & eam reuocare: sicut ex Didaco Couarr. *Practicarum cap. 9. num. 1.* retuli *suprà*; inde ipse infert ad nonnulla, eaque doctè, & verè resoluit. Ac primo quidem, Episcopum posse euocare causam, pendentem coram eius Vicario; & refert Ioan. de Imola, & Rebuffum, ita tenentes: & reddit rationé, quia cũ Episcopus solus, & liberè, iurisdictionem propriam eius Vicario commiserit, liberè potest ipse commissionem reuocare, cum sit idem tribunal Episcopi, & Vicarij: *cap. 2. de consuetud. in 6 cap. Romana, in principio, de appellat. in 6* & per text. *in cap. vt nostrum, de appellat.* tenuerunt *ibi* Abbas, *n. 2.* Decius, *n. 1.* Francus, & alij, Geminianus, Auendañus, Seraphinus, & Hieronymus Gonçales, cum quibus ita quoque notauit Narbona, *ad l. 49 tit. 4. lib. 2. noua collect. Regia, n. 169. & 200. fol. 186.* Scaccia, *de iudiciis, libro 1.*
132 *cap. 66. num. 20 circa finem.* Ob eandem etiam rationem, a Didaco Couarr. assignatam, Prætores possunt ad se euocare causas, quæ coram suis Locumtenentibus pendent; cùm inter Vicarios Episcoporum, & Locumtenentes, differentia nulla constitui possit; prout Narbona ipse probauit *ibi, num. 10. & 202.*

133 Metropolitanus autem non potest euocare causas ab Episcopis, eius Suffraganeis, cum Metropolitanus sit iudex, quoad Episcop[illegible]m subditos, tantum ex causa appellationis, *ex dicto cap. Romana, de appellat. in 6.* quod latius comprobat, & rationem adducit ipse Couarr. *dicto cap. 9. num. 2.*

134 Qui etiam deducit *num. 3.* Regios Auditores, qui in Pintiana, & Granatensi Curiis, iura litigantibus, prænia causarum cognitione, reddunt, non posse causas, coram iudicibus inferioribus pendentes euocare: cum regulariter non possint hi supremi Iudices causas examinare, nisi per appellationem ad eos fuerint delatæ. Imò quoties in quibusdam causis, prima causarum cognitio Curiæ Iudicibus competit, speciatim excipitur, modò apud inferiorem iudicem lis minime pendeat, ac cæpta sit; prout tradidere nonnulli Authores, *ibi* relati. Qui idem esse censent, quoad supremum Regis Senatum, vt, tandem Regij Consiliarij non possint lites, apud inferiores iudices pendentes, euocare absque speciali Regis consensu, & decretu, per textum optimum, *in l. solent, §. sicut autem,* ibi: *non autem debent, inconsulto Principe, hoc facere, ff. de officio præsidis*; sintassis tamen (addit ipse Couarr.) id commissum à Principe videtur supremo eius Senatui, absque speciali eius consensu, qualibet in causa requirendo, propter tanti Consilij authoritatem, quod in magno Franciæ Consilio, Boërius *ibi* relatus notat; nec refragatur Rebuffus, qui præscriptam conclusionem, de causis non euocandis, probat in Parlamentis, non in magno Consilio, nisi magni Consiliarij velint euocare causas à Parlamentis: hoc etenim scribit, eis non permitti, absque speciali Regis consensu.

Et hactenus Couarr. de quo tamen vide *infra, num. 138.* vbi leges quasdam huius Regni expendam. Aliquando tamen (prout iam vidi) ob grauitatem, & magnitudinem causæ, atque ex qualitate personarum, & rerum, solet supremus Castellæ Senatus, super euocatione, Regi nostro rescribere, atque consulere, eiusque visum, & resolutionem expectare; aliquando non rescribit, sed iustis, & necessariis causis interuenientibus, causas incæptas, & pendentes, etiam in Regiis Prætoriis inferioribus, euocat; quod an ex legibus huios Regni fieri valeat, *dicto numero 138.* dicendum est.

Quintò infert Didac. Couarr. *num. 4. dicti cap. 9.* 135
non posse Duces, Comites, aut Marchiones, aliósve iurisdictionem habentes, qui sint inferiores, nec iura Principis habeant, causas pendentes apud Iudices ordinarios, quos *Alcaldes ordinarios* appellamus, euocare, id quod verissimum est, & latius comprobat *dicto numero 4. per totum.* Sequuntur, & exornant Azeuedus, *in lege 45. titulo quarto, ex numero 2. vsque ad numerum 9. lib. 2. noua collect. Regia*, Bobadilla videndus *in Politica libro 2. cap. 16. numero 100.*

Notauit denique Didac. ipse Couarr. *numer. 5.* 136
eiusdem cap. 9. causam semel ad Curiam delatam, nusquam exire Curia, nisi à Principe rursus ad Iudicem ordinarium remittatur, quod multorum Authorum allegatione comprobat, & illis iunge Afflict. *decisione 231. & 348.* Francisc. Marcum, *decisione 83.* Carauitam, *super ritu magnæ Curiæ 152. ex numero quinto*, Menochium *de arbitrariis, libro primo, quæstione septuagesimaseptima, num. 30.* Mastrillum *decisione 176. numero 5.* Cornazanum, *decisione Lucensi, 39. per totam*, Francisc. Merlinum, *decisione quinta per totam*, & vide *decisione 71.*

Et relatione ad Supremum Consilium, siue re- 137
cursu ad Regem pendente, an impediatur executio sententiæ, & causetur attentatum, ita vt gesta per inferiorem, sint nulla, necne; an etiam Iudex, vel Iudices mulctari debeant propter inobedientiam; vide latissimè, & singulariter per D. Franciscum Salgadum, *tractatu*, quem ingenti studio & diligentia, vtiliter etiam, & doctè perfecit, *de Regia protectione, prima parte, cap. 7. per totum, ex fol. 179.* vbi plena manu explicat. Vide etiam Narbonam, *ad leg. 35 titul. 3. lib. 1. noua collect. Regia, glossa 6. ex num. 2. fol. 40.* Scacciam, *de iudiciis, libro primo, c. 66. num. 30. folio 194.*

Dum autem attigimus *suprà*, quod euocatio 138
causarum fieri non potest ab alio, quàm à Principe; & dubium excitatum à Couarruu. proposuimus, an Regij Consilij supremi Consiliarij possint lites, apud inferiores Iudices pendentes, euocare; & eiusdem resolutiooem *numer. 3. dict. cap. 9.* adduximus. Addendum est, Menochium, Cæsarem Manentium, & alios relatos *suprà, num. 127 & tribus sequentibus*, apertissimè sentire euocationem causarum, nec à supremis Senatoribus fieri posse, inconsulto Principe; sed ei dumtaxat id de iure permissum: & idem voluit Scaccia,

de

de iudiciis, libro primo, dicta quæstione 66. numero vigesimoprimo, folio 193. vbi quod solus Princeps, & non alius euocare potest causas coram Ordinariis pendentes, & citat Gail, Cumiam, & Marchesanum, idem tenentes. Adhuc tamen cogita, an forsan obtinere possit resolutio eiusdem Couarruu. *dicto numero tertio*, quod fortassis id commissum a Principe videtur supremo eius Castellæ Senatui, propter tanti Consilij authoritatem, & consideratio illa, à me proposita *sup. n.* 134. *in fine.*

In contrarium tamen vrget, Didac. ipsum Couarruo. nihil firmiter scripsisse, sed verbo illo, *fortassis*, vsum fuisse, cùm animaduerteret, in contrarium extare regulam iuris communem, sæpè repetitam, quod Princeps solus, & non alius euocare possit causas, & lites pendentes; item & communem omnium Authorum resolutionem. Deinde (prout ego nouè considero, nec vllus alius animaduertit) ex legibus duabus huius Regni, non modò id alterari, verùm etiam apertè videri, iuris communis dispositioni, & regulis ordinariis relictum, ita vt securius quoque videatur, Supremum Consilium Principi rescribere, & eius iussum expectare, vt causas pendentes euocare liceat; idque maximè, si velit euocare causas in inferioribus Regiis Prætoriis pendentes, iuxta Boërij, Rebuffi, & aliorum placita; quæ Didac. idem, *num.* 5. recensuit, & retuli *suprà.* Id tamen semper intelligendum, nisi forsan à Principe commissum, & concessum fuerit supremo eius consilio; quod quàm securè, & rectè committi potuerit, plus quàm certum, & compertum est; cùm in ipso supremo Consilio, summa iuris, rectitudinis, & iustitiæ ratione, maturaque, & singulari deliberatione, semper procedatur, résque omnes definiantur; commissum itaque Regio Castellæ Consilio præsumi potest, ac debet; & conueniens quidem videtur propter tanti Consilij authoritatem; quamuis ego metipse viderim seruari illud, quod annotaui *suprà num.* 134. aliquando etiam, inconsulto Rege nostro, euocationem denegatam, aliquando quoque concessam; extat itaque Regia lex 22. *titulo quarto, del Consejo del Rey, libro secundo, nouæ collect. Regia, folio* 54. vbi *in summario*, sic scribitur; *que en el Consejo se pueda ver y conocer de las causas, que a los del Consejo pareciere, que conuiene al seruicio de su Magestad, y bien de las partes. Pero es de aduertir, que este sumario contiene mas, y es mas general, que el contexto de la ley misma, y conforme a el se pudiera comprobar, y sustentar la auocacion en el Consejo de todas las causas, y negocios, que à el viniessen por querella de alguna de las partes, que pidiesse la auocation, aunque estuuiessen pendientes en las Audiencias.*

Pero las palabras de la ley, y su contexto son mas estrictas, y limitadas, y no se pueden estender a los pleytos, que en las Audiencias estan pendientes, aunque alguna de las partes se venga querellando, y pidiendo que se auoque la causa al Consejo, y parece juntamente, que las palabras mismas no se pueden traer, ni estender a los pleytos, que ante los ordinarios estuuieren pendientes, si son tales, y de tal condicion, y naturaleza, que requieren pleno conocimiento de causa, porque la ley habla, dumtaxat, *de las causas ciuiles, y criminales, que breuemente, y simplemente, y* de plano, *y* sine strepitu, *y figura de juyzio, solamente sabida la verdad, se pueden ver, y librar en el Consejo; y assi no conuiene la ley misma, ni conuienen sus palabras, a pleytos, que estan pendientes, y que requieren pleno conocimiento de causa, y que tan breuemente nō se pueden determinar: y muestrase con euidencia, porque la ley misma suppone, que son causas, que se podrian cometer por comission,* vt constat ibi, *se podran expedir, y despachar en el nuestro Consejo, sin hazer dellas comission.* Vnde, *no habla, ni se puede entender de pleytos pendientes en las Audiencias, ò ante juezes ordinarios inferiores, porque estos caminan por su curso ordinario, y terminos de derecho, y no por comission, ni tam breue, ni summariamente.* Vnde, *la dicha ley no se puede estender, ni sacar a otros terminos, ni causas, que aquellas, de que habla, ni induzirse, para que el Consejo Real de Castilla pueda auocar las causas, y pleytos pendientes, por su decision, dado caso, que* aliàs *lo puede hazer, por su suprema potestad, y autoridad;* & quia tacitè videatur eis concessa, atque commissa dicta facultas, quod præsumi debet, vt antea dicebam; ex quo aliquando parti petenti euocationem, eam concedunt, aliquando vero denegant; & inconsulto Rege, propriaque potestate, id faciunt, quia credendum est eis fuisse commissum.

Testimento, y declaracion desta ley se comprueba por la ley 23. titulo quinto, *de los Presidentes, y Oydores*, libro secundo, nouæ collect. Reg. *en quanto dispone, que el Consejo no puede auocar las causas pendientes en las Audiencias, sino que se determinen en ellas: y no se puedan sacar por comission, sin embargo de las prouissiones, que en contra se dieren, verdad es, que esta ley no determina el caso, si el Consejo Real de Castilla puede auocar las causas pendientes en las Audiencias, para conocer dellas, y determinarlas, y no por commission, que de:* vnde res hæc remanet dispositioni iuris communis, & explicari debet iuxta obseruantiam ipsius supremi Consilij, & Didac. Couar. obseruationem prædictam: & hæc sunt notanda; quia nullibi erant antea sic explicata, nec adnotata.

139 Alij vero Senatus inferiores, euocandi causas, iam cœptas, & pendentes coram Iudicibus ordinariis, vel ibi de iure incipiendas, facultatem non habent, nec iure ipso euocare possunt; sicuti ex Didaco Couarru. dixi *suprà, numero* 134. idque certissimum est, & necessariò seruandum, & dumtaxat limitandum; quando iusta, legitima, & necessaria causa interueniat, quæ velut præcise, & necessario suadeat, causarum cognitionem ab ordinariis auferri debere; veluti ob denegatam, aut retardatam iustitiam litigantibus, aut vni eorum, vt factam eisdem iniuriam, vel iniustitiam, vel propter omissionem, aut negligentiam, ex qua considerabile præiudicium resultaret, aut aliud simile, quod iustam auocandi, & retinendi litem, de qua agitur, causam tribuere videatur; quod comprobatur ex his, quæ And. Gaill, *practicar. obseruation. libro primo, conclusione* 38. *numero tertio*, adnotata, atque scripta reliquit, & pluribus aliis Authoribus relatis, exornauit *ibidem*, eius Additionator Bernardus Græuęus, *eadem conclusione, folio mihi* 63. vbi inquit,
quod Iudex denegans iustitiæ administratio- 140
nem, illius causæ iurisdictionem amittit, & Superior, etiam lite pendente, adiri potest, quod Auendañus, Menochius, Sarad. Pet. Gregorius, & Rota Romana, à Græuęo relati, notarunt quoque. Et concludit Græuęus metipse, Cameræ Imperialis iurisdictionem, ob denegatam ab inferiori Iudice iustitiam, vel ob eius negligentiam fundari, quod etiam scripsit Carolus de Tapia

decisione prima, numero vigesimoprimo, vbi quod
euocari possunt Siculorum causæ, ob retarda-
tam, vel denegatam iustitiam, Barbosa etiam
*in l. comperit, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, ex
numero 97. folio* 233. Perez de Lara, *tomo secundo,
capite vigesimoprimo, numero 54. & 55. folio* 321.
Marchesanus, Scaccia, & alij relati *infra, numero*
143. & 144. & quod Cameræ iurisdictio funda-
tur ob denegatam iustitiam, notauit etiam Gail,
*libro primo, obseruatione prima, numero vigesimo-
primo*, qui etiam, *dicta conclusione* 38. & Græuçus,
141 *ibi, dicta consideratione prima, folio* 65. addiderunt,
euocandi ab inferiori Iudice litem, causam ex-
pressam, videlicet ligatores non posse, aut non
sperare iustitiam consequi, iuramento non pro-
bari; provt Gail existimauit, cuius contrarium
tenuit Græuæus, & aliorum conciliationem ad-
duxit.

Ego sanè, in ea semper fui sententia, & opi-
nione, quam in Regio Gallæco, & Hispalensi Se-
natu seruaui, & in Granatensi Prætorio (vbi Se-
natoris munus, pluribus annis exercui) sæpe
seruatam vidi; vt cùm in iudiee inferiori, negli-
gentia, iniuria, iniustitia, aut denegata iustitia
præsumi non debeat, nisi ea probata fuerit, ita vt
iuridicè appareat; quod Andr. Gail, *dicta conclu-
sione 38. numero quarto*, recto obseruauit, non
aliàs causa euocetur, nec prima instantia, & iu-
risdictione ordinaria Iudex ordinarius priuetur,
quàm si de iniustitia, omissione, aut negligentia,
iniuria, vel denegata iustitia legitimè constite-
rit; iuxta ea, quæ Gail ipse annotauit, aliàs, si
solo partium, aut litigantium iuramento stan-
dum esset, in eorum voluntate relinqueretur, ac
reponeretur omnino, vt solo iuramento, quo as-
sererent se non posse, aut non sperare consequi
iustitiam, causæ omnes ab ordinariis iudicibus
euocarentur, sicque periuriis, & aliis inconue-
nientibus via aperiretur, & fraudandi iurisdi-
ctionem ordinariam, multis in casibus, in mag-
num litium, & Reipublicæ detrimentum, occa-
sio præstaretur; quod etiam contingeret, si recu-
sando Iudices ordinarios, & id ipsum iurando, li-
tigantes contenderent, vt primam instantiam à
iudicibus ipsis ordinariis adimerent; tunc enim,
ex sola recusatione, nisi de iniustitia, denegata
iustitia, iniuria, aut negligentia, per legitimas
probationes constaret, Senatus nec posset, nec
deberet causas inceptas, aut de proximo inci-
piendas, ad se euocare; sed potius suis decretis
iubere, vt Iudices recusati, iuxta dispositionem
legum huius Regni associentur, atque ita in cau-
sis procedant, provt de iure debeat, quovsque
illas terminauerint: sola itaque partis alicuius
assertio, quod iustitiam assequi non sperat, etiam
iuramento munita, aut sola recusatio, ad iustifi-
candam euocationem non sufficeret, nisi simul
de iniustitia, denegata iustitia, aut omissione, vel
negligentia constaret legitimè, & ita frequentis-
simè in dictis Regiis Tribunalibus, Granatensi-
que Prætorio, sæpè obseruatum vidimus.

142 Provt etiam obseruabatur, Didaci Couarruu.
(viri equidem magni nominis, & semper erudi-
tissimi, atque præstantissimi) placitum, & reso-
lutionem quandam, ab aliis probatam, non ad-
mitti; idque ob rationem à me nunc considera-
tam, quia in manu & facultate litigantium esset,
causas omnes, solo iuramento interposito, aut
sola recusatione, ad Regia Tribunalia trahere,
atque euocare, & ordinariam iurisdictionem
omnino fraudare. Didacus ergo, *practicarum ca-
pite nono, sæpè præcitato, numero sexto*, inquit, illud
prætermittendum non esse, cum sæpissimè inci-
dat in vsus forensis exercitationem, quod vbi
quis, ab interlocutoria sententia Iudicis inferio-
ris appellauerit ad Curiam, & is statim, priùs
quàm tractetur de iustitia, & rectitudine ap-
pellationis, petat totius negotij examen aduo-
cari, & retineri apud Curiæ Iudices, solet planè
id fieri, negotiúmque ipsum à iudicibus Curiæ
retinetur, ad sui diffinitiuam cognitionem, præ-
stito ab appellante iuramento, quo asseuerat,
nullam se habere spem consequendi iustitiam
apud Iudicem inferiorem; & quod hanc conclu-
sionem praxis recepit; & in specie tenent Rotæ
Iudices, *decisione 42. in nouis*, Panormitanus etiam,
Imola, Francus, Decius, & Staphilæus, quos *ibi*
commemorat: quod minimè licet iudici inferio-
ri, qui de causa appellationis cognoscendi ius
habet. Hactenus Didac. qui praxim illam, quam
receptam esse dicit, probauit ad modum relatum,
& refert, & sequutus est Stephanus Gratianus,
*tomo primo, capite sexto, numero nono, & decimo, fo-
lio* 18. Ego tamen, in contrariam sententiam pro-
cliuior semper fui, vt scilicet ex sola partium as-
sertione, etiam iuramento adhibito, retineri non
possit, in terminis prædictis, causæ principalis
cognitio; nisi iusta, iuridica, & necessaria reti-
nendi causa interueniat, quæ ex antea dictis, de-
negata scilicet iustitia, aut negligentia, & aliis
notatis causetur, vt suprà dixi; aliàs quidem in
voluntate, & facultate partium erit, causas om-
nes, solo adhibito iuramento, ab Ordinariis au-
ferre, & ad Senatus Regios remittere, vt suprà
quoque dicebam, ex quo maximum inconue-
niens, & damnum sequeretur: sic sanè, Andr.
Gail, & alij, rectiùs videntur, rem hanc iuramen-
to partium relinquere noluisse, sed iustæ causæ
interuentum, eiusque probationem simul requi-
runt; quo in placito remanet etiam cum aliis
Authoribus Sigismundus Scaccia, *de iudiciis, li-* 143
*bro primo, capite 66. ex numero vndecimo, cum se-
quentibus, folio mihi* 191. In primis namque, *dicto
numero vndecimo*, quærit, quas ob causas soleat
causa auocari à proprio iudice? & respondet,
quod ob plures, quæ Superiorum arbitrio relin-
quuntur; & inter alias, primo loco enumerat il-
lam, quæ à negligentia, & omissione, seu iustitiæ
denegatione inducitur; cùm iudex scilicet est ne-
gligens, & nolit causam expedire. Item, quando
iudex allegatur suspectus, & recusatur; provt
ibi, ex numero decimotertio, quo casu, non dicit, cau-
sæ euocationem, & in Senatu retentionem, ex
sola recusatione iustificari, aut dari debere, sed
dubitat tantùm, an associari, an in totum remo-
ueri debeat; & concludit in proposito nostro,
ordinario iudice recusato, dari debere alium ad-
iunctum, non autem in totum remoueri; & sic
vult apertissimè, solam recusationem non cau-
sare, nec iustificare causæ euocationem. Deinde
Scaccia metipse, *ex numero 14. & 15.* contendit
causam suspicionis, & recusationis exprimi de-
bere specificè, & non sufficere expressionem in
genere; & quamuis, *num. 16 per totum. folio* 192. ad
effectum, vt iudici recusato detur adiunctus, cen-
seat satis esse, siue sufficere, quod suspicionis cau-
sa probetur per iuramentum; quod admisimus,
iuxta opinionem multorum, quos *ibi* refert: ad
effectum tamen remouendi iudicem ordinarium
in totum, siue vt causa ab eo euocetur, & in Cu-
ria, aut in Signatura retineatur, concludit, causam
suspicionis esse probandam per testes; & id sem-
per

per contendimus', voluntati scilicet partium oon relinqui, aut in faculrare litigantium non esse, solo iuramento, forsan malitiosè adhibito, aut sola recusatione, à iudice ordinario causam euocare, sed euocationem ipsam ex iusta, & necessaria causa procedere debere, illámque aliunde verificari, & probari; quo in placito videtur etiam fuisse Ioseph. Cumia, *super Rit. Siciliæ, capite quadragesimo secundo, numero* 23. fuerunt etiam & alij, ab eodem Scaccia, *dicto numero decimosexto*, cumulati, dum adducit differentiam inter ius Cæsareum, & Pontificium. Firmiter etiam in eadem resolutione fuit Marchesanus, *de commissionibus, parte secunda, capite quarto, nu-*
144 *mero septimo, & 86.* dum dixit, causæ euocationem ex iustis causis, de quibus constet, faciendam esse: & *numero* 13. vbi scribit, exemptionem ab Ordinarij iurisdictione, maxima cum consideratione esse concedendam, quod retuli *suprà*, & calumniosè petitam denegandam fore; prout *ibi, numero* 36. Et hactenus de iure euocandi causas omnes, & de prædictis.

145 Ad Regalia quoque, indulgentia, aut remissio delictorum refertur; & ad maioriam, siue supremam Principum potestatem pertinet; sicuti scripserunt Cacheranus, *decisione centesimaprima, numero primo*, Pet. Surdus, *in consilio quinquagesimotertio, numero octauo*, Tiberius Decianus, *tractatu criminal. libro tertio, capite trigesimoquinto, numero quadragesimoquinto*, Emmanuel Soarez, *in Thesauro receptarum sententiarum, littera P. verbo, Princeps, num. ducentesimoseptuagesimoquinto*, Prosper Farinacius, *in praxi criminali, libro primo, titulo primo, quæstione sexta, numero secundo*, Menochius, *de arbitrariis, libro primo, quæstione* 91. Calixtus Ramirez, *de lege Regia, §. vigesimoquinto, numero quadragesimoquinto, folio* 237. Sebastianus
146 Næuius, *ad titul. quæ sint Regalia, numero* 333. *folio* 419. plures alios, sciens, consultóque prætereo, quoniam statim referam eos. Idcircò, Reges soli, Principésque supremi, superiorem non recognoscentes, concedere possunt gratiam, & remissionem delictorum; inferiores autem Principes, Duces, Comites, Marchiones, & alij Domini non possunt; remittere enim crimina, est supra legem, vel contra legem; quod superioribus prohibetur: ita sanè per textum, *in l. relegati, in fine, l. moris, §. sed enim, l. Diuus, la primera, l. ad bestias, §. ex prouincia, ff. de pœnis, l. prima, §. finali, ff. de quæstionibus, l. si interuenient-ro, ff. ad S.C. Turpilian. l. rescripta, in fine, C. de precibus Imperatori offerendis*, & de iure nostro Regio, *ex l. prima, titulo trigesimosecundo, partita septima*, quod Reges soli, & Principes supermi possint concedere gratias, & remissiones delictorum, notarunt, atque exornarunt Andr. *in capit. vnico, quæ sint Regalia, verbo, & bona committentium, ex numero* 122. *& sequentibus*, Afflict. *ibidem, numero* 158. Bossius, *de remediis ex sola clementia Principis: numero vigesimotertio*, dicens, quod est in manu Principis pœna, quia potest, prout vult, remittere, non solum bona, & pœnam pecuniariam, sed etiam corporalem: Octauianus Cacheranus, *decisione* 101. *&* 29. *numero quinto*, Boërius, *decisione* 21. *&* 22. Chassaneus, *in Catalogo gloriæ mundi, quinta parte, consideratione* 24. *versiculo* 54. Franciscus Marcus, *decisione* 68. *numero sexto, parte prima*, Menóchius, *de arbitrariis, casu* 336. *& in consilio* 191. *libro secundo*, Grammaticus, *voto vltimo*, Borrellus, *de præstantia Regis Catholici, capit.* 38. *numero vigesimo*, Marta, *de iurisdictione*, 1 *p. cap.* 44. Pet. Gregorius, *in syntagmate iuris, parte tertia, libro* 36. *capite vigesimoprimo*, Farinacius latè, *in praxi criminali, libro primo, titulo primo, de inquisitione, quæstione* 6. Cephalus, *in consilio* 304. *numero* 103, *libro tertio*, Ioseph. de Sese, *de inhibition. inst. Aragon. capite primo, §. quinto, & decisione* 178. *parte secunda*, Calicius, *de iure fisci, dubitatione* 8. Pat. Ludou. Molina, *de iustitia, & iure, tractatu quarto, disputatione* 48. Sanct. Thom. Diu. Antoninus, Nauarrus, Salon, Conradus, Syluester, Armilla, Bañez, Aragon. Gregor. de Valent. & alij plures, cum quibus D. Garc. Mastri. *de Magistratibus, libro tertio, capite septimo, per totum, ex folio* 322. *& in commentariis ad indultum, capite secundo*, Tiber. Decian. *tractat. crimin. libro tertio, c.* 35. *per totum, & in consilio* 18. *numero* 120. *libro primo, & in consilio* 96. *numero primo, libro tertio*, Molin. *in Repertorio, verbo, Rex, versiculo, Domino tantum Regi competit remittere*, & *ibi* Portol. *numero* 290. *& sequentibus*, Ramirez, *de lege Regia, §.* 25 *num.* 45. Auendaños, *in capit. Prætorum, capit.* 7. *num. septimo, in fine*, Anton. Sola, *in constitut. Sabaudiæ, titulo de indulgentiis, glossa vnica, ex numero quinto, cum sequentibus*, Georgius de Cabedo, *decisione* 45. *parte prima*, Plotus, *in consilio* 78. Iulius Clarus, *in praxi criminali, §. finali, quæstione* 59. Antonius Gomezius, *tomo* 3. *variarum, capite decimotertio, ex numero* 38. Peregrinus, *de iure fisci, libro quinto, titulo secundo, numero* 39. Iodocus, *in practica criminali, capite* 147. Bobadilla, *in Politica, libro secundo, capite decimosexto, numero* 99. Azeuedus, *in l. prima, titulo* 25. *libro octauo, per totam*, vbi comprobat, quod Regi soli competit, remissiones generales, aut speciales facere; & quod Domini recognoscentes superiorem, hoc non possunt; & quod non valet contraria præscriptio, prout etiam *num.* 11. *&* 14. *& numero* 15. *&* 16. id adeò verum esse, quod omnes pœnas corporales, & pecuniarias, possit Rex remittere, etiam per sententiam, & condemnationem inflictas, etiamsi talis sententia in rem transiuerit iudicatam: Ceuallos, *quæstione* 906. *ex numero* 383. Et ij omnes conueniunt, conclusionem prædictam sic intelligendam, vt ita demum Reges, & Principes supremi possint concedere gratiam, & remissionem delictorum, & remittere tam pœnam corporalem, quàm pecuniariam, dummodo iusta, & rationabilis causa remittendi interueniat. Et addunt, quod etiam ex iusta, & rationabili causa, quamratissimè, gratias delictorum facere debent; aliàs, si absque iusta, & rationabili causa pœnam remitterent, mortaliter (vt nonnulli dicunt) & mortalissimè (vt alij enunciant) peccarent. Addunt quoque, quod huiusmodi remissionibus se abstinere debent; & quod pax, & remissio habita à parte, Reges non excusaret; & quod sine causa non possunt Principes, gratiam, & remissionem delictorum facere, etiam pace facta cum offenso; absque peccato: cum causa verò, quod possint. Ac denique, quod pax, aut remissio partis offensæ præcedere debet, priùs quàm remissionem concedant; aliàs quod mortaliter peccarent. Et hęc omnia inuenientur adnotata, & comprobata penes Authores prædictos; & maximè per Mastrillum, *libro tertio, dicto capite septimo, numero sexto*, vbi citat Theologos plures, & Farinacium; & exornat *numero decimo, & sequentibus, & numero* 39. *& sequentibus*, vbi quod Principes debent se abstinere ab huiusmodi gratiis, & remissionibus, & eas non facere, nisi ex causis iustissimis, & Reipublicæ vtilibus: & vide *ibidem, num.* 19. *& seq.* Com-

probat etiam superiora omnia Azeuedus, *in dicta lege prima, tit. 25. lib. 8. noua collectionis Regiæ, ex num. 63. vsque ad numerum 78. fol. 361.* vbi per illam legem, dum dicit, *perdonando los enemigos,* notauit, quod aliter, nisi pace facta, gratia, ac Principis remissio non valet; & quod Princeps aliud faciens, peccat mortaliter; ex Diuo Thoma, & Antonio Gomezio, *ibi* relatis; & quod is, cui gratia, aut remissio conceditur, non reintegratur aduersus pœnam applicatam parti, nec potest Princeps auferre eius pœnæ iam acquisitum; & quod sic solet in similibus gratiis, & indulgentiis apponere clausulam, *dummodò pars sit priùs satisfacta*, vel *satisfaciende priùs parti læsa.* Et cætera, quæ *suprà* diximus, adducit Peregrinus etiam, *de iure fisci, lib. 4. tit. 8. ex num. 11. cum sequentibus, vsque ad numerum* 19. Bobadilla, *lib. 2. dicto cap. 16. num. 99.* Ceuallos, *quarta parte, quæst. 906. num. 383. & duobus sequentibus, fol. 375.* vbi Mastrillum, & Azeuedum non citat, & inquit, quod potest Princeps remittere omnes pœnas, tam corporales, quàm pecuniarias, etiamsi sententia fuerit transacta in rem iudicatam; dummodò interueniat partis concordia, de qua debet con-
148 stare per instrumentum publicum, vt per Grammaticum, Iulium Clarum, & Gregorium Lopez, *ibi* relatos; & addit, quod tunc non potest Princeps remittere condemnationem parti applicatam, per text. *in l. 2.* vbi Doctores, *C. de in ius vocando*, & per Afflict. *ibi* relatum.

149 Et tandem notandum est illud, quod ex sententia aliorum annotauit Mastrillus, *lib. 3. dicto cap. 7. num. 45. & 46. fol. 326.* quod si ex continua delictorum remissione, tot, & tanta Reipublicæ incommoda proueniunt, multo magis pessima res diceretur, & detestabilis, si pretio, vel pecunià, delicta remitterentur; & cùm pœnæ delictorum venduntur, quòd omnia mala nascuntur, & euidens scandalum est; vt per Calicium, & Ioseph. de Sese, *ibi* relatos.

150 Sed & bona vacantia, ad iura Regalia referuntur, iúsque supremum, & Regale, eorum respectu consideratur; ex textu *in dicto cap. vnico, quæ sint Regalia, in versic. bona vacantia*, sic ad Reges, supremosque Principes, ratione maioriæ, & supremæ potestatis pertinent, & ad eorum Fiscum, *l. 1. ff. de iure Fisci, & l. 1. in principio*, vbi Bald. & Ioann. de Platea, *in summario, C. de bonis vacantibus, lib. 10.* Textus etiam magis expressius, *in l. vacantia, C. eodem*, vbi dicitur: *Vacantia mortuorum bona, tunc ad fiscum iubemus transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea, vel iuris titulo legitimum reliquerit intestatus hæredem*, l. prima, *C. de petit. bonorum sublat. lib. 10. l. penultim. C. de præposit. sacr. cubic. lib. 10. l. quidam, §. quoties, ff. de legatis 1. l. ergo, §. eadem constitutio, ff. de fideicommiss. libertat.* & conclusionem prædictam exornarunt post alios plures, quos citant sequentes Authores.

Didac. Perez, *in l. 20. titulo 19 libr. 8. Ordinamenti.*

Per. Gregorius, *in syntagmate iuris libro tertio, capite duodecimo, & de Republica, lib. 9. cap. 2. num. 15.*

Martinus Laudensis, *in tractatu de fisco, quæstione 139.*

Lucan. de Parma, *in tractatu de priuilegio fisci, part. 1. n. 90.*

And. Tiraquel. *in tract. Le mort saisit, part. 2. declarat. 14. n. 11.*

Bossius, *tit. de bonis vacantibus.*

Peregrinus, *de iure fisci, lib. 4. tit. 2. & 3.*

Rolandus, *in consilio 20. libro tertio.*

Guil. Benedictus, *in capit. Raynutius, verbo, & vxorem, nomine Adelasiam, decis. 5. n. 270. & 385. & sequ. prima parte.*

Calicius, *de Fisco, dub. 8.*

Regnerius Sextinius, *de Regalibus, lib. 2. cap. 9. per totum.*

Camillus Borrellus, *de Regis Catholici præstantia, cap. 14.*

Rosentalis, *de feudis, tomo primo, capite 5. conclusione 52.*

Pet. Surdus, *in cons. 518. vol. 4.*

D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, libro tertio, cap. 10. ex numero 359. vsque ad numerum 397.*

Matienços, *in l. 12. tit. 8. lib. 5.*

Azeuedus, *ibidem.*

Tellus Fernandez, *in l. 3. Tauri, tertia parte, num. 13.*

Rota, *decisione Lituana 1.*

Tiberius Decianus, *tract. Criminal. tom. 2. lib. 9. cap. 1. & tribus seqq.*

Georg. Cabedus, *decisione 51. & 57. & 58. parte secunda.*

Ioannes Gutierrez, *pract. libro secundo, quæst. 113.*

Bernard. Græueus, *ad And. Gail, lib. 2. conclus. 150. consideratione 1.*

Pat. Azor. *instit. Moral. tom. 3. lib. 4. cap. 28. col. 254. & tom. 2. lib. 11. c. 4. vers. bona vacantia, pagina 217.*

Pat. Rebellus, *de obligat. iustitia, prima parte, lib. 1. q. 15. sect. 2. n. 7. pag. 85.*

Colerius, *decis. Germaniæ 72. & de processionibus executiuis, part. 1. c. 3. n. 258.*

Farinacius, *Fragmentorum criminalium parte prima, titulo, quando fiscus succedat in bonis vacantibus, ex folio* 141. vbi conclusionem prædictam proponit pro Regula, & eius plures ampliationes, plures etiàm limitationes, more solito adducit; & materiam explicat.

Callixtus Ramirez, *de lege Regia, §. 25. n. 51. & 52. pag. 258. & 259.*

Seraphinus, *in rubrica, de bonis vacantibus.*

Ceuallos, *commun. contra commun. qu. 822. ex n. 12. cum sequ.*

Menchaca, *de successionum creatione, §. 16. numer. 11.*

Ioannes à Rojas, *in epitome successionum, cap.*
34. per totum, vbi *num. 6.* inquit, quod bona vacan- 151
tia, sunt iura Regalia: & *num. 1.* quod Fiscus, post agnatos, & cognatos, & vxorem, succedit; & citat *l. 6. in fine, tit. 13. part. 6.* & excitat dubium illud, vtrùm Fiscus inuentarium non conficiens, vltra vires hæreditarias teneatur? de quo latiùs agit Ceuallos, *dicta quæst. 822. per totam*, vbi duas contrarias opiniones recenset, & ex professo explicat. Duodecim etiam fallentias, aut exceptiones cumulat à regula prædicta, Ioannes idem à Rojas, *ex num. 18. cum seqq.* & his quidem, nec Fiscus succedit, nec in eum transeunt actiones
actiuæ, nec passiuæ. Occupandi etiam bona va- 152
cantia, optimam dicit esse practicam, idem Author, *num. 15. & 16.* quod ante apprehensionem per Fiscum, proponatur edictum, seu proclama, cum termino competente, vt si quis sit hæres, compareat, facta prius bonorum descriptione; ac nemine comparente, Fiscus apprehendat bona scripta, *l. si eo tempore: C. de remissione pignor.* & quod hanc procedendi formam scripsit Bartolus; & sequuntur *ibi* relati, dicentes, quod tem-

pore

pore etiam transacto, si adhuc bona per Fiscum non fuerint occupata, est audiendus hæres: quod *ibi* comprobat, vbi videri potest.

His iungendus est D. Franciscos Alfarus, vir equidem genere, virtute, & litteris præclarus, *de officio Fiscalis, glossa* 20. *de patrimonio Regio*, §. 9. *de bonis vacantibus, ex num.* 119. *fol.* 144. *vsque ad numerum* 184. vbi de hac materia tradit nonnulla ex proposito. Et primò obseruat, quod bona, aut res, tribus modis vacare dicuntur; sed quod attinet ad titulum ipsum, *de bonis vacantibus*, bona solùm vacare dicuntur, vt Fisco quærantur, cùm morte bona vacant sine hærede; & talia bona libera sunt, vt nullus alius possit interesse prætendere; & expendit iura nonnulla ex relatis *suprà*. Item *dictam l.* 6. *tit.* 13. *part.* 6. *l.* 12. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopilationis*: & *num.* 122 quod bona vacantia vltimo loco Fisco deferuntur, cùm defuncto ab intestato succedit, nullo ex ascendentibus, aut descendentibus, aut collateralibus, hærede relicto, si bona libera sint, ad quæ aliquis interesse non prætendat; prout latiùs *ibi*.

153 Addit etiam, *ex numero* 125. *& quatuor sequentibus*, quod Fisci successio decimum gradum collateralium non excedit, prout probant iura *ibi* relata, *num.* 122. & text. *in authent. de hered. ab intest. venient. §. si vero nunc fratres*, *& d. l.* 6. *tit.* 13. *part.* 6. Attamen, quod ad contrarium inquirendum, eum impulit, quod hodie apud nos, consanguinitas ad quartum gradum solummodò extenditur: ex *cap. non debet, de consangui. & affinitat.* quò forsan tendit *l.* 10. *tit.* 4. *part.* 3. & *ibi* Glossa *tertia*; vbi cùm agitur de consanguineo, sine mandato admittendo, facultas illa quartum gradum non excedit; inquit etiam, adductum fuisse authoritate Collectoris *legum nouæ compilationis*, qui in *Repertorio* inquit, bona intestati, qui nullum vsque ad quartum gradum reliquit hæredem, fisco applicari; & quamuis *l.* 12. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ collect. Regiæ*, hoc non dixerit expresse, verisimile non est, nec credi potest, tantum Virum Regiúmque Consiliarium, dictum inquam Collectorem, aliàs Didacum de Atiença, sine fundamento, aut casuum experientia scripsisse, ius succedendi ab intestato, quartum gradum non excedere, idque & aliis mediis comprobat ex *num.* 129. *vsque ad numerum* 136. vbi videri poterit; in effectu namque concludit, & resoluit, bona intestati ad consanguineos vltra quartum gradum non extendi; & inde vltra gradum ipsum existentes, quòd Fiscus excludit. Nec vrgere in contrarium, quod in materia tetractus, & in aliis materiis scripserunt Tiraquellus, & alij, *ibi* relati; quibus ipse satisfacit, responsúmque præbet.

Cæterum ex communi sententia, quòd mortuo aliquo ab intestato, & descendentibus, atque ascendentibus deficientibus, consanguinei vsque ad decimum gradum inclusiuè admittantur, atque ita Fiscum excludant, tam *attento iure communi*, quàm ex *dicta l.* 6. *tit.* 13. *part.* 6. pro certo tradidit Ioann. à Rojas, *in Epitome successionum*, *cap.* 32. *num.* 23. *&* 24. vbi explicat legem ipsam *Partita*, dicens, impressorum vitio positum esse in ea, *hasta el dozeno grado*, & legendum esse, secundùm verum sensum, *hasta el dezeno grado*: atque ita concordare eum iure communi: & *cap.* 34. idem voluit apertè, dum scripsit, Fiscum post agnatos, & cognatos, & vxorem succedere. Matiençus etiam, *in l.* 12. *tit.* 8. *gloss.* 2. *num.* 2: *&* 3. *fol.* 245. dum asserit, quod Fiscus succedit ab intestato, eodem modo, iure Regio, atque ita post conditam *legem illam* 8. quo, & iure communi. Axeuedus quoque, *in ipsa l.* 8. vbi in eodem placito fuit, *num.* 1. *&* 2. dum dixit, quod bona ab intestato morientium, nullis relictis descendentibus, aut transuersalibus, vsque ad decimum gradum, ad Regem pertinere; atque ita quoad successionem consanguineorum ab intestato, vsque ad decimum gradum, seruandam esse decisionem *dictæ l.* 6. *titul.* 13. *partita sexta*, nec alterari ex decisione *eiusdem l.* 12. *nouæ collectionis Regiæ*.

154 Quod attinet tamen ad maritum, & vxorem; ex communiori Doctorum placito receptum est, deficientibus descendentibus, ascendentibus, & consanguineis, vsque ad decimum gradum, virum in bonis vxoris, & vxorem in bonis mariti, in successione præferri Fisco, sicuti de iure communi statutum erat, atque ex iure Regio *dicta l* 6. *partita*, nec id alterari, aut mutari ex decisione *dicta l.* 12 *tit.* 8. *lib.* 5. *noua collect. Regiæ*, quod defendunt Didac. Perez, Castillo, & alij, & cum eis D. Franciscus Alfarus, *dicta glossa* 20. §. 9. *de bonis vacantibus, num.* 136. *fol.* 148. Axeuedus, *in eadem l* 12. *n.* 2. *&* 3. *fol.* 241. Ioannes Gutierrez, *practicarum lib.* 2 *quæst.* 113. contra Tellum Fernand. qui contrarium tuetur: Matiençus etiam, *in ipsa l.* 12. *glossa* 2 *num.* 2. *fol* 245. vbi præmisit, quòd si quis decedat intestatus, nullis relictis descendentibus, ascendentibus, nec collateralibus, nec coniuge, succedit Fiscus vniuersaliter, infert statim contra Tellum ipsum, intelligi debere *legem illam* 12. quæ deficientibus descendentibus, & ascendentibus, & collateralibus, succedere Fiscum statuit: supplenda enim est (inquit) iuxta dispositionem iuris communis, & Regij antiqui *Partitarum*, nempe deficiente viro, aut vxore, qui fisco præferuntur, ex *d. l.* 6. *in fine, titulo* 13. *part.* 6. eandem etiam tenuit resolutionem Ioannes à Rojas, *in Epitome successionum*, *cap.* 33. vbi cum aliis scripsit, quod deficientibus agnatis, & cognatis vsque ad decimum gradum, maritus, & vxor ab intestato, inuicem sibi in solidum, fisco excluso succedunt; *ex l. vnica, ff. vnde vir, & vxor: l.* 1. *C. eodem, & d. l.* 6. *partita*, & voluit apertè Anton. Pichardus, *in §. sunt autem*, 3. *Instit. de bonor. possession. numero* 27. *pagina* 1462.

155 Fiscus etiam, quòd excludatur à petitione bonorum vacantium, post denunciationem quatuor annis; ante denunciationem autem, quòd viginti annis præscribatur, ex *l.* 1. §. *Diuus*, *&* §. *præscribitur, ff. de iure fisci*, adnotauit, & comprobauit D. Francisc. Alfarus, *eadem glossa* 20. *&* §. 9. *num.* 147. *fol.* 150.

156 Confiscationes etiam bonorum, ad ius Regale, & ad Reges, supremósque Principes pertinet, & ab eis dumtaxat, vel de ipsorum ordine, & mandato, confiscationis bonorum pœna irrogatur; & est de primo gradu meri Imperij, & non nisi in grauissimis causis, & atrocissimis delictis imponitur; *dicto cap. vnico, quæ sint Regalia, in verbo, condemnatorum, l.* 1. *C. sine iussu Principis, l.* 5. *tit.* 31. *part.* 7. & notarunt, multisque exornarunt Natta, *in consilio* 594. *& in consilio* 17. Rolandus, *in consil.* 29. *ex num.* 1. *cum seqq. vol.* 3. Crauet. *in cons.* 128. Rosent. *de feudis, cap.* 5. *conclus.* 55. *cum seqq.* Ceuallos, *casu* 137. Iulius Clar. *lib.* 5. §. *final.* *q.* 78. Bossius, *tit. de publicatione bonorum, & titulo de alimentis præstandis vxori, atque filiis, ex bonis publicatis*: Chassaneus, *in consuetud. Burg. Rub.* 2.

§.1.glos.1.& seqq.Mariençus, in l. 3. tit.4. glos. 47. lib.5. Azeued. in l.3. tit.10.lib.4. Anton. Gomez. tom.7.variarum,c.14.de confiscatione bonorum, Pet. Gregorius,de Republica,lib.9.c. 1.num.32. Bellug. in Specul. Principum, Rubrica 11. §. iusto: num. 24. vbi eius Additionator Camillus Borrellus,verbo, ad Principem:& de præstantia Regis Catholici, cap. 15.& 16.& 26.Regnerius Siztinius,de Regalibus, lib.2.cap.12.Farinacius, de crimine læsæ Maiestatis, quæst.116.§.1.ex num.12.cum sequentibus, Sese, decisione 77.D.Garcia Mastrillus, de Magistratibus, lib.3.cap.10.ex num.197.fol.280.vsque ad numerum 415.Callixtus Ramirez,de lege Regia, §. 26. num. 10.fol.246.D.Franciscus Alfarus,de officio Fiscalis, glossa 20.§.50.de confiscatione bonorum,ex num.148. cum sequentibus, fol. 158. vbi latè de materia. Et primò præmittit, confiscationis bonorum tractatum,omnino distingui ab eo, quo de bonis va-
157 cantibus agitur. Secundò præmittit, ius confiscandi,esse maximi imperij,itavt à solo Principe, vel de eius mandato decerni possit. Item ex nouo iure,& hodie apud nos,ad duplex delictum, Maiestatis læsæ,diuinæ scilicet,vel humanæ, confiscationem bonorum restringi; & habere quoque locum in sodomiæ crimine, quod crimini læsæ Maiestatis diuinæ,& humanæ æquiparatur: ex l.1.tit.21.lib.8. noua collectionis Regia, quod ibi comprobat ex num. 149. vsque ad numerum 152. & vide per totam glossam,vbi de confiscatione bonorum cumulat quamplurima.

158 Ab indignis quoque bona auferre, ad ius Regale, semper referri solet; atque ita regulariter applicatur Fisco omne id, quod ab aliquo tanquam ab indigno aufertur; l.1.ff.de iure fisci,l.Papinianus,§.meminisse.ff. de inofficioso testamento, & in cap.vnico, quæ sint Regalia, inter Regalia enumeratur: ezornarúntque, atque explicarunt materiam Iulius Clarus,lib.5.§.finali, quæst. 79. Bernardus Diaz,regula secunda, Bossius, titulo de his quibus vt indignis, el primero,& secundo, Peregrinus,de iure Fisci,lib.2.tit. 2. ex fol. 28. vsque ad folium 49.& lib. 3 tit. 1. & 2.& tit. 19. Regnerius Sextinius,de Regalibus,lib.2.cap. 10. num. 20. cum sequentibus,Rosentalis,de feudis, cap.5. conclusione 55.& 56.& 57.Mastrillus,de Magistratibus, lib.3. cap.10.num.419.& 420.Palac. Rub. in Rubrica, de donat.inter,§.59.num.8.& seqq. D. Franciscus Alfarus,de officio Fiscalis,glossa 20, §. 10. de confiscatione bonorum, ex num. 421. cum seqq. vsque ad numerum 435.fol. 226. Dueñas, regula 366. Anton. Gomezius,in l. nona Tauri, ex num. 21. vsque ad numerum 34.Rojas, in Epitome successionum, cap. 20.ex num 152. Lucanus de Parma, de priuilegiis Fisci,part.1.ex num.96.Firmanus, in Repertorio,in versiculo,Fiscus succedit,& in versiculo, hæres indignus,Couarruu.in 4.de Sponsalibus, secunda parte, cap.8.§.5 num.6.Bernardus Diaz, in praxi Canonica,cap.64.fol.197.vbi eius Additionator.Belluga, in Speculo Principum,Rubrica 14.§.nunc videamus, ex num.24.Guil. Benedictus, in cap. Raynutius, de testamentis,verbo, condidit, el segundo, ex num.15. cum sequentibus,Simon de Prætis,lib.3.interpretatione 3.dub.1.solutione 12.ex num. 14. cum sequentibus,fol.159.Mantica, de coniecturis vltimarum voluntat.lib.10.tit.4.per totum, Mariençus, in l.6 tit. 8.glos.5.& latiùs,gloss.8. fol. 222. ibidem Azeuedus,num.5.& 16.Ioann. Garcia, in quæstione, de tacito fideicommisso, post tractatum de expens. & meliorat.Gasp.Thesaurus, Forensium lib. 3.quæst. 119.D.Spino,in Speculo, gloss. 16. de filio spurio,ex num.48.vsque ad numerum 56.& gloss.27. de fideicommissaria substitutione, ex num. 31. vsque ad numerum 40.& num.63.& sequentibus, Tuschus,tom. 4 littera F. verbo, Fiscus, conclusione 393.& 394. latissimè Farinacius, Fragmentorum prima parte, titulo, Fisco quando applicetur id, quod ab indigno aufertur,& quando venientibus ab intestato, seu aliis deferatur,folio 132.& 133.& titulo, fisco, ex quibus causis adquiratur id, quod ab indigno aufertur, ex fol.135.& titulo, Fiscus, quando auferat ab illo hærede,seu legatario, qui fidem testatori accommodauit, de restituendo spurio, seu alteri incapaci,numer. 75. fol. 138. vsque ad numerum 111. idem Farinacius,nouissimarum Rota Romana,tom. 2. partis 2.de-
cisione 765. vide etiam omninò Achil. Pedro- 159
cham(quem nullus citat, nec etiam Farinacius) in consilio 18.& in consilio 40.ex num.98 cum multis sequentibus,& num.153.cum sequentibus,& num. 151.& pluribus sequentibus,& n. 239. vsque ad numerum 273.

Et ij omnes latè explicant (vt dixi) axioma prædictum, Fisco applicari omne id, quod ab aliquo, tanquam ab indigno aufertur. Id autem multis ex causis euenire potest, quas in vnum congerit Ioan.Philippus,in summa vtriusque iuris, ad titulum,ff.de his, quibus vt indignis, folio mihi 263.& nouem casus,quibus quis fit indignus, & hæreditas,seu relictum fisco applicatur, congessit D. Franciscus Alfarus, dicto §. 10. glossa 20. ex num. 401. vsque ad numerum 435. Peregrinus etiam,de iure fisci,lib.2.tit.2. & seqq. & de eo, qui fidem tacitam accommodauit, de restituenda hæreditate,aut relicto, incapaci; egerunt latissimè Anton. Gomezius,Prætis,Mantica, Rojas, Farinacius,Peregrinus, Mariençus, & cæteri relati suprà,& quando hæres,vel fideicommissarius,ob inultam necem defuncti indignus efficiatur, vel non;vide per eosdem Authores, & per Peregrinum,vbi suprà, Pedrocham etiam, dicto consilio 18. per totum, ex fol. 135. qui in dicto consilio 40. copiosè,longáque serie digerit, an propter mortem testatoris filio hærede grauato,ab vno ex fideicommissariis illatam, ipse fideicommissarius homicida,fideicommisso, & successione testatoris,etiam mediante persona eius patris, indignus efficiatur; & nedum eidem testatori, sed etiam eius hæredi succedere prohibeatur; & quando quis, propter delictum excludatur à successione, seu commodo, quod ei defertur ex dispositione testatoris, vel legis, aut statuti? cumulatè etiam declarat,an,& quando id, quod aufertur alicui, ratione eius delicti, à Fisco vendicetur, vel ad agnatos delinquentis pertineat, aut ad alios, ad successionem,seu fideicommissum vocatos simul cum eo.

Vassalli inuiti, quod à Regibus, & Principi- 160
bus Supremis possint alienari, idque maximè cum necessitas,& occasio bellorum, sumptuúmque necessariorum vrget, prout in his Regnis, consuetudine generali obseruatum est; ad ius quoque Regale, & Supremam Principum potestatem pertinet, & in iurisdictionibus, oppidis, villis, & ciuitatibus obseruatur sæpissimè; illæ namque sæpè ob necessitates alienantur; quamuis ciuitates rarissimè; posse tamen vassallos ipsos venditos reclamare, & oblato pretio se redimere, y tantearse, vt vulgariter dici solet; consuetudine quoque generali obseruatur, & de iure licere certum est: quod intelligitur, nisi ipsi recipientes nouum Dominum, non contradixerint,siue nullum actum contradictionis fecerint; tunc enim reclamare non possunt; quoniam renuntiantibus

nuntiantibus iuri suo tacitè, vel expresè, non datur amplius regressus; prout ego metipse, *suprà eodem libro & tractatu* annotaui, & comprobaui; & permultos Authores hac de re agentes cumulaui, *cap.* 17. *numer.* 21. vbi videri potest; & per Mastrillum, in locis *ibi* relatis: oppida etiam, villæ, & ciuitates huius Regni, quando alienari possunt per Reges, singulariter explanaui *supra, cap. ipso* 17. vbi etiam videri poterit.

Ad ius quoque Regale refertur, & ad supremam potestatem, & Maioriam, quod Reges, & Principes Supremi, tempore penuriæ, & necessitatis, possint iustum pretium frumento constituere, & illius dominos cogere ad vendendum, & vt vendentes, in ciuitate, & non extra territorium, vicinis etiam, & non exteris; & cogere etiam eos, qui habent pecunias, ad mutuandum gratis, vt frumentum ematur, etiam si sint exempti, & priuilegiati; cùm priuilegia tempore necessitatis silere debeant; quod tamen Dominis inferioribus, Ducibus inquam, Comitibus, Marchionibus, & aliis non licet, nec permissum est (vt bobadilla notauit *in Politica, lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 165.) & adhæc, in effectu reducuntur, quæ multis relatis Authoribus, & omnibus sanè ad sua vsque tempora scribentibus, annotauit, & latiùs comprobauit D. Garcia Mastrillus, *de Magistratibus, lib.* 3. *cap.* 4 *ex num.* 76. *fol.* 579. *vsque ad numerum* 98. & vltra relatos ab eo, iunge D. Valençuelam Velasquez, *in consilio* 99. *num.* 17. *&*
162 18. vbi cum aliis scripsit, quod in casu necessitatis, Princeps compellere potest vassallos diuites, vt pecuniam sibi mutuent, pro se, & illis defendendis; & quod recipit pecuniam absque interesse à mercatoribus exteris.

163 Potestas etiam cognoscendi per viam violentiæ, & Regia protectio, vi oppressorum, appellantium à causis, & iudicibus Ecclesiasticis; est de Regalibus, & de reseruatis Regibus nostris Hispaniæ, & aliis Regibus, Principibusque Supremis, in signum Maioriæ, & Supremæ potestatis: quod ita in indiuiduo, & specificè adnotarunt Camillus Borrellus, *de Regis Catholici præstantia, cap.* 5. *num.* 7. *&* 16. Didacus Perez, *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3 *ordinamenti, gloss.* 1. *vers. Quæro, si est dubium:* vbi citat Palaci. Rube. Azeuedus, *in l.* 3. *in fine, tit.* 51. *lib.* 4. *noua collect. Regia*, Gasp. Rodriguez, *de annuis redditibus, lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 71. *ad finem*, Didacus Couarr. & Afflictis, cum quibus Sese, *de inhibition, cap.* 8. §. 3. *sub num.* 70. *in principio:* Auendañus, *lib.* 1. *de exequendis mandatis, cap.* 1. *num.* 32. *vers. & cum hac consuetudo*, Bobadilla, *lib.* 2. *cap.* 16. *num* 90. Cenedus, *practicar. quæst. cap.* 45. *num.* 61. *ad medium*, notauit etiam expresè Salgadus, *de Regia Protectione, part.* 1. *cap.* 1. *præludio* 3. *sub num.* 97. *pag.* 29. *in principio*; vbi rectè etiam obseruat, quod suprema Regia Tribunalia, Regem; seu Principem Supremum repræsentant; & ideo eis hæc potestas cognoscendi commissa est. Et repetit Salgadus metipse, *prima parte, cap.* 2. *num.* 32. *&* 43. *& sequentibus, fol.* 84. vbi etiam inquit, quod hæc Regia protectio, & naturalis subditorum defensio à violentiis, ciúsque extraiudicialis cognitio, Regi soli conuenit; est enim de Regalibus, ad Regem pertinens in signum Supremæ potestatis, & inde, quod hoc ius tollendi violentias, Duces, Marchiones, & alij Domini temporales, recognoscentes Superiorem in eorum ditionibus, non habent; quoniam hæc consuetudo tollendi has violentias, & oppressiones, quamuis vigeat, & toleretur in persona Regis, & eius Supremorum Senatorum (quorum Tribunal Regis personam repræsentat) ex iure proprio, & principiis iuris naturalis, ac diuini; tamen non habet, nec potest habere locum in aliis Dominis inferioribus, in quibus illa iura non militant, nec rationes: quia Principes Supremi, non recognoscentes Superiorem, habent hanc cognitionem per viam violentiæ, & protectionis, iure proprio Regali; quod latiùs prosequitur *numeris sequentibus*, vt ostendat, quòd Princeps concedens iurisdictionem pleno iure aliis Dominis inferioribus; nunquam intelligi prædictam potestatem concessisse; nec illa acquiri potest titulo donationis, nec præscriptionis aduersus Principes Supremos: quod verissimum, & certissimum est.

Sanè de materia prædicta, & de hac Regia protectione vi oppressorum, & de appellationibus à iudicibus Ecclesiasticis, ex causa violentiæ, ad Regia Tribunalia interponendis; tot, tantique Authores hucusque egerunt, sermonémque instituerunt; Ceuallos etiam repetitum tractatum edidit, sicuti Franciscus Salgadus scripsit, 1. *p. c.* 1. *n.* 17. *fol.* 10 qui singularia, & vtilia admodum, copiosa etiam, atque ingenti studio, & diligentia confecta commentaria, de eadem Regia protectione edidit, vt in eis quoquo modo insistere, siue hoc loco materiam ipsam adeò latam attingere, nec ad nostrum tractatum principalem pertinens, nec etiam opportunum, aut necessarium videri possit; & verè sola relatione iuris Regalis, Regibus nostris, & aliis competentis, contenti essemus; nisi Neoterici cuiusdam, contra Regaliam ipsam, & Regiam protectionem, scripta præ manibus haberemus; isque nulla præhabita disputatione, omníque examine prætermisso, & vera, concludentíque ratione neglecta, adeo securè, siue vt propriùs loquar, audaciter, ius dictum Regale, & Regiam protectionem impugnauit, vt eidem, post alios quamplures scribenti, velut concludenter, aut concludentissimè, & euidentissimè satisfacere, & vel vno verbo respondere, nos, qui iura Regalia, ab aliis defensa, & probata, tuemur, prætermittere non potuerimus; ita enim & moderni alterius Religiosi intentum subuertemus quoque euidenter.

Id autem, vt distinctione, & resolutione fiat, nonnullis obseruationibus, siuè conclusionibus, rem absoluemus, & Regaliam ipsam firmissimam (prout firma semper erit) relinquemus.

Primò igitur loco obseruandum erit, ex deci- 164
sione, & assertione *l.* 36. *tit.* 5. *lib.* 2. *noua collect. Regia*, quæ est iuris naturalis declaratoria, & ex principiis rationis naturalis inducta, iure diuino, canonico, & positiuo approbata, frequenti & vniuersali vsu recepta, immemoriali consuetudine corroborata, scientia etiam, patientia, & tolerantia Romanorum Pontificum munita, & confirmata; attributam esse Regibus Hispaniæ facultatem, & potestatem propulsandi violentias, & tollendi oppressiones, à iudicibus Ecclesiasticis factas; itavt dè ea ambigi, nullo pacto, nullóque modo in futurum, & in perpetuum possit; quod Salgadus ipse optimè, & latè comprobat *prima parte, dicti tractatus, cap.* 1. *numero* 16. *&* 18. *&* 19. *& numero* 38. *in fine*, *folio* 13. *& præludio* 1. *&* 2. *& sequentibus*, vbi omnino videndum est.

Sic sane necessitatem, iustitiam, rationem, & 165
iustificationem dictæ facultatis, & potestatis propulsandi

pulſandi violentias, & vi oppreſſis ſuccurrendi, multis iuribus, rationibus, & concludentibua mediis, authoritate etiam quamplurimorum Authorum comprobati, & ſubſiſtere; item ea publica, & communi omnium vtilitate, atque ex vi directiua rationia in bonum commune: imò ob expreſſam Romanorum Pontificum approbationem, & plures Rotæ Romanæ deciſiones, ex quibus non modò poſſunt, ſed etiam tenentur Reges noſtri, ſubditos, & vaſſallos tueri, atque liberare à violentiis illaris à iudicibus Eccleſiaſticis, dum appellationibus non deferunt; quo in placito ſecurè, & firmiſſimè remanent omnes ferè Authores, qui hactenus hac de re tractatum ſuſceperunt, & qui ab ipſo Salgado cumulantur, & recenſentur, *part. 2. dicto cap. 1. num. 16. fol.* 10. vt & prædicta comprobet, & Reges Hiſpaniæ dictum ius habere, tam inter Clericos, quàm inter laicos; refert itaque Authores ſequeotes, ſic tenentes, & iuribus, & rationibus, ampliſſimè exornantes; Auſteriom inquam, Carol. de Graſſis, Rebuf. Montalu. Nauarrum, Auendañum, Caſtillo, Auiles, Villalob. Cacheranum, Salzedum, Bernard. Diaa, Gregor. Lopex, Humadam, D. Paz, Viualdum, Olanum, Meaiam, Ioann. Garciam, Seguram, Didac. Couatr. Ioann. Gutierrez, Bobadillam, Axeuedum, Cenedum, Axiam, Olibanum, Seſe, Didac. Perez, Fuluium Pacianum, Simancas, Fontanellam, Henriq. Morlam, Hieron. Ilam, Torre-Blancam, Franchis, Carolum de Graſſis, Carol. de Tapia, & Hieronym. de Cauallos, & is quidem, *4. parte commun. contra commun. quæſtione* 897. *ex num.* 105. *vſque ad num.* 147. *fol.* 68 pluribus rationibus, dictam Regaliam, & poteſtatem Regibus competentem comprobat, atque iuſtificat; pluribus etiam iuribus, tam Canonici, quàm Cæſarei iuria; necnon, & Regij huius Regni, ea *num.* 185. *vſque ad numer.* 522. *ex fol.* 76. & poſtmodùm in tractatu pleno, quem *tom.* 5. de hac materia confecit: Salgadua quoque, *dicta 1. part. dict. cap. 1. præludio 3. ex num. 79. vſque ad numerum* 180. *ex folio* 54. longa ſerie, & decem & quatuor fundamentis adductis fortiſſimè concluſiones prædictas tuetur, & comprobat: & *eodem præludio 3. num.* 169. *fol.* 33. cumulat etiam permultos Aothores, qui ſecurè etiam, & conſtanter firmarunt, dictum ius Regale propulſandi violentias, & defenſionem ſubditorum, iuri omni conſonam, & conuenientem eſſe; & ita obſeruaſſe Portoles *in ſcholiis ad Molinum*, Nauarrum, Didac. Perez, Henr. D. Paa, Morlam, Salzedom, Axiam, Hieronym. Ilam, Carol. Graſſis, Afflict. Anton. Scap. Ioann. Gutier. Ioan. Garciam, Couarr. Azeuedum, Cacheran. Menochiom, Seſe, Cenedom, Ioaon. Seguram Daualos, & alios, *ibi* commemoratos. Idem etiam nouiſſimè omnium tuetur D. Franciſc. Hieronym. Leo, *ibi* non relatus, *deciſione 5. Regia Audientiæ Valentinæ, ex fol.* 18. vbi quod recurſus admittitur in Regia Audientia à iudicibus Eccleſiaſticis opprimentibus, vel vim inferentibus iudicibus Eccleſiaſticis, quibus mandatur, ne violentias faciant; & hoc de iure procedere, & praxi receptum eſſe, nedum in Hiſpania, ſed etiam in multis aliis partibus. Et plura fundamenta in huius rei comprobationem expendit; citat etiam Theſaurum, Mynſingerum, Ludou. Pegueram, Guid. Pap. Franciſc. Marcum, Boërium, Guil. Benedictum, & alios, qui in aliis Regnis, & Prouinciis idem ſeruari teſtantur.

166 Secundo loco obſeruandum eſt, dictam facultatem, & poteſtatem propulſandi violentias, & tollendi appreſſiones, à iudicibus Eccleſiaſticia factas, Regibus, & eorum Regiis prætoriis, nón iuriſdictionaliter competere, aut in modum ordinariæ, vel cuiuſlibet iuriſdictionis, nec vt cauſam definiant, aut de meritis eius quoquomodo cognoſcant; id enim ad eos non pertinet; ſed per modum extraordinariæ cognitionis, vt vim, & violentiam repellant, & appellationi iuſtæ deferendum eſſe, & deferri debere, inſtent. Vnde Senatus Regij, in hac cognitione violentiæ, nec directè, ne indirectè iuriſdictionem aliquam habent; nec ordinariam, nec extraordinariam; nec principaliter, nec acceſſoriè; nec cognoſcunt tanquam iudices appellationis, nec habent vllam cognitionem de meritis appellationis, & eius iuſtitiæ; ſed ſine iuriſdictione, Regis perſonam repræſentantes, per modum extraordinariæ cognitionis procedunt, vt diſcutiant, & inquirant duntaxat, an à iudice Eccleſiaſtico, vis illata fuerit, néene; quam ſubditis ſuis inferri, ſiuè Clericis, ſiue ſæcularibus, Reges ſupremi pati non debent; idque Salgadus metipſe, ex ſententia aliorum quamplurimorum, *dicto tractatu de Regia protectione, 1. part dict. cap. 1. præludio 5. ex nu.* 193. *cum multis ſequentibus*, optimè, & verè annotauit, & *per totum præludium*, ſingulariter exornauit, & veriſſimum eſt. Addidit etiam, *num.* 250. quod recurſus violentiæ prædictus, generaliter approbatus eſt; & *num.* 260. quod Rotæ Domini non habent eacommunicatos, recurrentes ad Reges, pro tollenda violentia; ſed tantùm, vbi cum iuriſdictione ſæculares procedere intelligunt, cum qua tamen nec procedere, nec per modum iuriſdictionis aliquid ſtatuere poſſunt: & *num.* 241. quod cognitio violentiæ, vergit in magnam vtilitatem libertatis Eccleſiaſticæ, eiúſque reſpicit fauorem, nec aliquo modo eidem libertati reputatur damnoſa, ſed in totum fauorabilis. Et quod ipſe recurſus ad Regem, & eius Tribunalia, per viam violentiæ, virtualiter eſt approbatus in Bulla Cœnæ Domini; prout *ibidem, num.* 235. nec Bulla ipſa, in ſuis cenſuris comprehendit Reges, nec eorum Tribunalia, prout affirmant plures
Theologi, & Canoniſtæ, quos *ipſo præludio 5. num.* 167
248. recenſet; & *num.* 546. refert Authores vtriuſque iuris, & Sacræ Theologiæ, defenſores huius cognitionis violentiæ, tot per ſecula vſitatæ ab omnibus Chriſtianæ Religionis Principibus. Addit etiam *num.* 328. *eiuſdem præludij quinti*,
quod Pater Azor, qui contra communem ſen- 168
tentiam, & Regaliam Regum ſcripſit, falſo ſuppoſito, atque fundamento adductus fuit, credens, Reges noſtros, & Regia Tribunalia, in hac, vi oppreſſorum cognitione, cum iuriſdictione procedere; cùm contrarium adeo certum, verum, & indubitatum ſit, vt ab eodem Salgado, poſt alios Authores, velut neceſſarium præmiſſum, & omni dubitatione carens, propoſitum fuerit; vt retuli *ſuprà*: & repetit *num.* 543. 244. *&* 245. *ipſius quinti præludij*, dicens, quod poteſtas ſæcularis, ſolum tollit violentias per modum extraiudicialis, & Chriſtianæ defenſionia, non iudicialis; ideo non incurrit cenſuras, nec aduerſatur ſacris Canonibus, quia Regalis poteſtas, in tollenda violentia, non ſe intromittit vt iudex, & cum iuriſdictione, ſed vt canonum, & legis miniſter; vnde Reges ſæculares, nec eorum Conſiliarios, nullus iudex Eccleſiaſticus, nec Summus Pontifex, vt excommunicatos habet, per Bullam Cœnæ Domini, prout *ibi num.* 245. & *num.* 345.

einſdem

eiusdem praludij quinti, firmat ipse Salgadus, Sixtum IV. Romanum Pontificem fuisse consultum super hoc violentia, instante D. Francisco Ximenez, Archiepiscopo Toletano, eamque approbasse, vt alij asserunt Authores, quos *ibi* commemorat.

Et hactenus de secunda obseruatione, de qua etiam vide eundem Salgadum, 1. *part. cap.* 2. *n.* 2. 3. & 4. *folio* 82. vbi singulariter tradit, quod cognitio violentiæ fit extraiudicialiter absque vmbra, & vestigio iurisdictionis, quam nec subiecta materia, nec forma procedendi patiuntur: & quod est nuda potestas, nihil continens iurisdictionale, naturalis defensio, auxilium politicum, œconomica tuitio, permissa facultas, & licita vis, charitatiua protectio, propugnaculum violentiæ, asylum vi oppressorum, tutus accessus, legitimus recursus, vis protectiua, & propulsiua, qua vis iniusta iustè repellitur, & à Principe propulsatur. Et admonet *num.* 9. quod Senatus in tollenda vi, eo vsque interponat suam authoritatem duntaxat, quantum ad id sufficiat; aliàs si ad non necesse se entendat, non facit sine scrupulo censurarum. Et *numer.* 10. quod recursus Regij fundamentum est, vim tollere per viam extra iudicialis defensionis, adhibita aliqua non iudiciali cognitione; & quod tunc censurarum incursus euitatur. Et *num.* 13. & 14. repetit iterum, quòd plures Rotæ decisiones extant, quibus recursus ad Regem, legitimus dicetur, ad finem propulsandi vim extraiudicialiter: secus, si debitus, & solitus excedatur modus, tunc namque, Bullæ in Cœna Domini, censuras incurri, per excessum legitimæ defensionis, eædem Rotæ decisiones probarunt; quod rectè, & verè adnotatur, & latius *ibi* videri poterit. Et *n.* 59. 60. & 61. *fol* 86. vbi rectè etiam, & aliis multis relatis probat, quod iura prohibentia, Clericum recurrere ad iudicia sæcularia, intelliguntur, vt cognoscant de meritis causæ, cum iurisdictione, non tamen pro tollenda violentia extraiudicialiter. Et quod in hoc omnes Doctores, tam Theologi, quam Iuristæ conueniunt; & quod Bulla in Cœna Domini, si maturè perpendatur, nullibi loquitur de parte recurrente pro tollenda violentia, illata à iudice Ecclesiastico, vt illum tueatur.

193 Tertiò obseruandum est, recursum ad Regem & eius Tribunalia suprema, in hac violentiæ, & vi oppressorum materia non concedi, nec admitti per viam appellationis, ita vt à sententia lata à iudice Ecclesiastico, ad regia ipsa Tribunalia appelletur, siue appellari possit; talis enim recursus damnatur, & ita eum, cum aliis Authoribus damnauit, & illo vtentem, meritò excommunicatum reputauit Salgadus, statim referendus. Vnde si tali recursus, per viam appellationis aliquis vteretur, statim Senatores, Regiaque Tribunalia remitterent causam iudici Ecclesiastico, absque violentiæ cognitione. Ad Superiorum ergo iudicis Ecclesiastici, qui in non deferenda appellatione, grauat, & violentiam infert, appellandum est; & per viam tantùm extraiudicialis cognitionis recursus datur ad Regum eiusque Tribunalia, pro tollenda duntaxat violentia, parti illata, & hæc, & alia doctè, & rectè considerauit, atque resolui Salgadus, *praludio quinto dicta partis prima, num.* 266. & 267. *fol.* 59. vbi declarauit Rotæ Romanæ decisionem, quatenus dixit, recurrentem ad Iudicem laicum, esse excommunicatum per Bullam Cœnæ, quam referunt Sese, & Farinacius, loqui, & procedere, quando Tribunal sæculare procedit in tollenda vi, per viam, & ordinem iudicialem: insuper, in casu illius decisionis non fuisse interpositam appellationem ad Papam, aut Iudicem Ecclesiasticum, sed ad ipsum Iudicem laicum, vt hac via tolleret violentiam, quod fieri non potuit, vt dictum est; & latiùs, *ibi*.

Quarto obseruandum est Interpretes om- 170
nes hactenus scribentes, quid de materia hac propulsandæ violentiæ egerunt, vnanimiter admisisse, atque probasse, vim, & violentiam facere iudicem Ecclesiasticum, non deferentem appellationi legitimæ, & ea non obstante, ad executionem procedentem; & ita constat ex omnibus illis, quos in vnum congessit Salgadus, *dicto tractatu, prima parte, capite primo*, *n.* 16. & *suprà* ego metipse retuli: & per *discursum totius praludij* 2. & 1. & 5. *capitis* 1. vbi quamplurimos etiam cumulauit Author metipse, & *praludio* 4. *per totum, folio* 42. & 43. vbi etiam *numer.* 189. citat Guidon. Rebuffum, Masuerium, Lancelot. Corrad. Boërium, Lancelotum, Robertum, Scacciam, Farinacium, Clodium de Seysello, Sese, Ceuallos, & alios, vt prædictam conclusionem comprobet, quod Iudex vim facit, non deferens appellationi legitimæ; & expendit textum singularem, *l. lege Iulia, ff. de vi publica*, vbi id expressè probatur: & *in l.* 4. *tit.* 10. *p.* 7. & notauit quoque cum aliis Ceuallos, *de cognitione per viam violentia, glos.* 6. *sub n.* 9. & decisio 2. Valentiæ, *suprà* relata comprobauit.

Quintò obseruandum est, Regum officium 171
proprium esse vi oppressos liberare, & facere iudicium, atque iustitiam; sicuti scribitur *in cap. Regum officium* 23. *quæstione* 5. ex quo manifestè deprehenditur, quod Reges in casu violentiæ præstant auxilium vi oppressis; & sicut laici, ita & personæ Ecclesiasticæ comprehenduntur: quod Hieronymus Ceuallos non malè annotauit, 4. *parte commun. contra commun. quæstione* 897. *numero* 183. 184. & 185. *folio* 76. & *numeris sequentibus*, alia iura ponderat, ex quibus id ipsum, quod ex textu *in dicto cap. Regum officium*, comprobatur: Salgadus quoque, *prima parte, cap. primo, praludio primo, ex numero* 41. *cum sequentibus, folio* 14. & 15. & *numero* 44. & 45. citat quamplu-
rimos Authores dicentes, quòd Reges, & Prin- 172
cipes supremi tenentur protegere, ac defendere subditos à violentiis, & ad conseruationem pacis, & tranquillitatis Reipublicæ Christianæ, & tollere violentias, & oppressiones; & addit, quòd regimen à Deo Reges non simpliciter acceperunt, sed cum qualitate vi oppressorum protectionis, naturaliter illi annexa, & indiuisibili: & quod hæc potestas tollendi violentias, & protectio vi oppressorum, à Deo est deriuata, & in Reges gradatim transfusa; & quod Reges in temporalibus, Vicarij Christi electi fuere, vt in pace vasallos à violentiis defendant: & hæc, & alia tradit *dicto praludio primo capitis primi*; & repetit *capit.* 2. *eiusdem partis prima, ex numero* 26. *vsque ad numerum* 34. *folio* 84. vbi etiam ponderat textum *in dicto c. Regum*, & *in d. l.* 36. *noua collect. Reg.* & iterum repetit, ita propriom Regũ officiom esse, vi oppressoa liberare, & defendere, vt sit attributum naturale, inhærens visceribus regiminis, & qualitas infixa ossibus, & substantiæ diadematis, à quo inseparabilis est & indiuisibilis, itavt protectio, & regimen, vnum & idem iudicetur indissolubile, quod à Rege tolli non potest, nec à regimine separari,

recedendum. In quo quidem manifestè decipitur, nec ea perpendit, atque considerat, ex quibus dicta naturalis defensio, & protectio, potestásque propulsandi vim, & violentiam, à iudicibus Ecclesiasticis illatam, dũ appellationi legitimæ non deferunt, adeò iustificatur, & ratione iuris naturalis, iure etiam diuino, & sacrorum Canonum constitutionibus munitur, vt ab ea recedi, siue de eius veritate dubitari, nullo modo, nullóq; pacto possit. Affert etiam distinctionem quandam ipse Diana, putans, tunc aliquẽ, cui violentia infertur, possea dire iudicem laicum, quando ad talem vim reprimendã, iudex Ecclesiasticus non adesset; seu, si adesset, nollet reprimere; & citat Episcopum Antuerpiensem, Ioannem Malderum, & Portales, ita tenentes, prout ibi videri potest, *in versiculo, sed ego in controuersia tam graui*, si verò, neque sit locus appellationi, vel illa non recipiatur, & Superior, ad quem posset recurrere, longè distaret; ita quod non posset illum adire, instante grauamine, vel etiam cæpto, & sic iniustè illato, arbitrio boni viri, & tunc credit, posse Religiosum, vel Clericum recurrere ad Principem sæcularem, qualis est Rex, non tanquam appellantem ad iudicem competentem; sed solum, vt sibi succurrat in illo grauamine iniusto, tollendo vim sibi factam.

Et hactenus distinctio, cogitatio, aut concordia Dianæ, quæ tamen, ex eisdem redditur falsa, & confutari debet, ex quibus Barbosæ indistincta opinio contra cõmunem, improbata, atque confutata fuit *suprà*, cùm etiam, si Superior iudicis Ecclesiastici, qui in non deferendo appellationi vim, & violentiam infert, facilè posset adiri, nullo modo, nullóque iure sit adeundus, nec adiri possit; vtpote, cum causæ principalis, & sententiæ latæ cognitio, & an iusta, vel iniusta sit, ad eum, ex causa appellationis pertineat; non autem pertinere possit aliquo modo articulus protectionis, & nudæ defensionis, vi oppressi; & eius, qui violentiam patitur; cùm defensio ea, & protectio vi oppressorum, ad Reges supremos spectet, nec ad Ecclesiasticos iudices vonquam pertinuerit, nec verè pertineat; qnod est verissimum, & certissimum, vt antea dixi; & vltra relatos supra, tenuit etiam D. Fran. Alfar. *de officio Fiscalis, & de Fiscalibus priuilegiis, glossa 2. n. 14.* dicens, quod Reges nostri, ex antiqua consuetudine approbata, & obseruata, cognoscunt de violentiis, quæ fiunt per Prælatos Ecclesiasticos, etiam in causis Ecclesiasticis;
181 & allegat Gregorium Lopez, Couarr. & Nauarrum, ita tenentes, & eum retulit Ceuallos *4. parte, q. 897. n. 367. folio* 108. vbi *ex numer. 101. folio 68. cum pluribus sequentib.* rectè obseruat, non esse contra iurisdictionem Ecclesiasticam, nec contra libertatem Ecclesiæ, vt Reges nostri Hispaniæ, & sui grauissimi Auditores, dictam cognitionem extraiudicialem, pro defensione, & protectione naturali subditorum obtineat; eámque fortiter iustificeat, *vsque ad numerum* 124. vbi videri potest.

Et hactenus de prædicta Regalia protectionis Regiæ, & de nouissimus Antonini Dianæ obseruationibus, qui *ibidem, resolutione* 14. conatur satisfacere, & responsum præbere textui, *in d. cap. filiis, vel nepotibus* 17. *quæst.* 7. eidem tamen non concludenter satisfacit; & quamuis concludeo responsum præstaret, adhuc communis opinio, in tuto maneret ex aliis pluribus iuribus, & rationibus ponderatis *suprà*, quæ euidentissimam, & certissimam reddunt communem ipsam opinionem.

Antonini tamen eiusdem Dianæ scripta, & resolutiones morales, vtiles, & necessarias esse, & singulari eruditione, Authorúmque lectura editas, fatemur libenter.

Ex eisdem etiam hactenus scriptis, atque adnotatis infertur ad iustificationem praxis, & obseruantiæ communis huius Regni, iuxta quam Regis Hispaniæ Prætoria & Senatus Regij, & maximè in Consilio Regio Castellæ supremo, solent ad instantiam, & petitionem Fiscalis vel partis grauatæ, brachio Regio retinere literas Apostolicas, Bullas, & executoriales, ante ipsarum executionem, vt ex iis, & Fiscalis, aut partis allegatione constet, an literæ ipsæ sint expeditæ contra decreta Conciliorum, aduersus leges Regias, & Romanorum Pontificum concessiones, & falsis precibus, vel importunis suggestionibus, aut in præiudicium alicuius tertij, aut subreptione, aliisve mediis similibus: & in effectum, an aliquid sacris Canonibus, legibus Regiis, & voluntati ipsi eorundem Romanorum Pontificum, si rectè informati fuissent, contineant, vt tunc Sedi Apostolicæ rescribendum sit, & voluntas certa Romani Pontificis expectanda, de veritate bene informati; idque de iure fieri posse, absque iniuria, grauamine, & præiudicio Ecclesiasticæ libertatis, & salua reuerentia Sedis Apostolicæ; quia contenditur, Romanum Pontificem male informatum fuisse, nec intendisse derogare suis rescriptis, Bullis, aut concessionibus, aut legibus huius Regni, *in noua legum collectione* scriptis; & id intenditur, vel litteræ ipsæ, aut Bullæ reuideantur in Consilio, vt de rebus gestis, & veritate Romanus Pontifex informetur; atque ita, Romani Pontificis potestas nunquam negatur, nec de ea ambigitur, aut vllo modo inquiritur, siue dubitatur, sed de voluntate duntaxat, iustè, & iuridicè, dubiom proponitur, & executio suspenditur, donec fideliter, plenè, & meliùs informatus, quod sibi æquum, & iuris, sacrorúmque Canonum rationi, ac legum Regiarum huius Regni magis conueniens, & rationabile sibi videatur, rescribat; cum semper præsumendum sit, ac præsumi debeat, quòd nunquam habuerit volontatem præiudicandi, aut derogandi iuri tertij, aut dictis legibus Regiis; & quamuis expressè derogare possit iuri Patronatus laicorum, id in dubio non præsumimus, nec præsumi debet, sed in dubio, contrarium credendum est, & eum non habuisse voluntatem derogandi, nec præiudicandi, aut auferendi ius alteri competens: itaque Regis nostri, & consilij eius Supremi, aliorúmque Senatuum intentum, & finis in retentione Bullarum, & litterarum Apostolicarum quarumcunque, non est, impedire iurisdictionem, siue per viam iurisdictionis alicuius procedere, sed duntaxat, vt iura, & leges seruentur, & partis læsæ, aut grauatæ iura protegere medio prædicto, æquo non modo, sed etiam omnino iuridico, vt Romanus Pontifex, verè, & fideliter consultus, & de omnibus informatus, respondeat, disponat, iubeat, atque decernat, quod sibi magis placuerit, & æquum, atque iuridicum videbitur: & ad hæc in summa redeuntur ea, quæ post Didac. Couarr. Rebuffum, & quamplures alios Authores, annotauit, atque scripsit Hieron. Ceuallos, *4. parte commun. contra commun. quæstione 897. ex numero* 292. *cum sequentibus, folio* 92. atque *ex numero 307. vsque ad numerum* 338. vbi videri poterit; & *numero* 337. quinque præcipuas rationes adducit, ex quibus retentio ipsa Bullarum defenditur, atque iustificatur; & concludit, quod retentione ea non intenditur

intenditur vsurpatio iudicij Ecclesiasticarum rerum, aut viros idoneos, authoritate Apostolica prouisos, impedire, quoad beneficiorum assequutionem, aut super eorum idoneitate iudicium sumere; sed prouidere, quid magis conueniat ad statum Ecclesiasticum, & quietem Reipublicæ, vt Didac. Couarr. & Olibanus, ab eodem Ceuallos relati, *num.* 195. aduertunt, seu quod prouisiones, pro retentione Bullarum, & litterarum, dantur per modum Regiæ & Christianæ defensionis, & non per viam iurisdictionis alicuius, aut ordinariæ, vel extraordinariæ cognitionis: & aliqua ex his repetit ipse Ceuallos, *in prologo tom. 5. de cognitione per viam violentiæ, num.* 157. *& glos. 8. num.* 33. & latiùs *glos. 6. num.* 61. *fol.* 73. & in eodem placito, & iustificatione dictæ retentionis remanent, Guil. Bened. Nauarrus, Simaneas, Couarr. Auend. Rodriguez, Portales, & Cenedus, quos refert Bobadilla in Politica, *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 108 *litera E. pag.* 939. qui litera *A. pag.* 940. *in principio*, alios cumular, & referr D. Guerrero, Rojas, Cenedum, & Viuald. notasse, quòd Reipublicæ Christianæ optimum esset, si Principes sæculares obtinerent priuilegium à Sede Apostolica, vt litteræ citationis, & aliæ Bullæ obtentæ à Romano Pontifice, antequam executioni mandarentur, examinarentur in Regiis Tribunalibus; & ipse Bobadilla, doctè, & singulariter, eandem praxim Hispaniæ amplectitur, *dicto num.* 108. *caso ciento y tres*, vbi vide omnino: amplectuntur etiam Sese, *de inhibition. cap* 8. §. 3. *num.* 83. *&* 88. Cenedus videndus *in quæst. Canonicis, quæst.* 45. *num.* 21. *& sequentibus*, Malderus etiam *in* 2. 2. *qu.* 1. *art.* 10. *dub.* 8. *in fine*, vbi sic scribit: *Non videtur improbabile, quod Couarr. practic. quæst. cap.* 35. *accuratè tradidit, ex Papæ consensu, præscriptione, vsu immemoriali, & euidenti spiritualis Regiminis vtilitate, tribunalia Regia in quibusdam Regnis, rectè ita practicare, vt sine sua permissione, & consensu nequeant quædam Apostolica mandata, executioni mandare.* Eandem etiam praxim probarunt Curia Philippica, *part.* 1. §. 5. *num.* 5. Ioannes de la Cruz, *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 6. *art.* 2. *dub.* 2. *conclus.* 1. Enriquez, *lib* 4. *cap.* 12. *num.* 6. *in glossa, litera Q.* Iacob. de Graffiis, *in decision. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 150. Rodriguez, *in addit. ad* §. 9. *Bullæ Cruciatæ, folio* 159. vbi sic scribit: *Dudase mas, si los Reyes, Principes, y Oydores de los Consejos Reales, deteniendo las letras Apostolicas, quedan descomulgados por la Bula de la Cena? y respondo que no, porque el Iuez Ecclesiastico no los tiene por descomulgados, ni su Santidad sabiendo lo que hazen de ordinario, los declara por tales, ni el pueblo Christiano los euita.* Hieronymus denique Llamas, *in instruct. confessor. part.* 1. *cap.* 7. §. 19. sic inquit: *Est aduertendum, quod ab immemoriali, Reges Hispaniæ examinant litteras Apostolicas, sic gratiæ, sicut iustitiæ, cum omni reuerentia, & subiectione solùm, ne dolosè susceptæ sint, vel furtiuè & subreptitiè; & hoc cedit in obsequium Apostolicæ Sedis: & si ij limites non excedunter, hoc non damnant Summi Pontifices, neque censuris vetant; secus si malitiosè, & cauillosè id fiat, in fauorem vnius, & damnum alterius.*

183 Post hæc scripta, inuenio, Par. Antonin. Dianam, *resolution. moral. tract. de immunitate Ecclesiastica, resolut.* 12. *per totam*, excitato dubio illo, an ministri Regij possint detinere in Cancellariis Bullas Apostolicas, ad examinandum, & executioni mandandum? primo loco retulisse opinionem, & praxim communem, quam tuemur; & cumulasse Authores nonnullos, ex relatis *suprà* ac maximè Theologos nunc citatos; postmodum verò, *ex versiculo, Sed his non obstantibus*, resolutiuè tenuisse contrarium, & dixisse, quod Theologi communiter docent, nullo modo sustineri posse vsum retinendi, & examinandi literas Apostolicas per laicam potestatem; & quod hanc secundam opinionem tenent Filliucius, Reginald. Azor, Alterius, Acosta, Bonacina, Pesantius, Duardus, & Souza, quos *ibi* refert; & addit, quòd Zerolæ, qui communem opinionem, & praxim huius Regni probauit in margine, fuit improbatus; & concludit probari ex verbis Bullæ in Cœna Domini, *ibi* ponderatis; quæ verè in terminis propositis, & ad effectum prædictum non vrgent; & inquit etiam, quòd Theologi relati non negant, literas Apostolicas recognosci quidem posse, & discuti, cùm dubitatur de earum subreptione, aut falsitate; sed hoc ad Ecclesiasticum iudicem pertinere, & non ad secularem; atque ita, quod hæc causa discuti debet apud Archiepiscopos, Episcopos, & Nuntios Apostolicos, & non apud seculares Magistratus, qui iuris, & potestatis Ecclesiasticæ incapaces sunt; & hactenus P. Anton. Diana, qui, & Theologi etiam ab eo relati, si originaliter Didac. Couar. Bobadillam, & alios relatos suprà legissent, eorúmque verba, & rationes, attentè perpendissent, finémque, & intentum retentionis, adeò Reipublicæ Christianæ, & omnibus vtilem, & fauorabilem, & omnino necessarium, experientia, & casuum, qui hactenus occurrerunt, necessitate assequuti fuissent, siue casuum eorundem circunstantias vidissent, forsan eandem praxim, & obseruantiam communem probassent, nec ab ea, ita facilè, & non concludentibus excitati fundamentis, non recessissent; cum verè fundamentum illud præcipuum, quòd Regia tribunalia Hispaniæ, & sic sæculares Magistratus, iuris, iurisdictionis, & potestatis Ecclesiasticæ incapaces sint, nec expendi ab eis debuisset, nec aliquid vrgeat, cum semper fateamur, & vt certissimum supponamus, per modum iuris, iurisdictionis cuiuslibet, aut potestatis, prædictam detentionem non fieri; nec vnquam excogitatum, eadem detentione, aliquid iurisdictionis, aut potestatis Ecclesiasticæ vsurpari; tribunalia itaque Regia, & supremum Castellæ Consilium, iurisdictionis, aut potestatis Ecclesiasticæ terminos non attingunt, nec in aliquo illi, aliquo modo detrahunt, sed ad effectum, & finem repetitum *suprà*, detentione ipsa vtuntur.

Id autem iure ipso Pontificio, atque ex eisdem Romanorum Pontificum decisionibus, & sacris Canonibus fieri posse, & licitum esse, adeóque conueniens, vt ostensum fuit *suprà*, ostenditur, etiam ex iuribus nonnullis, quæ vrgentissimè ponderari possunt; ac Primo per text. *in cap.* 2. *de rescriptis*, quo cauetur in rescriptis semper subintelligi, & pro expressa habendã esse clausulam illam, *si preces veritate nitantur*, & quod ex mente concedentis semper censetur apposita, licèt non exprimatur clausula huiusmodi, vel conditio; id est, *si ita fuerit*, vel *si vera sint, quæ in precibus, seu petitione referuntur*: quam conclusionem exornant Hippol. Didac. Per. Lancel. Menoch. Mascard. Natta, Gonçal, Trentacinq. Phæb. Marchesan. Campan. Axeued. Vitalis Reginal. Surd. Ioan. Gutier. & Cabed. & eos referens August. Barbos. *in collectanea ad Decretales in d. cap.* 2. *n.* 8. *&* 9. *fol.* 32. dicens, cum eisdem Authoribus, quod id procedit in qualibet gratia, & in rescripto etiam 184

vt causæ clericorum, super eorum rebus, & temporalibus, & spiritualibus, ad sæcularia iudicia non trahantur. Imò, & cum hæc cognitio per viam violentiæ, procedat contra iura, illi resistentia, iam in Principe, & eius Senatoribus, necessario datur mala fides, vnde laicus possidens spiritualia, semper præsumitur esse in mala fide, sed consuetudo immemorialis non habet iuris effectum, nec locum habet, vbi datur mala fides; prout vnum, & alterum, & superiora omnia, *ibi* comprobat; ergo huiusmodi consuetudo propulsandi vim, procedere non potest.

Quinto, arguit ipse Salgadus, *n.35.* quia huiusmodi consuetudo, nimis est præiudicialis statui Ecclesiastico, & contra libertatem Ecclesiæ; atque ita, iure reprobata; quia cùm exemptio clericorum sit de iure diuino, saltem in spiritualibus, nulla potest consuetudine tolli: quod comprobat, & latiùs exornat *ibi*.

Sextò, quia vbi datur in præscribente incapacitas, etiam consuetudo immemorialis non suffragatur; quia laicus non potest se intromittere in spiritualibus, & eis annexis, nisi aut de licentia Papæ, aut in casibus à iure expressis; ergo cùm in Principe sæculari detur incapacitas, non procedet consuetudo, etiam immemorialis.

Septimò arguit, quia lex, consuetudo, & statutum regulatur à potestate inducentis consuetudinem; sed laici non possunt inducere legem, aut consuetudinem contra Clericos, ex defectu iurisdictionis, & potestatis; ergo cùm huiusmodi consuetudo cognoscendi per viam violentiæ, inter Ecclesiasticos sit inducta à laicorum Rege, & eorum Iudicibus, & Tribunalibus, videtur quòd valere non debeat, lege resistente, ex defectu potestatis, cùm talis consuetudo sit merè ciuilis, quæ clericos non potest ad eius obseruantiam adstringere, prout *ibi* comprobat Salgadus *num.* 17.

Octauò & vltimò, inquit facere, quoniam si aliqua ratione, hæc immemorialis consuetudo potest sustineri in re, sui naturâ prohibita; maximè, quia à iure inducitur, ac etiam facit præsumere, præcessisse priuilegium, & Principem illud concessisse; sed priuilegium sponte concessum à Principe, reuocari potest; ergo reuocatum intelligitur per Bullam in Cœna Domini, prout in ipsa Bulla, *casu* 15. ibi: *Aut prætextu cuiuslibet consuetudinis, aut priuilegij*.

Et hactenus Salgadi argumenta, *dicto cap. primo, primæ partis, ex numero* 28. *vsque ad* 38, *ex folio* 11.

178 Augustinus autem Barbosa, *in dicta cap. Ecclesia Sancta Maria, de constitut. ex numero* 7. *vsque ad numerum* 58. *folio* 13. cum nonnulla ex prædictis fundamentis, à Salgado excitatis, ponderasset, & in indiuiduo mouisset dubium prædictum, vtrum recursus ad Regios Auditores, & Consiliarios detur his, qui à iudicibus Ecclesiasticis, vi, & censuris opprimi conqueruntur, vt eos compellant, ab ea vi inferenda cessare; & pro vna, & altera parte, fundamenta in medium protulisset; tandem concludit, quod prædicta omnium Tribunalium, & Senatuum Supremorum praxis, & antiqua obseruatio (quam constantissimè defendimus, & verissimam semper, inrique omni, rationi, & bono publico admodùm conuenientem reputamus) omni ratione destituitur, sactisque Canonibus aduersatur, & quod contraria opinio verior est, & omninò tenenda, quòd scilicet dictus recursus non detur ad Regia Tribunalia, pro vi, & violentia iudicum Ecclesiasticorum, qui appellationi legitimæ non deferunt. Motiua autem, & argumenta eiusdem Barbosæ, quæ magis vrgent, ad ea principaliter reducuntur, quæ ex Salgado suprà retuli; vnde si Salgadus metipse, concludenter eisdem responderit, elidentur quidem ita, vt à communi, & recepta hucusque sententia, non modò recedi nullo modo valeat, sed neque id excogitari, aut tentari valeat, prout verè tentari non potest.

Salgadus ergo, *prima parte dicti tractatus, præludio* 5. *ex numero* 221. *fol.* 53. vsque adeò concludenter omnibus satisfacit, responsúmque præbet, vt fundamenta communis sententiæ, suam omnem vim, & firmitatem semper retineant; & contraria omnino elidantur, atque euanescant. In primis itaque, ad textum Concilij Tridentini, quem pro se adducit Barbosa, concludenter respondet Salgadus, *dicta præludio* 5. *ex numero* 221. *vsque ad numerum* 233. *folio* 23. & 24. vbi videri potest, atque ex ipsis *ibi* notatis deducitur etiam, dictam praxim, & consuetudinem propulsandi violentias, & vi oppressis succurrendi, sacris Canonibus non aduersari; imò illis potius, iurique naturali, & diuino conuenire, cùm potestas ea à Deo deriuata, & in Reges gradatim translata fuerit, prout antea diximus: & *præludio primo, capitis primi, eiusdem partis, prima*, latiùs Salgadus comprobauit. Item ex traditis ab eo, *præludio* 2. & *sequentibus*, continentur solutiones, quas Barbosa tradit, *in d. cap. Ecclesia Sancta Maria, numero decimoquinto, & decimosexto*, ad text. *in cap. filius, vel nepotibus*, 16. *quæstione* 7. & *in d. cap. Regum*, 23. *quæstione* 5. Dum autem respondet ad motiuum immemorialis præscriptionis Hispaniæ, & aliarum Prouinciarum, seu Regnorum, ex *numero* 17. *vsque ad numerum* 28 in his omnibus, quæ *ibidem* notauit, conuincitur euidentissimè, ex traditis per eundem Salgadum, *præludio tertio, dicti cap. primi per totum*, & maximè *ex numero* 120. *cum pluribus sequentibus, ex folio* 33. vbi agit de vi, & efficacia immemorialis consuetudinis Hispaniæ, quam *dicta lex Regia* 36. enuntiat; & ita fortiter eam corroborat, vt destruat omnino fundamenta, & solutiones Barbosæ. Item ex his, quæ tradit ipse Salgadus, *præludio* 5. *ex numero* 232. *vsque ad numerum* 354. vt respondeat motiuo contrariæ opinionis, quod ponderauerat *prima parte, capitis primi, numero* 30. ibidem namque ostendit, non modò Bullam in Cœna Domini non obstare aliquo modo, siue dictum recursum ad Regia tribunalia impedire; imò potiùs, intentum nostrum iuuare, & consuetudinem ipsam immemorialem coadiuuare, prout *ibidem* videri poterit, & per *totum præludium quintum*. Ex traditis etiam *ipso præludio, ex numero* 254. *folio* 58. *vsque ad numerum* 299. vt Rotæ decisionibus, quæ pro contraria parte expendi solent, satisfaceret; vbi notanter quidam satisfacit, & multa considerat, ex quibus Barbosæ intentum, & eius argumenta, seu motiua euanescunt omninò, nec aliquam vim habent; prout etiam vanæ remanent omnes solutiones, quas ad fundamenta receptæ, & communis opinionis considerat.

Ad aliud etiam, & vnum ex præcipuis fundamentis eiusdem Barbosæ, specificè respondet ipse Salgadus, *eodem præludio quinto, capitis primi, numero* 199. & *duobus sequentibus, folio* 67. vbi dicit

etiam Regis, & apposita semper censetur ex consuetudine, licèt omissa fuerit: id ergo Regia Tribunalia in detentione Bullarum contendunt, certò scilicet scire, an Bullæ ipsæ, aut literæ, quæ retinentur, veritate nitantur; an Romanus Pontifex, de veritate plenè instructus, & informatus, ita rescripserit, atque decreuerit, qui verè informatus forsan ita non concessisset.

Deinde, & secundò probatur eadem praxis, & communis resolutio per text. *in cap. super literis* 20. *cap. postulasti* 27. *de rescriptis, cap. si motu proprio, de præbendis, lib. 6. cap. fin. de filiis presbyteror. lib. 6.* Ex quibus deduci, & notari solet communiter, quòd rescripta gratiæ, & iustitiæ, ex vitio subreptionis, vel obreptionis vitiantur; & iure ipso expressum cautùmque esse, vt si vitiosa sint non impleantur, nec executioni mandentur, & materiam; atque decisionem dictorum iurium exornarunt, atque enuclearunt Menoch. Didac. Per. Trentacinq. Flami. Valas. Tusch. Thom. Sanch. Baptist. Leonel. Gail, Græuæus, Gonçal. Azeued. & Ioann. Garc. eósque referens August. Barbosa *in dict. cap. super litteris, n. 6. 7. & 8. folio* 50. & egomet ipse notaui *in commentariis tomi 3. c. 18. n. 7. folio* 424. Addo nunc Hippol. Riminal. *in cons. 22. n. 6. & trib. seq. lib. 1. & in cons. 355. ex n. 27. & n. 13. & duob. seq. & n. 89 & seq. lib. 4. & in cons 372 eodem lib. 4* Ioann. Gutierr. *Canonic. lib. 2. q. 15* Ioan. Garciam, *de nobilitate, glos. 1. §. 1. ex n. 72*, Velasq. Auendañ. *de censibus, c 63*. Per. Surd. *cons. 333. lib. 1*. Layman, *tract. 4. de legib q. 22 ex folio 90. vsque ad fol. 96.* Id quoque contendunt Tribunalia Regia, & maximè consilium Regium Supremum Castellæ, an scilicet per obreptionem, aut subreptionem literæ, aut Bullæ impetratæ sint, & cum Fiscalis Regius, aut persona grauata instat, necessariò expectanda videtur Romani Pontificis voluntas, vt plenè; & de veritate, absque vitio aliquo subreptionis, vel obreptionis informatus, ita expressè iubeat, atque decernat id, quod fieri debeat, & voluntatem suam declaret, vt omnio ipsa exequenda sit.

Tertió probatur, ex text. *in cap si quando 5. de rescriptis*, vbi Romanus ipse Pontifex statuit, vt quãdo Sedis Apostolicæ rescripta, legibus, aut sacris Canonibus, contraria esse videantur, non sint exequenda, sed secunda iussio expectetur; sic sanè Regij Senatus, dum Bullarum executionem suspendunt; non aliud intendunt; quam iura ipsa Canonica, & decisionem eius textus seruare, & secundam expectare iussionem, idvè, quod Romanus Pontifex statuerit: & decisionem text, *in d. cap. si quando*, exornant Didac. Couarr. Roderic. Xuar. Padill. Azeued. Bobabill. Valdes, Iacob. de Graf & Ioan. Baptist. & eos referens August. Barbos. *ibid. n. 1. & quinque seqq. folio* 35. & his iunge Pinel. *1. p. rubrica, C. de rescindenda vendit. c. 2. n. 28. fol.* 28. vbi etiam ponderat text. optimum *in l. 4. C. si contra ius*, Mastrill. *de Magistrati. lib. 3. c. 4. n. 531. fol.* 297. Ceuall. *tom. 4. q. 987. ex n. 350. vsque ad n. 365.* vbi allegat leges nonnullas huius Regni; & ij omnes vnanimiter statuunt, mandatis Principum aliquando non esse obtemperandum, si aliquid insolitum, durum, aut legibus, siue rationi contrarium contineant, sed secundam iussionem expectandam esse.

Quartò probatur ratione illa, quod Romanus Pontifex, & Princeps supremus quicumque, nunquam præsumitur velle iuri tertij præiudicare, aut quoquomodo derogare, vt *in l. 2. §. merito, & §. si quis a Principe ff. ne quid in loco publico*, exornat Menoch. *lib. 2 præsumptione 9. & 10.* Anton. Faber, *diffinit. vlt. ad tit. C. si contra ius*: id ergo contendit etiam Senatus Regius, certò scilicet voluntatem Pontificis scire, an tertio præiudicare voluerit, nec ne; ita vt de potestate quoad ius humanum positiuum nunquam dubitet, sed de voluntate duntaxat, & ob id supersedere, & certam expectare voluntatem, & securiùs, & sacrorum Canonum statutis, rationique omni magis conueniens videtur.

Quintò probatur etiam ex text. *in Authent. de mandatis Principum, §. si quis autem collat. 3.* ibi: *Non autem aliquid agens ex ea, antequam ad nos nuntians, secundam præceptionem nostram suscipias.* Et in Authen. vt nulli iudicium, §. hoc verò, collat. 9. ibi: *Nuntiare verò nobis primum, vt secunda iussia nostra*, & in *l. 29. tit. 18. part. 3. & in l. 1. tit. 14. lib. 4. noua collect. Regia, & in l. 2. eiusdem tit. & in l. 3. & 4.* prout eas ponderat Ceuallos, *vbi suprà, ex n. 351. vsque ad num. 356.*

Denique, & vltimo probatur ex his, quæ Bobadill. *in Politic. to. 1. lib. 2. c. 10. n. 72. & 73. & in glos. littera A. fol.* 488. scripta reliquit, quæ singularia sunt, & mire conueniunt, vt cum de voluntate Principis dubitatur, secũda expectari debeat iussio.

Et hactenus de prædicto articulo, in quo latius, siue ex professo magis, sciens, consultóque non insisto; quoniam plenus; & eruditus tractatus speratur dictæ retentionis Bullarum, vbi cumulatissimè praxis prædicta munitur, atque defenditur, & materia integrè explicatur.

Infertur quoque ex ipsis antea adnotatis, ad explicationem alterius dubij, in quo etiam altercatio, & contentio semper fuit, vtrum scilicet, si Episcopi, & Ecclesiastici iudices, inobedientes sint mandatis Regum, & Supremi Consilij Regij, aliorumque Senatuum, in cognitionibus per viam violentiæ, aut in aliis causis, & prouisionibus, Regiisque decretis, obtemperare noluerint; possint Senatus ipsi Regij eos à Regno expellere, & temporalitatibus priuare? quam quæstionem attingit
in terminis Bobadill. *in Politi. lib. 1. cap. 18. n. 62. fol.* 187
873. vbi in hunc modum scribit: *Caso octauo es, siendo los Obispos, y personas Ecclesiasticas rebeles à los mandatos Reales, ofendiendo al Rey, ò a la Republica, ò a la Real juridicion, ò siendo perniciosos a sus Reynos, y tierras, y condenarles en las temporalidades, aunque no tengan contra ellos juridicion, segun que esta dispuesto por derecho, y muchos Autores.* Et *litera G.* citat in comprobationem plures leges huius Regni: Guil. etiam Bened. Chassan. Auend. Montal. Aul. Couarr. Greg Lop. Iul. Clar. Ioann. Garc. Segur. Salzed. Bern. Diaz, Humad. Mexiam, Azeued. Cened. & alios, ita tenentes, approbantes, atque iustificantes praxim huius Regni, iuxta quam Ecclesiastici aliquando propter inobedientiam expelluntur, & temporalitatibus priuantur. Et hoc esse ius Regale, & Supremum, solis Regibus competens, notauit *ibidem* Bobadill. *n. 63.* & id ipsum notauit, *lib. 2. c. 16. n. 66. fol. 485.* cum enim dixisset, *n. 64 que todos estan obligados a obedecer las prouisiones, cartas, y mandatos Reales; porque la obediencia, y respeto a los Reyes, y Principes, es de derecho diuino, Segun S. Pablo*, d. n. 66. sic scribit: *Y es de aduertir, que esta obediencia a los Reales mandatos liga, y comprehende tanbien a los grandes señores, y titulados, y a las Obispos, y Prelados, y otras personas Ecclesiasticas, quando se les manda comparecer, ò otras cosas permitiuas, por cuya cõtumacia y transgresion puedẽ los dichos Ecclesiasticos ser echados de los Reynos, y
tomarseles sus bienes temporales, como en otro capitulo diximos.* 188

Idem quoque resoluit Hieronym. Ceuallos 4. p. *commu.*

commu contra commu.q.899.n.173. & in *epistola ad Regem nostrum Hispaniæ, n.71.* latiùs *tom.5. de cognitione per viam violentiæ, gloss.6. n.61. & quinque seqq fol.75.* vbi refert Didac. Couarr. Bern. Diaz, & Salzed. eius Additionat. Gasp. Rodrig. Enriq. Sese, Oliuar. Corser. Bobadill. Cened. Menoch. & Humad. ita quoque tenentes; & dicit sic practicari, quidquid Matta contrariū teneat contra Couarr. Auendañum, & alios; & reddit rationem, *n.65.* quia aliàs nullius momenti esset protectio Regis, & defensio naturalis subditorum; argumento *l.2. ff. de iurisd. omni iud. & l. finali, ff. de officio procurator. Cæsar.* eámque repetit, *n.68.* & iterum ipsemet Ceuall. eadem de re egit, *secunda parte, de cognitione per viam violentiæ, q.77. folio 287.* vbi inquirit, virū iudex Ecclesiasticus faciat vim, procedendo per censuras contra iudices Regios, qui expellunt Clericum à Regno, turbantem Regiam iurisdictionem: & *n.1. & 2.* refert sententiam eorum, qui existimarunt, Ecclesiasticos turbantes pacem vniuersalem Reipublicæ temporalis, & Regiam iurisdictionem, posse expelli; & sic iudices Ecclesiasticos facere vim: pro qua sententia citat Boëriū, Chassaneum, Auendañum, Greg. Lopez, Couarr. Humadam, Salçedum, Guil. Bened. Carol. de Grassis, Bellugam, & Curiam Philippicam; statim verò *n.3. & seq.* refert opinionem cōtrariam, imò quod casus iste sit expressus in Bulla in Cœna Domini, quam tenet Nauarr. & Matta. Ipse verò Ceuallos concludit, quod talem distinctionem adhiberet, si casus occurreret, quod si periculum est in mora recurrendi ad Romanum Pontificem, procedat prima opinio; quia quando periculum est in mora, recedimus à regulis iuris communis, *l. de pupillo, § si quis riuos,* vbi Ias. plura exempla adduxit, *ff. de noui oper. nunciat.* si verò, sine aliquo damno, & periculo, potest Pontifex certiorari de seditione, vel rebellione Episcopi, tunc procedat secunda opinio; quam pluribus exemplis comprobauit Camillus Borellus, & in omnibus casibus, nullo modo procedendum est criminaliter contrà personas Clericorum, quando tale scelus perpetrauerunt, sed ad obuiandum illi malo, expellendus est Clericus à Regno, sine damno, & læsione suæ personæ, vel remittendus est ad iudicem Ecclesiasticū, vt eum puniat, & si ipse fuerit particeps delicti, expelli absolutè potest, ne pax Reipublicæ perturbetur, in damnum vniuersi corporis.

189 Hactenus Ceuallos; qui (vt vides) & meum semper tulit iudicium, non contradicit resolutioni traditæ antea, *dicta gloss.6. ex n.63.* nec in illis terminis, quæstionem proponit, quando scilicet Ecclesiastici non obediunt mandatis Regiis, in cognitionibus per viam violentiæ; in eis namque, semper videtur admisisse praxim huius Regni, quod scilicet Ecclesiastici inobedientes expellantur à Regno, & temporalitatibus priuentur: sed cū Clerici perturbant pacem vniuersalem Reipublicæ temporalis; tunc dubitat, non quidem in eo, quod à Regno Ecclesiastici possint expelli, sed in alio, quod scilicet contra personas eorum criminaliter procedatur, vt constat *ibi*; sed ad obuiandū illi malo, expellendus est Clericus à Regno, sine damno, & læsione suæ personæ, vel remittendus est ad iudicem Ecclesiasticum, vt eum puniat. De cognitione ergo criminali, & pœnis delicti, siue de Ecclesiasticis puniendis dubitauit, non autem de expulsione à Regno: sic sanè quoties in causis violentiæ ad Regia prætoria allatis, Ecclesiastici expelli iubentur, de personis eorum, aut de delicto aliquo puniendo non agitur, nec per modum iurisdictionis alicuius proceditur, sed ad protectionem, & defensionem vi oppressorum, quæ omni iure, diuino, & naturali, ad Reges pertinet, concessáque fuit, vt *supra* obseruaui; vnde & concessum censeri debet illud, sine quo dicta protectio, est defensio non haberet effectum. Dum tamen, nec criminaliter procedatur, nec per viam iurisdictionis alicuius, vt dixi, sed dumtaxat, vt eum effectu, vi oppressorum protectio, & defensio naturalis non deficiat, quæ Regibus erga subditos concessa est: in quo præfatæ praxis, & resolutionis communis vera ratio consistit, quam alij non ita exprimunt, nec assignant. Aliud quidem esset, si ob scelus seditionis, aut turbatam pacem, contra Ecclesiasticos, modo aliquo iurisdictionis procedi tentaretur, vel ad punitionem eorum procederetur, quod nec dici, nec excogitari valet. Sic quidem rectè prædicti Authores statuerunt Ecclesiasticos inobedientes mandatis Regiis, in prædicto articulo violentiæ, & aliis, à Regno expelli posse, & temporalitatibus priuari; quod tenuerunt etiam Curia Philip. *p.1. §.5 n.33.* Perei. *de manu Regia, c. 12. n.12.* Azeued. & alij relati *supr.* Callixtus Ramir. *de lege Regia, §.27. n.12.* vbi *litt. G fol.272.* citat Paul. Castr. Guil. Bened. Chassan. Couarr. Iul. Clar. Aued. Auiles, Segur. Mexiam, Cened. Bobadill. Ceuall. Rodrig. Enriq. Peguer. Iacob, Cancer. & Alderan. Mascard. idem tenentes; & verè (vt dixi) si ad rationem prædictam, quam antea considerauí, alij aduertissent, qui contrarium tenuerunt; cùm alias Regia protectio effectum non haberet, nec sortiretur, vnde a praxi, & obseruantia communi recedendum non est, modò magno cum tēperamento id fiat, sicut Bobadill. *lib. 2. d. capit. 18. num. 62.* singulariter aduertit, & statim dicetur.

Nec admittenda est nouissima Antonini Dianæ resolutio (ex sententia tamen aliorum Authorum, quos citat) is enim, *resolut. moral. tract. de immunitat. Ecclesiast. resolut. 17.* securè scribit, quod Principes expellentes Episcopos à suis Diœcesibus, & Consiliarij, id consulentes, incurrunt excommunicationem duodecimam Bullæ in Cœna Domini, & refert, ita tenuisse Megalam, Duardum, Scortiam, Filuciū, Reginaldū, Enriquez, P. Suarez, Sousam, Alterū, Gamba Curtam, Sayrum, Bellettom, Nauarrum, Coroliauum, & Martam; & addit, quod nō valet dicere, Ergo Principes debēt impunè in Regnis suis relinquere Episcopos, & clericos seditiosos, & perturbantes pacem, & Republicam, Quia respondet, quod in similibus casibus Episcopi, & clerici possunt à Summo Pontifice, & à suis Iudicibus reprimi, ac puniri; id iustè poscentes Principes ad bonum publicum. Quod si tanta adesset necessitas quòd clarè, & euidenter periculi esset in mora, tunc (vt notant Pat. Ludouic. Molina, Salas, & Tannerus, *ibi* relati) aduersus Episcopos, & clericos, per modum iustæ defensionis, liceret Principi sæculari id facere, quod recta ratio, ad impediendū damnū Reipublicæ imminens, necessarium esse dictauerit. Et ratio est (vt Diana ipse, *ad finem dicta resolut.* obseruat (quia quando non adest periculum in mora, non habet locum modus iustę defensionis nam conditio necessaria ad iustam defensionem est vt efficiatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, sed quando Princeps potest à Summo Pontifice, vel Prælato Ecclesiastico, defensionem postulare, non inculpatè se defendit; ergo, &c. Et tādem refert distinctionē illam Hieronymi Ceuallos, quam retuli *supra*. Et hactenus de his, que Diana metipse, in proposito adnotauit; qui tamen (vt vides) agnoscit & fatetur, quòd si tāta adesset necessitas, quòd cla- 190

rè,

rè, & euidenter periculum esset in mora aduersus Episcopos,& clericos,per modum iustæ defensionis liceret Principi sæculari id facere,quod recta ratio, ad impediendum damnum, Reipublicæ imminens, necessarium esse dictauerit;sed sic est, protectionem, & defensionem prædictam qua,vi oppressis,in articulo violentiæ fauetur,& per Reges succurritur, & periculum in non succurrendo,adeò euidenter, & manifestè apparet,vt si Reges,eorúmque Tribunalia suprema, modo prædicto expellendi,& priuandi temporalitatibus non vterentur, cum alia via eos coërcere non possint, nec per modum cognitionis, aut iurisdictionis cuiuslibet criminaliter procedere,euidens,& manifestum damnum Reipulicæ immineret;si enim ad Romanum Pontificem,vel Iudices alios Ecclesiasticos recurri deberet,& expectaretur,quod Ecclesiastici ab eis punirentur, aut Sedis Apostolicæ remedium expectandum esset, nunquam in articulis violentiæ,& vis illatæ in non deferendo appellationi,legitimè interpositæ, defensio naturalis prodesset,& spe dilationis futuræ,& defectus naturalis protectionis,& defensionis vassallorum, quæ ad Reges priuatiuè;non ad Superiores eorum,qui vim inferunt, pertinet; frequentissimè Iudices Ecclesiastici sententias suas exequerentur, in magnúmque subditorum omnium,&Reipublicę detrimentum,dum appellationibus non deferunt, & quotidie non deferrent, si scirent aut certi essent,nullo remedio,ipsos posse obstringi, vt deferrent appellationibus legitimè interpositis, ad quod de iure tenentur;semper autem est magnum periculum in mora in casu inobedientiæ Ecclesiasticorum, & modus iustæ defensionis vrget omnino: nec deficit conditio necessaria ad iustam defensionem,imò adest omnino, & fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, cum extraiudicialis duntaxat detur defensio; & si à Romano Pontifice,aut quouis Prælato remedium expectaretur, magnis inconuenientibus, & sumptibus,molestiisque,& vexationibus, ansa, & occasio daretur,& lites ipsæ deferērētur,executiuéque,in casibus iure non permissis,vassalli,iuribus,& rebus suis priuarentur;nec vnquam,aut rarò Ecclesiastici Iudices (vt dixi) appellationibus deferrent Nunquam etiā recursus ad Regia tribunalia, pro vi illata auferenda, effectum sortiretur;& perinde esset, ac si recursus ipse tolleretur,aut prohiberetur,si ad Romanum Pontificem, partes grauatæ,tot sumptibus,& dilationibus accessuræ essent, aut ibi remedium, vel coram iudicibus Ecclesiasticis superioribus præcisè petere deberent: atque ita cessat omninò,atque eliditur ratio illa præcipua,qua adductus,atque excitatus fuit P. Diana,quæ tamen in aliis casibus, & ob scelera,aut crimina grauia, scandalumve imminens,vbi alia via, aliáque forma procedendum esset, obtinere posset vt ad explicationem loci Hieronym. de Ceuallos,*supra* dicebam; in casu enim cognitionis per viam violentiæ,& ad effectum expellendi à Regno,& priuandi temporalitatibus,obtinere non potest;nec etiam in aliis casibus,vbi grauitas causæ ita suaderet, dummodo ad alium actum nō procedatur:communis ergo opinio, & praxis Hispaniæ seruanda videtur; dummodò cautè,& magna cum deliberatione procedatur, nec de facili practicetur, aut executioni mandetur, sed tunc demum cum qualitas, & grauitas causæ, magnaque Ecclesiastici iudicis contumacia, & inobedientia reiterata,publicæque honestatis, & authoritatis Regij Senatus causa,id requirat:quod Bobadilla *in Politica,lib.* 2.*c.*18 *n.*62. *folio* 8-4. m-turè, & doctè aduertit. Cum enim retulisset opinionem communem, & praxim huius Regni, iuxta quam Ecclesiastici expelli, & priuari temporalitatibus possunt,cum inobedientes fuerint Regiis mandatis iustis, vt suprà dicebam,sic statim temperat, atque explicat: *Pero en esto sa deue proceder con mucho tiento, y consideracion, porque como dize Carlos de Grasalis,esta potestad seglar,en este, y otros casos semejantes contra los Eclesiasticos, no es contenciosa, por ser ellos essentos,como lo son della; por derecho diuino,sino es potestad Politica,ò Economica,&c.*

Referetur etiam ad ius Regale, & est supremum, maximúmque ius, quod Reges creare possint Du-ces, 291 Marchiones,& Comites,eisque dignitatem eorum titulorum concedere,vel perpetuam domui,familiæ,& successoribus;vel ad vitam,prout Regibus ipsis placuerit:quod Mastrill.*de Magistratib. lib.* 3. *c.*10.*n.*405. breuiter attigit,& latius egit *lib.* 4. *c.* 5. *&* 6. *&* 7. vbi videri poterit post Rosental. Regner. Sextinium & alios permultos, quos citat. Vide etiam Ioann. Garciam *de nobilit.glos.* 48 §. 5. *num.* 70. *&* 71.

An etiam ad ius Regale referatur, quod ea quæ priuilegium,aut beneficium Regis,Principisve supremi tangunt, non possint per alium, quàm per ipsum dirimi,aut explicari? dubitari solet communiter;& videtur,ad solum Regem id pertinere, per text. *in l finali,C.de legibus, & in l.ex facto,in principio,ff de vulg.& pap.& cap.cum venissent,de iudiciis* Verum Ioan. Garcia,*de nobilitate,glos.prima*, §. *primo, numer.primo,& tribus sequentibus*, *folio.* 38. verè,& doctè quæstionem resoluit.

Primò namque, *dicto n.* 1. inquit, quod causa priuilegij concessi à Rege, pertinet ad Regem,& ad Senatores Regios, ex *dictis iuribus*, & *cap. cum tempore,de arbitris,cap.*1.*&* 2.*de confirmat. vtili,vel inutili,l.*2.*tit.*1 *par.*2.ibi: *Otrosi,a poder si fuere escura de lo esclarecer*,l.17.tit.18.partita 3.ibi: *Non lo deue ninguno juzgar,sino el mismo,ò los otros que Reynaren.* Et inde infert, *Que en las hidalguias de priuilegio*,& in omni genere priuilegiorum,*no solo de exempcion, è immunidad, pero de otra qualquier cosa, se acuda a Chancillerias*,& *ibi* agitur de priuilegio,quod receptum est, vt probauit Otalora, *ibi* relatus; addit statim, totum dubium esse, an reliqui iudices ordinarij inferiores possent cognoscere de priuilegiis;& adducit ea,ex quibus resultat difficultas,& ponderat *l.*6.*tit.*1.*lib.*4.*Recopil.* reperit etiam Otalotæ placitum,iuxta quod priuilegij causa,ad Regios Auditores competit dūtaxat; quod nec omninò verum,nec securum credit; idque ex doctrina, & theorica Baldi,quam refert,dum in eo dubio,an quæ tangunt beneficium Principis,possint per alium,quàm per Principm dirimi;distinguūt, quòd aut dubium est de priuilegio,aut de priuilegiato.Primo casu Princeps cognoscit. Secundo, inferior à Principe: atque ita,quando in priuilegio consistit ius priuilegiati, inferior potest cognoscere; quando quæstio est super voluntate Principis, ad Principem est recurrendum. Igitur, secundùm Bald. si priuilegium est certum,& certa Principis voluntas;sed dubitatur de facto partiū, tunc inferiores cognoscere possunt. Si verò dubitatur de priuilegio ipso, & intentione priuilegij, ad Senatores Regios est recurrendum; & latiùs exornandum, atque explicandum, vt per ipsum Io. Garciam,*n.* 2. 3. *&* 4. cui etiam iunge & alios, qui in eadem in effectu remanent resolutione, & Baldi distinctionem exornant;Calicium inquam, *de fisco,dubit.*8.*n.*8. Ioan. Gutierr. qui iuxta leges huius Regni, dubium prædictum declarat,& explicat superiora, *practicarum lib.* 3.*c.* 58.*n.*2. Iacob. Cancerius, *variar. tom.* 3. *de priuileg. c.* 3.*ex n.*145.

*fol.*75.& inferiùs *n.*195. Mastrillum, *de Magistratibus, lib.*3.*cap.* 4.*n.*168.*& duobus sequentib. fol.*285.

Ad Regalia quoque referri debet,& est ius Regale præstantissimum, & potentissimum, quod Reges nostri, facultatem Regiam concedere possint,ad bona aliqua maioratus perpetui alienanda,seu hypothecæ,& census vinculo subiicienda, ad possessoris eiusdem maioratus instantiam, quã nulli alij concedere possunt; in quo conueniunt Ludou.Molina,D.Francisc.Sarmientus, Pelaez à Mieres,Ioann.Gutierrez,Velazq.Auendañus,Pat. Ludou.Molina,& alij referendi *infrà*. Et quando adest causa publicæ vtilitatis,permulti illi Interpretes,à me longa serie cumulari, *in commentariis libri tertij,cap.*28.

Molendinum quis in suo ædificare nequibit, si præscriptio post prohibitionem ei factam sequuta sit, ibid num. 10.

Qui ad molendum, vel coquendum per longissimum tempus iuerunt ad molendinum, vel furnum alterius, ad id in futurum cogi poterunt, si alibi molere, aut panes coquere prohibiti fuerint, & prohibitioni acquieuerint, & immemorialis postmodum præscriptio secuta fuerit. ibid. num. 12.

Mutatio superueniens de qualitate fructuum, vel de modo percipiendi, non præiudicat iuri priùs in decimis quæsito.

Et expenditur textus *in cap. in aliquibus 32. de decimis*, cap. 15. numero 10.

Mutatio inducta per priuilegium impetratum non præiudicat iuri alteri quæsito, ibid. num. 13.

Mutatio, aut interuersio non fit in præiudicium eius, qui ius antea acquisitum habebat, ibid. n. 21.

Rei mutatio, & alteratio, nec beneficium mutat, nec prioris causæ ius extinguit, nec priuilegia perdere facit. ibid. num. 29.

N

EX causa vrgentis *necessitatis*, quæ commune, & publicum bonum respiciat, receditur à regulis iuris communis.

Causa namque publicæ necessitatis semper censetur excepta.

Et necessitas facit licitum, quod aliàs illicitum foret.

Et non subijcitur legi, sed ipsa facit legem, & derogat omnibus legibus, & dispositioni cuicunque.

Et illud quod fit necessitate cogente, non est culpabile, & in caso necessitatis cessant leges præcepti, quia lex debet esse possibilis, & necessitas præsupponit impossibile quoddam.

Et habet secum dispensationem annexam.

Et impossibile dicitur, quod sine periculo non modò vitæ, sed etiam dignitatis, aut honoris, commodè fieri non potest, cap. 9. num. 24.

Princeps Supremus in casu vrgentis necessitatis, atque ex iusta causa boni publici, & implementi obligationum Regiarum, quamplurima facere posse, quæ hic referuntur, & congeruntur.

Ex quibus vassalli conqueri non possunt, cum tempore necessitatis, omnia dicantur esse Principis, ibid. num. 25.

Quando ay necessidad apretada, grande, y vrgente, el Reyno se llama à Cortes para la concession de tributos, y nueuos seruicios, para mayor satisfacion de todos, y iustificacion de su Magestad, siue ex benignitate Regum Castellæ, non ex necessitate iustitiæ, prout hic adnotatur.

Vnde, *no està en arbitrio, ò voluntad de los Procuradores de Cortes*, suum consensum non præstare, quia si necessitas nota sit, tenentur consentire; aliàs, *sin su consentimiento se impondra el tributo, o seruicio de que se trata*, ibid. num. 26.

Negatiua, quotiesquis agendo, vel excipiendo fundat intentionem, vel repellendo super negatiuam illam; probari debet, cap. 13. num. 17.

Negatiua facti probanda est ab eo, qui in ea se fundat, ibid. num. 18.

Reus probat negatiuam quando in ea se fundat, ibid. num. 19.

Negatiua facti, & cuiuscunque alterius generis probanda est à fundante se in illa negatiua, ibid. num. 20.

Negatiua, siue sit probabilis, siue improbabilis, probanda est ab eo, qui se fundat in illa, ibid. num. 21.

Negatiua probanda est à fundante se in illa, quando præsumptio iuris non est pro negante, nec pro affirmante. ibid num. 22.

Negatiua oratio, quæ dicatur, ibid. num. 23.

Speciali *nota* quæ digna sunt, si omittantur videntur quasi neglecta, & non requisita, cap. 20. num. 8.

Magna, & notabilia quæ sunt, in specie declarari, atque exprimi debent, ibid. num. 9.

Nullum, aut imperfectum quod est, effectum validum producere non potest.

Et paria sunt actum non facere, & inualidum facere.

Aut titulum non extare, & inualidum illum esse.

Quia dispositio quælibet mentionem faciens de actu quocumque, refertur ad validum: quod exornatur. Et non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, cap. 21. num. 15.

O

OBseruantia subsequutæ magna virtus, vis, & effectus, cap. 12. num. 33.

Obseruantiæ subsequutæ magna virtus, vis, & effectus; & illa in rebus dubiis est lex, & ita obseruari debet: cap. 30. num. 2.

Opinio probabilis dicitur non solùm ea, quæ multorum Authorum testimonio comprobatur; sed ea quoque, quæ vel vnius, vel alterius docti, & grauis viri authoritate munitur, vt in vtroque foro excuset.

Et probari, atque recipi valeat, quamuis aliorum opinio extet in contrarium, capite 12. numero 39.

Opinio generalis, multis retro temporibus; & ab antiquo deriuata, & conuenientibus rationibus munita pro veritate habetur, ibidem, numero 40.

P

PApæ licentia vtrùm necessaria sit, atque præcedere debeat, vt Clerici & Ecclesiasticæ personæ contribuere debeant vnà cum laicis, concurrente causa publica, & communi, mixtáque omnium vtilitate, tàm Clericorum ipsorum, quàm laicorum, & vrgente necessitate, cap. 9. ex num. 32. & seqq.

Papæ assertioni regulariter standum esse; & plenariam fidem adhiberi debere, siue assertio fiat in scriptis & per litteras, siue etiam solo verbo. cap. 6. num. 1.

Imperatoriæ, Regiæ, & alterius Principis secularis assertioni standum esse, ibidem, num. 2.

Principis assertioni plenè credi, non solùm Papæ, Imperatoris; & Regis, sed etiam cuiuslibet Principis superiorem non recognoscentis, ibidem, num. 3.

Papæ, aut Principis assertioni multò magis creditur, quando attestatur de facto proprio, ibid. num. 4.

Secùs autem si de facto alieno attestatur, nam tunc Principi non plenè creditur, ibid. num. 5.

Principis assertio quando respicit factum alienum, licèt non faciat plenam probationem, inducit tamen semiplenam probationem, & præsumptionem vrgentem, ibid. num. 6.

Principis assertio in facto alieno, an transferat onus probandi in aduersarium, ibidem, numero 7.

Principis assertio facta motu proprio, & ex certa scientia, an plenè probet, etiam quod de facto alieno agatur; & quid si toto tenore inspecto. ibid. num. 8.

Quid etiam, si Princeps asserit se vidisse, & informatum fuisse. ibid. num. 9.

Quid etiam, si Princeps aliquid asserendo, fundat super tali assertione intentionem suam, ibidem, num. 10.

Principis assertioni vtrùm plenè credendum sit, vbi de magno tertij præiudicio agitur, vel in his in quibus liberè disponere non potest. ibidem, num. 11.

Aut quando agitur de causa propria ipsius Principis, vel de suo commodo, aut interesse. ibidem, num. 12.

Principis assertioni omninò standum est in antiquis, etiam in tertij præiudicium, & etiam quod alienum factum contineat, ibidem, numero 13.

Principis assertioni an omninò standum sit, quando legem generalem condendo aliquid securè & specificè asserit. ibid. num. 14.

Aut de facto suorum Antecessorum attestatur, ibid. num. 15.

Et propter Religionem & sanctitatem vitæ, integrámque fidem, & opinionem Principis aliquid asserentis, ibid num. 16.

Papa si vellet posset confirmare statuta contra libertatem Ecclesiæ.

Quod tamen absque interuentu iustæ causæ, & publicæ vtilitatis non faceret, capite 8. numero 4.

Hieronymi Ceuallos locus singularis in confirmationem resolutionis traditæ *cap. 12. num. 20.* expenditur.

Et quod Summus Pontifex potest certas Clericorum causas committere iudicibus secularibus, & fori priuilegio derogare.

Et ibidem, quod en ipso, quod Sedes Apostolica Tertias concessit Regibus Hispaniæ, videtur eas fecisse de foro ipsorum, vt tanquam ex delegatione, & commissione Pontificis, eius nomine iudicent, d. c. 12. num. 33.

Et an id ipsum consuetudine immemoriali effici potuerit: an etiam quod Iudex laicus cognoscat de causis Clericorum, ibid. num. 34.

Possessio nõ releuat possessorem ab onere producendi, aut demonstrandi titulum, quando res est talis, quod sine titulo possideri non potest; vel quæ ad alium, non ad eum spectat. capite 3. numero 5.

Quod non procedit, quando possessorem tuetur antiquitas temporis immemorialis. ibid. num. 6. & seqq.

Præscriptione immemoriali probata, præsumitur titulus, & bona fides, & omnia necessaria præsumuntur: & quælibet præsumptio contraria purgatur.

Et nulla causa probanda est.

Nam ex possessione antiquissima præsumptio resultans, onus probandi in aduersarium transfert. cap. 7. num. 13.

Possessio vnius partis & præsumptio iuris contra alteram partem efficit, vt is qui possidet, & de iure fundat suam intentionem, rei, & non actoris loco habeatur. cap. 12. num. 25.

Idque maximè procedit in Regibus, & Principibus Supremis, qui iura Regalia exigunt, & contra eos qui illa vsurpant, aut soluere recusant.

Et etiam contra Ecclesiasticos: & ponderatur *l. 2. tit. 2. lib. 9. noua Collect. Regia. & l. 1. tit. 21. eodem libro 9.* quæ fortiter inducitur. ibidem, numero 26.

Quando aliquis est in quasi possessione, qui negat qualitatem per quam vult eum remouere ab illa quasi possessione, tenetur illam qualitatem, & negationem probare, capit. 13. num. 26.

Ex possessione rei principalis censetur etiam continuari possessio in annexis, & accessoriis, & similibus, cap. 13. num. 28.

Per ingressum partis fundi, quæritur possessio totius, ita quod sufficiat quamlibet partem fundi intrare, nec sit necesse omnes eius partes attingere, cap. 34. num. 5.

In iuribus incorporalibus per vnum actum acquiritur, & conseruatur possessio totalis, ibidem, num. 7.

Possedisse, & præscripsisse noualia dicitur ille, qui possedit, & præscripsit decimas vnius prædij.

Quia ob vnitatem subjecti dicitur sequisiuisse totum, ibid. num. 25.

Possessio quæsita, & retenta in parte, retinetur in toto propter iuriumvnitatem, ratione causæ generalis, ibid. num. 23.

Ex possessione rei principalis censetur continuari possessio in annexis, & accessoriis, ibidem, num. 24.

Andreæ Georgij in eo dubio, vtrùm possessione vnius rei feudalis capta, cæterarum etiam rerum capta intelligatur; locus singularis, & notabilis expenditur, quo nonnulla congessit, & resoluit, quæ dicto cap. 33. & quæstioni Tertiarum excitatæ mirè conueniunt. ibid. num. 29.

Andreæ quoque Tiraquelli in eodem proposito memorabilis resolutio ponderatur. ibidem, num. 30.

Positioni si quis respondeat confitendo eam, addit tamen, prout in tali instrumento continetur, an simpliciter confiteri dicatur. c. 5. n. 17.

Præscriptio, seu possessio immemorialis habet vim priuilegij, constituti, tituli legitimi, & dati à lege, seu à Principe; & multa operatur. c. 3. n. 7. & seqq.

Ac inter alia, vt titulus sine dubio præsumatur validissimus ex temporis immemorialis cursu, & quod habeat veritatem, & iustitiam permanentem, & quod sit iustissimus.

Et cum omnibus requisitis necessariis.

Etiam si lex resistat præscriptioni.

Aut alius defectus obstet, aut data etiam incapacitate possidendi, vt in laicis, in materia decimarum.

Dummodo titulus principaliter allegetur; & eo principaliter, non autem immemoriali quis se iuuet, atque defendat.

Adnotatur, & comprobatur: & primo loco Iosephi Mascardi locus singularis expenditur in proposito, ibid. n. 8. & seqq. & in n. 14.

Peregrini etiam conuenientes omninò resolutiones recensentur, ibid. n. 9.

Et Iacobi Menochij in ipso articulo placita ponderantur.

Vbi etiam Menochius idem adnotauit magnam esse vim, & virtutem immemorialis possessionis, seu præscriptionis, & efficaciter operari, etiam quando lex expressè resistit, aut quando præsumptio est contra præscribentem.

Aut quando incapacitas datur possidendi.

Vsque adeò, vt id quod vitiosum præsumi poterat, immemoriali validetur, & de aliquo vitio, aut defectu quærendum non sit. ibid. n. 10.

Eiusdem quoque Menochij cum Cranera, aduersùs Alexandri, Felini, & Curtij traditionem, & superiorem resolutionem dubitandi rationes expenduntur.

Et per Authorem nitidè, & verè & aliter quàm antea factum esset, diluuntur; vt ea opinio defendi valeat, quod laici possidentes decimas prædiales per tempus immemoriale possint eas præscribere.

Dummodo titulo principaliter, non autem sola immemoriali se fundent, ibid. n. 11.

Nec contradicere Ioannis Garciæ annotationem quandam, ibid. n. 12.

Petri quoque Barbosæ viri semper eruditissimi, in eodem dubio locus plenus, & memorabilis ponderatur. ibid. num. 13.

Aliorum quoque Authorum obseruationes in idem placitum recensentur, ibidem, numero 14.

Et id ipsum, quod numeris præcedentibus concluditur, laicum scilicet nulla præscriptione, etiam immemoriali acquirere posse ius percipiendi decimas.

Idque quocunque titulo, etiam temporali.

Cum spiritualia laicus possidere non possit.

Eorùmque sit incapax, ibid. n. 15.

Titulo tamen à Romano Pontifice habito vel à Prælatis ante Concilium Lateranense, decimas acquirit laïcus.

Vnde si titulum alleget, & in eius comprobationem Immemorialem cum suis requisitis verificet (cùm ea faciat præsumi titulum validissimum) obtinebit in vim quidem tituli, non Immemorialis, quæ non sufficit. ibid. num. 16.

Et in eodem proposito D.D. Ioannis de Balboa annotationes, atque resolutiones expenduntur, ibid. num. 17.

Immemorialis cum qua concurrit fama priuilegij, habet vim concessionis, & priuilegij Papalis. ibid. n. 24.

Idque maximè quando concurrit scientia tacita, aut expressa Pontificis.

Et tolerantia ipsius, quæ confirmat titulum, aliàs inualidum: ibid. num. 25.

Et quando est inducta generaliter ab omnibus, tam Clericis, quam laicis; & adest solutio, atque recognitio, de qua agitur, à multis vniformiter facta: ibid. num. 26.

Præscriptione immemoriali probata præsumitur titulus, & bona fides, & omnia necessaria præsumuntur, & quælibet præsumptio contraria purgatur, & nulla causa probanda est.

Et ex possessione antiquissima, præsumptio resultans, onus probandi in aduersarium transfert, cap 7. num. 13.

Præscriptio immemorialis, quamuis habeat vim tituli, & priuilegij, non est priuilegium.

Siue non est verum, & proprium priuilegium, sed fictum & commentitium, aut præsumptum. cap. 10. num 29.

Et vt Clerici eximantur à solutione decimarum omnium, tam prædialium, quàm personalium, & etiam ratione bonorum patrimonialium, cap. 2. num. 10.

Consuetudo magnæ potentiæ est, & attendi debet, vbi de iure dubium est ad quam Ecclesiam decimæ spectent. ibid. num. 11.

Et in hoc casu sufficiat consuetudo decem annorum, ibid num. 12.

Quando etiam requiratur, quod sit quadraginta annorum, ibid. num. 13.

Quando denique immemorialis necessaria sit, ibid. num. 14.

Quæ præscriptio necessaria sit, vt Tertiæ integræ non soluantur, & an immemorialis cum suis requisitis præcisè requiratur, quoad remissionem partis, sicut quoad integras Tertias non soluendas. ibid. num. 15.

Immemorialis præscriptionis virtutem, vim, & efficaciam magnam esse, eámque magnos, & notabiles effectus in iure producere, & ad decisionem multarum causarum frequentissimè allegari, & per manus Iudicum, & Aduocatorum circumferri quotidie, capite 12. numero 1. & vide numero tertio.

Vbi exornatur decisio vulgata *leg. hoc iure, paragraph. ductus aquæ, Digest. de aqua quotidiana, & æstiua, & capit. super quibusdam, paragraph. præterea, de verborum significatione*, dictionum, & cap.

Immem

Immemoriali præcriptione acquiri ius Tertiarum contra Reges nostros, & etiam exemptionem à solutione earum.

Ibidem etiam, quod præscriptioni Tertiarum, nullum præstat impedimentum, quod sint pars decimarum, siue quod deducantur ex decimis, quæ sunt res spirituales, prout hic explicatur, ibidem, numero 2.

Immemorialis præscriptionis materiam, & tractatum, & eiusdem effectus, & attributa maxima siue pronunciata omnia Doctorum circa vim, & virtutem Immemorialis assumpsisse, atque exornasse infinitos ferè iuris Interpretes: qui in vnum congeruntur ibid.

Et in effectu concluditur ex immemoriali possessione, seu præscriptione mirabiles effectus resultare.

Et eos maximè, qui ex Antonio Gabriele, Rolando, Menochio, Mascardo, Ioanne Garcia, Ioanne Gutierrez, & innumeris aliis, qui referuntur, ibidem numero 3.

Iura Regalia, quæ ad Reges, & Principes pertinent, quo tempore præscribantur.

Quod etiam tempore præscribatur solutioni eorundem iurium. ibidem, numero 4.

Ea quæ de patrimonio Regis sunt, & ei debentur in signum, & recognitionem supremæ potestatis, & Regiæ dignitatis, & vniuersalis dominij, nullo vnquam tempore, etiam immemoriali præscribuntur.

Tributa verò & alia iura regalia, quæ in patrimonio Regis sunt incorporata, sed non habent qualitatem prædictam, immemoriali tempore præscribi possunt, ibidem, num. 5.

Immemorialis præscriptio, aut consuetudo, cùm adest, & legitimè probatur, aliut titulus non est probandus: quia titulus verus, iustus, & legitimus, & melior qui ex cogitari possit, præsumitur.

Et eo ipso probatur, quod tanti temporis consuetudo probata fuerit, & non solus probandus, sed neque allegandus est titulus aliquis.

Idque ex sententia communi, quam fere omnes Interpretes probarunt, cap. 23. num. 1.

Contra vero ex sententia aliorum, qui contendunt titulum allegari debere, ibidem, num. 2.

Alij vero has opiniones conciliant, prout hic explicatur, *& in num. 7. eiusdem capit.* 23. ibidem, num. 3.

Author autem, vt articulum hunc expliceet, tres casus principales constituendos, atque distinguendos esse considerauit, ibid. num 4.

Casus primus proponitur, quando ex lege, vel ex dispositione, immemorialis præscriptio admissa est expresse, & specificè sicut titulus, ibidem num. 5.

Secundus casus consideratur, quando generaliter immemorialis præscriptio admittitur, sicut titulus, aut priuilegium, prout regulariter admittitur, & titulo, aut priuilegio æquiualet, ibidem, num. 6.

Iura omnia, quæ de immemoriali præscriptione, aut consuetudine loquuntur, tituli alicuius allegationem non requirunt, ibidem, num. 7.

Declaratur, vt non procedat quando subiecta rei materia præscriptionem non admittit, siue res de qua agitur, præscribi non potest sui naturâ. ibidem, num 8.

Tertius, & vltimus casus adducitur, quando ex lege solus titulus, aut priuilegium admittitur, & immemorialis specificè excluditur, ibidem num. 9.

Ioannis Andreæ Georgij annotationes, siue obseruationes nonnullæ in materia præscriptionis immemorialis, & allegationis tituli, expenduntur.

Et ibidem explicatur immemorialis ipsa præscriptio quibus iuribus, tam Canonicis, quàm Ciuilibus fundamentum acceperit.

Et an in iusta, politica, & publicæ vtilitatis ratione fundata sit, ibidem, num. 10.

Vsucapionis, & præscriptionis introducendæ causa quæ fuerit, ibidem, numero 11.

Immemorialis præscriptio, aut consuetudo nunquam censetur sublata, aut exclusa, nisi specificè exprimatur.

Etiamsi verbis amplissimis, & generalibus omnis præscriptio, aut consuetudo excludatur.

Et quamuis verba sint prohibitiua, aut negatiuè vniuersalia, quæ præscriptionem, aut consuetudinem prohibeant: quod exornatur, cap. 24. num. 1.

Et expenditur textus *in authentica, vt de cætero commutationes Ecclesiasticarum rerum, §. de cætero.*

Ex quo apertè deducitur, etiam interueniente decreto prohibitiuo perpetuo cum decreto irritante, & præscriptionis derogatione, adhuc non censeri exclusam præscriptionem centum annorum, & minus immemorialem, ibidem, num. 2.

Immemorialis nunquam censetur sublata, etiam per rescriptum, & motum proprium Principis, ibidem, num. 3.

Immemorialis consuetudo, non est sublata per Concilium Tridentinum, *session.* 24. *cap.* 20. ibidem, num. 4.

Immemorialis consuetudo, an sit sublata ex regula 8. *Cancellariæ*, ibidem, numero 5.

Præscriptione, aut consuetudine sublata, quod etiam immemorialis exclusa, aut sublata videatur, quando additur dictio vniuersalis; tentasse nonnullos, quorum sententia confutatur, & communis concordia proponitur, ibidem, num. 6.

Immemorialis præscriptio vtrum exclusa, & sublata videatur, quando in materia, de qua agitur, alia præscriptio dari non potest. ibidem, num. 7.

Et quid si lex faciat rem impræscriptibilem ibidem, num. 8.

Lex si agat de actione reali, aut etiam de materia indifferenti, & proponat ea verba, *nulla obstante præscriptione*, an videatur remouisse præscriptionem 30. vel 40. annorum, ibidem, num. 9.

Præscriptionis immemorialis effectus alius, virtus, & excellentia, quod contra eam non admittitur restitutio in integrum, ex capite ignorantiæ.

Idque ex veriori, & communi Interpretum placito.

Et quorundam sententia contraria confutatur.

Et quod etiam procedit contra Ecclesiam, cap. 25. num. 1.

Et contra Reges Hispaniæ in materia Tertiarum, vt neque prætextu ignorantiæ iustæ, & probabilis, immemorialis præscriptionis effectum impedire valeant, aut in integrum restitutionem petere, ibidem, num. 2.

Nullitas aliqua obiici non potest contra præscriptionem immemorialem; siue tempore immemoriali decurso.

Nec etiam simulatio contractus, ibidem, num. 3.

Idque maximè quando nullitas, aut simulatio obiicitur agendo; quid si excipiendo.

Quid etiam quoad solutionem Tertiarum, vbi quis tempore immemoriali se eximere ab earum præstatione contendit, ibidem, num. 4.

In præscriptione temporis immemorialis, bona fides necessaria non est, ex sententia quorundam iuris Interpretum.

Et de fundamentis eorum: vbi ponderatur etiam textus *in c. 1. de præscriptionibus, lib. 6.* cap. 26. num. 23.

Ex veriori tamen, & communiori Doctorum placito, bona fides requiritur præcisè, & necessaria est sicut in aliis præscriptionibus.

Et de fundamentis huius partis, & de vera *dict. cap. 1. de præscriptionibus, lib. 6.* interpretatione, ibidem, num. 24.

Ipsa tamen bona fides vsque adeò ex temporis immemorialis transcursu præsumitur; vt secundum vnam, vel alteram opinionem præscribens, non coarctatur vllo modo ad docendum de bona fide, inest enim Immemoriali bona fides, & probatur eo ipso, quod de Immemoriali constiterit.

Nec vlla alia probatione opus est.

Imò præsumitur, etiamsi non allegetur, ibidem, num. 25.

In aliis tamen præscriptionibus vltra immemorialem, an bona fides præcisè allegari debeat, ibidem, num 26. & suprà in dicto cap. num. 21.

Bonæ fidei *præsumptio*, quæ ex tempore, siue præscriptione immemoriali oritur, & malæ fidei exclusio, procedit in dubio.

Et in mala fide præsumpta, non autem quando de mala fide clare constaret.

Et idem, quando fortior præsumptio malæ fidei appareret.

Ea enim præualeret præsumptioni bonæ fidei quæ ex tempore immemoriali resultat, ibidem, num. 27.

Præsumptio bonæ fidei, quæ oritur ex præscriptione immemoriali, in contrarium probationem admittit.

Idque ex communiori, & veriori Interpretum sententia, & de inconstantia Felini in proposito, ibidem, num. 28.

In immemoriali præscriptione bona fides non præsumitur, imò de mala fide manifesta constare videtur, quoties is, qui immemorialem præscriptionem allegat, producit titulum vitiosum & iniustum.

Et tunc cùm constet de initio vitioso, nulla præscriptio, nec etiam immemorialis procedit, ibidem, num. 31. & numeris sequentibus, præcipuè, num 42.

Immemorialis præscriptio non procedit, vbi constat, titulum vitiosum dedisse causam præscriptioni, ibidem, num 32. & 36. & sequentibus.

Immemorialis præscriptio non procedit, vbi constat de titulo vero contrario; quia eo ipso constare videtur de vitioso initio præscriptionis.

Et sic habet locum regula *cap. finalis, de præscriptionibus.*

Et proponitur exemplum in his, qui contra maioratus specificas, & expressas vocationes possederunt, & præscriptione se iuuare contendunt, ibid. numero 33.

Præsumptio, quæ ex tempore immemoriali resultat, cessat omnino siue præscriptio immemorialis non operatur quando apparet titulus nullus, inualidus, & vitiosus, aut illegitimus.

Et eo ipso mala fides arguitur, atque præsumitur, idque ex sententia quamplurimorum Authorum, iuris Interpretum, qui ita indistinctè statuerunt, nec latius insistunt, aut aliter non distinguunt.

Loquuntur etiam generaliter quocunque modo titulus vitiosus, aut illegitimus appareat, etiamsi ab ipsa parte, quæ immemoriali se iuuat, productus non sit.

Et plures distinctiones considerantur, & variis casibus distinctis, ibidem, num. 34. & sequentibus, vbi dilucidè hæc res magis declaratur.

Andreæ quoque Fachinei in eodem proposito, an præscriptio immemorialis corruat, & vires amittat, si constet de titulo vitioso, & nullo, sententia, & resolutio contra Menchacam, in medium profertur, ibidem, num. 35.

Immemorialis præsumptionis authoritas, vis, & effectus, vtrum cesset, si probetur memoriam extare, vel ostendatur eiusdem præscriptionis initium saltem vitiosum.

Et de communi distinctione, an per scripturam, vel testes, solum constet memoriam extare, actumque fuisse contrarium eius, quod præscriptum esse prætenditur.

An verò ostendatur titulus, ex quo constet Ipsius præscriptionis initium, inutile tamen, seu vitiosum atque illegitimum.

Et an in primo casu factum excedat tempus centum annorum, vel non excedat.

Et de sententia traditionéque Innocentij, quæ per manus circumfertur quotidie, ibidem, num. 36. & 41.

Immemorialis præscriptio vtrum corruat, viresque suas amittat, quando actus qui probatur ipsi præscriptioni contrarius, talis est, vt necessariò ostendat, commentitium ac falsum esse, id quod ex ipsa immemoriali præscriptione probari contenditur.

Quid etiam quando eius qualitatis est, vt cum ipsa immemoriali præscriptione compatiatur, ibidem num. 37.

Adducitur Ludou. Molinæ in hac materia resolutio alia, atque distinctio, quando probatur immemorialis præscriptionis initium ex titulo inutili, seu vitioso, an is titulus talis sit, qui præstare possit iustam causam præscribendi an verò sit vitiosus, & talis, quod iustam causam præscribendi præstare non possit, ibidem, num. 38.

Multum differre, quod detur immemorialis præscriptionis initium, aut quod probetur contrarium actum fuisse, siue id probetur testibus, siue scripturis: quod exornatur, ibidem, num. 39. & 41.

Immemorialis corruit, si constat de initio, ibidem, num. 40.

Immemorialis requirit, non esse memoriam principij, ibidem, numero 41. & numero 68.

Aliorum Interpretum distinctio, in hac materia expenditur, an scilicet ipse, qui immemoriali præscriptione se iuuat, titulum nullum, seu vitiosum produxerit; an verò alius, ibidem, numero 42. & dicto numero 31.

Immemorialem vitiari ex actu contrario, etiam vltra centum annos, ex sententia quorundam: idque contra Innocentium, Molinam, & relatos *suprà numer. 36. dicti cap.* ibid.

Quod improbatur, & resolutum suprà num. 36. admittitur, ibidem, num 43.

Et placitum aliud eiusdem Ludo. Molinæ commemoratur, ibidem.

Quorundam Interpretum authoritates expenduntur, vt quamuis producatur titulus nullus, vel iniustus, nihil nocere debeat si immemorialis præscriptio probetur, quæ habet vim tituli.

Quia præsumendum est postea interuenisse titulum verum, & legitimum, propter tantam temporis antiquitatem.

Et quamuis titulus vitiosus productus fuerit, alius

alius validus & solemnis postea potuit interuenire.

Quæ directò contrariantur traditis *ex n.32 & 37.eiusdem c.*ibid.num.44.

Et his responder specificè Petrus Barbosa, prouthic adnotatur,ibid.num.45.

Et adhuc insistit vrgere videri contra solutionem,text.*in cap.1 de præscriptionibus, lib. 6.* quem dupliciter expendit,atque inducit, ibidem, numer.46.

In eodem qooque proposito ponderantut nonnulla in comprobationem eorum, quæ dicuntut in num.44.eiusdem capituli.

Vt scilicer immemorialis temporis cursus, & immemorialis præseriptio fortem, & potentem inditcat præsumptionem, quod titulus verus & legitimus interuenerit, & concessus sit postea; qnamuis nullus, ant vitiosus titulus productus fuerit.ibid.num.47.

Et Petri Barbosæ concordia quædam refertur, ex qua duo casus principales distinguntur.

Prout hic adnotatur,ibid.num.48.

Ex decisione *l.1 tit.21.lib 9.noua Collect. Regia,* ex qua ius percipiendi Tertias ex rebus omnibus,quæ decimantur,Regibus Hispaniæ competens,declaratur; vtrum in mala fide constituantur in futurum ij, qui ius ipsum præsetibere intendant, vt à solutione Tertiarum ipsarum se eximere valeant.

Et consequenter,an *ex lege ipsa prima* inducatur,& probetur mala fides,& immemorialis præscriptio impediatur, cùm omnes scire debeant se ad solutionem Tertiarum teneri.

Et quod impediatur ex *ea lege* præsctiptio, probatur nonnullis: ponderatur etiam regula, *Qui contra iura mercatur, de regulis iuris in 6.* & exornatur, atque declaratur, ibidem, numero 49.& 54.

Quod non impediatur, nec mala fides censetur,constanter defenditur.Item, quod lex illa limitari, aut restringi non possit ad immemorialem antea causatam,& perfectam, quàm lex ipsa condita fuisset.ibid.num.50.& seqn.

Immemorialis præscriptionis substantiam,siue essentiam in eo principaliter consistere, vt initij, & introdoctionis eius memoria non existat; idque maximè intra centum annos, ibidem, num.68.& suprà num. 40. & 41.eiusdem cap.26.

Præsctiptio centenaria,an in effectu sit immemorialis,vel non;ibid.n.69.

Immemorialis præscriptio quæ dicatur, & quod tempus requirat,ibid.n.70.

Præscriptio immemorialis quemadmodum, qnibuscunque testibus,& qualitatibus, atque circunstantiis articulari, & probari debeat. c. 27. num.1.&per totum.

Præscriptio etiam temporis immemorialis ab eo concludenter probari debet, qui se fundat in illa,ibid.num.2.

Præscriptio non præsumitur, nisi probetur, ibid.num.3.

Præscriptionem,etiam immemorialem in dubio,non extare,ant excludi iudicaudum est.ibid. num.4.

Immemorialis præscriprio quemadmodum probari debeat in terminis iuris communis ex sententia communi.ibid.n.5.

Qualirer etiam attento iure Regio huius Regni,& post editam nouam constitutionem *l. 41.*

Tauri, quæ hodie est *l.1.tit.7.lib.5. noue Collectionis Regia*, ibidem, & numeris sequentibus eiusdem cap.

Immemorialis præscriptio, vt probetur, testes bonæ famæ, & opinionis requiruntur.

Idque probare necessarium est; nec sufficit iuris præsumptio, qua omnes bonæ famæ esse præsumuntor.

Vnde tam in primogeniorum, quàm in alterius facti cuiusque antiqui probatione, qood memoriam hominum excedit, articulandum, & probandum erit, quod testes deponentes sunt bonæ famæ, & opinionis: quod exornatur, ibid. num.6.

Testes deponentes de immemoriali præscriptione, de visu quadraginta annorum deponere debent.

Et cuius ætaris esse debeant,ibidem.num.7.

Testes deponentes de immemoriali præscriptione, de auditu à Maioribus deponere debent.

Auditus enim à Maioribus, qualitas est immemorialis.ibidem,num 8.

Ad immemorialis præscriptionis probationem, & visus, & auditus Maiorum necessarius est.

Atque ita testes non solum debent specificè deponere se à Maioribus audiuisse, sed simul maiores dixisse, id ipsum vidisse per tempus vitæ suæ,ibidem,num.9.

Immemorialis præscriptio, vt probetur,an secundi auditus necessarij sint.

Ita quod testes deponant audiuisse à Maioribus, eos id ipsum vidisse,& audiuisse.

Et an leges secundi auditus, quæ in primogenij, ac iurisdictionis præscriptione tantum loqnuntur, in cæteris negotiis, quibus immemorialis probanda est,procedant,ac locum habeant, necne.

Et de contrariis opinionibus in proposito, ibidem,num.10.

Testes super immemoriali, non solum deponere debent de affirmatiua,sed de negatiua, ibidem, num.11.

Deponere etiam debent de publica voce & fama,& communi opinione.

Et fama publica articulanda est in articulo principali præscriptionis immemorialis, nec sufficiet si in vltimo articulo probetur, & articuletur,ibidem,num.12.

Testis qni deposuit se vidisse aliquid fieri publicè, vtrum videatur deponere de publica voce & fama,ibidem,num.13.

Testes,qui de immemoriali deponunt, vtrum eom de auditu à Maioribua testantor, exprimere necessariò debeant à quibus personis audierint.

Et de interpretatione textus *in cap.licet ex quadam, de testibus*,ibidem,num.14.

Qualitates omnes *in l.41. Tauri* requisitæ, vt immemorialis præscriptio primogenij probetur, substantiales sunt,& formam inducunt, & ad vnguem obseruari debent.

Quod exornatur,ibidem,num.15.

In præscribendis iuribus incorporalibus,requitur scientia,& patientia illius, contra quem præscribitur.

Quod exornatur,& comprobatur, & ratio communis redditur,capite 18.numero 5.

Longouallij opinio contraria confutatur; & *l. 1.C. de seruitutibus,& aqua*,intellectus,atque inter-

 pretatio

pretatio inquiritur diligenter.

Communis sententia defenditur, & Iacobi Caiacij cogitatio quædam ad eum textum reiicitur, ibid.num.2.

Aliorum etiam distinctio commemoratur in præposito articulo, an scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur, sit necessaria in præscribendis iuribus incorporalibus, ibidem, numero 3.

Scientia,& patientia illius, contra quem præscribitur, vtrum sit necessaria in præscriptione temporis immemorialis.

Quod sit necessaria ex sententia quorundam.

Et de eorum fundamento, quod euidenter eliditur, atque conuincitur, ibid. num.4.

Quod non sit necessaria ex veriori, & communi Doctorum placito.

Et Didaci Couarr. iudicio, & resolutione in proposito, ibid. n.5.

Et quando necessaria esset, quod ex tanti temporis cursu præsumi deberet, & verè præsumatur, ibid.num.6.

Et vera, & concludens ratio assignatur, ibid. num.7.

Et explicatur, vt procedat, tàm in terminis iuris communis, quàm post editam legem 1. *titul.* 15. *lib.*4. *Recopilat.* & similes.

Et leges ipsæ, verè, & singulariter expenduntur, atque inducuntur, ibid.n.8.

Scientia Principis in quibus casibus, necessaria est ad inducendam præscriptionem, an Officialium, vel Procuratorum scientia, dubium illud inane, & sine effectu esse ex sententia Authoris, cùm immemorialis adest præscriptio, ibid. num.9.

Præscriptio immemorialis, vt inducatur, & perficiatur in actibus, & iuribus incorporalibus negatiuis non soluendi, vt in Tertiis, tributis, indictionibus, & alio quocunque simili iure, vtrum requiratur, vel non, interpellatio, & negatio debentis soluere; & sic quod præscribens interpellatus ad præscriptionem, eam negauerit; ac deinde tempus legitimum ab hac negatione transierit: cap.29.num.1.& per totum.

Et pro vna, & altera parte, nonnulla considerantur.

Et *l.1 titul.21 lib.9.noua Collection.Regiæ*, principaliter expenditur, ibidem, numero 2. & sequentibus.

Leges nouæ ab antiquis declarationem atque interpretationem accipiunt, ibidem, numero 3.

Præscriptio in seruitutibus, & iuribus incorporalibus negatiuis incipit à tempore prohibitionis, & acquiescentiæ prohibiti, in præscriptione ordinaria minoris temporis, ibidem, numero 4.

Quid autem in præscriptione immemoriali, ac etiam quadraginta annorum, ibidem, numero 5.

Alexandri *consilium* 136.*lib.*2. commemoratur, vbi intendit præscriptionem immunitatis non currere, nisi à die interpellationis, si eueniat casus imponendi collectam; & referuntur Authores plures, qui eum sequuntur: Hippolytus etiam Riminaldus *in cons.*10.*lib.*1.& *in cons.* 589. *lib.*5. vbi longa serie agit de consilio Alexandri, & eum sequitur, atque defendit, ibid.n.6.

Baldi etiam dictum notabile ponderatur, ibid. num.7.

Et contra Alexand. Authores permulti recensentur, qui concludunt interpellationem necessariam non esse.

Idque in præscriptione immemoriali, ac etiam 40. annorum magis probatur, ibid.n 8.

Et contraria duntaxat recipitur in præscriptione minoris temporis, ibid.n.9.

Præscriptio immemorialis, quæ vt titulus admittitur *in l.1 titulo 21.lib.9.noua Collect.Regiæ*, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat, an inceperit currere à tempore concessionum, & gratiarum Apostolicarum, & deinde tempore immemoriali; non autem à die conditæ, aut promulgatæ legis ipsius; capit. 30. num. 1.

Immemorialis consuetudo, vel præscriptio percipiendi gabellas completa ante decisionem *l.1. tit.15.lib.4. noua Collect. Regiæ*, an censeatur sublata ab eadem lege, & iure tolli possit, ibid. num.6.

Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, tàm in vna, quàm in altera parte *dictæ l. primæ, titulo 21. lib.9.* comprehendi.

Prout hic adnotatur, ibid.num.7.

Tertiæ, quæ contra Reges Hispaniæ immemoriali tempore præscribuntur, contra priuatum minori, & ordinario tempore præscribi possunt: ibid.num.8.

Expenduntur fundamenta nonnulla, & motiua præcipua Regij Fiscalis, quibus contendit Ecclesias, & Ecclesiasticas personas immemoriali præscriptione non posse se tueri, vt exemptionem à solutione, & præstatione Tertiarum consequantur; tametsi per tempus immemoriale, decimas integras perceperint, si modò Tertias non separauerint à decimis, itavt Tertiæ ipsæ separatæ, tamquam quid diuersum à decimis fuerint: cap.31.num.1.

Expenditur fundamentum primum, pro contraria parte, vt scilicet Ecclesiæ, Ecclesiastici, & aliæ personæ præscriptione immemoriali potuerint acquirere exemptionem, & liberationem à præstatione, & solutione Tertiarum; quamuis Tertias ipsas à decimis non separauerint, sed integras decimas, absque vlla separatione per tempus immemoriale perceperint: ibidem, num.5.

Mala fides non inducitur in eo qui debebat Tertias, aut aliud ius soluere, si non fuit interpellatus.

Et interpellatio requiritur ex parte eius qui percepturus erat, ibid n.6.

Immemorialis præscriptio habetur pro veritate, & æquiparatur priuilegio, & concessioni expressæ, & pacto, & excludit omnem actionem, & tribuit omnem securitatem: ibidem, numero 9.

Præscriptio immemorialis regulariter maioris virtutis, & efficaciæ reputatur, quàm præscriptio 40 annorum cum titulo.

Præscriptio verò ipsa quadraginta annorum cum titulo, tum demum immemoriali æquiparatur, eundémque effectum operatur, quando eadem ratio militat, nec differentiæ ratio reddi potest.

Aut quando subiectæ materiæ ratio præsumptáve legis, aut disponentis mens, ita suadet, vel lege ipsa, aut canone ita expressum fuerit.

Prout nonnullis iuribus expressè cautum est.

Vnde

Vndè quando id non exprimitur, sed omittitur omnino, argumentum retorqueri validè potest, vt lex ipsa, quæ immemorialem præscriptionem admisit expressè, & de præscriptione 40. annorum non meminit, eam admitti noluerit: cap.34.n.12.

Præscriptio nulla currit impedito de iure agere.

Aut quia nondum orta actio, aut si erat orta, adhuc erat impeditus, siue obstabat illi exceptio: c.13.num.39.

Statutum licèt generaliter præscribat tempus intra quod agi debet, non comprehendit personas intra terminum impeditas de iure agere: ibid.num.40.

Vbi non est culpa, neque negligentia, non debet esse locus alicui pœnæ: ibidem, numero 41.

Præscribens decimas prædij, in quo satum fuit frumentum, habebit decimas alterius fructus qui seminetur, cap.15.num 25.

Præscriptio in illa specie, quæ præscripta est, extendi potest de persona ad personam, & de vna specie, seu de vno actu ad alium: ibidem, num.26.

Effectus præscriptionis causatæ à iure reali, extenditur ad omnes illos, aduersus quos præscriptum non fuit, & ad particularem speciem iuris comprehensi sub vnico iure vniuersali: ibidem, num.27.

Præscriptio immemorialis in rebus maioratus admittitur contra omnes successores; atque ita nondum etiam natis, & futuris omnibus successoribus præiudicat: cap.18.num.176.

Priuilegium de Regalibus, tacitè per lapsum temporis immemorialis acquisitum reuocari non potest: ibid.n.177.

Quando quis contra iura mercatur, est præsumptio contra eum, propter quam etiam tempore immemoriali non præscribit.

Et de opinione quadam Ludouici Molinæ, ibid.num.182.

Recipiens annuam pensionem, ab aliquo pro eo, quod sibi faciendum concessit, an possit præscribere, vt id quod concessit non fiat, cap.21. num.6.

Ponderatur textus *in cap.instantia, de censibus*, ibid.num.7.

Antonij Fabri locus insignis ponderatur, ibidem, num.8.

Quorundam error confutatur, ibid.n.9.

Titulo legitimo, seu concessione, aut priuilegio quæ acquiri possunt, tempore etiam, aut præscriptione immemoriali acquiruntur: ibid. num.10.

Immemorialis præscriptio habet vim tituli, & priuilegij, & concessionis Regiæ.

Et potioris, & melioris tituli, qui excogitari possit: ibid.n.11.

Præscriptione semel completa, vtrum aduersus eam, maioribus viginti quinque annis competat in integrum restitutio, si iusta causa, vel absentiæ, vel ignorantiæ allegetur: c. 25. num. 5. & sequentibus.

Præscriptionem, cum cuiuscunque temporis ea sit, indistinctè procedere contra præsentes, & contra absentes, & contra scientes & ignorantes.

Dubium autem esse, an ex causa iustæ, & probabilis ignorantiæ, restitutio in integrum detur: ibid.num.6.

Et restitutionem dari contra præscriptionem longi temporis, decem scilicet, vel viginti annorum; idque ex sententia multorum, numer.7.

Non dari ex sententia aliorum.

Et pro vna, & altera parte iura, & fundamenta expendi communiter: Et de iudicio Authoris quoad ipsam longi temporis præscriptionem; Et de plurium iurium declaratione, ibid.

Vbi etiam explicatur *l.1.§.si quis propter, ff.de itinere actúque priuato*, ibidem, num.7.

Præscriptione completa, vtrum competat restitutio in integrum ex causa iustæ, & probabilis ignorantiæ in præscriptione 30. annorum.

Et de contrariis opinionibus in proposito.

Multisque pro vna, & altera parte fundamentis.

Iudicióque, & sententia Authoris in eo dubio. ibid.num.8.

Quid in præscriptione quadraginta annorum.

Vbi etiam de opinionibus contrariis in proposito.

Et de iudicio, & sententia Authoris; ibidem, num.9.

Præscriptione completa, restitutionem in omni præscriptione denegandam, ex sententia Authoris.

Qui Arij Pinelli, Ferdin. Vasquez de Menchaca, D. Francisci de Sarmiento, & Andreæ Fachinei placita omnino probauit, ibidem, numero 10.

Et in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, Petri Barbosæ concordiam confutauit, ibid num.11.

Confutat etiam ea, quæ circa quadriennium, intra quod restitutio debet peti, Interpretes, quamplures statuerunt.

Dum existimant quadriennium ipsum esse vtile, & ideo ignoranti non incipere currere.

Sed à die scientiæ computandum esse.

Et sic euenire posse, vt etiam post mille annos restitutio peti possit, prout latiùs hic; ibidem, num.12.

In præscriptionibus regulariter requiritur bona fides, titulus, possessio, & quod currat tempus à lege præfinitum.

Et possessio adeò continua esse debet, vt si interrupta sit, ad præscriptionem non prosit, cap.26.num.1.

Præscriptio etiam ipsa ante litem motam debet esse completa; ibid.n.2.

Bonæ, & malæ fidei possessor quis dicatur.

Siue, bona fides qualiter in tractatu præscriptionis accipitur, vt bona fide quis præscripsisse dicatur; ibid.num.3.

In præscriptione quod bona fides requiratur, & interuenire debeat, quemadmodum intelligatur, ibidem, numero 4. & sequentibus: vbi quod nulla præscriptio considerari potest stante mala fide.

Ad præscribendam etiam seruitutem bona fides necessariò, & præcisè desideratur atque requiritur.

Et idem generaliter in præscriptione incorporalium, ibid.num.5.

In omni præscriptione requiri bonam fidem iure ciuili attento, quemadmodum intelligendum sit, cùm Interpretes nonnulli indistinctè id tradiderint; & alij differentiam constituant

inter ius Cæſareum , & Pontificium.

Et iure ipſo Cæſareo attento , in vſucapione trienniali , & in præſcriptione decem annorum inter præſentes , & viginti inter abſentes bonam fidem requirant ; ſecùs verò in præſcriptione triginta , vel quadraginta annorum , in qua ſolam poſſeſſionem ſufficere cum curſu tanti temporis , etiam abſque bona fide aſſerunt.

Iure verò Pontificio attento,bonam fidem indiſtinctè requirunt.

Alij verò ſtatuerunt iure ipſo ciuili ſufficere in præſcriptione triginta,vel quadraginta annorum bonam fidem, etiam ex iniuſta cauſa procedentem.

Cum tamen in præſcriptione decem , vel viginti annorum formalis, vera , & poſitiua bona fides neceſſaria eſſet;ibid.n.6.

Hodie ex iuris Pontificij expreſſa conſtitutione , præſcriptio nulla cum mala fide procedit.

Sed in omnibus præſcriptionibus , nulla excepta,bona fides requiritur, & præcisè neceſſaria eſt.

Et quod adſit omni tempore , vſque ad completam præſcriptionem.

Et ideo quocunque tempore superueniat mala fides ante perfectam præſcriptionem , interrumpitur, & vitiatur præſcriptio.

Quidquid aliter de iure ciuili ſtatutum eſt.

Et iuris Pontificij conſtitutio, qua nulla valet abſque bona fide præſcriptio,etiam in foro ciuili,& temporali,& non modo in Eccleſiaſtico ſeruanda eſt ; quia cùm agitur de materia peccati, ius Canonicum in omni foro ſeruandum eſt, ibid.num.7.

Mala fides impedit præſcriptionem in actibus perſonalibus.;bid.n.8.

Statutum diſponens , vt debitum aliquo certo tempore præſcribatur, non valet ſtante mala fide,ibid.num.9.

Bona fides requiritur in pacto retrouendendi cum clauſula,*quandocunque* , *&c.* ibidem, numero 10.

Et in præſcriptione contra Fiſcum , ibidem, num 11.

Et ſi contrahatur cum minore , ibidem , numer.12.

Hæres non poteſt præſcriptionem continuare, neque à ſeipſo inchoare , quando defunctus rem poſſidebat cum mala fide ; & de ratione , ac materia *l.cum heres*, 11. *ff. de diuerſ. & temporal. præſcriptionibus*.

Et an , & quando mala fides Authoris noceat ſucceſſori ad præſcribendum;ibid.n.13.

. Bona , & mala fides non ſunt ita contrariæ, quod inter eas medium non detur ; & medium dari ex ſententia multorum.

Et idem infertur ad quæſtionem ; bonam fidem non habens , neque malam , ſed in prædicto medio exiſtens , vtrum præſcribat tempore 30. vel 40. non obſtante deciſione iuris Canonici.

Et de opinionibus contrariis in propoſito.

Et *c.finalis,de præſcrip*r.interpretatione. .

Iudicióque,& ſententia Authoris in propoſito,ibid.n.14.& 15.

Verba in dubio accipienda , atque intelligenda ſunt in potentiori ſignificatu.

Idque in omni actu , materia , & diſpoſitione.

Et ſiue legis , ſiue hominis illa ſit ; ibidem, num.16.

Et applicari debet ei extremo , quod eſt potentius;ibid.n.17.

Verba in dubio ſimpliciter ſunt intelligenda, non autem ſecundum quid;ibid.n.18.

Et de actu ſimplici non qualificato , ibidem, num.19.

Et de digniori ſubiecto;ibid.n.20.

In præſcriptione bona fides deduci , & exprimi debet;ſed non eſt neceſſe , quod probetur ab actore,cùm regulariter præſumatur.

Et explicatur textus *in l.finali,C.vnde vi*, ibid. n.21.& in dicto c.26.

Bona fides an in præſcriptione ſeruitutum,& iurium incorporalium præſumatur, vt ab actore probari non debeat.

Et de opinionibus contrariis in propoſito.

Et explicatione textus *in l.ſi quis diuturno , ff.ſi ſeruitus vindicetur*,ibid.n.22.

In præſcriptionibus mala fides indiciis,coniecturis,& præſumptionibus probari poteſt.

Sicut dolus probatur,ibid.n.29.

Is qui penes ſe habet inſtrumentum,teſtamentum,ſcripturam,aut aliam diſpoſitionem quamcunque , præſumitur ſcire in eis contenta , vt in vera mala fide conſtituatur , ſi contra tenorem ipſorum præſcribere intendat.

Quod exornatur , ibid.n.30.

In præſcribenda libertate onerum , ſcientia, quòd quis teneatur ad onera , non impedit præſcriptionem , nec cauſat malam fidem , & libertas præſcribitur etiam ab eo , qui ſcit ſe teneri.

Et bona fides in his terminis , non obſtante ſcientia præſumitur.

Idque maximè in poſſeſſione 30.annorum , & multo magis immemoriali.

Quia ad præſcribendum immunitatem ſufficit bona fides præſumpta ex curſu longiſſimi temporis,ibid.n.51.

Mala fides non conſideratur in eo,qui non fuit interpellatus;ibid.n.52.

Bona fides non oritur ex ſcientia,vel ignorantia rei alienæ;ſed ex iuſta poſſeſſione:iuſtè autem poſſidet,qui legis , vel iudicis authoritate poſſidere cœpit:ibid.n.53.

Ius ſi reſiſtat præſcriptioni , aut præſumptio ſit contra præſcribentem, titulus , & bona fides requiritur ad præſcriptionem.

Niſi fuerit præſcriptio immemorialis.

Et exornatur deciſio *cap.1.de præſcriptionibus, lib.6*.ibid.num.56.

Poſſeſſio ſemper neceſſaria eſt ad præſcriptionem:ibid.n.57.

Præſcriptio etiam per mille annos non procedit,abſque poſſeſſione,in corporalibus;& quaſi poſſeſſione,in incorporalibus:ibid.n.58.

Præſcriptio non procedit,niſi perficiatur tempore à lege præfinito;ibid.n.59.

Res mobiles triennio,immobiles decem annis inter præſentes,viginti inter abſentes vſucapiuntur, aut præſcribuntur contra priuatum : ibid.in dicto cap.26.n.60.

Iure veteri,Eccleſia contra Eccleſiam præſcribebat triginta annorum ſpatio;hodie quadragenaria poſſeſſio aduerſus Eccleſiam eſt neceſſaria ibid.num.61.

Quod extenditur ad loca pia, veluti Monaſteria, Hoſpitalia ; & ad legata , & donationes ad pias cauſas;non tamen ad bona Clericorum,quia

quoad

quoad hoc enumerantur inter personas priuatas, ibid.num.61.

Vna Ecclesia contra aliam præscribit spatio 40.annorum.ibid.num.63.

Vsucapio triennalis in rebus mobilibus, & similes præscriptiones aduersus Ecclesiam admittuntur,ibid.num.64.

Centenaria præscriptio necessaria est contra Romanam Ecclesiam;ibid.n.65.

Res ad Principes seculares pertinentes; item libertas, seu immunitas à soluendis indictis, & collectis, quo tempore præscribantur;remissiuè, ibid.num.66.

Regalia Principi reseruata,ratione dignitatis, & in signum vniuersalis subiectionis,& dominij, non præscribuntur:quæ verò in patrimonio Regis existunt,& eius qualitatis non sunt, tempore immemoriali præscribuntur:ibid.n.67.

Vna Ecclesia contra alteram,vel etiam priuatus 40.annorum spatio Tertias præscriberet,cum eo tempore contra Ecclesiam regulariter præscribatur;cap.30.num.9.

Iura Regalia,quæ contra Reges, & Principes non præscribuntur nisi tempore immemoriali, contra alium priuatum tempore longissimo, sine titulo, vel longo tempore cum titulo præscribi possunt.ibid.num.10.

Ecclesia Romana si res suas transferat in priuatum,hæ res præscribentur tempore ordinario aduersus donatarium:ibid.n.11.

Principis Tributa, quæ aliàs præscribi non possunt, præscribentur tamen aduersus eum,in quem ea Princeps transtulit, tempore ordinario: ibid.n.12.

Laici contra laicos decimas præscribunt: ibid.num.13.

Libertas,immunitas, & exemptio ius aliquod non soluendi,præscribi potest;c.31.num.10.

Per longissimum tempus si homines accesserunt ad coquendum panem ad furnum alterius, non potest induci præscriptio, vt in futurum accedere teneantur;c.32.n.5.

Præscribi, nisi post prohibitionem à præscribente factam nequeunt, quæ meræ facultatis sunt:ibid.num.11.

Quadraginta annorum præscriptio cum titulo, an æquiualeat immemoriali, siue eundem quem immemorialis operetur effectum, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere,& liberare valeat: cap.34.n.1.& per totum.

Præscriptio quadraginta annorum cum titulo,regulariter æquiualet immemoriali, eundémque effectum operatur.

Adeò vt quoties lex, vel canon immemorialem præscriptionem requirit, 40. annorum præscriptio cum titulo sufficiens sit: quod declaratur,num.12.eiusdem cap.34.

Et ponderatur textus *in cap.1. de praescript. lib. 6.& in cap.cum persona, §. quod si tales, de priuileg. eod.lib.6* ibid.num.2.& 6.& 7.

Possessor fundi regalis liberatur à publica functione,si præcessit Principis concessio,& post eam encurrerunt quadraginta anni.

Atque ita publicæ functiones,licèt nullo tempore præscribantur;præscribuntur tamen si Principis concessio,& quadraginta annorum possessio simul concurrant.

Et ponderatur, atque exornatur textus *in l. finali§ finali, C.de fund.patrimoniali, lib. 11.* ibidem,num.3.

Præscriptio quadraginta annorum cum titulo, sufficiens est ex sententia quorundam, ad præscribendum bona aliqua maioratus, in præiudicium sequentium vocatorum, & successorum, ibid.num.4.

Iurisdictio Regalis non præscribitur, nisi tempore immemoriali.

Aut etiam quadraginta annorum cum titulo; ibid.num.5.

Præscriptio quadraginta annorum cum titulo, in quibus casibus admittitur, & immemoriali æquiparatur;intelligitur,vt procedat, quando titulus aliqua ratione esset inualidus, & illegitimus;si tamen esset coloratus,& talis, qui iustam præscribendi causam præstare possit: c. 34. n. 6.

Nam si titulus esset validus,& legitimus, ipse solus sufficeret, & nullius temporis præscriptio necessaria esset;ibid.n.7.

Titulus coloratus, & talis qui iustam præstare possit præscribendi causam,qui dicatur.

Quod nonnullis exemplis declaratur, ibid, num.8.

Præscriptio quadraginta annorum cum titulo, non æquiualet immemoriali;nec sufficit, vt à solutione Tertiarum aliquis se eximere, & liberare valeat,ibid.n.9.

Et primum huius resolutionis fundamentum expenditur,ibid.n.10.

Secundum eiusdem opinionis motiuum ponderatur, ibidem,num.11.

Præscriptio immemorialis regulariter maioris virtutis,& efficaciæ reputatur, quàm præscriptio quadraginta annorum cum titulo.

Præscriptio verò ipsa quadraginta annorum cum titulo, tum demum immemoriali æquiparatur, eundémque effectum operatur,quando eadem ratio militat, nec differentiæ ratio reddi potest;aut quando subiectæ materiæ ratio præsumptavè legis, aut disponentis mens ita suadet;vel lege ipsa,aut canone, ita expressum fuerit.

Prout nonnullis iuribus expressè cautum est.

Vndè,quando id non exprimitur, sed omittitur omnino, argumentum retorqueri validè potest,vt lex ipsa,quæ immemorialem præscriptionem admisit expressè,& de præscriptione 40.annorum non meminit,eam admitti noluerit, ibidem,num.12.

Præscriptio quadraginta annorum cum titulo,licèt sufficiat, cùm agitur de maioratu de nouo inducendo, in terminis *l. 41. Tauri*, non tamen cùm agitur de illo destruendo, aut de præscribendis bonis maioratus in præiudicium sequentium vocatorum, & successorum, idque ex veriori, & communi sententia: ibidem, numero 13.

Præscriptio quandoque non currit, nec procedit;quandoque ea cessat, ac dormit; quandoque interrumpitur: & quomodo id contingit, cap.35.num.1.

De interruptione præscriptionis quædam breui compendio traduntur,ibidem,n.2.

Interruptio præscriptionis,quid sit.

Et quid operetur,ibid.n.3.

Interruptio præscriptionis quædam est naturalis,quædam ciuilis.

Et quæ dicatur naturalis, vbi nonnulla traduntur eius exempla,ibid.n.4.

Interruptio naturalis nocet præscribenti,non solùm respectu interrumpentis, sed & respectu omnium,ibid.n.5.

Interruptio ciuilis, quæ sit, & de eius effectu: num.6.ibid.

De communi etiam Doctorum distinctione in eo dubio; An per solam litis contestationem, an etiam per citationem, præscriptio interrumpatur.

Vbi distinguitur, an simus in præscriptione triennali, quæ litis contestatione interrumpitur.

An in præscriptione triginta annorum, aut quadraginta, bona tamen fide procedente, quæ non aliter interrumpitur quàm litis contestatione.

An denique in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum merè odiosa, quæ mala fide procedit, & hæc sola citatione interrumpitur, ibid.n.6.

An in præscriptione decem, vel viginti annorum, quæ etiam litis contestatione interrumpitur.

Interruptio ciuilis tantum prodest ei, qui illam fecit, & non alij, atque ita non nocet respectu aliorum: ibid.n.7.

Et tantùm nocet illi, cui facta fuit interruptio, & non alteri, ibid.n.8.

Et facta circa vnam rem, ad aliam diuersam non extenditur, nec ad alium actum: ibidem, num.9.

Præscriptio omnis hodie attenta decisione *l. 29. titulo 29. partita* 3. an per solam citationem, absque litis contestatione interrumpatur.

An verò distinctio communis relata suprà, *numero* 6. *dicto capite* 35. seruari debeat, & iuxta eam, dicta lex Partitæ intelligi, atque declarari.

Quid etiam in terminis iuris communis, cum de iure Pontificio in omni præscriptione requiratur bona fides, ibid.n.10.

Ad effectum constituendi aliquem in mala fide, sufficit, quamlibet moueri controuersiam super re, vel etiam quamlibet denuntiationem, atque ex ea possessorem teneri ad fructus: ibid. num.11.

Præscriptio litis contestatione non interrumpitur, quando lis non est prosequuta, ibidem, num.12.

Aut si pars desistat à lite, ibid.n.13.

Aut litis contestatio facta sit ab alio quàm à domino, ibid.n.14.

In seruitutibus, & iuribus incorporalibus qualiter interrumpatur præscriptio. ibid.n.15.

Perpetuatio, & interruptio præscriptionis in quo differant, ibid.n.16.

Actio qualiter perpetuetur, & quis sit perpetuationis effectus, ibid.n.17.

Interruptione, an corruat immemorialis præscriptio.

Et quemadmodum id intelligi, atque explicati debeat. ibid.n.18.

Præscriptio iuris exequendi, an interrumpatur per solam petitionem executionis, & instrumenti productionem, ibid.n.19.

Præsumptio namque transfert onus probandi in aduersarium, cap.7.n.9.

Præsumptio iuris transfert onus probandi in aduersarium, cap.13.num.12.

Præsumptio iuris, quæ pro vno, & contra alterum vrget, efficit, vt actor censeatur reus, & reus actor quoad effectum oneris probandi: cap. 13.num.24.

Et in cap. 12. num. 25. & 26.

De viribus valore, & interpretatione *Priuilegiorum* cum contenditur, atque dubitatur; recurrendum est directò ad Principem, qui priuilegium concessit pro declaratione illis: quod exornatur, cap.12.num.14.

Priuilegium personale aliquando occultatur ratione rei, quæ priuilegiata reperitur, vt Iudex aliàs non competens, competens fiat, ibidem, numer.30.

Priuilegium exemptionis concessum Ecclesiis, ad postea constructas extenditur, cap. 14. num.15.

Priuilegium exemptionis solutionis pedagij comprehendit terras postea constructas; ibidem, num.18.

Concessis priuilegiis vnius Ciuitatis alteri, etiam futura continentur: ibid.n.20.

Priuilegium non mutatur, etsi qualitas rei fructûsve mutetur, c.15.n.11.

Priuilegium concessum Clericis de percipiendis decimis, ad noualium decimas non extendi.

Idque ex veriori Interpretum placito.

Quidquid alij repugnent; ibid.n.39.

Priuilegium de decimis non soluendis, etiamsi de noualibus expresè mentionem faciat, ad noualium decimas trahi non potest, quæ ab aliis erant possessæ tempore priuilegij concessi: ibid. num.41.

Priuilegium amplissimum habens si eo strictè vtatur, sibi præiudicat; & non poterit postea largè vti, si per legitimum tempus à lege statutum sibi præiudicauerit, c.33.n.27.

Priuilegium subdito concessum posse Principes, & Reges pro libito suæ voluntatis reuocare; & quod nulla causa requiritur, sed simplex, & sola sufficit pro ratione voluntas.

Idque ex sententia multorum iuris Interpretum.

Qui vnanimiter statuunt, quod si priuilegium habet tractum successiuum, reuocari poterit quoad futuros actus, licèt non quoad præteritos.

Item priuilegium non subdito, aut Ecclesiæ concessum reuocari non posse.

Nec quando priuilegium esset sortitum effectum suum.

Vt si Princeps aliquem Officialem creasset, quem non posset absque causa reuocare.

Aut si per priuilegium transfertur dominium, quod secuta traditione vera, vel ficta, non potest Princeps ampliùs reuocare: cap. 18. numer.138.

Priuilegium subdito concessum posse sola voluntate Principis reuocari, etiam sine causa, quamuis in eodem priuilegio promiserit Princeps illud se non reuocaturum: ibidem, numer.139.

Priuilegium à Regibus, & Principibus subdito concessum, absque causa iusta, & legitima reuocari non posse; ex sententia aliorum Authorum, quæ per Authorem probatur, ibidem, numero 140. & numeris sequentibus. Et Ludou. Molinæ locus singularis expenditur in proposito.

Priuilegium merum, & simplex, non potest Princeps reuocare, quando promisit perpetuò seruare, & seruari facere, ibid.n.141.

Princeps non præsumitur priuilegium semel concessum reuocare voluisse. ibid.n.142.

Inter

Inter priuilegia puta, & simplicia, & donationes, aut conuentiones, & concessiones gratuitas, quoad effectum reuocandi eas, cum causa, vel sine causa, quæ differentia constitui soleat inter Scribentes: ad quod Recentiores non sic attendunt, nec in declaratione insistunt.

Et ibidem, quod Princeps reuocare non potest donationem à se perfectè alicui factam, nisi ex causa legitima.

Neque etiam reuocare sine iusta causa priuilegium, per quod transfertur dominium.

Idque ex communi omnium traditione.

Quando autem dominium directum, vel vtile non transfertur, tunc Interpretes dissentiunt; ibidem, numero 144. & sequenti.

Iosephi Sese locus expressus ponderatur, vbi differentiam communem inter priuilegia pura, & donationes specificè attigit, ibidem num. 145.

Priuilegium à Regibus, & Principibus concessum subdito, de potestate ordinaria non posse reuocari sine causa.

Posse tamen de potestate absoluta, siue de plenitudine potestatis.

Sed honestum, aut decens non esse, quod Principes reuocent proprium priuilegium.

Idque ex sententia aliorum plurium; ibidem. num. 146.

Priuilegia subdito concessa, quæ in contractum transierunt, Princeps reuocare non potest, etiam de plenitudine potestatis.

Et dicuntur in contractum transire, & non remanere in suis terminis iuris, cùm conceduntur non subdito.

Vel dantur subdito, sed accepto ab eo pretio, aut mediante pecunia, aut aliqua obligatione quæ loco pretij succedat, vt si subditus promittat certum quid facere.

Vel ob aliquod datum, vel factum implendum, vel impletum.

Quod tamen sit commensuratum, vel prope ad priuilegium concessum; nam si gratia longè præponderaret, non desineret esse gratis, nec priuilegij nomen amitteret.

Vbi autem pretium, vel pecunia interuenit, non attenditur, quod adsit verbum *indulgemus*, *donamus*, aut *concedimus*, vel aliud simile: ibidem, num. 148.

Priuilegium ob benemerita, aut seruitia, & in remunerationem concessum, dicitur in contractum transire, & reuocari non potest.

Etiam de plenitudine potestatis, ibidem, numero. 149.

Priuilegia, quæ in contractum transierunt, vtrum ea iusta, & legitima causa reuocari possint, ibidem, num. 150.

Priuilegium de Regalibus, tacitè per ipsum temporis immemorialis acquisitum, reuocari non potest, ibidem, numero 177.

Priuilegium aliquando in faciendo, aliquando in non faciendo consistit.

Priuilegium quo alicui facultas aliquid faciendi conceditur, per non vsum decennij amittitur: quod exornatur, & expenditur decisio *l. 1. ff. de nundinis*, cap. 19. num. 2.

Augustini Barbosæ obseruationes nonnullæ in proposito, & ad explicationem *cap. si de terra*, *& capit. accedentibus, de priuilegiis*, in medium proferuntur, & explicantur; ibidem, num 3.

Priuilegium habens largum, si strictè illo vtatur, an deinceps possit illo vti magis largè; ibidem, num. 6.

Priuilegium non attenditur, sed vsus eius, & acquisitio possessionis; ibidem, numero 6.

Priuilegia in eo valent, & tenent, in quo vsitata, & obseruata fuerint; ibidem, numero 7.

Priuilegium non amittitur per non vsum decennij, nec per multum tempus, quando se non obtulit facultas, aut occasio vtendi: quod exornatur.

Et expenditur *l. vnius ex sociis §. finali, cum l. sequenti, ff. de seruitut. rusticorum prædiorum*, ibid. num. 8.

Priuilegium non extinguitur non vso decennij, data facultate faciendi pluribus modis; ibidem, num. 9.

Priuilegium non amittitur non vsu decennij quando collatum esset in arbitrium, aut liberam voluntatem alicuius.

Quod extenditur, atque exornatur.

Et inquiritur, an Regia facultas ad maioratum instituendum amittatur ea non vsu decennij, ibidem, num. 10.

Priuilegium quod transiuit in contractum, non amittitur non vsu decennij.

Idem si concessum fuerit ob seruitia, & in remunerationem.

Aut si concedens recepit aliquam annuam pensionem pro eo, quod faciendo alicui concessit, ibidem, num. 11.

Priuilegium concessum Ecclesiæ, vel Ciuitati, an amittatur non vsu decennij, ibidem. num. 12.

Priuilegium, vt dicatur amissum non vsu, præcisè probari debet priuilegiatum non fuisse vsum priuilegio. ibidem, num. 13.

Et in dubio iudicandum est, priuilegium durare, & non esse extinctum: ibidem, numero 14.

Priuilegium cui certum tempus, aut modus adiicitur, quo illo vtendum sit, finito tempore, aut iuxta modum præfixum finitur, nec attenditur non vsus decennij. ibidem, num. 15.

Priuilegium habens actum momentaneum, & non reiterabilem, amittitur vno actu contrario, quando in non faciendo consistit. ibidem, num. 16.

Non amittitur duodecim casibus hic enumerati, ibidem, num. 17.

Priuilegium quod in non faciendo consistit quando habet tractum successiuum, & reiterabilem, non amittitur per actum contrarium, ibidem, numero 18. & sequentibus.

Vbi Cardinalis Tusc. Andreæ Gaill, Bernardi Greuæi, Georgij Acacij, & Camilli de Medicis, resolutiones communes expenduntur, ibidem, num. 19.

Et Ioannis Garciæ locus copiosus, & memorabilia in proposito commendatur.

Et concluditur ex decisione *l. 42. titulo 18. par. 3.* priuilegium de non faciendo perire ex contrario vsu, triginta annis; & priuilegium de faciendo perire, ex non vsu decem annis, ibidem, num. 20.

Et in eodem cap. 19. in principio, numero. 3.

Gregorij quoque Lopez locus, & resolutio ponderatur, ibidem, num. 21.

Et Augustini Barbosæ obseruationes referuntur, ibidem, num. 22.

Priuilegium concessum ad voluntatem, seu beneplacitum concedentis, an morte ipsius expiret

Et communibus resolutionibus in proposito, & materia *l. 4. ff. locati*, *l. centesimis*, *§. finali*, *ff. de verborum obligationibus*, *cap. si gratiosè, de rescriptis, lib. 6.*

Vbi beneplaciti tractatus exornatur nonnullis, ibidem, num. 23.

Priuile

Priuilegium concessum aliqui Qualitati, intelligitur de vera non de ficta per repræsentationem; cap. 20. num. 31.

Priuilegium secundum, an & quando reuocet primum, remissiuè, capite 36. numero 5.

Priuilegium, quod tempore prius est, regulariter iure prius esse, ibidem, numero 6.

Idque tempus æstimatur ratione horæ, & momenti.

Nisi fortior aliqua causa alteri ex priuilegiis adsit: quia tunc temporis, ius fortiori causæ cedit ibidem, dicto capite, & numero.

Priuilegium secundum non faciens mentionem de primo alteri concesso, non reuocat primum.

Siue secundum sit generale, siue speciale: siue etiam primum generale sit, aut speciale: ibidem, num. 7.

Priuilegium, & immunitas concessionis super portatio non præstando, intelligitur de portagiis Regi tantum soluendis; & non extenditur ad ea, quæ ab alio percipiuntur, & non à Rege: ibidem num. 8.

Priuilegij verba dubia, & generalia, de iure recipiunt interpretationem, vt tertio non inferant, nec faciant præiudicium: ibidem, num. 9.

Et in dubio reducuntur ad iuris dispositionem, & rationem quoad fieri possit: ibidem, num. 10.

Priuilegia, & rescripta Principum, sunt in quantum fieri potest, iuri communi, & æquitati conformanda: ibidem, num. 13.

Priuilegium alicui concessum, quo is eximitur à solutione decimarum ex fructibus noualium, intelligendum est de his noualibus, in quibus alter non habet tempore dati priuilegij, quasi possessionem iuris percipiendi decimas, ne illi fiat præiudicium per concedentia intentionem: ibidem, num. 24.

Priuilegium non soluendi decimas simpliciter concessum, ad noualia non extenditur, ibidem, num. 25.

Regij Fiscalis in eadem huius capitis disceptatione, obseruationes nonnullæ commemorantur.

Quæ eo tendunt, vt partis Collegiorum Religionis Societatis Iesu, oppositionem secundam diluant, & Regum nostrorum ius, & iustitiam ostendant.

Vt etiam explicet, an & quando priuilegium posterius deroget priori, si in posteriori apposita sit clausula, *non obstantibus constitutionibus, & priuilegiis*: specifica tamen prioris priuilegij mentio non fiat.

Et quid si ex causa onerosa, aut publicæ vtilitatis, aut propter aliquem finem, aut Regi, & Principi prius priuilegium concessum fuisset, ibidem, in dicto capite 36. num. 28.

Priuilegia priora, siue anteriora, etiam habentia clausulam derogatoriam ad futura priuilegia, & rescripta, tolluntur, & derogantur per priuilegia posteriora, quando per viam legis generalis derogatur omnibus priuilegiis, etiamsi de illis oporteret facere specialem mentionem.

Et quando dicatur per viam legis concessum priuilegium, ibidem, num. 29.

Priuilegij prioris cur specifica mentio requiratur, ibidem, num. 30.

Priuilegia anteriora non reuocari, nec tolli per posteriora, nisi specifica mentio facta sit, etiamsi adiciatur clausula generalis, *non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & priuilegiis*.

Idque quando ad postulationem partis concessa sunt, ibidem, numero 31.

Priuilegium fisci vt tollatur, specialis reuocatio necessaria est, ibidem, num. 32.

Priuilegium concessum ratione exuberantis fauoris, requirit specialem derogationem: ibidem, num. 33.

Et clausum in corpore iuris ex generali clausula, *non obstantibus*: non tollitur, ibidem, numero. 34.

Et ob merita concessum, vt tollatur, necessaria est specialis mentio: ibidem, num. 35.

Et concessum personis Illustribus, requirit reuocationem specialem; ibidem, num. 36.

Papa non præsumitur tollere indultum concessum ad instantiam, & preces Regum.

Quia Regibus propter illorum excellentiam semper defertur; ibidem, numero 37.

Priuilegia concessa in remunerationem laborum, sunt irreuocabilia. ibidem, num. 38.

Pro non reuocatione priuilegij semper est interpretatio facienda.

Et contrarium prætendens exactè probare debet, ibidem, num. 39.

Catholicæ Maiestati priuilegia concessa, nullo modo tollunt, nec eis derogant Summi Pontifices; sed passim augent cùm eius merita crescunt; ibidem, num. 40.

Priuilegium concessum Religiosis de non soluendis decimis prædialibus, valet ad præiudicium Ecclesiarum, & Parochorum; ibidem, num. 45.

Romani Pontifices, eo ipso, quod priuilegium dant alicui non soluendi decimas, censentur velle præiudicare tertio, cui aliàs de iure communi competebant ibidem, num. 46.

De voluntate Principis, quod voluerit per posterius priuilegium tollere prius, aut ei aliquo modo detrahere, non aliàs constare posse, quàm si expressa facta mentione priuilegij prioris, eo non obstante, posterius valere iussit: ibidem, num. 50.

Princeps supremus in casu vrgentis necessitatis, atque ex iusta causa boni publici, & implementi obligationum Regiarum, quamplurima facere posse, quæ hic congeruntur, & referuntur; ex quibus vassalli conqueri non possunt: cum tempore necessitatis, omnia dicantur esse Principis. cap. 9. numero 25.

Quando *ay necessidad apretada, grande y. vrgente, el Regno se llama a Cortes para la concession de tributos, y nueuos seruicios para mayor satisfacion de todos, y iustificacion de su Magestad*, siue ex benignitate Regum Castellæ, non ex necessitate iustitiæ, prout hic adnotatur.

Vnde, *no està en arbitrio, o voluntad de los Procuradores de Cortes*, suum consensum non præstare; quia si necessitas nota sit, tenentur consentire; aliàs, *sin su consentimiento se impedirà el tributo, o seruicio de que se trata*, ibidem, num. 26.

Principes sunt tutores Reipublicæ, & Iudices conseruatores suorum vassallorum, & omni iure naturali, diuino, & positiuo, tam Canonico, quàm Ciuili, tenentur eos, & regna sua in pace conseruare, & tueri.

Ita vt vassallorum, & Regni defensio proprium dicatur Regis officium.

Et subditorum protectio, & defensio, cum ipso sit simul Regno ab origine orta, ibidem, n. 27.

In gratiis, & beneficiis Principum, concessio simpliciter facta trahitur ad futura.

Et latissimam recipit interpretationem, cap. 14. & vide num. 35.

Donatio aut concessio Principis, per quam conceditur

ceditur facultas prouidendi officia, an extendatur ad officia postmodùm creata. ibid. n. 38. & sequenti.

Reges Hispaniæ, & alij Principes supremi non modò Tertias, hoc est *los dos nouenos*, ex omnibus rebus. & fructibus qui decimantur; sed & alia iura Regalia, & Principatus, veluti tributa, pedagia, vectigalia, & alia similia, vendere, donare, & in alium quocunque titulo transferre possunt: c. 16. n. 15.

Reges, & Principes supremi superiorem non recognoscentes, quod possint alienare, & ex causa remunerationis donare bona, & iura Regalia, quemadmodum intelligi, atque explicari debeat.

Et Ioannis Gutierrez annotationes nonnullæ probantur, & ec. sequentib. latiùs explicantur, ibid. num. 17.

Princeps vtrum possit reuocare priuilegium colligendi gabellas, aut concessionis Tertiarum subdito datum, & concessum, ibidem, numer. 18. & latiùs, atque ex proposito capp. sequentibus.

Reges Hispaniæ, aliósque supremos Principes superiorem non recognoscentes, iure posse alienare, & distrahere Tertias, vectigalia, gabellas, & alia iura Regalia, cap. 17. numer. 1.

Nec vrgere contrarium adnotata per Doctores *in cap. intellecto*, per textum ibi, *de iureiurando*.

Ob expressam, & claram legum huius Regni decisionem, in Tertiis ipsis, & vectigalibus loquentium specificè, ibid. n. 2.

Dummodo leges ipsæ temperentur, & semper intelligantur, si alienatio non tendat in magnum, & admodùm considerabile Regni, & Principatus damnum, & detrimentum: ibid. num. 3.

Quamuis enim id legibus eisdem Regiis expressum non fuerit, eadem ratio militat, & vrget in his, quæ in aliis bonis, & rebus Coronæ, & patrimonij Regij, ibid. n. 4.

Et leges ipsæ Regiæ nouæ à legibus antiquis, & à communibus Doctorum doctrinis, atque resolutionibus declarationem, & restrictionem accipiunt. ibid. n. 5.

Nec est verisimile, quod alienationes, aut concessiones eisdem, & legibus nouæ Collectionis Regiæ approbentur, quæ in magnum Regni detrimentum redundent. ibidem, num. 6.

Atque ita regula generalis earum legum restringi debet, quando damnum notabile admodùm ex alia ratione ipsa redundaret; tunc enim infringi, & annullari ea posset, isque casus videtur semper exceptus. ibid. num. 7.

Reges, & Principes supremi, vtrùm possint vendere alienare, & quouis modo distrahere, ac etiam donare res, & bona Coronæ, & patrimonij Regij, ciuitates quoque, oppida, & castra, & iurisdictiones? Quòd non possint, ex sententia quorundam, & de eorum fundamentis, quæ per Menochium expenduntur ex professo, & suo ordine.

Et eisdem etiam omnibus specificè respondetur per eundem Authorem, ibidem, num. 8.

Ponderatur etiam, & aliud fundamentum deductum ex textu *in cap. intellecto, 33. de iureiurando*: & textus ipse fortiùs, & aliter inducitur, & ponderatur, quàm per Menochium inductus, & ponderatus fuisset. ibid. num. 9.

Et adhuc communis intellectus sustinetur per Authorem, & meliùs quàm antea factum fuisset comprobatur, ibidem, numero 10.

Reges Hispaniæ non tantum Administratores, sed etiam Domini sunt bonorum ciuitatum, & oppidorum sui Regni. ibidem, num. 11.

Aliud quoque fundamentum pro eadem negatiua opinione ponderatur, ibidem, numer. 12.

Et statim diluitur, ibid. n. 13.

Expenditur denique, & authoritas quorundam Authorum, qui alienationes Principum absolutè, & in quacunque quantitate, aut æstimatione impugnant.

Et Principum quorundam in initio sui Principatus, omnium alienationum, & donationum Antecessorum reuocationes.

Et eisdem satisfacit, responsúmque præbet Author, ibid. n. 14.

Adducitur contraria, affirmatiuáque opinio in dubio proposito, num. 8. eiusdem cap. 17. quod scilicet Reges, & Principes supremi possint vendere, alienare, & donare res, & bona patrimonij Regij, & Coronæ, ciuitates quoque, oppida, & castra, & iurisdictiones, dummodo alienatio ipsa, aut translatio, siue etiam donatio magnum non afferat detrimentum ipsi Regno, & Principatui, ibid. n. 15.

Et huius opinionis fundamenta ad octo principaliter reducuntur; prout Menochius congerit ea, ibid. n. 16.

Et distinctio prædicta, an alienatio, seu donatio magnum afferat detrimentum Regno, & Principatui, an modicum; exornatur, & exemplis nonnullis comprobatur: ibidem, num. 17.

Et ostenditur hisce in Regnis, & respectu Regum Hispaniæ, magnam esse differentiam cum aliis Regnis, & Regibus: & indubitatè magis in Regibus Hispaniæ, procedere opinionem affirmatiuam propositam in dicto cap. 17. num. 15.

Quamuis respectu aliorum Regum, & Regnorum, contradictionem, & difficultatem aliquam habeat; ibid. n. 18.

Adhuc tamen in Regibus nostris Hispaniæ, & in his Regnis seruandam distinctionem eandem, an scilicet alienatio, vel donatio magnum, aut modicum afferat detrimentum, & damnum.

Prout hic obseruatur.

Et Ludouici Molinæ locus singularis expenditur.

Ferdinandi etiam Loazes resolutiones in eodem articulo in medium proferuntur, ibid. num. 19.

In bonis tamen, quæ propria sunt Regis, aut Principis, & Regiæ Coronæ non incorporata; distinctio metipsa non procedit.

Sed indistinctè, & absque vlla causa, potest Rex de illis disponere, prout priuatus quicunque: ibid. num. 20.

Propter benemerita, & seruitiis donari, & alienari possunt bona Coronæ, & patrimonij Regij, item oppida, & ciuitates, quæ aliàs iure alienari prohibentur: vbi, & aliæ conclusiones proponuntur in materia donationis ob benemerita, & ex causa remunerationis seruitiorum.

Et hanc Principibus, & Regibus nunquam fuisse prohibitam, nec prohiberi potuisse.

Quoniam obligatio hæc cum Dignitate Regia nascitur, atque ea ipsa originem trahit, sempérque censetur excepta: ibidem, num. 22. eiusdem cap. 17.

Principes legibus esse solutos, quod aliquando scribitur, aliquando verò legibus alligatos, & eisdem viuere debere, & decens, & conueniens esse: quemadmodum intelligi, atque explicari debeat.

Vbi communior Doctorum distinctio magis probatur, nonnulláque singulariter adnotantur: c. 18. num. 2.

Et Antonij Fabri locus in proposito expenditur, & ita explicatur, vt communi Doctorum sententiæ, & distinctioni conueniat; Principem inquam legibus esse solutum, quoad vim coactiuam; decere tamen se legibus alligatum profiteri; cùm lege directiua rationis non sit solutus, imò potiùs astrictus: ibidem, numero 3.

Reges, & Principes ex pacto, & conuentione sua, & regulariter ex contractibus cum subditis initis, & celebratis, efficaciter obligari.

Prout certum est obligatos manere, si cum extraneis, & non subditis contraxerint: ibid. num. 4.

Reges, & Principes, cum subditis contrahentes, naturaliter tantùm obligantur, ex sententia quorundam; quæ tamen naturalis obligatio efficax est ad agendum, & omnem effectum, atque actionem producit: ibidem, num. 5.

Ex sententia verò aliorum, quæ magis communiter probatur; & ciuiliter, & naturaliter obligantur, ibid. n. 6.

Et verè ciuilis obligatio ex tacita quidem voluntate, & mente Principis procedere, atque oriri videtur, prout hic adnotatur, ibidem, num. 7.

Princeps præsumitur semper iustitiæ plenus, & velle quod leges volunt: ibid. n. 8.

Et talis præsumitur mens eius qualis esse debet, etiam de iure: ibid. n. 9.

Reges, & Principes, qui cum subditis suis contraxerunt, debere pacta, & conuentiones seruare, & contractus initos implere, nec posse illis contrauenire vllomodo.

Imò ad eorum obseruantiam, prout priuatum quemcunque teneri; ibid. n. 10.

Idque procedere vsque adeò, vt nec de plenitudine potestatis possint reuocare in totum, vel pro parte; nec alterare, aut modificare, vel minuere contractus semel initos, & celebratos.

Et de rationibus præcipuis ab Interpretibus omnibus consideratis, ob quas Principes ex suis contractibus obligantur, illósque seruare, & adimplere tenentur; ibid. in dicto c. 18. num. 11. & sequentibus.

Princeps ideò ligatur contractu, conuentione sua, & pacto, quia contractus sunt de iure gentium, & non insunt sub potestate Regis, vel Principis; ibid n. 12.

Princeps ex suo contractu obligatur ratione consensus, qui est de iure naturali, cui Princeps subijcitur: ibid. n. 13.

Et pacta, & conuentiones sunt de iure gentium, ibid. n. 14.

Iura autem gentium immutabilia sunt, ibidem, num. 15.

Naturales consuetudines astringunt Principes, quia potentius ius naturale, quàm Principatus existit.

Et in ore eorum firmior cæteris priuatis veritas esse debet. ibid. n. 16.

Princeps contrahens cum suis subditis fidelibus, tenetur eis de iure naturali, gentium, & ciuili.

Quia ciuilis ratio naturali comparatur, ibid. num. 17.

Quædam elementa esse, siue, elementorum naturam habere contractus Summorum Pontificum, Imperatorum, & Principum.

Et propterea sicut Papa, & Imperator, & Princeps non sunt domini elementorum; pari modo, non sunt domini contractuum ab eis celebratorum; ibid. n. 18.

Princeps altiùs peccat frangendo fidem, quàm inferior. ibid. n. 19.

Contractus fidem non seruare, est mentiri, ibidem, num. 20.

Mendacium in Principe abominabile est, & stellionatus horribilis: ibid. n. 21.

Fidem fallere grauibus, graue est; grauioribus, grauius; & Viris exemplaribus, grauissimum: ibid. n. 22.

Exemplum bonum, quod à famosis Viris nascitur, magis expedit vulgo, quàm bona rei substantia ab ignotis; ibid. n. 23.

Deus, licèt Principi subiecerit leges, non tamen contractus, aut conuentiones: ibidem, num. 24.

Idcirco Princeps in contractibus vtitur iure communi aliorum, & iudicatur vt priuatus: ibid. num. 25.

Et licèt positiua lege non ligetur, ligatur tamen dictamine rectæ rationis, aut legis æternæ.

Nec authoritas Regia eum absoluit à lege naturæ, vtpote cùm sit animal rationale, politicum, & mortale: ibid. n. 26.

Astrictusque sit rationi obedire; ibidem, numer. 27.

Nam & ipse Deus ex sua promissione obligatur: ibid. n. 28.

Adeò quòd si contraxisset, neutiquam suum contractum irritum fecisset; ibidem, numer. 29.

Et rationis naturalis dictamine Principes potissimùm obligantur; ibid. n. 30.

Principi nihil ita conuenire, eiúsque fidei, quàm pacta, & conuentiones seruare, & promissa implere.

Nihil enim est, quod naturæ humanæ magis conueniat, quàm ea quæ inter homines placuerint seruare.

Hoc enim suadet naturalis æquitas; ibidem num. 31.

Princeps si reluctaret adimplere contractum, aduersus iustitiam faceret, non obseruando fidem, quæ est eius fundamentum; ibidem, num. 32.

Sic

Sic sanè nihil est, quod luce clariori præfulgeat in Principe, quàm recta fides, & obseruantia; ibidem, num. 33.

Cùm etiam hosti sit seruanda fides; ibid. num. 34.

Contractus cum Principe celebrati naturam obtinent bonæ fidei; ibid. num. 35.

Et vim legis habere dicuntur. ibid. num. 36.

Princeps si sua conuentione, & contractu non obligaretur, nullus quidem esset, qui cum eo vellet contrahere, & ita omnium priuaretur consortio, quod pergraue esset.

Et tanquam caul esset, qui omnium præsul est; & si aliis non obligaretur, ita nec illi alij ex correlatiuorum natura, & regula obligati manerent: ibid. num. 37.

Principes constantes esse debent, & ab omni inconstantia alieni.

Nam licèt habeant summam potestatem, & Domini mundi dicantur; sunt tamen subditi rationi naturali: & id intelligitur quoad bonum, & modò naturali rationi pareant,

Ne iniuriarum nascatur occasio, vnde iura oriuntur? ibid. num. 38.

Principes cùm sint veluti Dij in terris, illud eis præcipuè conuenit, *Semel loquutus est Deus, & Quod scripsi, scripsi*

Et debent habere vnum calamum, & vnam linguam, & non plures; quia scriptum est, *Quæ processerunt de labiis meis, non faciam irrita*: & debent esse immobiles, sicut lapis angularis, & sicut polus in cælo; ibid. num. 39.

Et Regiæ Majestati proprium, & peculiare est, concessa non alterare, aut auferre; ibidem, num. 40.

Principes, & Reges ligari suis conuentionibus, promissionibus, & pactis, quæ hactenus dicta sunt; multò magis indubitanter procedere, quando pacta, & conuentiones transierunt in contractum.

Id est quando ex aliqua causa onerosa facta sunt.

Veluti ob pecuniam.

Vel ob aliquod datum, vel dandum; factum, vel faciendum, per eum cui conceditur; ibid. d.c. 18. num. 45.

Aut si remunerationis gratiâ quid fuerit concessum; quia concessioni remuneratoriæ contrauenire non possunt, etiam de plenitudine potestatis; ibidem, numero 46. & numer. 50. & sequentibus.

Reges, & Principes liberales esse decere, quorum præ cæteris omnibus proprium est liberalitatem, & largitatem in subditos exercere: ibid num. 66.

Principes parua se concedere putant, licèt multa, magnàque largiantur: ibid. num. 67.

Nec vnquam immensa videri debet eius liberalitas; ibid. num. 68.

Principes donant multa, meliora, & facilè, ibidem, num. 69.

Inter laudes Regias, hanc præ cæteris extollit Cicero, quod Rex sit largus, beneficus, liberalis; ibidem, num. 70.

Iacobi Menochij traditiones *in consil.* 1003. *ex num.* 60. *vsque ad num.* 68. commemorantur, & commendantur.

Quæ eò tendunt, quod donatarij bene merita non debeant necessariò æquiualere rei donatæ à Rege, & Principe, qui donare non est prohibitus, nec alienare.

Secùs autem in priuato, qui alienare prohibetur: quod si alienare non prohibeatur, id ipsum, quod in eo, statuendum est.

Et generaliter in Principe, quod merita non debeant esse æqualia, aut æquiualere rei donatæ, quando ob egregium facinus, & magna seruitia, aut merita ipse donauerit; ibidem, numero 71.

Fernandi quoque Loazes locus egregius in proposito adducitur, vbi copiose exornat, & comprobat easdem Menochij resolutiones.

Et notanter explicat articulum illum, scilicet, an, & quando inter personas prohibitas benemerita dicantur æquiualentia; & quando donatio ob benemerita facta, immoderata, vel moderata iudicetur? & concludit, quòd cum Reges, & Principes remunerationis causa donare non prohibeantur, attendi non debet in eorum donationibus remuneratoriis illud, quod de æquiualentia meritorum dici solet: ibidem, num. 72.

Petri etiam Barbosæ locus enuntiatur, & explicatur; ibid. num. 73.

Et Arij Pinelli locus alius refertur, in quo dubium excitauit, an in donatione merè gratuita, aut in remuneratoria locum haberet decisio *leg. 2. Cod. de rescind. vendit.* & quid si læsio enormissima fuisset; ibid. num. 74. eiusdem capitis 18.

Pinelli ipsius eodem in loco resolutio opportunè, & subtiliter expenditur, vt proponatur donationes Principum remuneratorias videri, nec ob læsionem enormissimam infringi, aut rescindi posse.

Prout hic notatur, & in Principibus ipsis, magnam differentiæ rationem versari ostenditur.

Nec argui posse à donationibus priuatorum remuneratoriis; ibid.

Rex remunerans, ex sententia quorundam, nunquam dicitur læsus; ibidem, num. 76.

Rex aut Princeps, si in contractibus à se initis, & celebratis enormiter, aut enormissimè læderetur, remedia ordinaria intentare posset, & ea omnia, quæ priuatis competunt; ibidem, num. 77.

Reges, & Principes, vtrùm possint reuocare contractus cum subditis initos, & celebratos cum causa.

Quòd possint, dummodò causa iusta interueniat.

Et quod causa iusta dicitur ea, quæ noua sit, aut de nouo superueniat, & ab initio non fuit cognita, nec cogitata, atque ita non præuisa.

Secùs si causa præuisa, & cognita fuisset.

Atque ita causa debet esse noua; vel si antiqua, non præuisa tempore contractus; sed quæ si fuisset præuisa, Princeps non contraxisset; idque ex sententia quamplurimorum, qui aggregantur hoc loco; ibid. num. 123.

Et eorum fundamenta ad duodecim Per. Antonius de Petra reduxit, prout hic adnotatur, ibid. num. 124.

Contra verò ex sententia aliorum, qui indistinctè contrarium assentauerunt; atque ita non posse Reges, & Principes re-

uocare contractus cum subditis initos, & celebratos, nec iura eorum lædere, etiam ex causa iusta, & necessaria, siue necessitatis publicæ, quæ post contractum superuenerat; ibidem, numero 125.

Et huius opinionis fundamenta, ad nouem principalia reduxit, & contrariæ partis fundamentis ex proposito satisfecit, responsúmque præbuit, Petr. Anton. de Petra, prout hic adnotatur.

Et ibidem etiam authoritates DD. in contrarium declarauit; num. 26.

Reges, aut Principes, qui ex causa publicæ vtilitatis, vel ob necessitatem vrgentem reuocent, aut infringant contractus cum subditis initos, tenentur eis integram satisfactionem præstare, aut acceptum reddere: ibidem, num. 134.

Et requiritur, quod causa publica, aut necessitas ita stringat, & vrgeat, vt aliter ei non possit succurri, aut prouideri; ibidem num. 135.

Reges, & Principes, an possint reuocare contractus, aut ius tertij auferre, legem generalem condendo cum causa; ibidem, numero 136.

Causa iusta non præsumitur in Principe, vt à contractibus cum subditis initis recedere possit, vel cùm aufert dominium de iure gentium quæsitum, sed de causa legitima constare debet.

Nec sola Principis ipsius assertio sufficit.

Et contraria opinio confutatur. ibidem, num. 137.

Princeps in dubio non censetur vti plenitudine potestatis, aut absoluta potestate, sed ordinaria tantùm, & iure communi.

Nisi manifestè appareat de eius mente; ibid. num. 147.

Successores in regno, vel Principatu, tenentur seruare pacta, conuentiones, & contractus suorum prædecessorum; nec de iure possunt illos, aut negotia gesta validè, & legitimè, impugnare; nec minùs reuocare, etiam de plenitudine potestatis.

Et consequenter contractus Principis, nomine Dignitatis, etiam cum subditis initi, non modo ligant eum, sed etiam successores.

Princeps enim si cupit mandata sua, & conuentiones à se factas à successoribus obseruari, debet & ipse mandatis, & placitis Prædecessorum vocationem præstare, & custodire; aliàs dat materiam Successori dissoluendi eius gesta. dicto capite 18. numero 163.

Vbi alia ratio communis assignatur, ibidem, num 164.

Principis contractus, vbi nullitatem aliquam contineret, siue non valeret de iure, aut illicitus aliqua ratione esset, potest per eum, & per eius successores reuocari.

Aut vbi incœperit esse perniciosus statui, & dignitati Principis; ibidem, numero 165.

Successores in Regno, & Principatu, reuocare, & infringere de iure possunt Prædecessorum conuentiones, contractus, & concessiones, quæ in magnum, & enorme damnum, & præiudicium Regni redundarent. ibid. num. 166.

Princeps nec per contractuum, nec alio modo potest concedere Regalia in præiudicium Successorum.

Et si concesserit, tam ipse, quàm eius successores poterunt reuocare; ibidem, numero 167.

Alienatio, seu concessio facta per Regem, tam in maximam, quàm in minimam diminutionem Regni, potest tam per eum, quàm per successorem reuocari.

Idque ex sententia Authorum quorundam

Sed contraria sententia verior, & communiter probari solet, quando diminutio non est magna, præterquam si Regalium reseruatorum concessio facta fuisset; quia tunc indistinctè reuocari posset, licèt magnum damnum non afferat: ibid num. 168.

Alienatio meri, & mixti Imperij per Regem facta, in maximam Regni læsionem, reuocari potest à successore.

Etiam ex casu superueniente: ibidem, num. 169.

Alienatio iurium Regalium etiam facta per legis promulgationem, si est maximi præiudicij, potest reuocari per Successorem.

Secùs si modicum læserit; ibidem, numero 170.

Principis contractus alienatio, seu concessio, quando in magnum Regni, & Principatus detrimentum redundat, vtrùm Princeps ipse possit eam infringere, impugnare, atque reuocare; ibid. num. 171.

Ius infringendi, & reuocandi contractus, alienationes, & concessiones in magnum Regni, & Principatus detrimentum factas, successoribus in Regno competens, vtrùm aduersùs eos præscribi valeat tempore immemoriali, vel minori: ibidem, numero 172. & sequenti.

Regalia etiam Principi reseruata immemoriali præscriptione acquiri possunt.

Et veniunt in generali Regalium concessione, exceptis his, quæ rarissimè per Principem concedi solent.

Quod latiùs explicatum traditur, remissiuè; ibid. num. 173.

Petri Barbosæ ad explicationem *leg. finalis, paragraph. finali, Codic. de fundis patrimonalibus, libr. 11.* obseruationes singulares expenduntur, quæ in summa concluduot, quod alienatio, aut concessio Principis confirmata cursu, & possessione quadraginta annorum, & multò magis si immemoriali præscriptione confirmetur, tametsi nullitatem quamlibet in se habuerit, ita operatur, & plenam securitatem possidenti præstat, quod defectus omnis concessionis supprimitur, & possessor ampliùs inquietari non potest.

Idque, siue nullitas ex defectu solemnitatis, siue alia quacunque ratione procedat; ibidem, num. 174. eiusd. c. 18.

Iosephi Romani specifica obseruatio in terminis propositis in d. c. 18. n. 171. adducitur, ibid. num. 175.

Ius acquisitum semel præscriptione, per

Princi

Principem tolli, aut reuocari non potest.
Quamuis præscriptio ipsa prohiberi possit; ibid.num.178.
Princeps non præsumitur voluisse per verba generalia, & vaga, iuri Tertij derogare, si de illo expressè,& specificè non faciat mentionem: cap.36.num.11.
Principis concessio intelligitur *saluo iure Tertij*; ibid.num.15.
Et non censetur velle auferre vni, & dare alteri: ibid.num.16.
Principum actiones non debent continere, quod sit in fraudem Tertij: ibidem, numero 17.
Princeps, & alius quilibet solum censetur disponere de suis rebus, & non de alienis: ibid. num.18.
Recipiens à Rege, hoc efficit, prout erat apud ipsum: ibid.num.19
Prouinciæ concessio facta ab Imperatore, non præiudicat habenti castrum in ea ex simili concessione, vel præscriptione: ibidem, numero 20.
In concessione Principis solum venit, quod pertinebat ad ipsum: ibid num.21.
Bona, & res Vniuersitatum, non veniunt in concessione Principis: ibid num.22.
Priuilegium est stricti iuris, nec nocet possessioni Tertij; ibid.num.23.
Principali concesso, concessum intelligitur quod venit ex natura actus, de quo dispositio loquitur; c.8.n.19.
Principali concesso, concessum intelligitur, quod venit consecutiuè, & accessoriè ad illud; ibid.num.20.
Principi concessa facultas leuandi violentias, pro vento seruiret, si debitum non haberet exitum. & careret effectu: ibid.n.21.
Probandi onus regulariter affirmanti incumbit.
Id tamen non obtinet quando præsumptio iuris est in contrarium.
Quia tunc non actori, sed reo neganti onus probandi incumbit; capite 36. numero 65.
Reus etiam quando opponit exceptiones affirmatiuas, eas probare adstringitor: ibid. n.66.
In negatiua etiam probatio incumbit reo: ibid. num. 67.
Publica vtilitas.
Ex causa *publicæ*, & *communis vtilitatis*, eiúsque fauore, recedi solet ab ordinariis iuris communis regulis.
Multaque permittuntur, quæ aliàs non licerent; & licitum est leges transgredi.
Et quando publicæ vtilitatis ratio vrget, ordinem non seruare, ordo est.
Et etiam iuri naturali derogatur, & contra naturalem æquitatem statuitur; & nullus impedire debet, ne causa publica iuuetur, & defendatur.
Et causa publicæ vtilitatis, & boni communis in omni dispositione censetur semper reseruata, & excepta; ita vt neque exemptio, neque priuilegium in contrarium attendatur; sed semper causa publicæ vtilitatis, cuicunque priuatæ vtilitati præfertur: capite nono, numer. 23.
Et idem nunque statuitur ex causa vrgentis necessitatis, quæ commune, & publicum bonum respiciat.
Causa namque publicæ necessitatis semper censetur excepta.
Et necessitas facit licitum, quod aliàs illicitum foret; & non subijcitur legi, sed ipsa facit legem, & derogat omnibus legibus, & dispositioni cuicunque
Et illud quod fit necessitate cogente, non est culpabile, & in casu necessitatis cessant legis præcepta, quia lex debet esse possibilis, & necessitas præsupponit impossibile quoddam.
Et habet secum dispensationem annexam, & impossibile dicitur, quod sine periculo non modò vitæ, sed etiam dignitatis, aut honoris, commodè fieri non potest: ibidem, num. 24.

Q

Qualitas à lege requisita, & quæ est fundamentum aliquid petendi, siue intentionis agentis, præcisè verificari debet; siue de ea constare: cap.13. num.2.
Et vbi lex actum qualificatum requirit, non sufficit probare actum sine qualitate, sed qualitas verificanda est: ibid.num.3.
Qualitas non potest esse sine subiecto, ibid. num. 6.
Qualitas licèt mutetur, adhuc res eadem iudicatur.
Et expenditur textus *in cap.vlt.de priuilegiis*, cap.15.num.12.

R

Ratio eadem, quando adest, & militat, absque dubio vna pars dispositionis, aliam declarat: c.14.n.11.
